THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN X

PARS ALTERA

SECTIO II

PRIMAEVVS–PYXODES

MCMXCV–MMIX

DE GRUYTER

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

© Walter de Gruyter GmbH & Co. KG, Berlin/New York

Verlag: B. G. Teubner, Stuttgart und Leipzig (p. 1233–1760)
K. G. Saur, München und Leipzig (p. 1761–2432)
De Gruyter, Berlin und New York (p. 2433 sqq.)

Lektorat: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Satz: Interdruck, Leipzig (p. 1233–1920)
pagina, Tübingen (p. 1921 sqq.)
Druck: Interdruck, Leipzig (p. 1233–1760)
Strauss, Mörlenbach (p. 1761 sqq.)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⁽*⁾prīmaevus, -a, -um. [*a* prīmus *et* aevum *sec. gr. πρωθήβης. de vocibus cum* -aevus *compositis, quas poetae ad exemplaria gr. formaverunt, v. Norden, comm. ad Verg. Aen. 6, 141. Fo.*] *scribitur* primev- INSCR. Alger. I 2766 (*saec. IV*). CIL VI 1706, 12 (*a. 400*). *al.*, -aeus *sim.* VERG. Aen. 9, 545 (*P a. corr.*). LVCAN. 6, 562 (*cod. N saec. IV/V*). CE 1322, 1 (*nisi est nomen proprium*). *nom. masc. sing.* -os VERG. Aen. 9, 545 (*P*, -us *MR*); *gradus comparationis desunt.* *legitur maxime in poesi inde a* CATVLLO, VERG., *in oratione soluta inde a saec. IV.*

I *usu originario, sc. mero respectu temporis* (GLOSS. *πρωτόχρονος*): **A** *strictius pertinet ad vitam primam, fere i. q. primo aevo fruens, iuvenis sim. vel ad iuventutem pertinens* (*spectat ad pueritiam vel infantiam e. g. l. 19. 42. 68; contra distinguitur* puer *l. 45. 74; notandum* vix -us *l. 40 sq. et* adhuc -us ARATOR ad Flor. 3. *accedit supin. vel abl. respectus l. 47. p. 1234, 13 [vix etiam l. 27], praepos.* ad, *ut prorsus transferatur ad qualitatem iuventutis l. 50*): **1** *respiciuntur homines* (*sed animalia l. 36. 65,* Iuppiter *l. 24, ecclesia [sc. in imagine] l. 24; saepe in morte praematura commiseranda*): **a** *de iis ipsis vel de eorum corpore corporisve partibus (iuxta subst. meton. usurpata v. l. 68. 74); ponitur*:
α *attributive*: CATVLL. 64, 401 *more perverso* optavit genitor -i funera nati (AVSON. 390, 36 p. 256 n. -i nomine factus avus). VERG. Aen. 9, 545 -us Helenor (*de eodem 9, 554* iuvenis. *item iuxta nomen proprium, ut etiam de appos. cogitare possis*: VAL. FL. 6, 570 -us Helix, ... brevibus ereptus in annis. AVSON. 202, 1 p. 61 -e Thalasse [*cf. ibid. l. 5* iuvenem]. CLAVD. 8, 197 -us Iuppiter [*cf. 199 sq.* lanugine nondum vernabant vultus]. CE 1300, 2). 10, 345 fidens -o corpore Clausus (LVCAN. 6, 562 VAL. FL. 2, 652. SIL. 10, 493 bis Cloelia senos nondum complerat -i c. annos. 10, 646 *praetextatorum.* CAEL. AVR. acut. 3, 8, 85 tetanico ... ⌞-o⌟ corpore et habitudine vigenti [⌞ ⌟ *vix dat. intellegas; cf. Hippocr. aphor. 5, 21 p. 538 L. νέῳ εὐσάρκῳ*]. *cf. l. 35*). ELEG. in Maecen. 2, 3 iuvenis -i ... Drusi ([*sc. qui tum triginta annos habebat; cf. 2, 5* puer, integer aevo]. SIL. 5, 423. *simili abundantia*: AMM. 16, 1, 5 adulescens -us). VAL. FL. 2, 480 -a ... manus *virginum sacrificandarum.* SIL. 14, 86 -o ... nepoti (*cf. 14, 88* bis octonis nondum ... praeditus annis). STAT. Theb. 4, 354 dulces -ae coniugis annos (silv. 3, 3, 10. *de masculo: ibid.* 5, 3, 66). silv. 2, 6, 2 -a ... pignora surgentesque ... natos. NEMES. cyn. 116 dum laeto flore iuventas corporis *canini* et venis -is sanguis abundat (-i, -us *var. ll.*). AVSON. 390, 31 p. 256 ego -o genitus genitore (*cf.* CIL VI 1706, 12 [*a. 400*] parente[m] -o). *al.*
β *praedicative* (*ut fort. quaedam ad γ trahas*): SIL. 16, 486 omnes *cursores sunt* -i ... atque omnes vincere digni ([*cf. e. g. 16, 495* pueris]. DON. Ter. Eun. 527. CLAVD. 21, 51 vix [vis, vir *var. ll.*] -us eras, ... cum *eqs.* [*sim.* ENNOD. carm. 1, 9, 90]). SYMM. epist. 4, 18, 2 ne -us quidem ... Molossos alere curavi (*opp.* annis in senectam vergentibus). or. 1, 3 -um nepotem *tuum* (*sc. Gratianum octennem*) castrensia decreta legerunt ...; cur tardaret aetas? AMM. 15, 8, 12 (*Constantius ad Iulianum*) recepisti -us originis tuae splendidum florem. PAVL. NOL. epist. 13, 5. RVT. NAM. 1, 172 (*opp.* puer). EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 10 videtur ... quispiam ... ⌞facie robustus, aetate -us⌟ fremens viribus *eqs.* (⌞ ⌟ *gr. p. 97ᶜ ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν εὔχροιαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς. cf. Ambr. hex. 3, 7, 29* pubescentis aetatis viriditate florentem). ENNOD. dict. 1, 25 p. 430, 8 (*ad episcopum quendam*) tu aevo maturus et ad religiosum sudorem -us (*i. strenuus sim.*) exsupera. CASSIOD. var. 3, 5, 6 (*syn.* in aetate tenera; *opp.* florentibus annis, maturitate). *al.* *in imagine*: CASSIOD. in psalm. 36, 25 l. 439 'iuvenior' fuit *ecclesia,* quando initia legis in ipso protoplasto -a suscepit.
γ *masc. pro subst.* (*exempla quaedam certiora, cf. e. g. l. 21 et sub β*): STAT. Theb. 3, 196 -ique senesque et ... matres ... planxere. AVSON. 211, 4 p. 67 -os fandique rudes elementorum prima docebas signa novorum. CLAVD. DON. Aen. 7, 440 p. 66, 20 -is familiare est senes temerare iniuria. AVG. anim. 4, 24, 39 venire tibi non sit onerosum, non tamquam discipulo ad magistrum, sed -o ad grandaevum. *al.*

b *de eorum aetate:* *abundantia quadam de ipsa iuventute sim.* (*cf. l. 31*): VERG. Aen. 7, 162 pueri et -o flore iuventus (*al. v. vol. VI 1, 934, 75 sqq. 935, 15 sqq.; addere possis e. g.* CARM. Année Épigr. 1971 n. 62, 4 [*saec. III med. vel ex.*]. IVVENC. 1, 30. GREG. M. dial. 1 praef. 2 [*inde* GLOSS. a -o f.: a primo flore barbae]). SIL. 16, 405 -ae flore iuventae (LACT. Phoen. 115 ubi *Phoenix* -a coepit florere i.). CARM. Inscr. Scyth. Min. V 281, 10 (*saec. III*) ⟨K⟩rystallus alumnus Postumi praef(ecti) class(is) ... quiescit ... -ae pubis indigus. SYMM. or. 3, 6 tenacius rapit imperii disciplinas teneritudo -a. VITAE patr. Iurens. 103 quasi in -am redactus infantiam *repebat quidam.* CE 403, 2 bis tulit hic senos -i germinis (-nit *lapis*) annos. 1819, 1 -a iuventus. *cetera exempla*: AVSON. 196, 6 p. 54 -is doctor in annis ([*cf. ibid. l. 11* praetextate]. Ps. AVG. quaest. test. 62 ENNOD. carm. 2, 1, 11. CE 1374, 1 [*epitaph. Bonif. II papae; a. 532*]). AMBR. obit. Valent. 46 quod -a obierit aetate ([*cf. 43* immatura ... a.]. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 70 *epilepsia* frequens est in pueris ...; accidit etiam -is atque mediis aetatibus, senibus vero difficile [*nisi ad aγ*]. SEDVL. epist. 1 p. 7, 5. GREG. TVR. Franc. 2, 1 p. 37, 5 -ae a. iuvenis. *al.; cf. p. 1233, 46*). DRAC. Orest. 915 -i temporis annos (CE 2100, 22 [*a. 551*]. MAXIM. eleg. 2, 35 [*vix ad B*]. GREG. M. in euang. 13, 5 -um t. est, id est pueritia [*opp.* adolescentia vel iuventus; senectus]).

c *de quibuslibet rebus, quae ad eos pertinent vel pueris conveniunt, fere i. q. puerilis, iuvenilis sim.* (flos *sim. v. sub b*): STAT. silv. 5, 3, 136 stupuit -a ad carmina *tua, pater,* plebes (*cf. ibid. 133* dum profers annos vitamque salutas [*opp. 135* viris]). MART. CAP. 1, 36 in thalamum -a affectione festinans *Mercurius* (*vix ad B*). MEROB. carm. 2, 2 ⌞-o lumine⌟ tecta nitent (⌞ ⌟ *sc. quod imago infantis ciet in opere tessellato, ni fallimur; cf. 2, 1* iuventam). poet. 136 rex *Alaricus* ... miratus pueri *Aëtii* decus ... -as dederat gestare pharetras.

2 *respiciuntur arbores, flores*: STAT. silv. 2, 3, 39 *Pan* -am visu (nisu *Peyrarède*) platanum, cui longa propago ..., deposuit. PALLAD. ins. 149 odoratos -is floribus artus *amygdali.*

B *laxius pertinet ad quodlibet tempus primum, ut significetur qui (quod) initio est, primordialis sim.* (*cf. l. 2 et 9*): **1** *vario respectu*: AVIEN. Arat. 1373 -a Meton exordia *cycli* sumpsit ab anno, ... cum *eqs.* AVG. c. Petil. 1, 11, 12 *ne* transmarinarum ecclesiarum, quas -as sitas ex sanctis libris accepimus, baptismus execretur. GREG. M. moral. 31, 73 quomodo miles dei a -a conversatione proficiat (*cf. 31, 75* conversionum ... initia). **2** *respicitur initium saeculi ipsius, mundi*: AVG. anim. 3, 5, 7 Heliseum in faciem defuncti *pueri* ... ad instar -ae originis insufflasse (*sc. comparantur IV reg. 4, 34 sq. et gen. 2, 7*). CARM. de Sod. 1 deus ... -i (primi qui *var. l.*) tempora saecli ... aboleverat undis. ALC. AVIT. carm. 1, 215 postquam decidit ... -i criminis auctor, *i. diabolus.* 2, 405 -a virago, *i. Eva.*

II *usu deflexo respicitur origo, unde cetera derivantur, ut significetur fere i. q. principalis, primitivus sim.*: BOETH. arithm. 1, 2 omnia quaecumque ⌞a -a rerum natura⌟ constructa sunt, numerorum videntur ratione formata (⌞ ⌟ *gr. 1, 6, 1 ὑπὸ φύσεως tantum*). 2, 27 hunc *binarium numerum* alteritatis (*i. ἑτερότητος*) principium esse ..., eandem autem naturam (*i. ταυτότητα*) ... *esse* -am ingeneratamque unitatem (*de qua postea*: prima ... substantia; *cf. gr. 2, 17, 1 ἀρχαῖς*). in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 16 rerum -a ratio (*postea*: divinitatis). -a forma *pro gr. ἀρχέτυπον* (*syn.* principalis): DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 4 p. 352ᶜ (*respic. gen. 1, 26 sq.*) humana substantia ... -ae (primae *var. l.*) ... f. *divinae* et nomine et honore participans. 5, 1 p. 352ᴰ -ae f. decor. 17, 3 p. 372ᶜ multum ... distat inter -am f. et eam, quae ad similitudinem eius effecta est. *al. ibid.*

deriv.: primaevitas.

cf. Onom. (*v. supra p. 1233, 5 et* Primaevius). *Werner.*

prīmānus, -a, -um. [*a* prīmus, *immo* prima (*sc.* legio; *cf. l. 45*); *v. Leumann, Gramm. 1977, 325. Fo.*] *notatur* prm *l. 63.*

1 *notione originaria i. q. ad primam legionem pertinens* (*cf.* PRISC. gramm. III 414, 25 -us: primae legionis; secundanus: secundae legionis): **a** *adi.* (*cf. l. 58*): FEST. p. 234 -us tribunus (*sc. aerarius*) apud Catonem ⌞est, qui primae legioni tributum scribebat⌟ (⌞ ⌟ *suppl. ex* PAVLO). **b** *masc. plur.* -i *pro subst. de militibus legionis primae cuiusdam:* *ante Constantinum*: TAC. hist. 1, 55, 2 legionibus inerat diversitas animorum: -i quintanique turbidi *eqs.* 2, 43, 1 (*antea*: prima adiutrix) -i stratis unaetvicensimanorum principiis aquilam abstulere. *ibid. iterum.* 2, 86, 4. 3, 13, 2. 3, 22, 2 quintam et quintam decimam ... mediam aciem, ... -os laevum cornu complesse. 4, 37, 2. ann. 1, 64, 5 deliguntur legiones quinta ..., unetvicesima ..., -i ..., vicesimanus. HIST. AVG. Alb. 6, 2 legionem ... -orum (*cf.* AMM. *infra*). *inde a Constantino* (*ad rem v. Hoffmann, Das spätröm. Bewegungsheer I, 1969, 204 et 229*): CIL III 9248 (= INSCR. Dacorom. Popescu 233. *a. 369*) *Valens burgum* extruxit ⟨labore ... devotissi⟩morum militum suorum -orum ⟨et ...⟩ (*vix adi.*). XIII 4139 (*saec. IV; sim.* 4140) pedatura ... finit(a) -orum (*v. Hoffmann loco cit. II 152 adn. 332*). AMM. 16, 12, 49 *Alamannorum* optimatium globus *inrumpens* ... ad usque -orum legionem pervenit locatam in medio. NOT. dign. or. 6, 45 legiones palatinae sex: ... -i, undecimani. CIL VIII 9248 *cuiusdam* trib(u)n(i) n(umeri) pr(i)m(anorum) fel(icium) Iust(inianorum).

*?**2** *abusive fere i. q. primarius*: VET. LAT. lev. 17, 13 (cod. 100) homo filiorum Istrahel aut prosylitorum ⌞-orum⌟ in vobis (*Vulg.* de advenis, qui peregrinantur apud vos. ⌞ ⌟ *sec. falsam var. l. gr. προκειμένων, quasi ea voce significari possent etiam praepositi, primores sim.? ad veram lect. προσκ- cf. ibid. 17, 12* prosylitus, qui est adiunctus in vobis).

cf. Onom.

prīmārius, -a, -um. *a* primarius *deminutive.* *non exstat nisi fem.* -a, *i. q. primaria, sc. nobilis, vi addita deminutiva* (*viri docti significari putant mulierem, quae primum parit, quod parum aptum videtur formationi deminutivae et notioni vocis primitivae q. e.* primarius): *hypocoristice* filia -a *de filiola valde dilecta*: INSCR. christ. urb. Rom. 18874 (*e codd.*) Helpidi filiae -(a)e dulcissimae ... Faustina mater, quae vixit ann(os) XIII (*inter no-*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mina propria dubitanter enumerat Kajanto, The Latin Cognomina, 1965, 290). *contemptu quodam de femina propter nobilitatem (nisi fallimur) nimis delicata sim.*: SORAN. p. 77, 7 *difficulter pariet mulier,* si aut iracunda sit aut multum timida vel verecunda aut -a (*sequuntur impedimenta corporis; spectat ad gr. p. 131, 13 sq., ubi cf. τρυφὴ ὑπερτεταμένη. alii conferunt p. 129, 12 et 21 τὰς πρωτοτόκους*). *Bk.*

***prīmārius,** -a, -um. [*derivandum videtur a* prīmus *vice subst. adhibito, v. Leumann, Gramm. 1977, 299. Fo.*] *derivatur a* primus PRISC. gramm. III 468, 11. *cf.* CHAR. gramm. p. 149, 20 (*inter comparationes anomalas*) primus, prior, -us. *scribitur* prei- INSCR. Année Épigr. 1961 n. 326 (*Ostiae; aet. Aug.*). *nom. plur. masc.* -ri *exhibet* FRONTO p. 162, 21 (*contra gen. sing.* -ii DECRET. *p. 1236, 10*); i *altera suppressa* primarus *sim. exstat ter apud* DIOSC., *v. infra p. 1237, 24. 25. 31. abbreviatur, nisi aliter solvendum,* prim *l. 63. p. 1236, 18. 70,* p *p. 1236, 15 sq. 70. de notione*: ISID. diff. 1, 441 primus e multis, prior e duobus, -us a dignitate (*item* DIFF. ed. Beck p. 77, 26). GLOSS. -um: *πρωτεῖον. πρώτιστον.* -i: primores. GLOSS. Vatic. Reg. 203, 70 -us: primus. *legitur (sc. singulis locis, nisi alia adnotavimus) in versibus* CARM. *l. 42,* PLAVT. (*quater*), TER., CE 107, 5, *in oratione soluta fortasse in elogio Metelli l. 60, saepius apud* CIC. (*22ies in* Verr., *ceterum 11ies*), *deinde apud* SVLP. RVF. (*bis*), INSCR. *p. 1236, 9,* PLIN. nat. *et inde a* FRONTONE, APVL. (*sexies*); *abiit in sermonem graecum p. 1236, 8.* [*val.* vār primar *'consobrinus'; sard. centr.* ermanu brimardzu *'sobrinus'; notione q. e. primus: it. vet.* primaio; *sard. centr. vet.* primariu; *var. raet.; francog.* premier; *prov. vet.* primier, permier *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* primer; *hisp.* primero; *port.* primeiro. *cf. M.-L. 6749. Battisti-Alessio IV 3079. Wagner II 312. Wartburg IX 376 sqq. Corominas² IV 649. Machado³ IV 430. St.*] [*perperam coniciebatur olim* CIC. fin. 3, 52 (primorie *sim. trad.,* primo loco *Heinsius*). CAES. AREL. reg. virg. 35, 10 (formariae *codd. recte*).]

significatur qui inter primos est, quod primi ordinis sim. est, sed haud raro fere i. q. primus (*vis vocis quodammodo augeri videtur iuncturis* sane -us OROS. hist. 5, 17, 3, vel -us *p. 1236, 51; indicatur ubi vel inter quos quis primus sit per gen. passim,* in *c. abl. p. 1236, 19. 1237, 8. al., qua [in] re quis primus sit per abl. l. 72. p. 1136, 72, per gen. subst. l. 65, gen. gerund. p. 1237, 37*): **I** *cum respectu gradus*: **A** *aestimationis, sc. significantur qui (quae) praeminent, praestant sim.*: **1** *de animantibus* (*saepe in iunctura* vir -us *l. 43. 67. p. 1236, 8. 36* [*ordine inverso* -us vir *l. 43 sq.* CIC. Verr. II 2, 147 Font. 18. *al., in titulis e. g. p. 1236, 9 sqq.*], femina -a *l. 48. 73. p. 1236, 33; pro subst. masc. l. 55. 65. p. 1236, 20. 35. al., fem. p. 1236, 45 et fortasse 1236, 31; epitheto utitur* CIC. *haud raro ad augendam fidem testium vel partium*): **a** *qualibet ratione praecellentibus, probis sim.*: CARM. Cic. fin. 2, 116 (*elogium Calatini cens. a. 247 a. Chr.; cf. l. 51*) hunc ... consentiunt gentes populi -um fuisse virum (PLAVT. Rud. 1073 quid tu ais? :: quod -us v. dicat: comprime hunc *verba dantem.* CIC. Q. Rosc. 19 eundem ... et v. -um esse dicebas et socium fraudasse arguebas? [*antea*: optimum et ... improbissimum]. 50 [*opp.* improbos]. Flacc. 68. OROS. apol. 6, 1 v. -i et religiosi). TER. Phorm. 971 ubi ... huius *non* sis veritus feminae -ae, *sc. uxoris tuae* (CIC. fam. 5, 11, 2 mihi f. -am, Pompeiam, uxorem tuam, commendas. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 9, 27 tu Iulianae, -ae f. et qua nihil honestius inter reverentissimas matronas invenias, ... utero editus?). CIC. fin. 2, 117 (*antea: l. 43*) *Calatinum* -um fuisse populi, quod praestantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? INSCR. Dessau 6185 (*Praticae, fere a. 300*) ⟨Priscilia⟩no Maximo, c(larissimo) v(iro), vati -o, quaestori candidato *eqs.* AVG. epist. 43, 1 *ut* ad nonnullos Donatistarum -os scriberemus (*cf.* c. Petil. 1, 9, 10 a nescio quo -o collega suo, *sc. Donatista*). CASSIOD. var. 3, 6, 2 producit nobilis vena -os: nescit inde aliquid nasci mediocre.

b *potius arte quadam insignibus* (*iocose* PLAVT.): PLAVT. Mil. 667 -um parasitum atque obsonatorem optumum. PLIN. nat. 7, 140 (*ex elogio quod Q. Metellus dixit a. 221 a. Chr.*) voluisse *eum* ... -um bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem. APVL. apol. 15, 8 Demosthenen ... -um dicendi artificem. met. 2, 28, 1 Zatchlas adest Aegyptius propheta -us. CIL X 6012 (*a. 249*) gla(diatores) prim(arios) Camp(aniae) (*si recte solvitur; cf.* primus palus *vol. X 1, 176, 61 sqq.*). CASSIOD. var. 8, 19, 5 -os eloquentiae.

c *potius in re publica praeminentibus* (*sc. opibus, dignitate sim.*): α *inter cives Romanos*: ① *generatim*: CIC. Tull. 1 vir -us, L. Quin⟨ctius⟩ (Verr. II 1, 14 v. -us, eques Romanus, L. Flavius. 2, 20 multis v. -is testibus. 2, 102 v. -i nostri ordinis. 3, 18 v. -os atque amplissimos civitatis. Flacc. 50 a C. Plotio senatore, v. -o. *al.* FRONTO p. 162, 21 qui duo egregi v. alter equestris alter senatori ordinis -i fuerunt. APVL. met. 4, 13, 2 v. et genere -us et opibus plurimus [*nisi ad β*]. *al.*). Verr. II 1, 153 Anniae pupillae mater, femina -a (2, 24. 3, 97 RVFIN. hist. 10, 7). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 cum aliquo adulescente -o coniuncta *Tullia* (4, 5, 5). LACT. mort. pers. 38, 5 mediocrium filias, ut cuique libuerat, rapiebat; -ae ... in beneficiis petebantur *a principe.* VITA Fulg. Rusp. p. 59 a quodam ... bene christiano et provinciae Byzacenae -o (*de praeside provinciae cogitat editor vix recte*). CASSIOD. var. 6, 4, 3 mundi -os (*sc. senatores*).

Ⓘ *in municipiis* (*ab epitheto honorifice posito ratione certa distingui non potest usus technicus aetatis posterioris, quo significatur honos et ordo quidam municipalis* [*ut elucet infra e* COD. Theod., NOVELL. Valent., *ceterum, ni fallimur, l. 16. 23. 27. al. et eo quod t. t. abiit in sermonem gr.* PAP. Berol. III 958d *πριμάριοι Ἡρακλέους πόλεως*]): Ⓐ vir -us: INSCR. Année Épigr. 1961 n. 326 (*Ostiae; aet. Aug.*) ⟨Pop⟩licolae ... -o viro ... hoc m⟨on⟩umentum constitutum est. DECRET. decur. Puteol. (CIL X 1784; *a. 187*) Curti Crispini, magistratus n(ostri) -i viri item Gavi Iuteolani ... adaeque o(rnatissimi) v(iri). CIL XI 6362 (*vix post saec. III*) eq(uo) p(ublico), patr(ono) col(oniae) et -o viro, q(uaestori), IIvir(o). IX 2638 (*saec. IV*). VIII 2403 col. I 13 sq. (*in albo ordinis coloniae Thamugadensis, saec. IV med.; praecedunt* v(iri) c(larissimi) *decem*) Plotius Florentius vir ⌞p(rimarius)⌟, fl(amen) p(erpetuus), Elius Ampelius vir ⌞p(rimarius) (*nisi rectius cum edd. intellegas* p(erfectissimus). *sed v. Pflaum ad* INSCR. Alger. II 33 Ael(io) Ampelio, viro prim(ario), fl(amine) p(er)p(etuo)). AVG. civ. 22, 8 p. 575, 13 fuit ibi (*Calamae*) vir in ordine suo -us. *al.* Ⓑ *masc. pro subst.*: COD. Theod. 12, 1, 39 (*a. 349*) *ut* cuncti -i et curiales praecepta ex iudicibus exsequantur. *ibid.* tam -os curiarum quam hos qui magistratus gerunt atque gesserunt. CIL X 5349 (*a. 408*) M. Sentio Redempto, v(iro) l(audabili), -o civitatis nostrae ([*sc. Interamnatium*]. 1520 ⟨pri⟩marius civit⟨atis Neapolit⟩anae [*vix* ⟨vir⟩ -us]. INSCR. Canus. Chelotti 147, 3 CASSIAN. conl. 16, 1, 1. EPIST. pontif. 655 Thiel frg. 15, 1 p. 491 honorati et -i Verulanae civitatis. *cf. l. 31*). AVG. epist. 222, 1 Hipponensium -um Philocalum (*cf. Quodv. Aug. epist. 223, 1* virum honorabilem Ph.). *al.* ex -o: NOVELL. Valent. 35, 3 (*v. vol. V 2, 1782, 11 sqq., ubi perperam agnoscitur compos.* exprimarius *sec. codd. det.*; ex -o *cett.*). © *de feminis*: AVG. civ. 22, 8 p. 570, 14 in eadem Carthagine Innocentia ... de -is ipsius civitatis (*nisi ad l. 23*). SEV. MINOR. l. 155 cuidam matrifamilias -ae ipsius civitatis. CIL V 53 *quidam IIvir* posuit sibi et Aureliae Marcianae virg⟨i⟩niae feminae -ae (VIII 23801 Cassiae Maniliae f. -ae aviae Cassius ... c(larissimus) v(ir)).

β *apud externos* (*masc. pro subst. praeter l. 36. 45*): CIC. Verr. II 1, 67 vir ⌞-us⌟ et homo honestissimus *Philodamus Lampsacenus* ([⌞ ⌟ *Non. p. 327, 32,* primus *codd. Cic.*] 2, 149 [*de Siculis ut*: 3, 200. 5, 120 v. -us, homo nobilissimus]. RVFIN. hist. 1, 8, 12 ⌞nobiliores et -i⌟ ... v. [⌞ ⌟ *gr. ἐπισήμους. de Iudaeis*]). VET. LAT. II Macc. 6, 18 (rec. P) Eleazar ..., quidam ex -is scribarum (*V* primoribus, *B* vir primus, *gr. πρωτευόντων*). Luc. 15, 15 (Rufin. Orig. in num. 18, 4) accessit ad ⌞quendam -um civitatis⌟ in regione illa (*gr. ἑνὶ τῶν πολιτῶν, cod. 10. al. et Vulg.* uni civium, *sed cod. 11* uni cuidam primorum. *huc spectat* PETR. CHRYS. serm. 2, 5 ⌞-o regionis illius⌟, hoc est ... diabolo [⌞ ⌟ *item* 5, 5]). PASS. Theclae C a 26 p. 71, 6 Iconensium ... sum -a (*gr. πρώτη*). AVG. serm. 169, 5 -i quidam erant et quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati ..., qui dicebantur Pharisaei. EVSEB. EMES. serm. 19, 34 gentilium ... quidam ... priores et Iudaeorum -i synagogae. CASSIOD. in psalm. 46, 10 l. 132 'principes populorum' id est -i gentium diversarum. *al.*

2 *de rebus, sc. eximiis, optimis, principalibus*: PLAVT. Stich. 138 quin vos capitis condicionem ex pessuma -am? (Trin. 746 ea c. huic vel -a est). VET. LAT. I reg. 15, 21 (Lucif. reg. apost. 2) praedam gentis et armenta, -a illorum quae disperdidi (*gr. πρῶτα, Vulg.* primitias, *ut fortasse cogites de vi temporali, sed cf. vol VII 1, 1662, 73 sqq.; similiter dubites de* HIER. epist. Pachom. 3 p. 83, 12 quae erant electa et -a, offerebat deo *Abel*). Am. 6, 6 (Tert. adv. Marc. 4, 15) unguentis -is unguuntur (*gr. πρῶτα, cod. 175* primis, *Vulg.* optimo). PANEG. 4, 3, 3 in ... *Constantini* laudibus id maximum non est, quod in terrarum orbe -um est. MARCELL. med. 29, 37 compositio ... -a. CASSIOD. var. 6, 2, 1 ut summi dei ... cultura *patriciis mandata* locum -um possideret (7, 24, 1 l. agere -um [*respicitur* princeps militum comitivae]). CE 107, 5 vixitque numerum ... Pythagorae -um (*sc. 36, cf. Plut. Isid. 75 p. 381^{F}*). CIL X 1492 *civitatis Neapolitanae* reg(io) (rec *lapis*) -a splendidissima Herculanensium. *al.*

B *potestatis, sc. significantur qui praesunt, praepositi sunt* (*subst. masc. saepius sub 2 et 3; de elephanto p. 1237, 6, sole p. 1237, 15*): **1** *spectat ad sacerdotium, munus ecclesiasticum* (*cf. p. 1235, 55*): APVL. met. 11, 21, 2 -um sacerdotem (*cf. e. g. 11, 17, 1* s. maximus, *11, 20, 1* summus s.). CIL IX 1540 (*saec. III? respicitur taurobolium*) praeeunte Flavio Liberali har(uspice) publ(ico) -o (*addi possunt compendia ambigua*: XIII 1821 [*saec. II?*] h. prim(arii) [*nisi* prim(i)]. XIV 164 magistro har(uspicum) p(rimario) [*an* p(ublico)*?*]). FERREOL. reg. 37, 2 plus in eum *abbatem* metuant, quod meritis est primus, quam quod honore -us. **2** *spectat ad munus publicum vel militare* (*de munere municipali v. supra l. 4 sqq.*): VET. LAT. II Macc. 10, 11 (rec. P) Siriae Coeles itemque Phoenices praetorem -um (*gr. πρώταρχον, rec. L. al.* principalem, *M* primum). VICTORIN. POE-

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TOV. in apoc. 13, 2 'tria *cornua* ... de prioribus' (*Dan. 7, 8*), hoc est, tres duces -os. RVFIN. hist. mon. 16, 2, 2 -o vici huius (*gr. 14, 10 πρωτοκομήτη. item masc. pro subst.*: CASSIOD. var. 2, 41, 1 -orum ... culpa. 6, 19, 3 [*formula comitis archiatrorum*] *ars medicinae* non meretur habere -um? VIRG. gramm. epit. 5, 2, 6). *transfertur ad elephantum*: VET. LAT. II Macc. 13, 15 (rec. P) -um elefantorum (*gr. πρωτεύοντα,* primum *vel* maximum *recc. cet.*). **3** *exempla cetera*: VET. LAT. Col, 1, 18 (Mar. Victorin. adv. Arium 1, 24) *Christus* primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse -us (*gr. πρωτεύων, cod. 75 = Vulg.* primatum tenens. *an ad IIB1?*). RVFIN. Orig. in Ios. 25, 1 p. 452, 4 -i viri qui erant in filiis Levi (*sec. Ios. 21, 1 ἀρχιπατριῶται, pro quo Vet. Lat.* [*cod. 100*] principes patriarum). ACT. Archel. 8, 3 *materia* convocavit omnes principes -os (*gr. τῶν ἀρχόντων πρωτίστους*). GILD. epist. 6 chron. III p. 88, 4 ut nec -us nisi voluntate mutetur subiectorum neque subiectus ... locum prioris obtineat. CASSIOD. var. 12, 25, 2 stellarum -um (*solem*). *dubium*: VET. LAT. IV Esdr. 15, 59 (cod. S. *al.*) *tu, Asia,* infelix -a venies et rursum accipies mala (*nisi potius vi temporali explicandum sec. cod. A* propter priora misera es et iterum excipies mala).

II *cum respectu temporis*: **A** *in universum; significantur qui (quae) praecedunt in serie*: **1** *de rebus: dictis, scriptis*: APVL. met. 11, 14, 2 quid potissimum praefarer -um, unde novae vocis exordium caperem. DIOSC. 3 praef. p. 372, 3 in duobus libris -is (*gr. τοῖς πρὸ τούτου βιβλίοις*). 3, 17 p. 383, 27 est alia agrestis *acanthus*; ... radix eius similem efficaciam habet primar(ia)e (*gr. 3, 17 ἡ πρὸ αὐτῆς*). 4, 146 p. 68, 6 suprascriptus sucus primar(i)us (*nisi de confectione secunda, cf. ibid. p. 67, 13 sq.; gr. non respondet*). CASSIOD. inst. 2, 3, 14 p. 121, 7 (*antea*: definitionum prima) in -a explicatione. *variis* (*addasne l. 25. p. 1236, 54?*): APVL. met. 4, 9, 4 quod est huic *latronum* disciplinae -um studium: ... fortunas inquirebamus. SERV. auct. Aen. 1, 346 'primis ominibus' vel prosperis ... auguribus vel -is. DIOSC. 2, 35 p. 193, 19 (*item fere* CASS. FEL. 71 p. 172, 11) pullu(m) de fetu -o (primaru *cod. Diosc., gr. 2, 56 πρώτης*). SEDVL. op. pasch. 5, 26 dies *dominicus,* a quo -o ... numeratur septimus sabbatorum *dies.* **2** *de animantibus* (*c. gen. gerund.* CASSIOD.): HERM. vulg. sim. 8, 4 *quosdam* cum ⌞-is⌟ stare iussit (⌞ ⌟ *sc. quos primo constituit, gr. πρώτων*). CANON. apost. 65, 9 *quidam* in dominicis congregationibus -us accurrens (*gr. πρῶτος σύνδρομος*). CASSIOD. var. 5, 21, 3 ut *in senatu* inter tot eloquentes viros sis dicendi -us (*accedit respectus dignitatis*). LEX Sal. Merov. 101, 1 -ae uxori (*postea*: u. anterioris). GLOSS. *v. p. 1248, 51.*

B *in philosophia et theologia significatur qui (quod) principio est*: **1** *Christus vel Aeones, sc. primogeniti* (*addas fortasse l. 9*): TERT. resurr. 51, 1 *Iesus,* Adam novissimus (*I Cor. 15, 45*), etsi sermo -us. Ps. TERT. haer. 2 p. 216, 14 dicunt ... de illo summo -o Aeone complures alios Aeones exstitisse inferiores. IREN. 1, 5, 2 numerum primogenitae et -ae ... Ogdoadis (*gr. πρώτης*). Ps. CYPR. adv. Iud. 5, 2 unicum et -um (unigenitum *var. l.*) filium *domini* ... peremistis. Ps. CHRYSOST. de solstit. l. 197 *Christus* princeps et -us omnium. **2** *res, quae simul fundamentum, causa, exemplar est eorum, quae sequuntur*: CHALC. transl. p. 46^{C} ⌞summam optimamque et -am speciem⌟ ([*gr. τὴν τοῦ ἀρίστου ... ἰδέαν*]. comm. 339 -a s., quae idea est [*antea*: principalis s.]). comm. 302 *sensilia* a regione nostra -a, ad naturam versus vero secunda *sunt* (*antea*: ex aeternitate *sunt* nec ullum initium habentia). 307 est deus ... origo -a moliens. AVG. conf. 13, 32, 47 firmamentum caeli, ... -um corpus mundi. gen. ad litt. 1, 12 p. 18, 15 -a lux illa (*sc. antequam facta sunt luminaria*). 6, 14 p. 189, 14 -as omnium nascentium causales rationes. c. Iulian. op. imperf. 3, 104 naturam -o peccantis hominis arbitrio vitiatam. CONC.^{S} I 5 p. 371, 11 una et -a pietas (*gr. I 7 p. 73, 23 πρώτην, I 4 p. 73, 9* prima).

III *cum respectu loci*: VET. LAT. gen. 32, 18 (cod. 100) dixit pueris suis: 'ite ante me ...' et mandavit -o *eqs.* (*gr. τῷ πρώτῳ, Vulg.* priori). GLOSS. dentes -i: *τομεῖς* (*cf. p. 1266, 58*).

usus pro subst.: de masc. et fem. v. quae ad IA1 et IB monuimus, neutr. exstat p. 1236, 53, fortasse etiam p. 1235, 16.

deriv.: primariolus. *de compos.* exprimarius *v. p. 1236, 29.*

cf. Onom.

prīmārus *v. p. 1235, 12.*

***prīmās,** -ātis *adi. et subst.* (*de formis et genere v. infra*). *a* primus, *cf. e. g.* optimas (*item* PRISC. gramm. II 118, 12. *al.*). *de genere: inter communia* PRISC. gramm. II 128, 24. *cf. l. 73. p. 1238, 30. de formis: nom. sing.* -mas *testantur* FEST. p. 253 (*v. vol. X 1, 1023, 46 sqq.*). PRISC. *supra. al., traditur* (*saepius iuxta var. l.* primus, primatus) EPIST. pontif. 555 Arel. 18 p. 26, 24 VITA Fulg. Rusp. p. 73. 89 FERRAND. canon. 61 VICT. TONN. chron. II p. 202, 552, 2. *al.* (*cf. coniecturas apud* AVG. *p. 1242, 72. 74. 1234, 3. 8 et* epist. 43, 8 [primus *trad.*]). *formam plenam fuisse* apud antiquissimos ... hic et haec -matis *et neutr.* -mate *testatur* PRISC. gramm. II 129, 3sq. *sec. Caprum, sed nullo allato exemplo. abl.* -i *testatur* PRISC. gramm. II 129, 6, *cf. falsam var. l.* AVG. epist. 88, 3. *al.* (-e *e. g.* AVG. c. Parm. 1, 3, 5); *gen. plur.* -um *saepius,* -ium *non nisi* COD. Theod. 1, 34, 3 (-um *var. l.*). 7, 18, 13 (*cod. R*). *de formis heteroclit. v.* 2. primatus. *exceptis* APVL. *l. 12 testimoniisque* FESTI (*ipsius an Verrii?*) *et* CAPRI (*?*) *p. 1237, 68. 74, legitur inde a saec. IV, sc. saepius plur. quam sing. (v. l. 33); in versu non nisi apud* CLAVD. carm. min. app. 5, 18, AVSPIC., PAVL. PELL.; *inscriptionibus deesse videtur.* [*in codd. confunditur maxime cum* 1. primatus *et* primus, *cf. p. 1237, 69. 71 sq. 1239, 58. 1240, 21.*]

fere i. q. primarius, sc. non nisi de animantibus, qui dignitate, auctoritate, potestate sim. praecellunt (*sed qui tempore primi sunt fortasse l. 43. p. 1240, 7; coniungitur cum adv. vel locut. adv. l. 27. p. 1239, 8. 50*): **I** *adi.* (*masc. praeter l. 12 sq.*): APVL. met. 2, 19, 1 frequens ibi numerus epulonum et utpote apud -em feminam flos ipse civitatis (PALLAD. hist. mon. I 1 p. 252^{A} *quidam* notus Romano senatui f.que -bus [*gr. p. 16, 7 ταῖς γυναιξὶ τῶν μεγιστάνων*]). VVLG. Mich. 5, 5 suscitabimus super eum septem pastores et octo -es homines (*cf.* HIER. *ad loc.* l. 225 ubi nos posuimus -es homines et in hebraico scriptum est nesiche adam, Symmachus interpretatus est Christus hominum, Theodotio ... principes hominum). AVG. c. acad. 2, 2, 3 in nostro ipso municipio *me* ... paene tecum clarum -emque fecisti. in psalm. 8, 12 -es, ut ita dicam, spiritus (*sc. angeli*; spiritus *vix gen. est*). COD. Theod. 15, 7, 3 -es viri. COD. Iust. 9, 12, 10, 2 (*a. 468*) provinciarum rectores ... multam ... sustinebunt, -bus videlicet apparitionis suae personis ... capitali ... supplicio feriendis (*cf. sub IIA2b*). CANON. Turner I p. 501 rec. III per litteras -i⟨s⟩ episcopi provinciae, hoc est metropolitani ([*gr. ibid. p. 500 τοῦ ἐξάρχου*]. GREG. M. epist. 3, 48 l. 1 Gregorius Adeodato e. -i provinciae Numidiae. 4, 13 l. 1 Clementio e. -i Bizaceno. *cf. p. 1239, 22*). NOVELL. Iust. 7, 3, 2 p. 56, 11 duobus per tempora -bus mechanicis aut architectis (*gr. πρωτευόντων. postea*: insignibus, *gr. ἐπισήμων. cf. p. 1239, 10*). 35, 1 p. 242, 14 licentia -bus (partibus *codd.*) ... adiutoribus data.

II *subst. masc.* (*ambigua inter adi. vel subst. v. supra; fem. et neutr. nusquam inveniuntur, de parentibus l. 64; indicatur passim, ubi vel inter quos quis praecellat per pron. poss. vel gen. [adi. pro gen. l. 64. p. 1239, 58], quo respectu p. 1239, 51. 1240, 8; occurrit sing. saepius sub C, ceterum raro, e. g. l. 36. 62. p. 1239, 20*): **A** *in vita publica*: **1** *usu vario et generali*: IVL. VAL. 1, 36 Tyrii -es legatos ... corripi iubent (*gr. p. 40, 1 πρωτόβουλοι*). AMM. 28, 2, 13 ambitiosam domum cuiusdam -is. 31, 2, 7 *Huni* tumultuario -um ductu contenti (*opp.* severitate regali). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 242 Troianorum -bus. AMBR. c. Aux. 29 cum praesentibus -bus ante consistorium tractaretur *causa quaedam* (RVFIN. hist. 1, 13, 14 cum fuisset ingressus *Abgarus toparcha* p. -bus suis [*gr. μεγιστάνων*]). CLAVD. carm. min. app. 5, 18 quae -es quondam genuere Latinos antiquaeque urbi proprium tribuere vocamen, ... Laurentes ... nymphae (*cf. Verg. Aen. 7, 47 Latinum* nympha genitum Laurente. *an vi temporali de priscis Latinis?*). AVG. c. Faust. 22, 93 Aegyptiorum etiam ipsi -es et tamquam docti homines adorare figmenta. in psalm. 103, serm. 4, 4 multi -es saeculi nondum crediderunt ([*opp.* pusilli s.]. AVSPIC. ad Arbog. 26, 2). AVELL. 21, 3 *urbis* regionum -bus evocatis ([*postea*: regionum ... priores. *item Romae*: 31, 6]. NOVELL. Iust. app. 7, 12). OROS. hist. 6, 8, 18 Aulercos Eburovices Lixoviosque, qui -es suos ... interfecerant (*cf. Caes. Gall. 3, 17, 3* senatu suo interfecto). IORD. Get. 134 -es eorum et duces, qui regum vice illis *Visigothis* praeerant. NOVELL. Iust. 8, 8, 1 provinciae -es (*gr. πρωτεύοντας. cf.* 8, 14 pr. et qui in eis *provinciis* -es sunt [*gr. πρωτευόντων*]). *al. apud Iudaeos*: HIER. in Is. 7, 22, 3 l. 5 (*ad verbum sec. hebr. vertens Is. 22, 3*) omnes -es tui migraverunt simul (*Vulg.* principes ... fugerunt). AVG. cons. euang. 3, 15, 52 quia 'principes' dixit (*Luc. 23, 35*) nec addidit 'sacerdotum', magis nomine generali omnes -es conplexus est, ut ibi possint intellegi et scribae et seniores. COD. Theod. 16, 8, 8 reclamantibus legis suae -bus. 16, 8, 29 Iudaeorum -es. *al.*

2 *peculiaria quaedam*: **a** *in municipiis sim.* (*cf. l. 47*): AMM. 14, 7, 1 Caesar ... nec honoratis parcens nec urbium -bus nec plebeiis (COD. Theod. 7, 18, 13 ad notitiam -um u. vicorum castellorumque. *al.*). 28, 6, 4 ordinis *Leptitani* ... -em (COD. Theod. 12, 1, 190 -es o. Alexandrini [*Iust. 10, 32, 57* summates]. *al.*). AVG. conf. 6, 7, 11 *Alypius ortus* parentibus -bus municipalibus. epist. 17, 4 decuriones et -es civitatis (COD. Theod. 16, 10, 13 pr. moderatores provinciarum ..., -es ... c., defensores *eqs.* NOVELL. Iust. 134, 3 pr. locorum ... episcopis et -bus c. [*gr. τοῖς πρωτεύουσι*]. *al.*). 91, 8 cives maximeque -es *Calamenses.* COD. Theod. 12, 12, 12, 1 ad provinciale concilium ... cunctos volumus convenire, qui -um honorantur insignibus, exceptis praefectoriis. *al.* **b** *in officiis publicis*: COD. Theod. 1, 12, 8 *proconsul* multetur ...; -es quoque officii par poena contineat (9, 26, 2. COD. Iust. 1, 48, 3 [*a. 389*] principes et cornicularii et ⌞-es o.⌟ [*loco gemino 12, 19, 2* capitibus o.]. NOVELL. Valent. 18, 4 -es uniuscuiusque militiae vel o. PASS. Luxor. [BHL 5092] 4 inter -es o. mei [*sc. praesidis Sardiniae*]. EDICT. Hunir. Vict. Vit. 3, 11 *ut* de -bus o. tres numero punirentur. *et saepius*). COD. Iust. 12, 19, 7 pr. (*a. 443–444?*)

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quindecim -um eiusdem scrinii testimonio (12, 23, 14, 1 [*impp. Theod. et Valent.*] primicerios ... officii tresque -es scriniorum rerum privatarum). 12, 25, 4, 1 (*a. 474*) actuarium vel unum e -bus suae scholae. 12, 29, 3, 1 (*imp. Zen.*) quinque ... -es (-os *cod. unus*) ex triginta viris a primicerio usque ad tricesimum. CASSIOD. var. 11, 6, 1 *cancellarius praefecti praetorio* suis -bus meruit anteponi. 11, 19 (*opp.* tironum). *al.* **c** *in corpore professionis cuiusdam*: COD. Iust. 2, 7, 22 pr. (*a. 505*) iubemus pro tempore -em advocatorum ... fisci patroni fungi officio (*fere item* 2, 7, 24 pr. [*a. 517*]). 4, 59, 2, 3 (*a. 483*) ceterarum ... professionum -es. IVLIAN. epit. novell. 7, 3 duos -es mechanicorum vel architectorum (*sec.* NOVELL. *p. 1238, 26*).

B *in re militari de praepositis militum sim.*: ITIN. Alex. 50 (*loco corrupto*) -bus *exercitus Alexandri* (*opp.* milites; *cf. Ps. Call. hist. Alex. M. p. 99, 3 ἐξάρχους*). AMM. 25, 1, 16 *imperator* stipatus armatarum cohortium globis cum -bus ... manipulos instruebat. COD. Iust. 9, 39, 2, 1 (*a. 451*) iudex provinciae ... a ... tribuno seu -bus militum, qui in his locis sunt, auxilium postulet. 9, 39, 2, 1a tribuni ... seu -es numerorum, qui in locis sunt (9, 39, 2, 2. NOVELL. Iust. 130, 1 [*gr. πρωτευόντων*]). 12, 37, 16, 5 (*imp. Anast.*) decem ex devotissimis principiis, -es eorum videlicet. CASSIOD. Ios. antiq. 12, 50 p. 333 -em custodum mei corporis (*sc. Ptolemaei regis; gr. ἀρχισωματοφύλακα*). *al.*

C *in ecclesia*: **1** *de episcopo eccl. catholicae, qui collegas dignitate superat* (*imprimis in eccl. Africana fere technice de metropolitano, sed maior gradus respicitur l. 53; cf. adi. p. 1238, 23,* 1.primatus *p. 1242, 19*): **a** *sine determinationibus* (*praeter pron. poss.*): OPTAT. 6, 3 p. 147, 3 de nescio quo -e suspicamini (*antea*: vel unum episcopum convincite). CONC. Carth. a. 390 p. 18 l. 180 tres episcopi ... cum -is praecepto ordinare debebunt episcopum (*l. 165* metropolitani). Thel. a. 418 p. 61 l. 58 extra conscientiam sedis apostolicae, ⌞hoc est -is⌟, nemo audeat ordinare (*sunt verba Epist. pontif. 258, quibus episcopi Africani addiderunt* ⌞ ⌟ *accommodantes consuetudini suae. cf. e. g.* FERRAND. canon. 4 cum confirmatione metropolitani vel -is). AVG. c. Cresc. 4, 64, 79 epistulam -is nostri (*cf. Cresc. ibid. 3, 80, 92* epistulam principis vestri). epist. 59, 1 Mauretanias ..., quas provincias scimus suos habere -es (*postea*: qui illic priores sunt). c. Parm. 1, 3, 5 *Numidiae episcopi* venientes cum -e suo tunc Secundo Tigisitano. LEO M. epist. 108, 1 (*episcopo Foroiuliensi*) nihil sine ⌞-bus⌟ oportet inquiri (-e suo *var. l.; antea*: ut cum metropolitano tuo ... conferres). EPIST. pontif. 555 Arel. 18 p. 26, 26 quem reppererit episcopalis ordo -em. CONC.^{S} II 3, 3, p. 38, 3 secutus sum -em meum (*cf. 38, 7* cum meo principe. *gr. II 1, 3 p. 30, 33 et 37 resp. ἔξαρχος*). GREG. M. epist. 1, 72 l. 16 ut *episcoporum Africanorum concilium* -em non ex ordine loci, postpositis vitae meritis, faciat. *al.* **b** *cum determinationibus* (*regionis, collegarum sim. praeter l. 51*): CONC. Carth. a. 390 p. 18 l. 168 *praesumunt* aliqui episcopi ... contempto -e cuiuslibet provinciae ... episcopum ordinare ([*postea*: primae cathedrae]. a. 419 p. 140 l. 202 ad -em ipsius p. causa *episcopi* deferatur. REG. eccl. Carth. l. 677 FERRAND. canon. 84. *al.*). POSSID. vita Aug. 8, 2 -em episcoporum Carthaginiensem (VICT. TONN. chron. II p. 202, 551, 1 Firmus Numidarum e. ⌞-s⌟ [⌞ ⌟ *cod. unus fort. e coni.*, -es, -us *cett.*]. EPIST. Ibae Facund. defens. 6, 3, 6 [*gr. Conc.^{S} II 1, 3 p. 33, 3 ἐξάρχους, cf. II 3, 3 p. 40, 21* priores]). 8, 3 adveniente ... tunc -e Numidiae Megalio (*cf. p. 1242, 72*). EPIST. pontif. 555 Arel. 18 p. 26, 24 honoris -s. CONC.^{S} II 2, 2 p. 56, 19 (*sim.* p. 100, 27) quodsi adversus ... metropolitanum episcopus vel clericus habet querellam, petat -em dioceseos (*gr. II 1, 2 p. 160, 12 ἔξαρχον, II 2, 2 p. 36, 1* d. primam sedem, *107, 33* principem d.; *quae sim. respondent ad* II 2, 2 p. 58, 18 *et* 101, 26). VICT. TONN. chron. II p. 202, 552, 2 Firmus concilii Numidiae -s ([primatus *cod. unus*]. p. 203, 552, 2 Boethio -e Byzaceni c. [-i *cod. unus*]. GREG. M. epist. 12, 3 l. 9. *al.*). GREG. M. epist. 9, 27 l. 10 Vizacenus -s (primus *codd.*). *de episcopo Romano* (*cf. p. 1242, 57. 1243, 7*): LEO M. serm. 3, 4 quem *Petrum* non solum huius sedis praesulem, sed et omnium episcoporum noverunt esse -em.

2 *de aliis praepositis*: AVG. c. Adim. 15 p. 158, 7 cur -es Manichaeorum nefas sibi esse existiment carnibus vesci (*item haereticorum*: mor. Manich. 8, 11 unus de -bus huius haeresis. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 66 [*conviciose de Aug.*] te, fidelem discipulum Manichaeorum et Traducianae nationis -em. CANON. Turner I p. 649 l. 230 *Arianorum* -es [*gr. Athan. apol. 48 ἔξαρχοι, Cassiod. hist. 4, 24, 32* principes; *cf. authenticum lat. apud Hil. coll. antiar. p. 119, 6* auctores]. *al.*). NOVELL. Iust. 120, 6, 2 p. 583, 7 in venerabilibus ... monasteriis -es eorum cum ampliore parte ... monachorum contractum efficiant ([*gr. ἡγουμένους*]. IVLIAN. epit. novell. 4, 8 monasteriorum -es [*Novell. Iust. 5, 7* abbates, *gr. ἡγουμένους*]. *cf. p. 1241, 73*). 123, 18, 1 requirente ... episcopo et uniuscuiusque ordinis ecclesiastici -bus (*gr. τῶν ... πρωτευόντων,* IVLIAN. epit. novell. 115, 31 in singulis gradibus ... -es).

D *exempla cetera* (*sublucet fere usus sub A et C illustratus*): IVL. VAL. 3, 10 *gymnosophistae* -es suos, quos scilicet a sapientiae modo censent, obviare adventanti *Alexandro* iubent (*gr. p. 104, 14 in app. ἀρίστους*). TRACT. de indur. cord. Phar. 16 quem *Esau* ... -em adspirabat *pater* (*respicitur dignitas primogeniti*). MART. CAP. 1, 69 -bus divum (*antea*: deorum senatum). COD. Iust. 9, 39, 2 pr. (*a. 451*) dominus possessionis ... aut procuratores ... seu -es possessionis (*al. in eadem lege*). CONC.^{S} II 3, 1 p. 181, 13 monachorum principem et in multitudine piorum -em ... Eutychem. *? accedente vi temporali* (*cf. l. 2*): AVELL. 97, 45 'primitias spiritus habentes' (*Rom. 8, 23*) quasi -es gratiae dei (*antea*: ecclesiae principes et parentes, qui primordialiter sancti spiritus dona sumpserunt).

cf. Onom.

[*nomina* **prīmatīva** VIRG. gramm. epit. 5, 3, 1 (*edd.; om. cod. N,* primatum *P,* primit' *A; restituas potius* primitiva).]

[**prīmātum,** *neutr. adi. vel subst. vix agnoscendum* VIRG. gramm. epit. 5, 1, 1 *cur* nomen omnibus partibus Latinitatis praelatum sit, cum ... ⌞-um⌟ aestimatur verbum *apud Hebraeos* (⌞ ⌟ *NP,* -um tenere *V,* primitivum *vel* praecipuum *sim. cett.*).]

1. ※**prīmātus,** -ūs *m.* *a* primus. *inter nomina tantum singularia* PROB. app. gramm. IV 193, 21, *sed cf. l. 20.* *de formis heteroclit. v.* 2. primatus. *legitur sing. semel apud* VARRONEM, *quater in* PLIN. nat., *saepius inde a* TERT., VET. LAT., *qui ut posteriores exhibent etiam plur.* (*corrumpitur in codd. e. g. p. 1241, 63.–75*). [*variat in codd. maxime cum* primas, *e. g.* AVG. epist. 43, 9 LEO M. epist. 106, 5 Conc.^{S} II 4 p. 61, 24, principatus AVG. agon. 8, 9 DECRET. Gelas. 3, 1 l. 133. *al.*]

i. q. status eius qui primus est, quod praestat sim. (*metonymias distinguimus p. 1241, 51. 1242, 68.* GLOSS. *πρωτεῖον. πρωτεῖα*): **I** *cum respectu gradus*: **A** *usu vario*: **1** *de -u rerum quarumlibet* (*sc. quae plurimi aestimantur, maximi momenti sunt; cf. l. 41*): VARRO rust. 1, 7, 10 (*antea*: quod *agrorum* sit primus, ubi *eqs.*) alii dant -um bonis pratis. PLIN. nat. 13, 79 -um *chartarum* mutavit Claudius Caesar (*postea*: praelata omnibus Claudia *charta*). VET. LAT. Sirach 11, 3 (Laurent. eleem. p. 110^{B}) -um dulcoris habet *mel* (*gr. ἀρχή, Vulg.* initium. *inde* AVG. in psalm. 80, 22). HIER. in eccles. 2, 5 l. 105 inter ... arbores ... tenere -um lignum vitae. AVG. civ. 7, 21 p. 299, 9 liquoribus fructuum, quorum quodam modo -um vinum tenet. conf. 10, 35, 54 videndi officium, in quo -um oculi tenent. PETR. CHRYS. serm. 77, 3 per diei dominici -um (*antea*: sabbatum secundarium ... effectum. *de eodem simul cum respectu temporis*: SEDVL. carm. pasch. 5, 322 op. pasch. 5, 26). COSMOGR. 1, 25 fluviorum rex, pulcher Tiberis, cui -um ... Romae singularis tribuit magnitudo. *al.*

2 *de -u hominum* (*animalium l. 55; fere cum respectu aestimationis, dignitatis sim., sed potius potestatis l. 46. 48. 55*): **a** *generatim*: TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 13 -um ... captantes locorum et honorem salutationum ... incusat *Iesus* (*e. g. Luc. 20, 46* primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conviviis. *cf. in eadem re* AMBR. in Luc. 7, 105 -us accubitionis. *ceterum* MVTIAN. Chrysost. hom. 7 p. 287 -um habere consessus [*gr. p. 65 προεδρίαν*]). VET. LAT. Sirach 25, 30 (Ps. Aug. spec. 53, *cf.* VVLG.) mulier, si ⌞-um habeat et administret⌟ viro suo (⌞ ⌟ *gr. 25, 22 ἐπιχορηγῇ*). SCHOL. Hor. carm. 2, 7, 25 ('arbitrum ... bibendi') archiposiam significat et tesserarum iactu datum in bibendo -um. CLAVD. DON. Aen. 5, 540 p. 486, 21 honorem -us (*in certamine sagittario*). PELAG. in I Cor. 2, 6 ('sapientiam ... principum huius saeculi') sive regum, sive philosophorum qui in hoc saeculo -um sapientiae videntur tenere. HESYCH. in lev. 25, 8 p. 1114^{A} *familia* zelatorum, cuius Elias -um tenet (*antea*: praeest, princeps est). PROSP. in psalm. 108, 2 Iudas -um gerit *inimicorum Christi.* CASSIOD. var. 3, 51, 1 ⌞in hoc agone⌟ -um ... obtinere (⌞ ⌟ *i. in arte aurigandi; vix ad II*). 9, 2, 5 *grues,* inter quas nullus -us quaeritur. *al.* *respicitur populus a deo electus* (*cf. p. 1241, 6*): AVG. in Iob p. 573, 9 *Iudaei* 'inhonorati ...' (*30, 5*) amisso -us honore. COMM. apol. 262 gens *Iudaeorum* ... dum sibi -um vindicaret. ORIG. in Matth. 15, 26 p. 428, 7 (*ad Marc. 9, 34*) nunc -um accipient, qui ex gentibus credunt in me (*gr. πρωτεῖα*).

b *speciatim de iure primogeniti, quod pertinet*: α *ad Esau et Iacob*: Ⓘ *proprie*: VET. LAT. gen. 25, 32 (Hil. myst. 1, 20; *loq. Esau*) ecce ego morior et quo mihi hos -us? (*gr. πρωτοτόκια, Vulg.* primogenita. *eadem respondent* 27, 36 [cod. 100] -us ... meos accepit *Iacob* et nunc accepit benedictionem meam. *explicat* HIL. myst. 1, 20, 2 in -bus ... haec apud veteres erat dignitas, ut ... hereditatem primogenitus optineret fratribus, qui deinceps essent, ei subditis). CYPR. epist. 73, 25 (*antea*: ut quis cedat iure suo) cum ... Esau -us (-os *cod. unus*) suos ... perdiderit. patient. 19 -us suos per impatientiam lentis amisit. AMBR. epist. extra coll. 14, 99 amisit -us benedictionis (*sec. l. 63; similiter confunduntur -s et benedictio*: TRACT. de indur. cord. Phar. 15 adipisci -us per vocem benedicentis *patris.* 16. AVG. serm. 5, 4. *cf. p. 1241, 1*). *al.*

Ⓘ *per comparationem, interpretationem allegoricam transfertur ad privilegium*: Ⓐ *fidelium, qui Christum vere sequuntur*: TERT. ieiun. 17 p. 296, 23 si tibi, *psychice,* lenticulam ... obtulero, statim totos -us tuos vendes. AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 23 *verba Christi* qui studiose fuerit

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prosecutus, -us benedictionis accipiet sicut patriarcha Iacob (2, 6, 20 quos *-us b.* utique solida consequeretur fides. *cf. p. 1240, 69*). TRACT. de indur. cord. Phar. 14 esca contempta caelestes -us mercantur. AVG. bapt. 5, 16, 21 nisi forte, cum Esau propter lenticulae concupiscentiam -um perdiderit, tenere -um arbitrandi sunt fraudatores, raptores *eqs. al.*

Ⓑ *populi a deo electi* (*cf. p. 1240, 56*): AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 6, 2 duos significari populos (*gen. 25, 23*), ... populum Iudaeorum seniorem et christianum populum iuniorem, qui propter cocturam lentis -us fratris senioris accepit. AVG. serm. 5, 5 maior filius, populus Iudaeorum, perdidit -um. QVODV. prom. 1, 21, 29. *al.*

β *ad quoslibet in vetere testamento memoratos* (*cf. p. 1243, 30; de Christo v. l. 22*): VET. LAT. deut. 21, 16 (Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 13) -um dare filio mulieris dilectae (*v. p. 1256, 7*). PS. ORIG. in Iob p. 391^{D} (*inter filios Iob*) iunior maiori obsequium reddebat, novissimus primo cum -u honorem exhibebat. LIB. geneal. chron. I p. 175, 312a *Ruben* amisit suum -um, cum incestasset torum patris sui (*gen. 49, 4; cf. ibid.* 312b cuius -us acceperunt filii Ioseph [*cf. p. 1262, 9*]). PETR. CHRYS. serm. 72, 3 in utero Thamar gemini de -us honore proeliantur (principatus *cod. unus*).

2 *de rebus*: **a** *quae primogeniti propriae sunt*: α *de privilegio eius, iure aetatis* (*sc. neutr. plur. pro subst.; gr. fere respondet τὰ πρωτοτόκια*): VET. LAT. gen. 25, 33 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 41, 4. Rufin. Basil. reg. 8, 10) vendidit -a sua ([*Vulg.* primogenita]. *sc. Esau ut*: HIL. myst. 1, 20, 2 [*seq. gen. 25, 32* primatus]. *al.; ad eundem spectant*: HIL. myst. 1, 20, 3 -orum dignitas [*cf. ibid.* -orum honore]. COMM. apol. 252 iunior quod frater -a toll⟨er⟩et ille. *al.*). deut. 21, 17 (cod. 100) huic debentur -a (*v. p. 1262, 3*). HEGES. 1, 14, 1 p. 21, 9 cui *Hyrcano* -a regni competerent (competeret *var. l., ut* -a *sit fem. sing.; cf. gr. 1, 124 τὸ πρεσβεῖον*). β *de fundis, terris iure primogeniti possessis*: PRISCILL. can. praef. p. 101, 15 Galaad horum *avorum suorum* -a possedit (*cf. e. g. Ios. 17, 1* cecidit ... sors ... Machir, primogenito Manasse, patri Galaad).

b *quae deo offeruntur optimae* (*tamquam primitiae*): AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 5 quae sancta sunt, -a sunt nostrorum sensuum (*affert* exod. 22, 29 -a filiorum). 2, 1, 6 (*ad num. 15, 19. 21* primitias) -i huius corporis sensus (*ibid.* -i s. *sunt* ..., qui malitiae ... exsortes sint).

C *quod novicium, rude est: de eo qui primum credit* (*masc. pro subst.*): HESYCH. in lev. 2, 16 p. 812[B] (*ad p. 1256, 62*) -us deo est is, qui noviter coepit credere et qui ei nullum pridem divinae scientiae obtulit fructum. *de actione, quae primum temptatur, sc. incondita sim.*: EPIST. Austras. 10, 2 vernolarum adhuc rudium -is cultibus (*in regem; cf. ibid.* novis ... studiis, *3* tyrocinia).

deriv.: primitivalis, primitivatus, primitivo.

cf. Onom. *Spoth.*

prīmitus *adv.* [*a* primus, *v. Leumann, Gramm. 1977, 500. Fo.*] NON. p. 154, 20 primiter pro prime et -s pro primo (*affert* LVCIL. *l. 51*). *fere singulis vel binis locis exhibent vocem* LVCIL., LVCR., VARRO (*quinquies*), CIRIS, PRIAP., PAVL. FEST. (*quater*), PETRON., SVET., GELL. (*quinquies*). *al.; saepe legitur inde a saec. IV, frequentatur maxime ab* AVG. *et* CASSIOD. [*confunditur in codd. cum* primitiis TERT. pall. 2, 6. *al. (falso trad.* VAL. MAX. 2, 5, 5; *e coni. dub.* PETRON. *p. 1254, 30) et cum* primus, prius *sim., e. g.* HIER. epist. 109, 1, 1 MART. CAP. 6, 722.]

i. q. primum, primo (*saepe ita, ut opponatur uni tantum posteriori, v. e. g. p. 1260, 35. 63, idque in comparatione manifestiore, ut exspectes* prius, *p. 1260, 51; accedit ad verba passim, ad p. p. p. pro adi. e. g. p. 1260, 23, pro subst. p. 1260,*37): **I** *significatur potius esse vel fieri aliquid ante alia in ordine*: **A** *temporis* (*in serie numerorum l. 72*): **1** *usu vario respicitur*: **a** *quod antecedit cuilibet tempori*: α *antequam denuo vel ab aliis fiat, iterum sit*: Ⓘ *varia ratione*: LVCIL. 199 cum primos ficos propola recentis protulit et pretio ingenti dat -s paucos. PRIAP. 86, 11 -s tenera virens spica mollis arista. CLAVD. DON. Aen. 1, 715 p. 139, 9 ut *Aenea* ... -s in errorem misso transfigurationem *Cupidinis* non intellegerent etiam ceteri. AVG. civ. 1, 21 p. 36, 3 cum id se vovisset *Ieptha* immolaturum deo, quod ei ... victori -s occurrisset. serm. 43, 6 si ... eligeret Christus -s oratorem (*syn.* prius). CONC.[S] II 3, 1 p. 51, 5 quicumque -s suscripserunt (*gr. II 1, 1 p. 76, 7 πρῶτοι*). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 135 sicut a me etiam -s declaratum est (*gr. πρότερον, ut locis geminis* 4, 311. 5, 89). REGVLA mag. 7, 20. *al.* *cum verbis incipiendi* (*cf. l. 66*): AVG. civ. 22, 20 p. 601, 11 in quo esse caro humana -s coepit, *antequam eius cadavere alius pastus sit* (ARATOR act. 2, 606). VITAE patr. Iurens. 136 incipiente -s uno, confestim cuncti ... lumina ... exstinguntur.

Ⓘⓘ *eo quod omnino prima vice est, fit*: Ⓐ *in universum*: LVCR. 4, 1030 quibus *adolescentibus* ... -s insinuatur semen. VARRO ling. 6, 56 in ... pueris -s incipientibus fari (*antea*: primo ... fari). PAVL. FEST. p. 367 quod ibi -s sit visa *Minerva.* SVET. Claud. 7 -s ingredienti *Claudio* cum fascibus forum. OPTAT. 1, 21 p. 23, 21 qui populos dei -s ausi sunt scindere. AMM. 17, 11, 1 quod non tunc -s accidit (30, 5, 4 AVG. civ. 20, 8 p. 426, 28. *al.*). 23, 5, 16 non nunc -s ... Romanos penetrasse regna Persidis (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 2, 142 modo ... -s [*gr. νῦν πρῶτον*]). SCHOL. Iuv. 6, 594. *al.* *in serie numerorum ascendente*: CHALC. comm. 38 tria -s dicta sunt 'omnia', quod de duobus dici non potest. Ⓑ *in sermone philos. respicitur deus, qui primus movet sim., vel materia, quae prima formatur*: CHALC. comm. 319 ut deus, qui -s operatur ac facit ..., sic etiam quod -s patitur, id est silva *eqs.* 337 *aes, lignum sim. opifici* non -s subiacent, quia sunt aliarum artium inventa ...; principalis subiectio est cognominata *silva.* 352 silvae -s ... ex praeponderatione *corporum* ... substitisse motum (*nisi ad II*). © *respicitur πρῶτος εὑρετής vel primum exemplum instituti vel inventi cuiusdam*: AMM. 22, 8, 21 Chalybes, per quos erutum ... est -s ferrum. AVG. civ. 2, 8 p. 62, 14 ingravescente pestilentia ludi scaenici ... Romae -s instituti sunt (18, 2 p. 259, 13). 10, 32 p. 457, 10 *Abraham* -s ... unum verum deum sequendo coluit. VITA Hil. Arel. 15 l. 16 *Hilarius* cibum sine lectione non sumpsit; ab eodem in civitatibus ista est invecta -s consuetudo. NOVELL. Iust. 4, 1 *Papinianus* haec -s introduxit (*gr. πρῶτος*). CASSIOD. compl. in act. 11, 19 *Antiochiae* Christiani sunt -s nuncupati (*Vulg. act. 11, 26* primum). *al.*

β *antequam quidlibet aliud fiat, sit*: IVL. VAL. 3, 8 -s quidem anceps diu fortuna bellantibus videbatur ...; sed cum *eqs.* EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1143[A] *ad diaconatum,* si se ipse -s continentia praeeunte dignum probarit, accedat. PEREGR. Aeth. 3, 8 de summitate montis ... infra nos videbantur esse illi montes, quos -s vix ascenderamus. CLAVD. DON. Aen. 1, 365 p. 80, 12 cum aedificium instrui non potuerit, nisi emptio loci -s provenisset (AVG. fid. et op. 15, 25 p. 65, 18 *meretrices non* admittere, n. ab illa -s prostitutione liberatas. COD. Theod. 8, 4, 20 non ante ... nisi ... -s). AVG. civ. 3, 16 p. 119, 29 *Iunius Brutus* in bello cecidit ... occisis a se ipso -s filiis (*iuxta abl. absol. ut* GREG. M. epist. 2, 6 l. 8. *al.; cf. l. 29*). AVELL. 94, 2 si ... aliqua nova pestis et -s ignorata prorumperet. NOVELL. Iust. 74, 2, 1 *filiis* naturalibus *post legitimos* procreatis aut -s natis (*gr. προγενομένων. item vertitur praefixum gr. προ-*: 159, 3 [*gr. προανελόντων*]. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 2 p. 10, 7 [*gr. προεωραμένων*]. *cf. l. 34*). 89, 8 pr. qui -s erant naturales *filii* (*gr. ἔμπροσθεν ut*: 102 praef. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 324). *al.* *in ordine scriptorum vel dictorum*: EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1132[C] facto ... -s meae provectionis indicio, ad singula *respondebo.* FAV. EVL. 21, 3. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 6, 20 ut posteriora -s et prima posterius poneret *Vergilius.* AVG. c. Petil. 3, 41, 49 quod in epistula mea -s posui. BOETH. divis. p. 882[C] quod ... primum est, in divisione quoque -s oportet ordinari. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 200 narrabo -s (*gr. προδιηγησάμενος. cf. l. 25*). *al.*

b *quod antecedit huic tempori* (*sive olim sive nuper*): PEREGR. Aeth. 19, 18 *ostendebatur palatium,* quod habuerat -s rex Aggarus. 20, 5 ubi fuit -s domus Abrahae (*sim.* 20, 8). COD. Theod. 14, 1, 2 quae -s statuta perdocentur, etiam nostrae mansuetudinis sanctione permaneant (*syn.* antea). CONC.[S] II 3, 1 p. 148, 2 -s ... directus a domino meo ... ad ... Eutychen (*altera versio II 2, 1 p. 63, 19* antehac; *gr. II 1, 1 p. 162, 32 πρώην ut* NOVELL. Iust. 119, 2). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 300 locum ..., qui nunc Maxilla nuncupatur ..., cum nomen -s non haberet (*gr. πάλαι*). *al.*

2 *peculiaria quaedam*: **a** -s *explicatur per enunt. secund.* (*abl. absol. l. 48, praepos.* post CASSIOD. Ios. antiq. 3, 61 [*cf. p. 1261, 35*]): α *notione communi*: -s cum: VARRO rust. 1, 31, 2 in vitiario -s, cum exit, vitis tota resicari solet. 1, 48, 1 -s, spica cum oritur (*sim.* 1, 48, 3). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 264 filia ... ⌞-s, cum veniret, occurrit⌟ *Iepthae* (⌞⌟ *gr. ὑπήντησε. cf. 5, 263* quidquid ei prius occurreret). *abl. absol. pro enunt.*: IVL. VAL. 1, 26 *cum* Roma quattuordecim stadiis ... longa -s fuerit, nondum adiectis ... partibus. β *notione deflexa, sc. comparato alio temporis momento (vel condicione) vergit in vim q. e. prius* (*in sent. negativis praeter l. 54. 55. 60; gr. respondet πρότερον, quod infra non indicavimus, alius comparativus l. 60*): -s antequam: AVG. quaest. hept. 7, 46 quae *lux* -s condita est, a. deus ... conderet solem. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 257 non -s liceat ..., a. *eqs.* 18, 235 p. 533 in qua *domo* -s habitabat, a. haberetur in vinculis. -s donec: NOVELL. Iust. 8, 10 pr. si ... non -s quiescant *torquentes,* d. reddant furta *rei.* CASSIOD. Ios. antiq. 7, 76 p. 188. -s quam: CASSIOD. Ios. antiq. 4, 130 non -s annuant, quam ... iubeant. 6, 104 p. 156 numquam ... -s defecisses, quam ... expediret (*gr. ταχύτερος ἤ*). 19, 261 p. 565 -s semetipsum interficere minatus est, q. *eqs.* ARATOR act. 2, 244. 1003. -s nisi: CASSIOD. hist. 6, 4, 3 neque ad eos -s accessurum *imperatorem,* n. cognosceret *eqs.*

b *respondent adv.* (*fere in serie duorum membrorum, sed plurium l. 65 sq. p. 1261, 1 sq.*): PETRON. 62, 8 -s nesciebam, ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem (CHALC. comm. 225 -s ..., deinde ... et demum. COD. Theod. 14, 9, 1 -s ..., deinde ..., tertio. AVG. enchir. 31, 118 -s ..., secundo ..., d. CASSIOD. Ios. antiq. 8, 112 p. 227 [*gr. πρῶτον ..., ἔπειτα*]. NOVELL. Iust. 43 praef. [*gr. πρότερον ... εἶτα*]. *et saepius; cf. p. 1261, 16*). TER. MAVR. 206 -s ... deinceps (VINCENT. LER. comm. 20, 7. *cf. p. 1261, 20*). GELL. 10, 8, 2 -s ..., postea tamen (CONC. Carth. a. 419 p. 90, 35 QVODV. prom. 2, 24, 49. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 86, 13 [*gr. I 1, 3 p. 4, 19 πρότερον*]. *al.; cf.* tum p. *p. 1261, 3*). CHALC. transl. p. 35[B] unam sumpsit ... -s portionem, post quam duplicem ..., tertiam vero *eqs.* (*gr. τὸ πρῶτον, Cic. Tim. 22* principio. *cf.* post haec *p. 1261, 2*). CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 3, 27 ut Iunonem -s, dehinc omnis deos sentiret inimi-

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cos (1, 660 p. 129, 18 -s ..., dehinc ..., sequenti. PELAG. in Rom. 7, 4 p. 55, 11 -s ..., dehinc ..., postremo. VITAE patr. Iurens. 35 -s ..., dehinc ..., post haec. *al.*). HEGES. 4, 9, 3 -s ..., tum postea ([*gr. 4, 302 πρώτους*]. PRVD. perist. 2, 131. VITAE patr. Iurens. 115 -s ..., t. quoque). CONC. Carth. a. 390 p. 12 l. 15 -s ...; tunc demum (AVG. c. Parm. 1, 9, 15 p. 36, 22. LEO M. epist. 129, 2 Conc.^{S} II 4 p. 85, 27 t. demum). *al.* (*adde e. g. p. 240, 5. vol. VII 2, 522, 71 sqq.*).

B *aestimationis*: OPTAT. 3, 3 p. 73, 15 imperatorem ... Paulum et Macarium -s non ad faciendam unitatem misisse, sed cum eleemosynis (*nisi ad p. 1260, 13*). HIER. epist. 132, 10, 2 si hoc faciat *uxor* propter praeceptum ... dei ... eique -s sit fidelis (*sc. non viro*). AVG. adult. coniug. 1, 21, 27 (*nisi ad A*) teneatur ... -s ac maxime, ne committantur inlicita (bapt. 7, 4, 7 c. Faust. 22, 61 p. 658, 3. *al.*). civ. 12, 9 p. 525, 23 nec tantum hominum, sed -s praecipueque angelorum bonum (20, 26 p. 473, 29 p. ac -s. in euang. Ioh. 109, 5. *al.*). 19, 14 p. 380, 29 -s ... inest *homini* ... suorum cura. epist. 28, 1 me -s communione spiritus ..., deinde illius *Alypii* ex ore iam diligis (CONC.^{S} I 5 p. 99, 4 [*gr. I 7 p. 99, 11 πρωτοτύπως, II 3, 1 p. 214, 23* principaliter]. FVLG. RVSP. incarn. 28). LEO M. serm. 11, 1. PAVL. PELL. euch. 125 -s hoc medicis suadentibus, ut *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 4, 182 virtus ... -s bonarum causarum est praemium, deinceps etiam aliarum rerum praestat argumentum (*gr. τὸ πρῶτον*). *al.*

II *significatur potius esse vel fieri aliquid primo initio, origine sim.* (*exempla potiora, cf. e. g. p. 1260, 3*): **A** *generatim*: **1** *exempla varia*: LVCR. 5, 1093 fulmen detulit in terram mortalibus ignem -s, inde omnis flammarum diditur ardor. PAVL. FEST. p. 55 *equites* -s electi fuerunt ex singulis curiis deni. p. 104. p. 119 Lucani appellati dicuntur ..., quod -s in luco consederint. TERT. pall. 2, 6 -s maiorem ambitum terra cassa et vacans hominum *habuit.* CENS. 20, 10 quattuor *menses* ... ita -s instituti, *ut dies singulos et tricenos haberent.* AVG. civ. 16, 11 p. 142, 2 quod ... -s lingua *hebraea* in usu hominum fuerit (*cf.* 16, 11 p. 143, 19 unam fuisse linguam -s omnium). *al.* **2** *in enunt. secund. temp.* -s *illustrat momentum temporis, a quo primo quid fit*: cum -s: VARRO rust. 2, 2, 14 exitu autumnali, cum ... -s oritur herba imbribus primoribus evocata. CIRIS 490 in niveo tenerae (tener est *sim. var. ll.*) cum -s ovo effigies animantur (-antis *var. l.*). CHALC. comm. 71 vespertinus *ortus dicitur* ..., cum post occasum solis -s exoriens astrum videtur (*cf. Theo Smyrn. p. 138, 2 πρώτως*). quando -s: PEREGR. Aeth. 1, 2 consuetudo est, ut fiat hic oratio ab his, qui veniunt, q. de eo loco -s videtur mons dei.

B *speciatim et evanescente haud raro respectu temporis pertinet ad*: **1** *animantium, membrorum statum naturalem*: GELL. 7, 2, 8 si sunt per naturam -s salubriter utiliterque ficta *ingenia.* 12, 5, 8 adfectiones istas, *sc. dolorem et voluptatem,* -s penitusque *ab infantia* inditas ratio post addita ... extinguere vix potest. CHALC. comm. 93 *in dextris partibus* est initium motus; ... ex qua parte ... animalia moventur -s. RVFIN. Orig. princ. 2, 1, 1 *in concordia* a deo -s procreati sunt *animantes.* PRVD. perist. 10, 942 qualis esset -s *forma membrorum.* AVG. civ. 14, 22 p. 46, 30 masculum et feminam ita -s institutos, ut nunc ... videmus (*sec. Matth. 19, 4* ab initio). *al.* **2** *verborum formam usumque originalem* (*de nominativo l. 53*): GELL. 1, 18, 1 proinde atque si -s latine fictum esset *vocabulum graecum.* 12, 14, 2 ita ... -s factam esse *particulam 'saltem'* apparet, ut *eqs.* AVG. dialect. 10 p. 19, 10 cum 'scholastici' non solum proprie, sed et -s dicantur hi, qui adhuc in scholis sunt. BOETH. in herm. comm. sec. 1, 2 p. 64, 30 posteriore ... usu factum est, ut in alios casus -s positum nomen derivaretur. *Hajdú.*

prīmivirgius, (-ī) *m.* *a* primus *et* virga. **1** *de primo lictore*: GLOSS. II 425, 8 *πρωτοραβδοῦχος*: -us. III 297, 70 (*in capite* de magistratibus) *ἀρχιραβδοῦχος*: -us (*cf. ibid. 69 ῥαβδοῦχος*: lictor virgarius. *71 πρωτοδέκανος*: primus virgariorum). **2** *iocose de agasone sim.* (*sermoni castrensi tribuunt viri docti*): GLOSS. -us: caballarius, quod prima eius militia est in virgis (*al. et variis modis corrupta ibid. et* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1257). -us: caballarius (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 808).

prīmō *v.* prior (primus). **prīmo-** *v. etiam* primi-.

prīmocreātus, (-a, -um). *a* primus *et* creare (creatus) *sec. gr. πρωτόκτιστος* (*ut more compositionis gr.* o *brevem retinere videatur; cf. e. g.* primoplastus). *i. qui primus creatus est* (*non nisi in explicatione Vet. Lat. Col. 1, 15* primogenitus [*v. p. 1264, 4*], *cui verbo opponitur*): AMBR. fid. 1, 7, 48 'primogenitus' inquit *apostolus,* non -us (*vix recte duobus verbis edidit Faller*), ut et genitus pro natura et primus pro perpetuitate credatur *Christus* (*item fere* Ps. AVG. solut. 1 l. 18. Ps. PRIMAS. in Col. 1 p. 653^{B} [*duobus verbis editum*]. *cf.* primus creatus *in add. cod. F Aug. trin. 1, 12, 24 l. 40*). THEOD. MOPS. in Col. 1, 15 p. 263, 9 si ... sicut creatura primogenitus esset *Christus,* -us debuerat utique dici.

prīmogenitālis, -e (*an* prīmō-*? traditur etiam* prīmi-). *a* 1. primogenitus. *i. q. ad primogenitum pertinens*: TERT. adv. Val. 20, 2 Ogdoada *dicta est* mater Achamoth ab argumento ogdoadis -is (*sec. Iren., cf. p. 1263, 7*; primi- *codd.*). *neutr. pro subst. de iure primogeniti*: VET. LAT. deut. 21, 17 (Ambr. epist. 4, 14, 7) *primogenitus* est initium filiorum eius et huic debentur -ia (primo- *codd.; gr. πρωτοτοκεῖα, cod. 100. al.* primitiva, *Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 13* primitiae, *Vulg.* primogenita; *cf. Ambr. epist. 4, 14, 7* hereditatis accepit praerogativam).

[prīmogenitōribus *perperam exhibent edd. vet.* PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 45 (progenitoribus *cod. sec. II Tim. 1, 3*).]

prīmogenitūra (prīmō-*?*), -ae *f.* *a* 1. primogenitus. *i. q. privilegium primogeniti*: LIB. geneal. chron. I p. 175, 312^{a} (*sec. Vulg. I par. 5, 1 intercedente simul Vet. Lat.*) data est (sunt *Vulg.*) ⌞primogenita⌟ eius *Ruben* filiis Ioseph (⌞ ⌟ *immo* -t⟨ur⟩a *coll. ibid.* ideo -a data est; *cf. bis sing. εὐλογία in LXX*); ... et ⌞non est genus eius *Ruben* deputatum ad -am⌟ Ruben (*LXX οὐκ ἐγενεαλογήθη εἰς πρωτοτόκια, Vulg.* non est ille reputatus in primogenitum). *Bk.*

1. ⊠**prīmogenitus** (prīmō-*?*), -a, -um. *a* primus *et* gignere (genitus) *sec. gr. πρωτότοκος* (*ut contra l. 21 more compositionis gr.* o *brevem retinere videatur; ab adv.* prīmō *derivant alii*). *inter* composita a primo *affert* PRISC. gramm. III 468, 19. *in codd. medii aevi scribitur etiam* primi-, *e. g.* PALLAD. 1, 38, 2. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 35 l. 18 sq. (*in cod. unico, qui* l. 16 *exhibet* primo-). NOT. Tir. 32, 6. *secunda syllaba longa est* SEDVL. carm. pasch. 2, 1 (*cf. etiam* COMM. apol. 665). *de notione v. infra.* *legitur apud Christ. inde a* VET. LAT., TERT., *in versu non nisi l. 21; pagani voce non utuntur praeter inscr. mutilam obscuramque l. 57,* PALLAD. *p. 1263, 2,* SERV. *p. 1263, 24* (*perperam edebatur olim* PLIN. nat. 11, 243 *pro* primis genitis).

I *respectu generandi vigente significatur qui primus genitus est, πρωτότοκος* (*quod gr. saepe respondet, sed infra fere negleximus; opp.* postgenitus *p. 1263, 13; notionem deflexam v. p. 1264, 27. 69. adhibetur passim pro subst. masc., quod infra non distinximus; subst. neutr. v. l. 68. p. 1263, 61. al. et passim sub C*). *testimonia notionis*: PHILO quaest. in gen. 4, 160 differt ... -us et primitivus (*sc. πρωτότοκος et πρωτογενής* [*vel πρωτόγονος*], *v. Petit ad l.*): est enim ille sensus femineus, alter vero masculinus principalis virtutis, cui proprium est generare; adeo -us melior *eqs.* (*sim.* AVG. quaest. hept. 5, 23 quaerendum utrum, quae graece dicuntur *πρωτότοκα* nec latine dici nisi -a poterunt, in his tantum intellegenda sunt, quae nascuntur ex matribus; ipsa enim proprie pariuntur potius quam gignuntur; ... ex feminis autem dabantur primitiva, id est quae prima pariebantur, non quae prima gignebantur a viris *eqs.*). AVG. quaest. hept. 4, 32 (*ad* num. 18, 13 *p. 1264, 52*) latine duabus his rebus (*sc. πρωτοτόκοις et πρωτογενήμασι*) duo nomina reperta non sunt, *sed unum tantum* (*sc.* -a); ... primitiae *ἀπαρχαί* dicuntur et aliud sunt; haec igitur tria ita discernuntur, quia *πρωτότοκα* sunt primitivi animalium fetus, etiam hominum, *πρωτογενήματα* vero primi fructus de terra sumpti vel de arbore vel de vite, primitiae autem *eqs.* (*v. p. 1251, 64*). GLOSS. -us: *πρωτότοκος. πρωτογέννητος. v. etiam p. 1263, 1. 70. 1247, 56 sqq.* *structuris (partim pendentibus e locutione* -us est *sim.) indicatur ante vel inter quos quis primus sit per gen. p. 1263, 56. 1264, 4. 37. al., dat. p. 1264, 48.* AVG. fid. et symb. 5, 12. *al., praepos.* ante *p. 1264, 8,* in (inter) *p. 1264, 30 sq.* VET. LAT. num. 3, 41 (cod. 100). *al.,* de VVLG. deut. 14, 23, ex *p. 1264, 33. 38,* ab *p. 1264, 33. 47, quo parente, qua origine per gen. p. 1263, 3. 37 sq. 1264, 54. al., pron. poss. l. 59. 62, praepos.* de CHROMAT. serm. 32, 2, ex *l. 73. p. 1264, 14. 1265, 1, quo respectu per abl. p. 1263, 39. 1264, 7, gen. p. 1264, 45, praepos.* ex *p. 1263, 72,* secundum *p. 1264, 6, cf.* ad *p. 1264, 43.*

A *de quibuslibet animantibus* (*de hominibus passim, Aeonibus gnosticorum l. 73. 74. p. 1263, 5, deo Orphicorum l. 75, animalibus l. 68. p. 1263, 2. 57. al.*): **1** *generatim de prole primo nata* (*de iis, qui primi omnium hominum nati sunt, p. 1263, 8; huc pertinet tit. mutilus* CIL X 7657, *nisi latet cognomen*): VET. LAT. gen. 10, 15 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 17, 7, *sim.* VVLG.) Chanaan genuit Sidona -um suum (*item apponitur nomini*: num. 1, 20 [cod. 100; *cf.* VVLG.] filii Ruben -i Istrahel. FILASTR. 2, 1 Cain ..., -um ... Adae protoplasti. VVLG. I par. 8, 1 Beniamin ... genuit Bale -um suum, Asbal secundum *eqs.; al.*). 19, 37 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 30, 24) conceperunt duae filiae Lot ... et genuit -a filium; ... et minor et ipsa peperit filium ([*gr. πρεσβυτέρα, Vulg.* maior]. Ps. PHILO antiq. 29, 2 tres filiae ...: -a Ethema, secunda *eqs.* VVLG. I reg. 14, 49 nomina duarum f. eius *Saul*: nomen -ae Merob. *al.*). exod. 12, 29 (Hier. virg. Mar. 10, *sim.* VVLG.) dominus percussit omne -um ... a -o Pharaonis ... usque ad ... omne -um pecoris (*cf. p. 1257, 28. item neutr. pro subst. in eadem re*: psalm. 134, 8 [cod. 300 = VVLG.] -a Aegypti. AMBR. off. 3, 93. *al.; ceterum e. g.* HIER. in eccles. 1, 15 l. 352 -a Israel numerata sunt; feminae vero et servi ... praetermissi sunt). prov. 31, 2 (Aug. quaest. hept. 5, 23; *admonetur rex quidam a matre*) -e, tibi dico, fili (TERT. adv. Val. 36, 2 hic est -us f. [*de Aeone ut* IREN. 1, 12, 3]. VVLG. deut. 25, 6 -um ex ea f. *al.*). IREN. 2, 17, 11 Logos -us erat Monogenūs (*cf. 1, 9, 2* filium M.). LACT. inst. 1, 5, 7 deum illum -um (*sc. Φάνητα. cf. 1, 5, 4 Orpheus* [*frg. 73 K.*] deum ve-

[Hansen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum ... *πρωτόγονον* appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata). PALLAD. 1, 38, 2 stercus -i vituli. VVLG. Is. 14, 30 pascentur -i pauperum (FVLG. RVSP. serm. 4, 4 F. -us pauperculae mulieris. *sim. al.*). *al.* *comprehenduntur plures priores nati* (*non usu generali ut e. g. l. 3*): IREN. 1, 1, 1 primam et -am ... quaternationem *Aeonum,* quam et radicem omnium dicunt (*cf. ibid.* -am octonationem. 1, 5, 2 numerum -ae et primariae Pleromatis ogdoadis. *al.; gr. ubique ἀρχέγονος*). LACT. epit. 22, 7 de duobus -is hominibus (*cum acumine quodam de Cain et Abel, praecedit enim*: qui primus in hoc orbe generatus est, *sc. Cain*). EVSEB. EMES. serm. 18, 32 irascebatur -us et -i (*sc. Ruben et fratres*), quia iunior *Ioseph* volebat omnibus praerogari.

2 *speciatim cum respectu*: **a** *privilegii aetatis, quo -i fruuntur* (*cf.* IVLIAN. in Iob 18, 13 omnia -a postgenitis praeponuntur): *α proprie*: Ⓘ *de Esau et Iacob*: VET. LAT. gen. 27, 19 (cod. 100. *al., sim.* VVLG.) ego sum Esau -us tuus (*cf.* 27, 32 [*ibid.*] ego sum E., filius tuus -us). AVG. serm. 4, 11 erat caritas *patris* maior erga -um. IVLIAN. in Os. 12, 3 -i benedictione conspicuus *Iacob.* PETR. CHRYS. serm. 73, 4 *Iacob* -um se mentitus non est, ... quia ille primus est, quem caelestis gratia generat, non natura mortalis. ENNOD. opusc. 2, 29 p. 296, 15 -i ... dignitatem. *al.* Ⓘⓘ *de variis*: VET. LAT. gen. 48, 18 (cod. 101, *sim.* VVLG.) hic ... -us est; inpone dexteram tuam super caput eius (*cod. 100* primitivus). HIL. myst. 1, 20, 2 *ut* hereditatem -us optineret fratribus ... ei subditis (*item respicitur hereditas*: HIER. in Is. 1, 1, 2 l. 48 iuxta mysteria scripturarum non -i accipiunt hereditatem, sed secundi). SERV. Aen. 1, 654 'maxima natarum Priami' quia ante etiam feminae regnabant, praesertim -ae. HIER. in Ier. 6, 21, 3 *Ephraim* contra naturae ordinem honorem -i ... suscepit (*gen. 48, 19*). VVLG. gen. 43, 33 sederunt coram eo -us iuxta -a sua et minimus iuxta aetatem suam. AVG. cons. euang. 2, 11, 24 peracta circa infantem sollemnitate -orum in templo Hierusalem (*Luc. 2, 22*). *al.*

β transfertur ad alios dignitate simili praeditos (*cf. p. 1265, 7*): VET. LAT. exod. 4, 22 (Hil. trin. 12, 14. *al., sim.* VVLG.) filius -us meus Istrahel (*cod. 100* primitivus. *inde fere item de Iudaeorum populo*: AMBR. Cain et Ab. 2, 2, 7 sanctus ... Istrahel dei populus, sed non primus aetate; et tamen -us appellatur. patr. 2, 8 immanem -ae plebis audaciam *Christum occidentis.* HIER. in Am. 8, 9 l. 190 -us filius dei, populus Israel. *al.*). IREN. 3, 3, 4 (*sim.* RVFIN. hist. 4, 14, 7; *Polycarpus Marcioni*) cognosco te -um Satanae (*inde* HIER. vir. ill. 17 -um diaboli. *de alio non nominato*: POLYCARP. ad Philipp. 7, 1 Satanae. *loci vergunt ad II*). AMBR. patr. 11, 55 Levi non aetatis ordine, sed sacrae successionis praerogativa -us. RVFIN. Orig. in num. 3, 4 p. 19, 13 *ut Christus* nobis -orum benedictiones donaret (*item de Christianis*: PROSP. in psalm. 131, 10 apostoli ... et -i totius adoptionis electi). *al.*

b *sacrificii, quo offeruntur quae primo nata sunt* (*in imag. l. 52. 58; cf.* AMBR. Cain et Ab. 2, 2, 7 [*sim.* patr. 11, 55 RVFIN. Orig. in num. 3, 2 p. 14, 25 sqq.] non ... omnia -a sancta, sed omnia, quae sancta sunt, etiam -a; ... Levi sanctus, sed non -us, nam tertius Liae filius legitur; et tamen Levitae -i nuncupati [*affert l. 50. 64*] ...; ergo Levitae -i nuncupati, qui sanctificatione utique ceteris Istrahel filiis antelati sunt): *α adi. vel masc. pro subst.*: VET. LAT. num. 3, 12 (Ambr. Cain et Ab. 2, 2, 7, *sim.* cod. 100 *et* VVLG.) tuli Levitas ... pro omni -o, qui aperit vulvam a filiis Istrahel (*cf. l. 46 et e. g.* AMBR. off. 1, 50, 251 *Levi* inter sacros fructus quasi -os [-us *var. l.*] aestimatus). AMBR. in psalm. 118 prol. 2, 2 (*in imag. de neophytis*) -a offerimus animantia in figura -i filii dei ... simplicitatis spiritale sacrificium. HIER. epist. 107, 13, 6 *Anna* quinque liberos sibi genuit, quia -um deo pepererat (*I reg. 2, 21*). VVLG. exod. 22, 29 decimas tuas et primitias non tardabis offerre, -um filiorum tuorum dabis mihi (*Vet. Lat. Ambr. Cain et Ab. 2, 1, 5* primitiva). 34, 20 -um asini redimes ove ..., -um filiorum tuorum redimes. RVFIN. Orig. in num. 11, 3 p. 81, 29 (*in imag. de fidelibus, qui deo offeruntur; distinguuntur* primitiae *et* decimae. *sim. ibid.* p. 82, 1. 6. 8). AVG. c. adv. leg. 2, 11, 7 nec sibi voluit *deus* -os hominum filios immolari, sed consecrari. *al.* *β neutr. pro subst.*: VET. LAT. num. 3, 13 (Ambr. Cain et Ab. 2, 2, 7, *sim.* cod. 100 *et* VVLG.) mihi ... omne primitivum (*Ambr.*, -um *cett.*); in qua die percussi omne -um Aegypti, sanctificavi ⌞omne -um⌟ Istrahel (⌞ ⌟ quicquid primum nascitur *Vulg.; sim.* 8, 17 [cod. 100; *cf.* VVLG.]). VVLG. deut. 15, 19 non operaberis in -o bovis et non tondebis -a ovium (*sc. quia deo debentur*). AVG. quaest. hept. 5, 28 -a praecepit vendi ab eis (*deut. 18, 8*). POMER. 2, 16, 3 decimas atque primitias frugum, -a et sacrificia ... sacerdotibus ... distribui debere. *al.*

B *de Christo* (*sapientia, verbo dei sim.*). *distinguuntur* primocreatus, *ubi v., et* unigenitus, *e. g.* TERT. adv. Prax. 7 p. 235, 21 -us, ut ante omnia genitus, et u., ut solus ex deo genitus. HIL. trin. 6, 18 *secundum Arianos Christus est* u. ex privilegio, -us ex ordine, totus creatio. ISAAC fid. l. 191 u. et -us duae naturae sunt, divina et humana. HIER. virg. Mar. 9 *Helvidius putat* -um non posse dici nisi eum, qui habeat et fratres, sicut u. ille vocatur, qui parentibus solus sit filius. AVG. quaest. hept. 5, 23 -um, quia etiam nos filii dei sumus, u. vero, quia solus ille de substantia patris ... est.

1 *respicitur generatio divina*: VET. LAT. Col. 1, 15 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) *Christus est* -us omnis creaturae, quia in ipso condita sunt omnia (*explicant e. g.* AMBROSIAST. ante omnem creaturam genitum filium, non creatum. PELAG. -us secundum adsumpti hominis formam, non tempore, sed honore [*affert p. 1263, 31*]. *inde saepe, e. g. p. 1261, 67 sqq.* VET. LAT. Sirach 24, 5 [*de sapientia*] -a ante omnem creaturam [*om. codd. gr. fere omnes et Cypr. testim. 2, 1. al.*]. TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 643, 19 -us conditionis). TERT. apol. 21, 17 *Christum* esse ⌞verbum dei, id est *λόγον,* illud⌟ primordiale, -um (⌞ ⌟ *aliter* rec. Φ. *cf.* adv. Hermog. 18, 3 filio dei, sermone unigenito et -o). scorp. 7 p. 159, 19 filium -um et unigenitum (LACT. inst. 4, 11, 7. *al.*). IREN. 5, 19, 1 protoplasti peccatum per correptionem -i emendationem accipiens. NOVATIAN. trin. 31, 14 -us ex illo est, qui originem non habet. LACT. inst. 4, 6, 2 *deus* quamvis alios postea ... creavisset, quos angelos dicimus, hunc tamen solum -um divini nominis appellatione dignatus est. AMBR. parad. 5, 26 -us, cum sit in unitate cum patre, coniunctissimus patri semper est. *al.* **2** *respicitur generatio humana* (*explicant*: HIER. virg. Mar. 9, *v. p. 1263, 74.* 10 -us est non tantum post quem et alii, sed ante quem nullus *eqs.* OP. imperf. in Matth. 1 p. 636 non solum illum -um dicere *sacras script.,* qui primus nascitur, sed etiam illum, qui solus est natus. *al.*): VET. LAT. Matth. 1, 25 (cod. 5, *sim.* VVLG.) *Ioseph* non cognovit eam *Mariam,* quousque peperit filium ⌞-um⌟ (*om. cod. 1. al. ut gr. plerique*). Luc. 2, 7 (*ibid.*) peperit filium suum -um et pannis involvit eum (*cod. 2* primitivum). PETR. CHRYS. serm. 140[bis], 5 qui claudit orbem, utero clauditur ..., fit hominum -us hominum creator et temporum. **3** *respicitur resurrectio, vita aeterna (respectu generationis minus perspicuo, sed cf. e. g. l. 36. 40): loci sacrae scripturae*: VET. LAT. Rom. 8, 29 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) quos praescivit et praedestinavit *deus* conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse -us in multis fratribus (Ps. Vigil. Thaps. trin. 3, 95 inter multos fratres. *sec. l. 33 explicat e. g.* PELAG.; *v. et p. 221, 72 sqq.*). Col. 1, 18 (cod. 75. *al.* = VVLG.) ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, -us ex mortuis (Cypr. testim. 2, 1. *al.* a mortuis. *explicat e. g.* AMBROSIAST. *ut* ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorum reddita pristina vita. Ps. AVG. serm. 162, 2 quod primum illum ex inferni tenebris in lucem resurrectionis partus ediderit). apoc. 1, 5 (cod. 58. *al.* = VVLG.) *Christus,* -us mortuorum et princeps regum terrae (Victorin. Poetov. *al.* ex mortuis [*cf. l. 33*]. *explicat e. g.* APRING. -us dicitur et primitiae [*I Cor. 15, 23*] mortuorum, quia primus ... repedavit ad caelos). *inde pendent*: IREN. 3, 22, 4 -us ... mortuorum natus dominus et ... recipiens pristinos patres regeneravit eos in vitam dei. 4, 20, 2 *ut* principatum ... habeat eorum, quae sunt sub terra, ipse -us mortuorum factus. HIL. trin. 8, 50 qui -us creaturae est (*v. supra l. 4*), idem -us ad aeternitatem est. HIER. in Matth. 27, 52 *sancti priores* non ante resurrexerunt, quam dominus resurgeret, ut esset -us resurrectionis ex mortuis. AVG. epist. 55, 3 *ecclesia* exspectat ..., quod in domini ... corpore praemonstratum est, qui est -us a mortuis. c. Secundin. 5 p. 911, 11 per adoptionem vocatos ... fratres habere dignatus est, quibus esset -us. *et passim.*

C *de rebus* (*verbum dei sim. v. sub B, multitudinem Aeonum p. 1263, 5 sqq.*): **1** *corporeis, sc. de frugibus primis deo offerendis* (*exempla certiora; cf. A2b. gr. resp. πρωτογενήματα, v. explicationem* AVG. *p. 1262, 38*): VET. LAT. num. 18, 13 (cod. 100) -a omnia, quae nascentur in terra eorum, quaecumque adtulerint domino, tibi, *Aaron,* erint (*Vulg.* frugum initia). Ezech. 48, 14 (cod. 176) *non* auferentur -a terrae, quia sanctum est a domino ([*Vulg.* primitiae]. VVLG. II Esdr. 10, 35 -a t. nostrae et primitiva universi fructus). *per enallagen de pane ex primitiis facto*: VET. LAT. IV reg. 4, 42 (cod. 91. *al.*) *quidam Heliseo* attulit ... panes -os decem hordeaceos et ex primo fructu (*gr. πρωτογενημάτων ἄρτους, Vulg.* panes primitiarum).

2 *incorporeis*: **a** *notione communi* (*sc. in imag. vel. interpretatione allegorica sacrificii offerendi vel -orum Aegypti [v. p. 1262, 67 sq.]; neutr. pro subst. praeter l. 66*): RVFIN. Orig. in gen. 16, 6 p. 144, 6 decimas offers et -a sensus tui. HIER. epist. 78, 4, 2 ut -a nostri uteri cunctarumque virtutum pro -is Aegypti ... domino consecremus. AVG. in psalm. 134, 18 l. 6 mores isti nostri ... sunt -a nostra. l. 9 fides ... nostra in -is nostris est (*inde attributive* fides -a: *ibid.* l. 15. serm. 8, 13 ne per ... concupiscentiam -a cordis tui perdas ...; inter omnes tamquam natos cordis nostri -a f. est *eqs.*). *al.*

b *notione deflexa neutr. plur. pro subst. de ipso privilegio filii -i* (*exspectes* primogenitalia, *quod trad. p. 1262, 3; in LXX resp. τὰ πρωτοτόκια. de fem. sing. v. p. 1262, 10*): *α proprie de primatu*: Ⓘ *Esau vel Iacob*: VET. LAT. gen. 25, 31 (Aug. loc. hept. 1, 95, *sim.* VVLG.) vende mihi hodie -a tua (AVG. serm. 4, 12. *al.; v. p. 1255, 28*). 27, 36 (Ambr. fug. saec. 8, 49, *sim.* VVLG.) Iacob subplantavit ... me iam bis et -a mea accepit (CHROMAT. serm. 9, 6 -a et benedictiones). *al.* Ⓘⓘ *quorumli-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bet: HIER. epist. 73, 6, 1 *Hebraei* tradunt, quod ... omnes -i ex stirpe Noe ... fuerint sacerdotes ..., et haec esse -a, quae Esau ... vendiderit. in Gal. 4, 29 p. 392[C] forsitan Ismael quasi maior natu ... sibi -a vindicabat. VVLG. gen. 43, 33 *v. p. 1263, 27.* deut. 21, 17 iste est ... principium liberorum eius et huic debentur -a (*cf. p. 1262, 3*). I par. 5, 1 *Ruben* cum violasset torum patris sui, data sunt -a eius filiis Ioseph. *al.*

β *transfertur ad dignitatem populi a deo electi* (*cf. p. 1263, 30*): HIL. in psalm. 52, 5 *deus* in Iacob posterioris populi *Christiani* -a praefigurat. HIER. in Abd. 1 l. 102 *Iudaei* persequuntur ... populum supplantatorem, qui illis -a praeripuit. in Ezech. 48, 30 l. 1970 -a possidentes *Christiani.* CHROMAT. serm. 9, 6 accipimus -a fratris *Iudaei*, quia in -o dei filio credimus, in quo credere noluit populus Iudaeorum. *al.*

II *evanido respectu generandi significatur qui quolibet modo primus, principalis sim. est*: **A** *de animantibus* (*v. etiam p. 1263, 37 sq. 1264, 27*): PS. HIER. epist. 19 p. 205[B] per discipulum -um novae iustificationis (*i. Petrum*). RVFIN. hist. 5, 16, 14 illum ... admirabilem veluti prophetiae ipsorum *Gnosticorum* -um Theodotum (*gr. πρῶτον*). ARNOB. IVN. in psalm. 135 l. 40 *daemones Aegypti* -i dicuntur, quia nullus vetustior aut prior in peccato daemoniis. FAVST. REI. epist. 3 p. 179, 13 *Lucifer* dudum -us angelorum nunc princeps factus est tenebrarum. *de Adam primo homine* (*distinguitur* protoplastus *supra p. 1262, 61. 1264, 13*): SEDVL. carm. pasch. 2, 1 expulerat -um saevissimus anguis florigera de sede virum (*sim.* op. pasch. 2, 1). **B** *de rebus*: PHILO quaest. in gen. 4, 160 incorporales virtutes (*sc. ἰδέαι*) merito -ae vocantur. VVLG. Iob 18, 13 consumat brachia illius *impii* -a mors (*explicant* IVLIAN. -am mortem dixit volens indicare velut de eminentia singularem ...; sive brachia -a intellegendum, id est filios, quorum mors gravius afficere solet parentes. GREG. M. moral. 14, 19 -a mors superbia valet intellegi ...: initium omnis peccati superbia). *per enallagen de ipso libro, quo primordia tractantur*: PS. ORIG. tract. 6, 1 me de hoc -o libro, id est geneseos, ... disputasse.

deriv.: primogenitalis, primogenitura, 2. primogenitus.

cf. Onom. (*si eo spectat p. 1262, 57*).

2. prīmogenitus, *abl.* -ū *m.* (*an* prīmō-*?*). *a* 1. primogenitus. *notione communi de statu filii primogeniti*: FILASTR. 131, 2 in lege maiores natu maiores erant et honore, id est -u (-i *var. l.*). *metonymice et collective de fetu primogenito*: LIB. geneal. chron. I p. 161, 20[b] tulit Cain ... ex fructibus terrae hostiam deo et Abel attulit ex -u (-ta *var. l.*) ovium.

prīmogenius *v.* primi-. *Hansen.*

[prīmoperum: genus officii GLOSS. (*corruptum*; primocerius *coni. Heraeus; ne neutr. necessario de munere dictum suspiceris cf. e. g. Gloss.* nomenclator: genus officii).**]**

prīmopīl- *v.* primipil- *et* prior (primum pilum). *Bk.*

prīmoplastus, -a, -um (*de* -o- *brevi cf. l. 45 et Leumann, Gramm. 1977, 390*). *a* primus *et πλαστός sec. gr. πρωτόπλαστος. scribitur* -plaustro SACR. Gelas. 426. *secunda syllaba brevis est* PRVD. cath. 9, 17.

i. q. protoplastus (*c. respectu hominis qui primus creatus est*): **1** *adi.*: LVCIF. Athan. 2, 31 l. 47 ut nos sic circumscriberes, quomodo circumscripserit diabolus -os homines (primo partos *var. l.*). **2** *masc. pro subst.* (*non nisi sing.*): IREN. 2, 9, 1 *hominibus* veteribus ... a -i traditione hanc suadelam custodientibus. PRVD. cath. 9, 17 ne gens periret -i ex germine. HILARIAN. curs. temp. p. 158, 26 a ⌞-i⌟, Adae scilicet, nativitate (⌞ ⌟ *iuncturam adv.* primo *et gen. subst. q. e.* plastus *vix recte agnovit ed.*). IVLIAN. in psalm. 32, 15 (*gr. πρωτοπλάστου*). PS. AVG. hypomn. 2, 4 l. 105 natura ... -i (protoplasti, primi prothoplasti *var. ll.*). 5, 4 l. 210 peccatum -i (primi protoplasti, primiplasti *var. ll.*). serm. ed. Caillau 1, 7, 26. SACR. Gelas. 426 praevaricante -o. *in appositione* (*aliter l. 51*): AMBR. parad. 8, 38 *deus* praecepit -o illi Adae (primoplasmato, plasto *var. ll.*). SERM. Migne suppl. 4, 2032 exemplo Adae -i. *Marchionni.*

prīmor,** -ōris *adi. et subst.* **[de origine non prorsus constat; vox apud* CIC. *non exstat nisi in iunctura* -bus labris (*ter*) *et in prisca latinitate praevalet usus, quo de partibus corporis adhibetur* (-bus labris *etiam apud* PLAVT.). *qua de causa viri docti nonnulli existimant subst.* ōs *inesse huic voci eamque coaluisse ex iunctura* primo ore (*cf.* primis labris CIC.). *sed nondum satis explicatum est, quomodo ex hoc abl. ceterae formae ortae sint et qua ratione vox abierit in notionem generalem q. e. 'anterior'. v. Leumann, Gnomon 13, 1937, 32 sq.; diversas sententias aliorum affert Walde-Hofmann II 362. Fo.***]** *a* primus *derivatur* PRISC. gramm. III 468, 12. *scribitur hic illic* primio-, *e. g.* PANEG. 4, 4, 1 GLOSS. *de formis: longe praevalet plur. (sed nom. acc. neutr. non exstat, nisi agnoscas p. 1267, 8), sing. occurrit saepius sub IA inde a* CATONE, *ceterum non nisi p. 1268, 20, 37, cf. testimonium gramm. p. 1267, 49; nom. sing.* -r *exhibent* ADNOT. Fronto p. 154, 21 -bus labris facit nominativum singularem hoc -r labrum. GLOSS.[L] V Abba PRI 12 -r: prior (*seq. plur.*). *abl. sing. trad. et* -i, *e. g.* CE 1527A, 10 (*saec. II*[2]). PLIN. nat. 8, 216 (*metro firmatur* SIL. 11, 143) *et* -e, *e. g. inscr. p. 1268, 39 et* GELL. 1, 18, 3 (*metro firmatur* AVSON. 174, 7 p. 39. 396, 42 p. 252). *de notione*: NON. p. 427, 22 priores ... comparativi sunt gradus, -es summae quaeque res (*affert septem locos sub l. 17 laudandos*). GLOSS. -es: *πρῶτοι. πρωτοστάται καὶ πρόεδροι.* priores. primarii vel electi. *legitur in versibus apud* PLAVT. *et scaen. vet.* (*octies*), LVCIL. (*ter*), CATVLL. (*semel*), LVCR. (*bis*), VERG. (*? v. p. 1267, 54*), HOR. (*p. 1267, 66; sec.* LVCIL.*?*), SIL. (*octies, cf. usum* LIVII), IVV. (*semel*). *al., in orat. soluta inde a* CATONE, VARRONE, CIC. (*l. 18 sqq.*), NIGID., LIV. (*qui vocem frequentat, maxime in prima decade, ita ut* TAC.). [*sard. centr.* promores *'maiores (πρόγονοι)'. cf. M.-L. 6753. Wagner II 314. St.*] **[***de forma ambigua* -um *v. e. g. p. 1267, 37. 53. ceterum confunditur in codd. passim cum* prior, *e. g.* LIV. 26, 5, 12 CVRT. 7, 2, 30 CYPR. epist. 28, 1 (*restit. l. 42. 69. p. 1267, 15. al.*), *hic illic cum* primo, *e. g.* GELL. 1, 18, 3 SYMM. epist. 4, 46. *vix recte trad.* MART. CAP. 1, 10 lauros ⌞-es⌟ arentesque hederas (⌞ ⌟ id est antiquas et pervetustas *Remig. Autiss. ad l. vix recte; ceterum cf. Shanzer, 1986, ad l.*).**]**

fere i. q. primus: **I** *adi.*: **A** *de rebus*: **1** *cum respectu loci* (*v. etiam 2b*): **a** *vi partitiva* (*e. g.* nares -es *i. q. narium pars extrema*): **α** *de membris, partibus corporis*: Ⓘ *de labris*: PLAVT. Trin. 910 *nomen* modo vorsabatur mihi in labris -bus (*sim.* CIC. phil. frg. V 93, *v. Otto, Sprichw. n. 894; ad eiusdem n. 892 spectant*: CIC. Cael. 28 qui -bus l. gustassent genus hoc vitae et extremis ... digitis attigissent. de orat. 1, 87. *al.; ceterum*: FRONTO p. 154, 9 PANEG. 2, 18, 4 AVG. conf. 9, 8, 18). NIGID. Gell. 10, 4, 4 'vos' cum dicimus, ut dicitur, labeas sensim -es emovemus. FRONTO p. 56, 11 leviter et -bus ... labiis delibasse *philosophiam* (*cf. l. 20; proprie*: SVLP. SEV. chron. 1, 20, 4). Ⓘⓘ *de digitis sim.*: PLAVT. Bacch. 675 hoc *tantum* digitulis duobus sumebas -bus (Poen. 566 tenetis rem. :: vix quidem hercle, ita pauxilla est, d. -bus. *v. Otto, Sprichw. n. 546 et cf. l. 28*). CATO agr. 21, 2 late digitos -is IIII, alte d. -is III (*item mensurando*: 40, 3 [*bis*]. *fere proverbialiter* [*cf. l. 26*]: FRONTO p. 128, 12 *ut dux* loricas *luxu paratas* ... d. -bus scinderet. *de d. pedum*: TVRPIL. com. 31 sandalio innixa d. -bus. VARRO Men. 42 *cancri.* HYG. astr. 3, 5, 1 [prioribus *var. l.*]). LVCIL. 301 victor se gallus ... ⟨in⟩ digitos -esque erigit unguis. Ⓘⓘⓘ *exempla cetera*: LVCIL. 574 eduxi ... animam in -bus ⟨oribus⟩ naris (*cf.* AFRAN. com. 384 in naribus -bus. LVCR. 6, 1193 nasi -is acumen). PLIN. nat. 9, 97 *forcipis* superior pars in -bus his *bracchiis cancri* movetur (*nisi ad b*). GELL. 6, 12, 1 tunicis ... prolixis ultra bracchia et usque in -es manus ac prope in digitos. HYG. astr. 3, 9 in pede -i dextro *Cassiepiae est stella* una (prio- *var. l. ut* 3, 21). APVL. apol. 40, 7 in -i fronte animum gestare. LACT. opif. 8, 15 in -i facie. MART. CAP. 6, 578 *Paideia* in omnium rara congressus nec cuiquam facile ⌞-es⌟ saltem vultus superba committens (⌞ ⌟ -um *Dick, ut ad IIA spectet*).

β *de variis rebus*: CATO agr. 40, 3 eum *surculum* -em praeacuito. orat. 18 nos fert ventus ad -em Pyrenaeum (priorem *codd.*). PLIN. nat. 18, 112 -i *pilo* inest pyxis ferrea. AVSON. 396, 42 p. 252 -e vado post refugum mare. Mos. 47 sicca in -es pergunt vestigia lymphas. CYPR. GALL. Ios. 89 nuda in -i mergunt vestigia ripa.

b *notione communi* (*sc. significantur res ante, in fronte positae*): CATO agr. 51, 1 ab arbore ... pulli qui nascentur, eos in terram deprimito extollitoque -em partem, uti radicem capiat (PLIN. nat. 8, 216 cauda *simiae cuiusdam* late fusa -i p. 16, 49 *nucamenta* -i p. nucleos habent [prima in p. *var. l.; Theophr. hist. 3, 9, 6 ἐπὶ τοῦ ἄκρου*]. SVET. Tib. 33, 1. GELL. 16, 5, 2 vestibulum esse p. domus -em. LACT. opif. 8, 5 [prio- *var. l.*]). LEX par. fac. Puteol. (CIL I[2] 698) 2, 7 tegulas -es ... ferro figito. VARRO ling. 5, 47 quae *pars viae* est a foro eunti -e clivo (-moro *codd.; vix ad a, v. e. g. Rosenberg, RE IA 1674 sqq.*). rust. 3, 5, 11 columnis (*opp.* mediis). TAC. hist. 3, 21, 2 -i in acie (CE 1527A, 10 [*saec. II*[2]]). APVL. apol. 50, 2 pectoris ... -em cutim vitiligine insignit *tabes.* met. 7, 16, 4 *equus* -bus in me pugillatur ungulis. 10, 17, 3 *asinum* saltare sublatis -bus pedibus perdocuit (SOL. 45, 10 [priores *pars codd. et Plin. nat. 8, 155*]). -es ⌞dentes⌟ (*hic illic e contextu subaudiendi; e coni. dub.* CELS. 8, 1, 10; *cf. p. 1237, 59*): PLIN. nat. 7, 68 *infantibus* -es septimo mense gigni dentes (*nisi ad 2*). 7, 70 vocis sermonisque regimen -es tenent (*Arist. part. anim. 661b15 οἱ πρόσθιοι τῶν ὀδόντων*). 11, 164 camelus ... in superiore maxilla -es non habet. 11, 168 *equus* amittit tricensimo mense -es utrimque binos (*Arist. hist. anim. 576a7 πρώτους, Varro rust. 2, 7, 2* d. medios). *al. apud eundem.*

2 *cum respectu temporis* (*originis l. 67*) *vel seriei* (*in divisione logica l. 75, in ordine scriptorum sub b; vi partitiva l. 75 sq. p. 1267, 15*): **a** *usu communi*: LVCR. 6, 1009 res ... -bus ex elementis indupedita suis (*1006* primordia). VARRO rust. 1, 27, 3 radices ... -bus imbribus ut effodiantur (prio- *trad.; corr. sec.* 2, 2, 14, *v. p. 1261, 33*). 3, 16, 22 -is vernos pastus *apium.* SIL. 1, 511 haud me dissimilem, Alcide, -bus annis agnosces ... tuis (16, 649. PANEG. 4, 4, 1 [-mior- *trad.*]. SIDON. epist. 9, 9, 13). 11, 143 *ab Hannibale* excisam -i Marte Saguntum. GELL. 2, 7, 6 -e aspectu nimis infamis est *sententia* (primo respectu *var. l.*). 2, 12 tit. lex ... speciem habens -em iniquae ... legis. 2, 22, 18 *venti* quattuor intersiti sunt inter -es duos, *sc. primos partitione constitutos.* 10, 19, 3 in -i pueritia. DON. Ter.

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hec. 822, 2 'nocte prima' primis partibus noctis vel -e. SYMM. epist. 1, 13, 2 -es kalendas Ianus aperibat. 1, 53, 1 qui te congressu -e noverunt ([*sc. non intima familiaritate*]. 4, 46 [primo *var. l. ut* 9, 33]. SIDON. epist. 3, 13, 11). CASSIAN. conl. 17, 8, 2 quid -e loco ... fuerit actitandum ([priore *var. l.*]. ENNOD. opusc. 1, 38 p. 271, 22 quod qui -e l. cesserant, secunda eos luctamina non manerent. CONSTANTIVS vita Germ. 14 [priore, primo *var. ll.; opp.* deinde]). SIDON. epist. 9, 3, 2 *causae,* quarum ista calculo -e numerabitur (*3* praeter hoc, *5* tertia). *? neutr. plur.* -a *pro subst.* (*quae forma alibi non legitur*): MART. CAP. 5, 437 exsequi vel -a *artis* (primordia *var. l.; antea*: incohamentorum primordia). **b** *intercedente simul notione loci respicitur ordo scriptorum, dictorum*: VARRO frg. Aug. civ. 7, 34 p. 317, 11 cum inspexisset *praetor* principia *libri* ...; cum -es quasdam causas *in eo scriptas* legissent *senatores* (*sunt qui ad IIA trahant*). GELL. 1, 18, 3 haec Varro in -e (primo *var. l.*) libro scripsit ..., sed in posteriore eiusdem libri parte *eqs.* (*item vi partitiva*: TERT. pudic. 19 p. 265, 9 in -e [prio- *ed. pr.*] quidem epistula ..., nunc vero [*sc. I Ioh. 1, 7 et 3, 9*]). SIDON. epist. 2, 13, 1 verbis. ENNOD. epist. 7, 31, 2 p. 197, 18 litteris. CONSVLT. 1, 3 -e ... capite (*cf. 1, 12* initium ... constitutionis). *locut. adv.* in -e *i. q. primo loco, initio* (*neutr. pro subst.*): TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 444, 27 (*post Is. 53, 11 inducitur Is. 1, 18*) in -e (priore *var. l.*). praescr. 31 l. 4 *parabola* (*Matth. 13, 24sqq.*) bonum semen frumenti ... in -e constituit, avenarum autem ... adulterium ab inimico ... postea superducit.

3 *cum respectu gradus praestantiae, dignitatis: locut. adv.* (in) -e loco *i. q. imprimis*: EVCHER. laud. her. 3 nihil in te ... -e l. magis suspexerim ..., quam quod *eqs.* SIDON. epist. 3, 6, 3 quod l. -e fieri par est (*nisi ad 2*). ENNOD. opusc. 3, 113 p. 360, 11 -e in l. CONC.^{S} IV 2 p. 169, 8. *al.* -is loci *i. q. primae dignitatis*: REN. FRIG. Greg. Tur. Franc. 2, 8 p. 51, 10 genus moresque ordire placet: Gaudentius pater *Aetii,* Scythiae provinciae -is loci.

B *de animantibus* (*non nisi plur., cf. l. 48*): **1** *dignitate sim. praestantibus* (*e coni. dub.* TAC. hist. 1, 49, 1 e pri⟨m⟩oribus servis): TVRPIL. com. 164 amicos utor -is viros (CATVLL. 68, 87 Argivorum. TAC. hist. *infra.* SVET. Iul. 16, 2 *senatus. al.* MARCIAN. dig. 50, 7, 5, 5 de -bus v. [*opp.* inferiores]. DECRET. decur. Peltuin. [CIL IX 3429] 23 [*a. 242*] *duos* -es ord(inis) n(ostri) v. [*distinguuntur* q(uaestores)]. RVFIN. hist. 3, 8, 8 -es ex populo v. [*gr. ἐπισήμων*]. *al.*). LVCIL. 90 *quorundam* centurionum, praeclarorum hominum ac -um signiferumque (*vix ad* primus *coll. p. 1268, 51. 56*). LIV. 29, 14, 12 matronae -es civitatis. 30, 17, 1 Laelius cum Syphace -busque Numidarum captivis Romam venit. TAC. hist. 1, 81, 1 -bus feminis virisque (ann. 2, 29, 1. SVET. Dom. 8, 3 -es viri ac f.). ann. 4, 10, 2 *Lygdus* carus domino interque -es ministros erat. VET. LAT. II Macc. 8, 9 (rec. L, *sim.* P) Nicanorem ... de -bus amicis (*gr. τῶν πρώτων φίλων*, rec. V de -bus amicum, *B et M* primum amicorum). *praedicative*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 117, 35 requirentes ... illos ..., qui valde -es inter nos videbantur pro orthodoxia certari. **2** *tempore primis*: TERT. apol. 19, 4 extremissimi *prophetae* ... retrosiores ... -bus vestris sapientibus. *vix addas* PAVL. NOL. epist. 29, 1 *coll. vol. X 1, 675, 43.*

I *pertinet potius ad* ***tempus*** *vel originem* (*longe praevalet usus praedicativus* [-s est *p. 1277, 55 sqq.*]; *nomini proprio vel pron. pers. apponitur l. 56. p. 1278, 4. 9 sq. 27. al., solum ponitur pro subst. l. 48. 64. p. 1278, 14. 35. al., attributive adhibetur imprimis l. 67. p. 1277, 7. 66; indicatur inter quos quis [quae quid] praecedat per gen. l. 56. p. 1277, 36. 38. 58. al., per praepos.* ex *p. 1277, 47. 1278, 5. 7. al.,* in *c. abl. p. 1277, 61, qua in re praecedat per gen. p. 1277, 57 sqq. 75. al., per dat. l. 63. p. 1278, 31, per praepos.* ad *p. 1277, 62,* in *c. abl. p. 1278, 7. 1279, 10. 11. 14, cuius rei quis auctor sit per gen. p. 1278, 47*): **A** *de rebus*: **1** *usu prisco, sc. perlucente notione originaria, in pompa Argeorum significatur sacrarium, quod primum capit* (*sc. effigiem scirpeam affigendam et postea in Tiberim abiciendam; v. quae exponet Beikircher, Mus. Helv. 53, 1996*): SACR. Arg. Varro ling. 5, 50 Oppius mons: ⌞-s⌟ ⟨Es⟩quili⟨i⟩s, [o]uls (*i. ultra*) lucum Facu[l]talem ...; terticeps cis lucum *eqs.* (⌞ ⌟ *pro subst. neutr. [per se positum vel sec.* sacrarium, *ut ponit Varro ling. 5, 47* quartum sacrarium *pro* quarticeps *Sacr. Arg. ibid.] an masc.* [*sc.* locus *vel* Argeus]*? inde* VARRO ling. 5, 46 in Subur[b]anae regionis parte -s est C⟨a⟩elius mons).

2 *usu communi, sc. respectu capiendi evanido, de iis, quae praecedunt*: **a** *origine, sc. ut aliarum rerum fundamentum vel causa sint* (*nonnulla vergunt ad III*): **α** *vario usu*: CIC. Verr. II 4, 109 *Hennensem* Cererem antiquissimam ..., -em omnium sacrorum, quae apud omnis gentes ... fiunt, ... esse sublatam. ac. 1, 26 qualitatum sunt aliae -es, aliae ex his ortae *eqs.* DECL. in Catil. 59 diem *evertendae rei publicae* ..., lucem ac -em ... dignitatis *coniuratorum.* TER. MAVR. 1363 (*antea*: *ἡγεμών ...,* auctor et ductor melorum) iure -s dicitur *dibrachys,* ante quem non est creatus, quem sequuntur ceteri (*de eodem* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 44, 13 -s et auctor). AVSON. 305, 1 p. 177 (*loq. Thales*) aquam qui -em rebus creandis dixi, ut vates Pindarus (*sc. Ol. 1, 1 ἄριστον, ut spectet simul ad III*). CLAVD. 8, 23 rerum de -e nasci (*i. Oceano. de aëre*: 17, 70). VAL. CEM. hom. 14, 3 omnium vitiorum -em fuisse superbiam (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 5, 3 desidiam, quae nequitiae -s est [*gr. ἀρχή*]). *al.* **β** *attributive*: CIC. leg. 2, 8 (*de mente dei summi*) -em legem illam et ultimam (2, 10 vera atque -s). 2, 13 antiquissimam et rerum omnium -em ... naturam (*cf.* VAL. FL. 1, 532 vetera haec ... rerum ... a -e cursu fixa manent. ARNOB. nat. 1, 28 a -e rerum fonte). HOR. carm. 1, 16, 13 -i limo (*quo Prometheus finxit hominem*). GELL. 12, 14, 1 'saltem' particula quam haberet -em significationem. CONC.[S] I 5 p. 134, 24 causas (*gr. I 1, 7 p. 55, 13 πρώτας*). *al.*

b *qualibet ratione temporis*: CIC. Catil. 4, 19 *consulis* vox, quae debet esse in re publica -s (*antea*: praecurritis). har. resp. 28 in ipso Pessi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nunte ad illam ipsam -em aram *Matris deorum* (*nisi ad III*). Sil. 6, 293 -s quae *hasta* ... bibit e serpente cruorem (*cf.* Stat. Theb. 12, 664 cuius in Ogygio stet -s lancea muro). Tac. ann. 1, 9, 1 idem dies ... imperii -s et vitae supremus. Avg. epist. 160, 2 ut sit -s ratio, postea mundi operatio (*antea*: anterior; prior).

c *ordine seriei, enumerationis* (*sc. vi temporali evanescente; vim localem intellegere possis l. 16 sqq. 22; attributive l. 13. 17. 20. al.*): Cic. inv. 1, 9 inventio, quae -s est omnium partium (*cf.* 1, 19 exordium -s *partium orationis* debet esse [*postea*: primum *adv.*]). Tusc. 3, 36 *virtutes* excita, si forte dormiunt; iam tibi aderit -s fortitudo, ...; aderit temperantia *eqs.* off. 1, 58 si contentio ... fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, -es sint patria et parentes ..., proximi liberi ..., deinceps *eqs.* Att. 1, 13, 2 *in senatu* ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem paene -is ([*postea*: tertius; quartus]. Tert. nat. 1, 8, 9 recogitate, ne quos tertium genus dicitis, *sc. Christianos*, -em l. obtineant [*simul ad III?*]. *cf. l. 28*). Varro rust. 2, 1, 7 ab iis (*sc. ab Ariete et Tauro*) -bus duodecim signa multi *astrologi* numerant (*cf.* Manil. 2, 219 quae *astra* sunt a -e signo Lanigeri. Hyg. astr. 2, 20, 3. 3, 18. *cf. p. 1279, 34. 1289, 11*). Nigid. Gell. 19, 14, 6 *in dipthongis* 'a' et 'o' semper -es sunt, 'i' et 'u' semper subditae, 'e' subit et praeit. Colvm. 11, 2, 3 -em mensem Romani anni (*cf.* Alc. Avit. carm. 5, 234 *Martius* mensibus in cunctis ... caput -sque [*235* primum; *respicitur exod. 12, 2* principium mensium]). Scavr. gramm. VII 23, 4 -bus litteris, a quibus ... nomina incipiunt (23, 12. 30, 2. 6. 11). Fav. Evl. 16, 4 in quibus *intervallis* dempto illo -e ... remanent summae sex (*item respiciuntur numeri*: Prvd. ham. 36 unus ... -s numeri est. Mart. Cap. 7, 733 trias ... -s inparium numerus. Boeth. arithm. 1, 5 p. 14, 23 paritatis -em, binarium numerum. *al.* Gramm. VI 274, 11 genera versuum sunt novem: -s genus ...; alterum ...; tertium *eqs.*). *al.* *locutio adverbialis* -e loco: Vet. Lat. II Macc. 7, 4 (rec. P) qui -e l. verba fecit (*gr. προήγορον, rec. cett.* prior. *cf.* Chalc. transl. p. 27[A] dicere [*gr. πρῶτον*]. Ennod. epist. 3, 24, 3 p. 89, 13 narranda). Symm. epist. 7, 59 (*postea*: dehinc). Heges. 1, 11, 2 (*postea*: secundis partibus). Ennod. dict. 16, 8 p. 473, 13. *al.*

B *de animantibus* (*cf. p. 1276, 56*): **1** *mera vi temporali*: **a** *praedicative*: α *vario usu*: Plavt. Most. 237 in te, *ancilla*, hercle certumst -e (-i *edd. quidam,* principium *trad.*), ut sim parcus, experiri *me.* Svra hist. 1 Assyrii -es omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi *eqs.* (*ibid.: rex Ninus* -s rerum potitus). Cic. Verr. II 2, 2 omnium nationum exterarum -s Sicilia se ad amicitiam ... populi Romani adplicavit; prima omnium ... provincia est appellata. dom. 79 concilio *plebis* advocato, ... Fidulio -e (*80* is primus scivit). Sest. 73 -s rogatus sententiam L. Cotta dixit (prov. 1 har. resp. 45. *cf. l. 67 et* Gell. 4, 10, 5 ex his quattuor -em rogabat *sententiam* M. Crassum). Phil. 14, 38 *cum* legio Martia -s cum hostibus conflixerit. de orat. 2, 58 a philosophia profectus -s Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes ... scripsit historiam. *al.* Catvll. 64, 278 quorum post abitum -s ... advenit Chiron. Lvcr. 1, 94 *Iphigenia* patrio -s donarat nomine regem. Caes. Gall. 1, 12, 6 ea *pars Helvetiae* -s poenas persolvit. 7, 2, 1 Carnutes ... -es ... ex omnibus bellum facturos. *al.* Sall. or. Lep. 20 ne alius alium -em (*sc. audendi aliquid contra Sullam*) exspectantes ante capiamini. Nep. Thras. 1, 5 non solum -s, sed etiam solus initio bellum iis indixit. Verg. Aen. 9, 535 -s ardentem coniecit lampada Turnus (*vi temporali explicat* Clavd. Don.). Hor. carm. 3, 17, 7 qui *Lamus tyrannus* Formiarum moenia dicitur -s ... tenuisse. Ov. fast. 2, 714 (*verba oraculi*) matri qui dederit -s oscula, victor erit. Val. Fl. 3, 80 -s galeam constringit Iason (-s *item primo sententiae loco ponitur*: 8, 298 Sil. 2, 614. 3, 231). *al.* β -s est (repertus est *l. 63, copula subaudienda l. 61; cf. e. g. supra l. 8 sq. 19; non nisi cum determinationibus, sc. gen. [saepe cum gerund.] praeter l. 61 sq.*): Cic. Phil. 7, 23 Firmani, qui -es pecuniae pollicendae fuerunt. 14, 26 -s ... omnium Pansa proeli faciendi ... fuit (*cf. 36 cum* initium ... fecerit). de orat. 1, 98 -s Crassus eius sermonis ordiendi fuit (Vet. Lat. I Macc. 10, 47 [rec. L, V; *gr. ἀρχηγός, rec. B* prior]). Att. 1, 17, 9 ego -s in adiutoribus *equitum* atque adeo secundus, nam ... Crassus eos impulit. Planc. Cic. fam. 10, 17, 2 ad omnia pericula. Caes. Gall. 5, 54, 4 tantum ... valuit esse aliquos repertos -es belli inferendi (Sall. Catil. 24, 2 b. faciundi. *aliter p. 1278, 67*). Nep. Att. 8, 3 eius rei. Liv. 44, 42, 2 -s fugae rex ipse erat (*sunt qui trahant ad II*). *al.*

b *iuxta subst.*: Varro ling. 6, 34 prior *mensis additus* a -e deo Ianuarius appellatus (*vix ad IIIB*). Liv. 8, 21, 8 *consul* identidem ad -es sententiarum consulares *dicens, quid ipse decerni vellet* (*cf. l. 40 sqq. p. 1278, 60*). Tert. apol. 11, 6 *fruges iam fuisse* ante illum aliquem -em hominem (*cf.* coron. 7, 3 -em feminam Evam. *aliter, sc. cum respectu auctoris generis v. p. 1278, 40*).

2 *respicitur qui quid condidit, instituit sim.* (*saepius iuxta* auctor, *v. p. 1278, 21. 65. 67. al.*, inventor, *v. vol. VII 2, 157, 33 sqq.*): **a** *servata vi temporis de eo, qui praecedit posteriores imitantes, sequentes* (*qua in re indicatur per gen. p. 1278, 8 [gerund. ut 14. 16]. 21. 30. al., dat. p. 1278, 31, in c. abl. l. 7*): α *pertinet ad ἀρχηγέτας artis cuiusdam, doctrinae variarumque rerum* (*praevalet usus praedicativus, forma* qui -s *l. 10 sq. 15*): Plavt. Persa 1 qui amans egens ingressus est -s in Amoris vias (*v. Leo, Plautin. Forsch., 1912, 151 sqq.*). Cic. inv. 2, 6 a -e illo atque inventore Tisia (*item de rhetoribus oratoribusve*: de orat. 3, 129 *Gorgias* -s ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet audire. Brut. 82 *Galba* -s ex Latinis illa oratorum ... opera tractavit. orat. 165 in ... concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse -em. 175 -s inveniendi. *al.*). Verr. II 3, 41 (*ironice*) te ... inventorem rerum optimarum ac -em imitabuntur omnes (*cf.* 3, 43 tuis praeclaris abs te -e inventis ... edictis). de orat. 2, 55 qui *Herodotus* -s genus hoc *historiae conscribendae* ornavit. leg. 2, 14 qui *Plato* -s de re publica conscripsit (*item de philosophis*: ac. 2, 129 cuius *disciplinae* ... -s *fuit* Xenophanes ..., deinde eum secuti Parmenides *eqs.* nat. deor. 2, 57 si a -e investigandae veritatis, *i. Zenone*, huius disputationis principium duxero [*v. Pease, 1958, ad l.*]. *al.* Lvcr. 5, 9 qui *Epicurus* -s vitae rationem invenit. *al.*). *al.* Sall. hist. frg. 3, 14 -es intellegendi divini fuerunt *Curetes* (*contra dicit* Lact. inst. 1, 21, 42). Nep. Ham. 3, 3 -s largitione vetustos pervertit mores Karthaginiensium *Hasdrubal.* Hor. carm. 3, 30, 13 dicar ... -s Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos (*cf.* epist. 1, 19, 21 libera ... posui vestigia -s [*23* primus iambos ostendi]). Manil. 1, 30 tu -s auctorque sacri, Cyllenie, tanti (*ad rem v. Housman, 1903, ad l.; item respicitur astrologia*: Gell. 14, 1, 2 neque eos *Chaldaeos* -es eius *disciplinae* auctoresque esse. 14, 1, 8). *al.* -s fidei *de Abraham* (*aliter l. 71*): Iren. 4, 25, 1 *v. p. 738, 34.* Chromat. in Matth. 1, 1 l. 35 (*antea*: qui secundum fidem pater gentium exstitit). *al.* β *pertinet ad auctorem gentis eiusve honorum* (*totius generis humani l. 40; respiciuntur feminae l. 28. 42*): Cic. Phil. 3, 11 a L. Bruto, -e huius ... generis et nominis *Brutorum* (Ov. fast. 1, 40 *Quirini* g. -s *Venus.* Sil. 14, 465. Tert. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 19 *de David.* Min. Fel. 23, 9 *Saturnum* -em huius g. et examinis *deorum.* Paneg. 7, 8, 2. *al.*). Brut. 53 L. Bruto illi nobilitatis vestrae -i (*cf.* Liv. 10, 8, 6 -em nobilitati vestrae *App. Claudium*). fin. 2, 61 P. Decius, -s in ea familia consulatus. fam. 9, 21, 2 *Papirii* fuerunt ... patricii minorum gentium, quorum -s L. Papirius Mugillanus. Nep. Ages. 1, 2 qui *Proclus et Eurysthenes* -es ex progenie Herculis Spartae reges fuerunt. Verg. Aen. 3, 168 Dardanus ..., genus a quo -e nostrum. Liv. 3, 17, 8 -s familiae *Valeriorum* (Vell. 2, 35, 2 [*de Catone censorio ut* Pompon. dig. 1, 2, 2, 38]). Pavl. Fest. p. 87 -s gentis *Fabiorum* (Svet. Tib. 1, 1). Plin. nat. 35, 19 -s ... eius *Pictoris* cognominis (*cf.* nominis *l. 27 et* Paneg. 10, 1, 3). Tert. monog. 6, 1 nobis quaeramus aliquos originis -es. Prvd. apoth. 28 -s generosi seminis Abram. *al.* *de protoplastis* (*cf. p. 1277, 69 sq.*): Tert. anim. 20, 6 in ipso -e generis Adam (castit. 2 l. 31 ille -s et g. et delicti Adam. virg. vel. 11, 3 -es g. Adam et Eva [*item plur.*: Lvcif. Athan. 1, 1 l. 14. *al.*]. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 35, 28. *al.*). Tract. Pelag. 4, 13, 1 p. 90 illos mortalium -es. Prvd. apoth. 911 peccamine -is Adae. Petr. Chrys. serm. 4, 1 hominem -em nostrae generationis.

b *evanescente respectu aliorum sequentium potius de eo, qui alicuius rei causa est, ad aliquid impellit, id efficit* (*c. gen. rei peragendae vel effectae praeter l. 65 sq. 69. p. 1279, 5; hic illic proxime accedit ad respectum regendi, moderandi sub III illustrandum*): α *de auctore facti cuiusdam, consilii, persuasionis sim.* (*saepe in vita publica; cf. p. 1282, 48*): Trag. inc. 55 cuius ipse -s iuris iurandi fuit, ... solus neglexit fidem *Vlixes* (*item c. gerund.*: Cic. Balb. 59 qui -es fuerunt conservandae salutis aut dignitatis meae. Phil. 5, 44 exercitus faciendi et praesidi conparandi. *al.* Liv. 4, 48, 8. 40, 53, 6 -es et auctores transcendendi Alpes. Evseb. Gallic. hom. 35, 6). Cic. inv. 1, 43 *quaerendum est*, eius facti qui sint -es et inventores. Verr. II 1, 45 huius consilii non participem C. Verrem, sed -em fuisse (dom. 102 *v. infra.* fam. 15, 15, 1 Caes. Gall. 2, 14, 4. 7, 37, 6. *al.; cf. p. 1282, 52*). Cluent. 60 -em atque architectum sceleris ([*opp.* minister]. Phil. 1, 30 leg. 2, 42 Hirt. Gall. 8, 38, 3 Nep. Eum. 13, 3. *al.*). leg. agr. 2, 13 -s erat agrariae legis *Rullus.* dom. 10 quoniam -s ego sum eius *sententiae* atque auctor (har. resp. 13 senatus te ... s. -e ... statuit. Balb. 61. *al.* Liv. 26, 32, 1. *cf. p. 1283, 74; praevalente respectu temporis p. 1277, 40. 67*). 21 indemnatorum necis -em. 102 hanc ... labem ... sustinere, vivo senatu, vobis, *pontifices,* -bus publici consilii (*item abl. absol.*: har. resp. 46 isdem auctoribus, Pompeio -e, ... restituti sumus [*sim. accedit* auctore: Phil. 4, 16 rep. 2, 46. *al.*]. *al.* Liv. 27, 3, 4 *aliquot* Campani -bus Blossiis fratribus coniuraverunt. *al.*). Phil. 2, 71 belli -s, crudelitatis auctor (Tac. hist. 3, 24, 2 -es auctoresque b. Gran. Lic. 35, 82). *al.* Cvlex 12 Phoebus erit nostri -s et carminis auctor. Tert. apol. 7, 11 ab uno aliquando -e exorta sit *fama* necesse est. Vet. Lat. Hebr. 12, 2 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 37) respicientes ad -em fidei ⟨et⟩ perfectorem Iesum (*gr. ἀρχηγόν, cod. 75* principalem, *Vulg.* auctorem. *de eodem*: Avg. perf. iust. 19, 41). Hier. chron. a. Abr. 2188 Bardesanes ... haereseos -s notus efficitur (Rvfin. hist. 3, 28, 1 [*gr. ἀρχηγόν*]. *al.*). *al.* β *de conditore urbis, parente vitae* (*hucine etiam p. 1288, 44?*): Decl. in Catil. 79 -s ac parens huius

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

urbis Romulus (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 1 p. 3, 10 Romani imperii -em *Aeneam*). IREN. 2, 17, 4 *Aeones sunt* eiusdem ... substantiae ... cum -e emissionis ipsorum. HIL. trin. 10, 19 per naturam constitutam nobis a deo originis nostrae -e (PROB. Verg. georg. 1, 12 *Neptunus* existimatur -s o. equorum). PRVD. ham. 173 nasci ... suum sine -e coeptum *esse contendit Lucifer.*

3 *vi temporali attenuata respiciuntur qui primi numerantur in serie quadam sollemni* (*exempla certiora; l. 10 sqq. vergunt simul ad III*): LEX repetund. (CIL I² 583) 79 iudex deinceps faciat pr⟨incipe *iudice* cessante⟩. CIC. div. in Caec. 47 is, qui -s in agendo est (*postea*: proximum subscriptorem. *cf.* 48 -s *actor* [*opp.* secundarum aut tertiarum partium]. Brut. 230 in illa causa ... -s fuit *Hortensius.* 317 cum Cotta -s adhibitus esset, priores tamen agere partis Hortensium). leg. agr. 2, 22 quem -em renuntiavit *decemvirum*? (*cf.* Att. 4, 1, 7 me -em nominavit *legatum*). nat. deor. 2, 67 -em in sacrificando Ianum esse voluerunt (*cf. p. 1277, 66*). HOMER. 167 (*in catalogo*) Peneleus -s ...; inde ... Agamemnon *eqs.* *adhibetur ad distinguendum alium eiusdem nominis*: CIC. div. 1, 46 Cyro illi -i (*cf. 2, 136* Cyri superioris).

II *pertinet potius ad* ***locum*****:** **A** *generatim de eo, qui in quolibet agmine primum locum tenet, anteit* (*sc. de animantibus; de sidere l. 34; de litteris certo ordine collocatis v. p. 1277, 18. 22; vergunt nonnulla simul ad I, ut l. 23. 26; sing. praeter l. 32. 38*): **1** *praedicative:* *iuxta verba eundi, movendi*: SISENNA hist. 32 ecum concitatum -s ad hostium permittit aciem. VERG. Aen. 5, 833 -s ante omnes densum Palinurus agebat agmen. 10, 166. 11, 620 -s turmas inducit Asilas. LIV. 1, 12, 8 Mettius Curtius ab Sabinis -s ab arce decucurrerat. 1, 26, 2 -s Horatius ibat (2, 46, 4. 21, 4, 8 -s in proelium i., ultimus conserto proelio excedebat). 4, 33, 7 ipse -s ... in medios ignes infertur (25, 14, 5. 37, 11, 10. 37, 20, 10 TAC. ann. 2, 7, 3). HOMER. 665. *exempla cetera*: CIC. Verr. II 5, 90 ut quisque in fuga postremus, ita in periculo -s erat; postremam enim quamque navem piratae primam adoriebantur. SALL. Iug. 50, 2 qui *equites* in agmine -es facti erant. VERG. Aen. 5, 160 (*in certamine navium*) -s medioque Gyas in gurgite victor rectorem navis compellat (SERV. -s modo ordinis est). MANIL. 1, 263 -s Aries ... respicit ... surgere Taurum ...; quos sequitur *eqs.* (*cf. vi locali minus perspicua p. 1277, 16 sq.*). SIL. 6, 660 (*describitur imago picta*) -s ... Appius adstabat (*658* primus, *666* ante omnes. *ad I trahunt alii*). **2** *solum ponitur* (*pro subst.*): BELL. Afr. 83, 1 *Caesar* in hostem inter (contra *codd.*) -es ire contendit.

B *technice in exercitu Romano pro subst. de militibus manipuli post hastatos collocati* (*sed olim, ut videtur, prima acie pugnantis; distinguuntur passim alii manipulares, ceterum v. ad rem imprimis l. 44 sqq. 52 et Neumann, RE Suppl. XI 1113 sq.; de ipso centurione v. p. 1285, 63 sqq.*): **1** *plur.*: INSCR. numm. Sydenham 747 (*a. 82 a. Chr.; imagini vexilli adscr.*) p(rincipes). VARRO ling. 5, 89 -es *dicti sunt*, qui a principio gladiis *pugnabant* (*distinguuntur* hastati *et* pilani *ut l. 57. cf.* VEG. mil. 1, 20 p. 23, 13 [*sim.* 2, 15 p. 49, 3] qui in pugna prima acie pugnantes -es ... vocabantur). SALL. hist. frg. 2, 103 subsidiis -es augere et densere frontem. LIV. 7, 23, 7 triarii erant, qui muniebant, et ab hastatis -busque ... proelium initum (7, 34, 5. 22, 5, 7 [*iunguntur simul* triarii *ut*: FRONTIN. strat. 2, 3, 16. VEG. mil. 2, 2 p. 36, 8 gravem armaturam, hoc est -es h. triarios antesignanos]. 34, 15, 6 secundae legionis -es h.que. *al.*). 8, 8, 6 prima frons ... florem iuvenum ... habebat (*sc. hastatos*); robustior inde aetas ... manipulorum, quibus -bus est nomen, hos sequebantur. 8, 8, 9 hastati omnium primi pugnam inibant; ... eos retro cedentes ... -es recipiebant. *al.* **2** *sing.* (*sc.* manipulus *vel* ordo): CIC. ad Brut. 16, 2 *C. Nasennius* Cretensi bello ... octavum -em duxit. OV. fast. 3, 129 Romulus hastatos instituit ... decem *orbes* (*i. manipulos*), et totidem -s, totidem pilanus habebat corpora (*cf. l. 45*). LIV. 26, 6, 1 primi -is ... signum.

III *pertinet potius ad* ***aestimationem*** *vel potestatem* (*indicatur, cui vel ubi quis praestet, praesit per gen. passim, e. g. p. 1281, 56, dat. p. 1282, 69. 1287, 5. 1289, 23. al., praepos.* de *p. 1286, 39 et* VVLG. II reg. 23, 18. *al.*, ex *p. 1286, 40 et* Q. CIC. pet. 30. *al.*, in *c. abl.* CIC. Verr. II 4, 93 Sull. 7 Sest. 110. *al.* LIV. 1, 39, 5. *al.*, inter CIC. Planc. 32 LIV. 3, 41, 8 VELL. 2, 119, 2. *al.*, super *p. 1282, 35 et* VET. LAT. psalm. 44, 17 [cod. 300. *al.*]. *al., per adi. p. 1282, 34; qua in re vel ad quid faciendum per gen. p. 1282, 45 sqq. 1286, 63 sqq. al., praepos.* ad *cum gerund. p. 1282, 38. 1287, 12. 1289, 37. 40. al., cum subst. p. 1282, 49. 1289, 39 et* CIC. Phil. 10, 24. *al.*, in *c. abl. p. 1286, 67. 69. 70. 1287, 26. al.*, super *p. 1283, 3, qua virtute sim. per abl. p. 1282, 7. 1287, 29. al.*): **A** *de hominibus eorumve coetibus* (*p. 1280, 35 sqq. 1287, 25. al.; de feminis p. 1280, 26. 1281, 53. 1284, 42. 50. al.; longe praevalet usus pro subst., attributive posita v. imprimis p. 1281, 46. 1285, 63. 1287, 43*): **1** *in vita publica et re militari*: **a** *usu communi*: **α** *significantur qui potius dignitate sim. praestant, primores* (*urbes p. 1280, 35; selecta inde a* CIC.; *opponuntur e. g.* infimus CIC. Manil. 41 NEP. Att. 3, 1 LIV. 6, 34, 3, multitudo CIC. Flacc. 58 rep. 1, 69. *al.* Q. CIC. pet. 30 LIV. 4, 59, 11. *al.*, populus CIC. Sest. 103 sq. rep. 1, 65. *al.* LIV. 2, 27, 12. *al.*, rex CIC. rep. 1, 42. 68 LIV. 44, 32, 4; *coniungitur cum* consul CIC. Catil. 1, 15 SALL. or. Lep. 5 LIV. 2, 56, 4, magistratus CIC. rep. 1, 66 CAES. Gall. 6, 22, 2 civ. 2, 19, 1 LIV. 33, 16, 3. *et saepe,* senatus CIC. Sest. 40 CAES. civ. 2, 3, 2 LIV. 21, 31, 7 *et sim. al., variat in contextu e. g. cum* optimates CIC. Flacc. 54 rep. 1, 51. *al., v. vol. IX 2, 820, 24 sq.*): Ⓘ *in universum et apud externos*: PLAVT. Amph. 204 Amphitruo delegit viros primorum -es; eos legat. 256 veniunt flentes -es *a Telebois legati.* ACC. trag. 501 honestitudo Europae -um (-ium *codd.*) primo ex loco. CIC. Verr. II 1, 64 Philodamum esse quendam, genere, honore, copiis, existimatione facile -em Lampsacenorum. 1, 90 legati Milesii, homines nobilissimi ac -es civitatis. Flacc. 54 (*ironice*) usque adeo orba fuit ab optimatibus illa contio *Trallensium*, ut -s -um esset Maeandrius, *homo sordidus.* rep. 1, 42 *administrantes rem p.* vel rex aequus ..., vel delecti ac -es cives, vel ipse populus. ac. 2, 2 Graeciae -em (*sc. Themistoclem; item de Epaminonda* Tusc. 1, 4, *de Pericle* off. 2, 60). off. 2, 77 in -bus et rem publicam gubernantibus. CAES. Gall. 5, 41, 1 duces -esque Nerviorum. 6, 11, 3 *apud Gallos* factionum sunt -es ..., quorum ad arbitrium ... summa omnium rerum consiliorumque redeat. 6, 23, 5 *apud Germanos* -es regionum atque pagorum inter suos ius dicunt (*cf.* TAC. Germ. 12, 3 eliguntur ... -es, qui iura ... reddunt; centeni singulis ex plebe comites ... adsunt). NEP. Alc. 11, 6 ut, apud quoscumque esset, -s poneretur. Att. 3, 1 sic se gerebat, ut communis infimis, par -bus videretur. LIV. praef. 3 -is terrarum populi (*isdem verbis de Romanis*: 34, 58, 8 orbis t. 42, 39, 3 PLIN. nat. 22, 6). 39, 25, 8 quingentos -es iuventutis *Thessalorum* in Macedoniam abduxisse *Philippum.* 42, 15, 3 ad Praxo hospitam, -em auctoritate et opibus Delphorum (*item de feminis*: CVRT. 10, 1, 3 -es feminarum stupra perpessae. EPIGR. Bob. 36, 4 in vidua -e, *sc. Penelope*). 44, 31, 9 ut oratores ... mitteret Gentius *rex Illyriorum* Teuticum et Bellum, -es gentis. 45, 28, 7 quingentos quinquaginta -es *Aetolorum* ... interfectos *esse.* 45, 34, 2 *Paullus* denos -es ex singulis evocavit civitatibus. CVRT. 8, 1, 18 *ne venaretur Alexander* sine delectis -um atque amicorum. TAC. Germ. 13, 2 magna ... *est* comitum aemulatio, quibus primus apud -em suum locus (*cf. e. g.* 14, 1 infame ... *est* superstitem -i suo ex acie recessisse. *ibid.* -es pro victoria pugnant, comites pro -e. *de his Germanorum -bus v. ed. Perl, 1990, 70 sq.*). *al.* *de urbibus*: CIC. Mur. 30 propter quam *rem* (*sc. gladium*) ipsa est civitas omnium -s (*sc. Roma ut*: HOR. carm. 4, 3, 13 -is urbium. VAL. MAX. 7, 1, 1 in urbe terrarum -e. OPT. PORF. carm. 8, 12 -s invicti militis. *al.*). VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 241, 3 *cum Themistocles patriam* -em Graeciae reddidisset (*cf.* QVINT. decl. 268, 19 Atheniensium civitatem, quondam late -em). MELA 1, 86 Miletum, urbem quondam Ioniae totius belli pacisque artibus -em. *al.*

Ⓘⓘ *in re publica Romanorum*: Ⓐ *usu generali* (*sc. per plur.*): ① *temporibus liberae rei publicae*: CIC. Verr. I 55 qui nunc -es nostrae civitatis sunt. II 2, 175 decumani, hoc est -es et quasi senatores publicanorum. *ibid.* homines honestissimos ac locupletissimos, istos ipsos -es equestris ordinis. Manil. 41 *ut Pompeius*, qui dignitate -bus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Sest. 98 quae tuenda -bus et ... defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges *eqs.* har. resp. 40 (*verba haruspicum*) ne per optimatium discordiam ... patribus -busque caedes periculaque creentur. Phil. 1, 2 (*antea*: praestantissimis civibus). 8, 22 deserti ... sumus, patres conscripti, a -bus (*sc. consularibus quibusdam*). leg. 3, 24 tenuiores cum -bus aequari. HOR. carm. 2, 1, 4 gravis ... -um amicitias. epist. 1, 17, 35 -bus placuisse viris non ultima laus est. LIV. 2, 12, 15 trecenti ... -es iuventutis Romanae. FLOR. epit. 4, 2, 43 -es ambitum ducis, *sc. Pompeii*, increpabant. *al.* ② *inde ab Augusto* (*cf. p. 1284, 40*): R. GEST. div. Aug. 12 pars ⟨praetorum e⟩t tribunorum ⟨plebi cum consule⟩ ... et -bus viris ([*gr. οἱ τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἄρξαντες*]. VELL. 2, 89, 4 -es viri ... hortatu -is, *sc. Octaviani*, ad ornandam urbem inlecti sunt. PLIN. nat. 35, 21. PLIN. epist. 7, 6, 1 ad Caesarem, ... ad multos -es v. *al.; in appellatione senatorum*: CASSIOD. var. 8, 19, 5. 10, 4, 8. *al.*). FAST. ann. Iul. Amitern. Sept. 13 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 193) de salute Ti. Caes(aris) liberorumq(ue) eius et aliorum -um civitatis. SEN. dial. 11, 13, 4 quam *vitam* nuper sub Gaio egere -es. SVET. Tib. 55 viginti sibi e numero -um civitatis depoposcerat velut consiliarios. HIST. AVG. Prob. 11, 2 (*ad senatores; cf. l. 60*) *ut daretis* -em ... de vobis, qui ... estis mundi -es. *al.*

Ⓑ *de singulis quibusdam eminentibus*: ① *temporibus liberae rei publicae* (*plura invenies apud Wickert, RE XXII 2014 sqq.*): CIC. Verr. II 1, 139 in adulescente clarissimo ac -e iuventutis, *L. Domitio.* p. red. in sen. 5 virtute ... Pompeius omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile -s (dom. 66 omnium iudicio longe -em ... civitatis. 110 -em orbis terrae virum. fam. 1, 9, 11 cum ... in re p. Cn. P. -s esset vir is, qui hanc potentiam et gloriam maximis ... meritis ... esset consecutus. *al.* SALL. or. Macri 23 MANIL. 1, 794. *al.; cf. p. 1281, 2*). dom. 132 (*v. p. 161, 59 sq.*) -s senatus (*Q. Lutatius Catulus, cos. a. 78, ut*: Pis. 6 -s huius ordi-

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nis. *al.* VELL. 2, 43, 3 omnium confessione senatus -s. *al.*). Lig. 19 -um dignitas erat paene par (*de Caesare et Pompeio, ut e. g.* CAES. civ. 1, 35, 4 -es ... earum partium. SEN. suas. 7, 5. SEN. epist. 14, 12 furentium -um). Deiot. 31 M. Scaurum -em civitatis (*item de eodem p. 1283, 23 et* VAL. MAX. 6, 5, 5. *al.; cf.* VAL. MAX. 8, 5, 3 *Crassus* sic fori, ut ille *Scaurus* curiae -s). Phil. 1, 34 illa erat vita *M. Antoni oratoris*, ... libertate esse parem ceteris, -em dignitate (*de eodem*: VELL. 2, 22, 3 -s civitatis atque eloquentiae). 7, 20 in -e civi (*de Cicerone ipso, ut*: 14, 17. CREMVT. hist. 1 -s senatus. QVINT. inst. 10, 5, 11 iam -s in re p.). rep. 1, 34 -em rei publicae, *Scipionem Africanum* (*sim. de viris aetatis antiquae e. g.* nat. deor. 3, 11 M. Catoni, qui tum erat -s. off. 3, 105 -em populi Romani, *Regulum.* LIV. 2, 16, 7 P. Valerius, omnium consensu -s belli pacisque artibus). fam. 6, 6, 5 (*a. 46*) si *eqs.* ..., esset hic quidem clarus in toga et -s, sed tantas opes ... non haberet (*Caesar, ut e. g.* 9, 17, 3 [*a. 46*]. OV. fast. 3, 697 gladios in -e fixos. SEN. suas. 7, 1 *post Pharsalum* in boni -is sinum ceciderat *res publica.* VAL. MAX. 5, 1, 10 divini -is. SVET. Iul. 29, 1 [*verba Caesaris*]. *cf. l. 2*). *al.*

② *aetate imperatorum*: SEN. clem. 1, 10, 1 *Augustus* tulit *Lepidum* ornamenta -is retinentem. benef. 2, 27, 2 *Cn. Lentulus Augur* -s iam civitatis et pecunia et gratia (*sc. apud Augustum*). PLIN. epist. 4, 8, 3 *in auguratu* successi Iulio Frontino, -i viro. 7, 24, 4 *Vmmidia* pantomimos fovebat ... effusius, quam -i feminae convenit. *al.*

Ⅲ *in municipiis sim. Romanorum* (*discerni non possunt exempla, quibus fere technice significari videtur honor quidam municipalis, v. Kotula, Eos 55, 1965, 354 sqq.*): CIC. Cluent. 11 homo non solum municipi Larinatis ..., sed etiam regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate -s (fam. 13, 13 longe -s m. Lucensis. CIL III 2774 IIvir(o) q(uin)q(uennali) ..., -i m. Riditarum). LIV. 29, 15, 5 magistratus denosque -es ... *ex coloniis quibusdam* Romam excirent *consules* (*29, 15, 11* magistratibus primoribusque). DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421; *a. 4*) 48 Iuncus -s coloniae nostrae, flamen August(alis) *vicem agens magistratuum creandorum* (*al. v. vol. III 1702, 25 sqq.; addere possis e. g.* TAC. hist. 1, 57, 2 AVG. epist. 50 tit. CIL IX 1006; *compendiis scripturae, e. g.* CIL III 9540 INSCR. Iugosl. Šašel 2367, *intellegi potest etiam* principalis, *ubi v.*). VELL. 2, 74, 4 -s eius loci, *sc. Perusiae* (CIL III 12491 l. -s, quinquennalis territorii Capidavensis. VIII 9643 IIvir(o).q(uin)q(uennali), omnibus honoribus functo, -i loci ... Oppidon(ovani). X 1201. *al.*). APVL. apol. 24, 9 in qua colonia *Madaurensium* patrem habui loco -is duumviralem cunctis honoribus perfunctum (*cf. l. 35*). flor. 16, 43 magistratus et ... -es *Carthaginiensium* (*item* 16, 45. *cf. l. 27*). CIL VIII 21627 (*saec. III in.*) pro principatu statuam ... P. Valerius Longus -s P. Valeri Longi -is fil(ius) posuit. INSCR. Altav. Marcillet-Jaubert 317 (*saec. III*[1]*; sed civitatem peregrinam fuisse putat Lepelley, Les cités de l'Afrique II, 1981, 526 sq.*) regi sacrorum, ... priori -i civitatis nostrae (CIL X 7808 *cuiusdam* eq(uitis) R(omani), -i(s) c. FIRM. math. 6, 25, 5 principales vel -es civitatum. *al.*). *al.*

Ⅳ *appendicula iuncturarum selectarum*: Ⓐ -s *accedit ad subst.*: PLAVT. Amph. 204 viros primorum -es (*item plur.*: CIC. Balb. 54 HOR. epist. 1, 17, 35. *et saepe, v. e. g. p. 1280, 57 sqq.; sing.*: CIC. dom. 110 fam. 1, 9, 11 VELL. 2, 19, 4 PLIN. nat. 28, 26 PLIN. epist. 4, 8, 3). CIC. Verr. II 3, 56 homo (Cluent. 11 off. 1, 138; *plur.*: de orat. 1, 23). Mur. 30 civitas (QVINT. decl. 268, 19 Ps. AVG. serm. ed. Mai 54, 3). Planc. 11 huius -is populi (LIV. 35, 14, 9. *al.* [*v. p. 1280, 23*]. FLOR. epit. 1, 3, 2. *al.*). Phil. 2, 15 -em senatorem. 7, 20 in -e civi (Brut. 80. *al.* PLIN. nat. 7, 115; *plur.*: CIC. rep. 1, 42 sq. off. 3, 74). LIV. 29, 1, 3 equites. PLIN. nat. 8, 119 feminas (*sing.*: PLIN. epist. 7, 24, 4. *e coni. dub.* PLIN. nat. 2, 137. *in domo imperatoria v. p. 1284, 42*). *al.*

Ⓑ -s *determinatur*: ① *per gen.*: *exempla varia selecta*: CIC. Verr. I 55 civitatis (*et saepe, v. vol. III 1236, 39 sq.*). II 1, 139 iuventutis (Sull. 34 Vatin. 24 fam. 3, 11, 3 LIV. 2, 12, 15. *al.; technice v. p. 1285, 45 sqq.*). 2, 13 legationis (*al. v. vol. VII 2, 1102, 66 sq.*). p. red. in sen. 5 gentium (Pis. 84. *al.* LIV. 31, 43, 5. *al.* FEST. p. 158 VELL. 2, 118, 2. *al.; de* -e gentis *titulorum Africae v. Kotula, Eos 55, 1965, 364*). p. red. ad Quir. 13 partis (CAES. civ. 1, 35, 4 LIV. 39, 34, 2. *al.*). dom. 110 orbis terrae (Phil. 3, 35 LIV. 34, 58, 8 IVST. 8, 4, 7. *tantum* t.: *p. 1280, 23. 37*). ac. 2, 2 Graeciae (*de singulis v. p. 1280, 15, de pluribus e. g.* NEP. Pel. 2, 4 LIV. 45, 35, 1 SVET. Tib. 49, 2; *sim. nominatur regio e. g.*: CIC. fam. 13, 78, 1 Achaiae. PLANC. Cic. fam. 10, 21, 5 Galliae. CAES. civ. 1, 74, 5 Hispaniae. LIV. 10, 16, 3 Etruriae). off. 3, 105 populi (CAES. Gall. 1, 44, 12 LIV. 4, 31, 8. 45, 22, 8 SEN. dial. 6, 20, 4. *al.*). CAES. Gall. 1, 19, 3 provinciae (PLIN. epist. 1, 10, 8 SVET. Claud. 16, 2. *al.*). 5, 56, 3 factionis (*al. v. vol. VI 1, 136, 32 sqq.*). 6, 23, 5 regionum (civ. 3, 34, 4 LIV. 9, 36, 12. 24, 21, 11. *al.*). VAL. MAX. 6, 9, 5 patriae (CIL VIII 9699 [*saec. III?*]. AVG. civ. 2, 10 p. 64, 15. HIST. Apoll. rec. B 4 suae. 12. *al.; cf. p. 1283, 56*). *al.* *indicatur ordo civitatis*: CIC. Verr. II 2, 175 publicanorum (Planc. 24 SCHOL. Cic. Bob. p. 157, 24. *aliter p. 1282, 73*). *ibid.* -es equestris ordinis (Catil. 2, 12 eius *o., sc. senatorum.* fam. 6, 10[a], 2. *al.* TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 7, 2 NEP. Att. 8, 3

VELL. 2, 127, 3. *al.*). dom. 132 senatus (LIV. 5, 25, 2. 8, 14, 1. *al.* CREMVT. hist. 1. *al.; technice v. p. 1283, 19*). Sest. 138 optumatium. LIV. 4, 7, 9 plebis (6, 34, 3. 24, 2, 9. *al.*). FLOR. epit. 3, 17, 5 nobilitatis (*cf.* SIDON. epist. 2, 9, 7 nobilium). *gen. indicat, cui regi sim. subiecti sint* -es (*cf. l. 36 sq.*): VET. LAT. gen. 50, 4 (cod. 100) -es Pharaonis (*gr. δυνάστας, var. l. ἄρχοντας. cod. 102* potentes, *Vulg.* familiam). OPTAT. 7, 1 p. 162, 3 a -bus regis (VVLG. I Esdr. 7, 28 Ier. 39, 3. *al.*). *al.* ② *per abl. indicantem qua virtute sim. quis praestet* (*saepe per seriem subst.*): CIC. Verr. II 1, 64 genere, honore, copiis, existimatione (Flacc. 72 g., honore, existimatione, pecunia. LIV. 22, 24, 12 g. ac divitiis. 29, 1, 3 g. et fortuna. FLOR. epit. 3, 14, 1 g., forma, eloquentia). 3, 56 cum virtute et nobilitate ..., tum etiam pecunia (5, 128 virtutibus ac beneficiis. Cluent. 11 v., existimatione, nobilitate. *al.* LIV. 9, 4, 7 v. atque honoribus). Phil. 1, 34 dignitate (de orat. 1, 23 omni d. IVST. 8, 4, 7). rep. 1, 25 et auctoritate et eloquentia et consilio (2, 34 et honore et a. et fortunis. LIV. 42, 15, 3 a. et opibus. PLIN. epist. 4, 3, 1 sanctitate, ... a., aetate quoque). LIV. 21, 34, 2 magno natu -es castellorum. *al.*

β *significantur qui potius potestate praesunt, ducunt, regunt* (*exempla certiora; technice in re publica Romanorum v. sub b*): ① *in re militari*: Ⓐ *apud externos*: TRAG. inc. 257 *re male gesta* quispiam -s senex ... auspicium repetebat domo (*si huc pertinet*). NEP. Hann. 2, 6 (*Hannibal ad Antiochum*) si non me in eo *bello* -em posueris (*sim., si huc spectat*, RVT. LVP. 1, 10 hunc in conficiendo negotio -em praefecistis). LIV. 40, 58, 5 *non* solum milites, sed etiam -es *agminis Bastarnarum* (*item opp. e. g.* CVRT. 7, 2, 33). CVRT. 4, 10, 4 duces -esque militum (VET. LAT. II par. 8, 10 [cod. 109] -es m. ..., qui praeerant in exercitu [VVLG. -es exercitus]. VVLG. IV reg. 25, 20. *al.*). *al.* APVL. mund. 25 p. 345 militiae -es et curiae proceres et urbium ... rectores ([*gr. 398a8 στρατιᾶς ἄρχοντι*]. VET. LAT. gen. 26, 26 [Hier. quaest. hebr. in gen. p. 42, 14. *al.; gr. ἀρχιστράτηγος, Vulg.* dux militum]. HIER. chron. a. Abr. 1814 -e m. destinato. *et saepius*). TERT. spect. 24 p. 24, 24 destitutis signis et sacramentis -is (*in imag. respicitur deus*). VET. LAT. II par. 8, 9 (cod. 109, *sim.* VVLG.) -es curruum ... et equitum eius *Salomonis* ([*gr. ἄρχοντες*]. SVLP. SEV. chron. 1, 42, 5 [*sec. III reg. 16, 9* dux]). VVLG. IV reg. 1, 9 *rex* misit ... quinquagenarium -em et quinquaginta, qui erant sub eo (*cf.* Is. 3, 3 -em super quinquaginta). SVLP. SEV. chron. 1, 54, 6 -s regius (*sec. Ier. 40, 1* magistro militiae. *cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 10, 149 p. 292 -s ... regis [*gr. στρατηγός*]). *al.* Ⓑ *apud Romanos* (*sc. minus technice quam p. 1285, 63*): CIC. Verr. II 5, 40 *ut* ad illam ... *fugitivorum* manum exstinguendam ducem te -emque praeberes. Att. 2, 1, 7 (*in imag.*) quem *equitatum* ego in clivo Capitolino te signifero ac -e conlocaram. SALL. hist. frg. 3, 90 Spartacus -s gladiatorum. TAC. hist. 1, 57, 2 -es ... coloniarum aut castrorum (*de quibuslibet praepositis; aliter p. 1286, 25*).

Ⅱ *vario usu*: CIC. Verr. II 2, 34 cuius modi cohortem putatis hoc *Verre* -e fuisse? 4, 17 -s laudationis tuae (*sc. legatus. al., v. vol. VII 2, 1040, 24 sq.*). Catil. 1, 27 auctorem sceleris, -em coniurationis (*al., v. vol. IV 338, 49 sqq.; cf.* -s seditionis: LIV. 5, 1, 7. 28, 24, 13. *al.* GRAN. LIC. 35, 61. *sim. al.; intercedit respectus auctoris, ut pertineat simul ad p. 1278, 49*). Sull. 9 ego tunc -s ad salutem esse *non* potuissem, si esse alii comites noluissent (*cf. e. g.* fam. 12, 24, 2 me -em senatui populoque R. professus sum [*sc. ad rem publicam defendendam. vix ad p. 1281, 8*]). Sest. 97 *optimates* sunt -es consilii publici (prov. 25 *de senatu.* de orat. 1, 216 *Pericles* plurimos annos -s c. p. fuit. *auctores consiliorum singulorum v. p. 1278, 56*). *al.* HOR. carm. 4, 14, 6 Auguste, ... qua sol ... inlustrat oras, maxime -um (*sunt qui trahant ad p. 1280, 56, sed v.* EDICT. leg. pr. pr. [Année Épigr. 1976 n. 653; *aet. Tib. in.*] 3 quod Augusti, alter [*sc. Augustus*] deorum, alter [*sc. Tiberius*] -um maximus ... caverunt [*gr. αὐτοκρατόρων*]. *aliter p. 1284, 68; ceterum cf.* -s -um: MART. 6, 4, 1 [*de Domitiano*]. HIST. AVG. Valer. 2, 1 [*verba regis cuiusdam orientalis*]). LIV. 28, 21, 7 *quidam* -s ... fuerat *civitatis cuiusdam*, a fratre maiore post mortem eius principatu accepto. STAT. Theb. 1, 169 (*respicitur Eteocles; cf. 1, 143* regem). SVET. Galba 9, 2 (*vetus carmen fatidicum*) oriturum quandoque ex Hispania -em dominumque rerum (ARNOB. nat. 4, 1 Romanos, d. r. ac -es). FRONTO p. 209, 10 uni omnium Romanorum -um Numae regi aequiperandus *M. Aurelius* (*cf.* HIST. AVG. Tac. 1, 1 dum post bonum -em, *sc. Romulum*, bonus alius quaeritur). APVL. mund. 35 p. 365 alicuius officii -em fieri (*gr. p. 400b9 τὸ ἄρχειν*). VET. LAT. gen. 41, 34 (Aug. loc. hept. 1, 160) *Pharao* constituat locorum -es (*gr. τοπάρχας, cod. 101* satrapes, *Vulg.* praepositos). iud. 8, 22 (cod. 100) dixerunt ... ad Gedeon: -s esto nobis (*gr. ἄρχε, Vulg.* dominare nostri. *explicat* AVG. quaest. hept. 7, 49, 22 rex ... nomine -is significatur). I Macc. 1, 29 (rec. B, *sim. cett.*) misit rex ... -em exactionis tributorum (*gr. ἄρχοντα φορολογίας*). Luc. 19, 2 (cod. 2. *al., sim.* VVLG.) *Zaccheus* fuit -s publicanorum ([*gr. ἀρχιτελώνης. inde e. g.* AVG. serm. 14, 2]. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 196, 18 mancipes sunt p. -es). Tit. 3, 1 (cod. 75. *al.* = VVLG.) admone illos ⌞-bus et potestatibus⌟ subditos esse (⌞ *gr. ἀρχαῖς*

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἐξουσίαις, *Ambrosiast.* principatibus et p.). HIER. chron. a. Abr. 1333 Athenis annui -es constituti sunt cessantibus regibus. VVLG. III reg. 9, 23 erant ... -es super omnia opera Salomonis praepositi *tot.* SIDON. carm. 7, 219 in media pelliti -is aula (*216* regi Getico. *item de regibus Germanorum*: CASSIOD. var. 2, 16, 3 ruinam -is *Odovacris.* 2, 28, 4 -is dignitas *Theoderici. et passim ibid.* VITA Caes. Arel. 1, 23. *al.*). *in aula regia* (*saepe in versione sec. gr. ἀρχι-*): VET. LAT. gen. 37, 36 (Ps. Philo antiq. 8, 9. *al.*) -i coquorum Pharaonis ([*gr. ἀρχιμαγείρῳ, cod. 100. al.* praeposito, *Vulg.* magistro militiae]. Ier. 40, 1 [cod. 177; *gr. et Vulg. ut antea*]. *al.*). 39, 21 (Ps. Aug. hypomn. 3, 11; *sim. al. et* VVLG.) ante -em carceris (39, 23 [cod. 101] -s carceris [*gr. utrobique ἀρχιδεσμοφύλαξ*]. *cf.* 40, 4 [*ibid.*] -s vinculatorii [*gr. ἀρχιδεσμώτης, Vulg.* custos carceris]). 47, 5 (cod. 100) praepone eos -es iumentis (*gr. ἄρχοντας, Vulg.* magistros pecorum. *cf. p. 1287, 14*). Dan. 1, 7 (cod. 176) -s spadonum (*item* 1, 18 [cod. 177]. *respondent gr. ἀρχιευνοῦχος, Vulg.* praepositus). VVLG. I par. 27, 31 -es substantiae regis (*antea*: praepositus fuit). *al.*

b *technice in re publica Romanorum*: α -s *est titulus honorificus vel nomen insigne eius, qui primum obtinet locum* (*sc. usu pro subst. praeter p. 1284, 42. 53*): Ⓘ *in senatu*: Ⓐ *forma* -s senatus (*minus technice p. 1282, 1 sq.; ad rem v. O'Brien Moore, RE Suppl. VI 699 sq., et Suolahti, Arctos 7, 1972, 207 sqq.*): SCAVR. or. frg. Ascon. in Scaur. p. 25, 5 Q. Varius Hispanus M. Scaurum -em s. socios in arma ait convocasse; M. Scaurus -s s. negat (CIC. Rab. perd. 21. Sest. 39 et s. et civitatis [de orat. 2, 197]. SALL. Iug. 25, 4 consularis et tum s. -s. *al.; cf. l. 32*). CIC. div. in Caec. 69 P. Lentulus, is qui -s s. fuit (leg. agr. 2, 82 Phil. 8, 14. *cf. l. 31*). LIV. 34, 44, 4 *censores* -em s. P. Scipionem ... legerunt. 39, 52, 1 *de L. Valerio Flacco.* R. GEST. div. Aug. 7 -s s⟨enatus fui ... per annos⟩ quadra⟨ginta⟩ (*gr. πρῶτον ἀξιώματος τόπον ἔσχον τῆς συνκλήτου. cf. Dio 53, 1, 3 πρόκριτος τῆς γερουσίας*). CIL II 5128 (*de Helvio Pertinace, ut* III 14149[38]. *al.*). HIST. AVG. Tac. 4, 3 -s s. recte Augustus creatur (*postea*: primae sententiae vir). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CIC. de orat. 1, 211 Lentulum -em illum (*item de eodem* Brut. 108; *cf. l. 25*). Brut. 112 *Scauri genus dicendi aptum* ad senatoriam ... sententiam, cuius erat ille -s (*cf. l. 22 et* PLIN. nat. 2, 144 Scauro consule, qui mox -s fuit [*vix ad p. 1281, 4*]). ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 78 -s in senatum semel lectus est *M'. Valerius* (80 GELL. 4, 10, 2. 14, 7, 9 [*e Varrone*]. in senatu: LIV. 27, 11, 12. 38, 28, 2. *cf. sine determinatione*: LIV. 27, 11, 9 contentio inter censores de -e legendo. 29, 37, 1 *censores* senatum recitaverunt; -s iterum lectus Q. Fabius Maximus. *al.*). VAL. MAX. 7, 5, 2 quo -e senatus per aliquot annos gloriatus est.

Ⓘ *in re publica ab Augusto constituta* (*minus technice accedente gen. obi. l. 56. p. 1284, 23; laxius de imperatorum propinquis p. 1284, 40; ad rem v. p. 1284, 55 sqq. et e. g. Wickert, RE XXII 2057 sqq.*). *praeter titulos frequentant hunc usum* PLIN. *maior* (*fere iuxta nomen proprium, ita ut* -s *sequatur; vice versa* nat. 6, 181. 18, 7. *al.*), TAC. (*non nisi quater cum nomine*), PLIN. *minor* (*sine nomine*). *coniungitur vel variat in contextu imprimis cum* Caesar (*partim pro nomine*) *l. 56. 57. 59 et e. g.* PLIN. epist. 6, 31, 2 SVET. Tit. 8, 1, dominus *p. 1284, 28* (*cf. etiam p. 1282, 62*), imperator *vol. VII 1, 558, 7*, parens *l. 66. p. 1284, 10. 60*, rex PRVD. perist. 5, 27 CLAVD. 24, 113. *al.; distinguuntur vel opponuntur* Caesar HIST. AVG. Ael. 1, 1 CLAVD. 8, 169, dictator (*sc. C. Iulius Caesar*) PLIN. nat. 4, 10 TAC. ann. 11, 25, 2, dominus *l. 58. p. 1285, 7 et* PLIN. paneg. 55, 7. 63, 6, privatus PLIN. epist. 2, 1, 2 paneg. 64, 4. *al.* SVET. Claud. 40, 3. *al.*, rex *p. 1284, 2. 21* (*cf. l. 71*); *sim. al.*

Ⓐ *de ipso Augusto*: ① *vario usu* (*exempla selecta inde ab* OV.; *cf. p. 1282, 54*): HOR. carm. 1, 2, 50 *Mercuri sive Auguste*, hic (*sc. in terris*) ames dici pater atque -s (MANIL. 1, 7 tu, Caesar, patriae -sque p.que. *cf. p. 1284, 10*). 1, 21, 14 *Apollo* famem pestemque a populo et -e Caesare in Persas *aget.* OV. fast. 2, 142 tu, *Romule*, domini nomen, -is ille tenet. trist. 1, 1, 33 ablata ... -is ira (*30* lenito Caesare). 2, 219 scilicet imperii -s statione relicta ... legeres carmina? Pont. 3, 6, 23 -e ... nostro deus est moderatior *nullus.* R. GEST. div. Aug. 30 qua⟨s⟩ *gentes* ⟨a⟩nte me -em populi Romani exercitus nunquam adit (*gr. ἡγεμόνος*). MANIL. 4, 935 maius ... Augusto crescet sub -e caelum (*sunt qui Tiberium significari putent*). VELL. 2, 81, 1 exercitus seditio ... liberalitate discussa *est* -is (*a. 36 a. Chr., per ἀναχρονισμόν ut p. 1284, 9*). SEN. clem. 1, 9, 1 A. fuit mitis -s. 1, 10, 3 bonum fuisse -em A., bene illi parentis nomen convenisse fatemur. TAC. ann. 1, 4, 1 verso civitatis statu ... omnes exuta aequalitate iussa -is aspectare. 11, 25, 2 dict⟨at⟩or Caesar ... et -s A. AVIEN. ora 279 Octaviano -i (AMM. 15, 10, 2). *al.* ② *abl. absol. forma* me -e (*ut indicetur aetas l. 72. p. 1284, 1*): HOR. epist. 2, 1, 256 formidatam Parthis te -e Romam (PROP. 4, 6, 46 -e te ... regia vela [*i. naves Cleopatrae*] pati. OV. trist. 2, 464 *Tibullus* iam te -e notus erat). OV. Pont. 4, 12, 40 ille ..., quo ... -e crevit honor *Tuticani.* R. GEST. div. Aug. 13 (*spectat simul ad p. 1278, 60*) *templum Iani* ter me princi⟨pe senat⟩us claudendum esse censui⟨t⟩ (*gr. ἡγεμόνος ut* 32). AT. CAP. Gell. 13, 12, 2 *Labeo* divo Augusto iam -e et rem publicam obtinente *libertati studens* (*aliter, sc. ad indicandam aetatem*: VELL. 2, 38, 3 sub regibus, ... T. Manlio consule, ... Augusto -e. PLIN. nat. 9, 25 TAC. ann. 3, 71, 2 TERT. nat. 1, 7, 8).

Ⓑ *de aliis imperatoribus* (*de -e designato l. 6 sqq.; Germanorum reges v. p. 1283, 4 sqq.; perpauca exempla selecta*): DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421; *a. 4*) 13 *C. Caesarem Augusti filium* iam designatu⟨m⟩ ... -em (CARM. pop. Suet. Cal. 8, 1 AMM. 26, 1, 6). MANIL. 4, 764 Rhodos, hospitium recturi -is orbem (*Tiberii*). VELL. 2, 94, 3 *Tiberius iuvenis* visu ... praetulerat -em. 2, 105, 3 *hiberna* -s locaverat (*Tiberius vivo Augusto. cf. p. 1283, 64 sq.*). VAL. MAX. 5, 5, 3 -s parensque noster ([*de Tiberio ut* 9, 11 ext. 4]. ACT. ARV. Claud. [CIL VI 2034] 8. a. 101 [CIL VI 2074] I 49. *al.* PLIN. epist. 8, 6, 10 [*e senatus consulto*] *Claudius* -s optimus p.que publicus. *cf. p. 1283, 66*). SEN. apocol. 8, 2 Saturnalicius -s (*Claudius; alludi videtur ad Saturnalicium regem, de quo v. Nilsson, RE II A 207, 41 sqq.*). dial. 11, 17, 4 -is Romani, *sc. Caligulae*, ... alea solacium fuit (TAC. hist. 3, 68, 1 R. -em et generis humani paulo ante dominum *Vitellium.* ann. 11, 10, 4. *al.* CE 659, 4 [*a. 348; de Constantino*]). PLIN. nat. 2, 99 trinos soles ... nostra aetas vidit divo Claudio -e (*ad indicandum tempus, ut e. g.* 9, 10 Tiberio -e. 9, 67 Gaio -e. EDICT. imp. Nervae Plin. epist. 10, 58, 9 alio -e. *cf. p. 1283, 69 et e. g.* PLIN. nat. 2, 232 Neronis -is supremis. FRONTIN. aq. 7, 6 sub Nerone -e). 4, 10 Demetrius rex, dictator Caesar, Gaius -s. 7, 46 Neronem ... -em et toto principatu suo hostem generis humani. 11, 262 -em terrarum, *sc. Neronem* (*item minus technice accedente gen. obi.*: PLIN. paneg. 57, 4 -s generis humani [HIST. AVG. Alex. 14, 6 Max. Balb. 17, 7. VEG. mil. 2 praef. domino ac -i g. h.]. HIST. AVG. Alex. 14, 4 Romani ... imperii. Car. 18, 4 mundi. AVELL. 38 tit. ad -em Orientis [IORD. Get. 225. *al.*]. *al.*). MART. epigr. 29, 11 (*ad Titum*) te sub -e, Caesar. CAVTIO Phaonis (CIL X 444) 22 pro salute optum⟨i⟩ -is et domini *Domitiani* (CIL VI 1177 [*a. 374*] d. et -es nostri. 10153 [*a. 383/392*] -um d(ominorum) n(ostrorum). SIDON. epist. 1, 11, 13 domine -s [*item in allocutione*: CONC.[S] IV 2 p. 133, 8]. *al. v. vol. V 1, 1927, 50 sqq.*). TAC. hist. 2, 37, 1 fastidio utriusque -is, *sc. Othonis et Vitellii* (*item de pluribus l. 29 et e. g.* S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 16 in provocatione ad -es facta). ann. 2, 59, 2 quod contra instituta Augusti non sponte -is Alexandriam introisset *Germanicus.* PLIN. paneg. 64, 2 imperator ... et Caesar et Augustus ... stetit ... seditque consul -e ante se stante. *et saepe. compar.* -ior *in iunctura* -um -ior (*cf. p. 1289, 69*): CASSIOD. hist. 1, 1, 15 (*ad Theodosium*) omnium priorum -um -iorem, si dici fas est, te vocare debemus secundum Homerum (*Sozom. praef. 15 βασιλέων βασιλικώτερον* [*βασιλεύτερον Hom. I 392*]).

Ⓒ *de imperatorum proximis, uxoribus* (*exempla certiora; cf. etiam p. 1285, 44 sqq.*): OV. fast. 1, 20 pagina iudicium docti subitura ... -is (*de Germanico ut*: Pont. 2, 5, 55. 4, 8, 77). trist. 1, 6, 25 femina ... -s ([*Marcia an Livia?*]. Pont. 3, 1, 125 *Livia.* EPICED. Drusi 303 *Antonia, Drusi uxor.* TAC. ann. 13, 42, 3 corrumpere cubicula -um feminarum [*spectat ad Iuliam Livillam, Caligulae sororem*]). EPICED. Drusi 261 facunda ... -is ora (*de Druso ut*: 285 numeros implevit -is [*vix respicitur dux militum*]. 344 *Livia* digna ... -bus natis [*sc. Druso et Tiberio*]. TAC. ann. 3, 34, 6 [*verba Drusi*] -bus adeunda saepius longinqua imperii; ... se quoque *eqs.* PORPH. Hor. carm. 4, 4, 1. *ad Drusum Tiberiumque potestate tribunicia fungentes spectat* TAC. ann. 3, 57, 1). 352 -is ore (*respicitur Livia ut*: 356 Romanae -is ... opus. *cf. l. 43*). TAC. hist. 5, 1, 2 *Titum a. 70* comitabantur ... multi ..., quos ... spes acciverat occupandi -em adhuc vacuum. ann. 4, 15, 3 forma -e viro digna *erat Germanici filio.* AVSON. 206, 10 p. 64 -um amicitiae (*postea*: Constantini fratres).

Ⓓ *generalia quaedam et rem illustrantia* (*adde l. 48. p. 1283, 67*): SEN. clem. 1, 1, 5 nulli adhuc -um concessam ... innocentiam (*sim. per adv. indicatur aetas l. 63 et* PLIN. paneg. 64, 3 postea. PANEG. 9, 19, 2 antehac. *cf. praepos.* ante *l. 62*, post SVET. Tit. 7, 2). 1, 11, 2 priorum -um exemplis (FRONTIN. aq. 111, 1 [*ex mandatis -is cuiusdam*]. TAC. ann. 15, 18, 3. *al.*). 1, 14, 2 hoc, quod parenti, etiam -i faciendum est (*sim.* 1, 15, 3 quem compares bono patri, bonum -em. *cf. p. 1283, 56*). dial. 11, 16, 6 *Claudio*, mitissimo omnium -um (TAC. hist. 1, 50, 4 o. ante se -um. CIL VIII 10307 [*a. 186*] nobilissimus o. *al.; in formula* super omnes retro -es *indulgentissimus sim.*: CIL VIII 6306 [*loco nominis Getae*]. *et saepe, v. Scheithauer, Zeitschr. Pap. Epigr. 72, 1988, 155 sqq.*). OCTAVIA 456 (*loq. Nero*) ferrum tuetur -em; ... decet timeri Caesarem. 582 (*loq. Nero*) -em cogi nefas (*cf.* PLIN. paneg. 6, 1 ereptum ... -i illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur). MELA 3, 49 -um maximus *Claudius* (*aliter p. 1282, 54. cf.* PLIN. paneg. 91, 1 optime -um). TAC. hist. 1, 84, 4 a regibus usque ad -es continuum *senatum* (*ad significandam aetatem ut* PLIN. paneg. 93, 2 ante -es). ann. 1, 1, 1 *Augustus* cuncta discordiis civilibus fessa nomine -is sub imperium accepit (1, 9, 5 non aliud discordantis patriae remedium fuisse, quam ⟨ut⟩ ab uno regeretur; non regno tamen neque dictatura, sed -is n. constitutam rem publicam). 3, 36, 2 *quidam* senator disseruit -es quidem instar deorum esse, sed *eqs.* (*cf.* 15, 74, 3 deum honor -i non ante

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

habetur, quam agere inter homines desierit. PLIN. paneg. 78, 2 illorum -*um* ..., qui sibi di videntur. *sim. al.; cf. e. g. p. 1283, 60*). PLIN. epist. 10, 65, 2 auditis constitutionibus -um ([*respondet* TRAIAN. *ibid.* 66, 1 commentariis ... -um]. GAIVS inst. 1, 5 constitutio -is est, quod imperator ... constituit; nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem optineat. 2, 109. *al.*). paneg. 45, 3 scis, ut sint diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse -em gratiorem, quam qui maxime dominum graventur. 65, 1 te legibus subiecisti, legibus, Caesar, quas nemo -i scripsit; ... quod ... nunc primum disco: non est -s super leges, sed leges super -em (*cf. e. g. l. 5 et* VLP. dig. 1, 3, 31 -s legibus solutus est. 1, 4, 1 pr. quod -i placuit, legis habet vigorem. CONSVLT. 7, 2 de rebus ... iudicatis soli -i et contra iudices licuit iudicare). SVET. Tib. 29 (*verba Tiberii*) salutarem -em, quem vos, *patres*, tanta ... potestate instruxistis, senatui servire debere et universis civibus. *abl. nudo* -e *in locutione adverbiali*: TAC. ann. 3, 28, 2 *Augustus* dedit ... iura, quis pace et -e uteremur.

b *sec. usum sub B2 illustratum significatur quod pertinet ad principem, sc.*: α *deum vel Christum*: IREN. 3, 11, 8 l. 198 illam, quae est a patre, -em ... generationem *Christi* (*gr. ἡγεμονικήν*). ARNOB. nat. 2, 36 *numinibus* inocciduam vitam -i benevolentia subrogari *sec. Platonem* (*antea*: voluntate dei regis ac principis). 2, 37 potestatis ... -is. VINC. VICT. Aug. anim. 2, 12, 16 sententia illa -is (*sc. Ioh. 3, 5; inde* AVG. *ibid.* p. 351, 18 [*iuxta*: sententiam ... principis]. *al.*). Ps. ORIG. tract. 5, 31 habuit Ioseph anulum regalem, sed et Christus -em fidei anulum. *al.* *neutr. pro subst. de condicione sim. principis*: IREN. 3, 11, 8 l. 191 *leo* (*apoc. 4, 7*) eius *Christi* ... -e et regale significans (*gr. ἡγεμονικόν*). *?* β *principem ecclesiae, papam*: ALC. AVIT. epist. 34 p. 65, 11 reddite nobis -em, si tamen necdum est restituta, concordiam (*sc. cum Symmacho papa, cf. ibid. p. 64, 13* statum principis, *64, 23* principatum ... ecclesiae; *an intellegas 'pristinam', ut spectet ad III?*).

2 *de deis, hominibus* (*collegiis l. 11, spiritu sancto l. 7; animalia v. sub 1aβ*): **a** *adi.*: Ps. QVINT. decl. 4, 16 si cui *nascenti* -ium deorum fulgor inluxerit (APVL. met. 11, 28, 5 -is dei ... orgiis. Ps. APVL. Ascl. 18 magnorum ... et -ium. *cf.* FIRM. math. 2, 30, 5 divinitas ... -is [*antea*: dei summi]. *aliter p. 1295, 5*). APVL. met. 4, 26, 3 speciosus adolescens inter suos -is (-es *F*). TERT. monog. 6, 8 Aaronem -em sacerdotem. VET. LAT. psalm. 50, 14 (cod. 300. *al.* = VVLG.) spiritu -i confirma me (*gr. ἡγεμονικῷ. explicat e. g.* AMBR. apol. Dav. I 15, 72 sqq.; *pendent* CANON. Hippol. 69, 2 effunde ... virtutem ... -is spiritūs. PAVL. NOL. epist. 13, 23. *al.*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 5 -ium daemoniorum impetu. DECRET. centon. Sentin. (CIL XI 5749) 11 patronum trium coll(egiorum) -ium. *al.*

b *pro subst. masc.* (*fem.* GREG. TVR.) *de primariis, praepositis*: INSCR. Année Épigr. 1948 n. 29 (*Ostiae; a. 203*) ⌞p(rincipa)les⌟ corporis (h)astiferum Ost(iensium) (⌞ ⌟ *edd., nisi intellegas potius* ple(b)s *coll. e. g. CIL XIV 5357 I 7. sed certe ad collegia spectant*: CIL III 1210 [*saec. III*] dec(uriones) et -es coll(egii) *fabrum*. COD. Theod. 14, 4, 10, 2 tres huius corporis -es). TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 492, 19 *Christus* cum -bus suis (*Mose et Helia; Luc. 9, 30*). GREG. TVR. Franc. 9, 39 p. 460, 5 ut iniectis in abbatissam ... criminibus ... *aliam* substituerent -em. INSCR. Iud. Frey I 681 Ioses arc(h)isina(go)γος et -es (*pro* -is; *ad rem cf. e. g. ibid. 265* arc(h)onti et archisynagogo). *al.*

II *cum respectu potius originis, fundamenti sim.* (*vis augetur per adv.* principaliter *p. 1295, 12. 1299, 2*): **A** *vi plena* (*sc. respicitur id, quo quid efficiatur, unde quid oriatur sim: vel quod respondeat origini, verae naturae sim. [unde quid declinet vel quo quid accedat], ut subluceat color q. e. verus, proprius sim., e. g. l. 41 sq. 62. p. 1295, 33; indicatur effectus per praepos.* ad *l. 47*): **1** *in philosophia et apud quoslibet scriptores*: **a** causa -is (ratio *l. 36; cf. l. 54. p. 1295, 6*) *in doctrina de fato notione non prorsus dilucida* (*ambigunt viri docti, quinam t. t. gr. subsit, comparantes alius κύριος, alius προηγούμενος, alius προκαταρκτικός, alius συνεκτικός, v. e. g. Sharples, Cicero: On Fate, 1991, 201; conferendus vid. apud* CIC. *usus vocis q. e.* princeps *p. 1276, 55 sqq. 67 sq. 1278, 55 sqq. illustratus*): CIC. fat. 9 ut ... et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis ..., non sequitur tamen, ut etiam sedere eos et ambulare ... -bus causis ... constitutum sit. 41 (*loq. Chrysippus*) causarum ... aliae sunt perfectae et -es, aliae adiuvantes et proximae (*ibid. ter.* 42). 42. GELL. 7, 2, 7 (*loq. Chrysippus*) ut ratione quadam necessaria et -i ... conexa sint fato omnia. CHALC. comm. 158 (*opp.* accidens). *al.*

b *exempla cetera* (*usu pro subst. neutr. l. 48. 63. p. 1295, 2. 6. 24, masc. p. 1295, 26*): α *respectu vario*: QVINT. inst. 9, 1, 4 est ... tropos sermo a naturali et -i significatione tralatus ad aliam (*postea: dictio* propria). GELL. 7, 1, 8 *Chrysippus* existimat ... non fuisse hoc -e naturae consilium, ut faceret homines morbis obnoxios (*opp. 9* per sequellas ... necessarias). TERT. adv. Marc. 5, 14 p. 626, 14 *Paulus* (*Rom. 13, 9*) totam creatoris disciplinam -i praecepto eius conclusit: 'diliges proximum tamquam te' (patient. 7, 1. *al.; locos possis etiam trahere ad p. 1293, 8*). paenit. 3, 12 cum ... facti origo sit *voluntas*, non tanto potior ad poenam est, quanto -is ad culpam? resurr. 2, 7 *disceptationis* ordo semper a -bus deduci exposcit. test. anim. 5 p. 140, 23 de -i institutore (*i. deo; antea*: magistro ... ipsius magistrae). 5 p. 142, 1 originem (*aliter p. 1295, 2*). CYPR. epist. 59, 14 ad Petri cathedram atque ad ecclesiam -em, unde unitas sacerdotalis exorta est ([*cf. p. 1299, 74*]. PACIAN. epist. 1, 1, 1 fontem atque originem -is e. non tenebas, *haeretice*). CHALC. transl. p. 46^{D} prudentissimae naturae ⌞-em⌟ causam, non adminicula causae -is inquirere ([*opp.* secundas; *gr. πρώτας.* comm. 5 [*opp.* consequens]. *al.*). comm. 267 iustitia, virtutum omnium -is, per quam ceterae quoque virtutes suum munus ... exsequuntur (*cf.* virtutes -es quattuor [*intercedit usus sub B illustratus*]: AMBR. parad. 3, 18. in psalm. 118 serm. 11, 11, 1 iustitia ..., temperantia ..., fortitudo ..., sapientia. POMER. 3, 18, 2 quae *virtutes* ex illis q., quas -es diximus, oriuntur. *al.; de septem v. spiritus sancti*: AMBR. sacr. 3, 2, 9 istae *v.* quasi cardinales sunt, quasi -es. *aliter p. 1293, 25*). AMBR. hex. 3, 4, 19 quod -e eius *terrae* est, nuncupavit *deus* proprietate naturae (*sc.* arida, *gen. 1, 9; pergit* AMBR. ex -bus ..., non ex accidentibus terrae debuit proprietas definiri). HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 409, 5 superbia ... est ... diaboli -e peccatum ([*postea*: de superbiae fonte manantia *peccata*]. Ps. IOH. MED. hom. 21 p. 794 labem primi hominis, in quo -e p. ceciderat). *al.* β *respicitur fundamentum omnium, quae sunt* (*ideas v. sub γ*): TERT. adv. Val. 27, 2 figuram -is tetradis ([*sec. Iren. 1, 7, 2 ἀρχεγόνου καὶ πρώτης, lat.* primogenitae et primae. *cf. p. 1263, 5*]. IREN. 2, 12, 7). Ps. APVL. Ascl. 17 haec (*deus, ὕλη, spiritus*) ... sunt -ia ... et quasi capita ... omnium, quae sunt. CLEM. ad Cor. 59, 3 -e totius creaturae nomen *Christi* (*gr. ἀρχεγόνου. cf. e. g.* RVFIN. Orig. in Rom. 3, 7 l. 40 cum dicitur 'ex ipso *Christo*', -e aliquid ... videtur ostendi; [l. 42] cum vero 'per illum' dicitur, sequentis causae, ... quae post -em [-e *var. l.*] est, intellegentia designatur). ARNOB. nat. 2, 9 p. 75, 5 qui quintum elementum -bus adplicat cau-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sis, non Aristoteli *credit*? (*cf.* 2, 59 p. 135, 18 ex elementis ... et ex -bus originibus rerum. LACT. inst. 2, 9, 15 duo ... illa -ia ..., calor et umor [*sim.* 2, 9, 27]. EVSTATH. Basil. hex. 4, 5, 10 -ia compositarum rerum elementa [*gr.* πρῶτα]. *al.*). LACT. inst. 1, 11, 53 (*de Saturno*) quemadmodum potest deus esse -is, qui aliis ortum suum debet? (epit. 3, 3 *de deo Orphicorum, cf. p. 1262, 75*). CHALC. comm. 7 de -i vitalis substantiae. 271 -is causa mundi constitutionis (MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 3 l. 23 c. ... -is et sibi et aliis c. est *eqs. al.; cf. p. 1294, 74. 75*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 22 l. 30 substantiae -i et potentialiter priori (4, 9 l. 19 et universalis. 4, 14 l. 19. AVG. civ. 10, 23 p. 436, 33 de tribus -bus s. *Plotini* [*cf. enn. 5, 1* ἀρχικῶν]. *al.*). 4, 16 l. 7 (*de deo*) esse primum et -e, omnibus ... esse praestans (4, 18 l. 46 verum et -e. 4, 19 l. 7 universale ... et principaliter -e). RVFIN. Adamant. 3, 9 bonum ([*v. supra p. 87, 39 sqq., gr.* κατὰ φύσιν]. FVLG. RVSP. incarn. 33 *lucem* Manichaei -e b. existimant. *cf.* -is bonitas: RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 13). *al.* **γ** *respicitur exemplar depingendum, imitandum*: ARNOB. nat. 6, 10 p. 317, 26 quod *simulacrum* ... pariles lineas -i ab ore traducat. CHALC. comm. 337 de exemplo dicendum *est*, quod sit species -is (*sc. idea ut*: 338 [*ibid.* primaria s.]. MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 5 l. 32. *al.*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 19 l. 8 quod imaginale, est -e (*v. vol. VII 1, 401, 69 sqq.*). HIER. hom. Orig. in Luc. 8 p. 48, 20 *pingere imagines* ad -em similitudinem exprimendam (*per enallagen*). AVG. c. Parm. 3, 2, 5 p. 106, 21 *Paulus* -e proposuit exemplum, *Christum* (CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 121, 12 formarum). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 165, 19 quia ... exemplum palam est ..., -bus aptemus imaginem (Rustic. -i rei, *gr. I 1, 2 p. 77, 34* πρωτοτύπῳ). EVSEB. EMES. serm. 4, 6 imaginem (*Christum*) ... nosse, ... ipsum -em comprehendere (*masc. pro subst. de deo patre ut*: 26, 13 [*ad Ioh. 14, 9*]). *al.*

2 *in iure* (*respiciuntur, quibuscumque nituntur secundaria, accedentia, substituta quaedam*): VENVL. dig. 45, 2, 13 differentia obligationum ..., ut in fideiussore et reo -i (PAPIN. dig. 45, 2, 11 pr. [*opp.* fideiussor]. PAVL. dig. 4, 4, 48 pr. *al.* COD. Iust. 9, 6, 4, 1 [*a. 227*]. *al.*). GAIVS dig. 7, 1, 39 *usu fructu vendito* qui pretio fruitur, non minus habere intellegitur, quam qui -i re ... fruitur (inst. 3, 126 in accessione ..., in -i re [reo *cod., corr. sec.* INST. Iust. 3, 20, 5]. *al.*). 29, 3, 11 -ium tabularum (*opp.* secundae t. *ut* VLP. dig. 29, 3, 2, 2. *cf.* testamentum: VLP. dig. 28, 6, 2 pr. si -e ruptum sit t., et pupillare evanuit. PAVL. dig. 28, 6, 44 [*e Maeciano*] superius -e. *al.; fem. pro subst.* πριγκιπαλία, *sc.* διαθήκη: THEOPHIL. inst. Iust. 2, 16, 5 [GLOSS. iurispr. ἄδετ *II* 38 ἐξουσιαστική]). inst. 3, 126 horum *sponsorum* obligatio accessio est -is obligationis (3, 180 [*opp.* litis contestatione]. SCAEV. dig. 46, 3, 93, 2 [*opp.* quae sequellae locum optinet]. *al.*). SCAEV. dig. 49, 1, 24 pr. an ... usurae ⌞-is⌟ pecuniae ... debeantur (⌞ ⌟ *om. loco gemino 42, 1, 64*). PAPIN. dig. 2, 14, 40, 1 nullo alio *argumento sim.* de -i causa discusso *ab iudice appellationis* (PAVL. dig. 12, 2, 30 pr. 50, 17, 129, 1 [*opp.* ea ... quae sequuntur. *sim.* 50, 17, 178]. SYMM. epist. 10, 28, 9 AVG. c. Cresc. 1, 34, 40 p. 358, 11. CASSIOD. var. 4, 44, 2 [*disting.* momentaria]. *al.*). 48, 13, 16 quaestio -is *in heredem persequenda* (COD. Theod. 2, 18, 3 super -i q., *i. proprietatis* [*opp.* super possessione]. *al.*). CALL. dig. 49, 14, 3, 8 debitores ([*opp.* debitorum ... debitores]. PAVL. dig. 16, 1, 29 pr. *al.*). *al.*

3 *in arte gramm. vel metr.* (*cf. rhet. p. 1294, 41*): **a** *respicitur derivatio* (*cf.* ISID. orig. 1, 7, 7 *nomina* -ia, quia primam positionem habent, nec aliunde nascuntur, ut 'mons'): **α** *neutr. pro subst.* (*nisi hic illic subaudias e. g.* verbum): PAVL. FEST. p. 345 'stiria' ... -e est, 'stilla' deminutivum. DIOM. gramm. I 344, 21 'hietare' iterativum, incohativum 'hiscere', -e eorum est 'hio' (*item c. gen.*: p. 385, 11. *al.*). SERV. Aen. 2, 104 'Ithacus' ... pro 'Ithacensis', -e pro derivativo (6, 52 gramm. IV 446, 35 SCHOL. Stat. Theb. 1, 225. *al.*). georg. 3, 166 'circus' est -e, unde fit 'circulus'. CLEDON. gramm. V 61, 33 'facesso' ..., cum non habeat -e, unde oriatur (EXPLAN. in Don. gramm. IV 550, 20 -e ... vel originem. *al.*). POMP. gramm. V 221, 4 ista, *e. g. 'fabula'*, sono sunt ... diminutiva, significatione autem -ia sunt (*syn.* primitiva). *al.*

β *adi.*: ① *per enallagen i. q. ad nomen primitivum pertinens*: PLIN. dub. serm. frg. Pomp. gramm. V 164, 13 (*sec. Varronem*) quando dubitamus -e genus, ... (15) ex diminutivo cognoscimus -e g. (POMP. gramm. V 164, 16). SERV. gramm. IV 429, 24 in his ... significatio -is est, sed enuntiatio diminutiva (*v. l. 60*). ② *i. q. primitivus sim.*: GELL. 9, 6, 2 (*respicitur 'actito'*) in verbo -i, quod est 'ago' (11, 15, 5 CLEDON. gramm. V 58, 23. *al.*). PORPH. Hor. carm. 4, 6, 12 ('Teucro') -i pro possessivo nomine usus est (DIOM. gramm. I 323, 18 sunt quaedam -ia *n.*, quae Graeci prototypa dicunt ...; ex his nascuntur derivativa. SERV. Aen. 1, 119. *al.*). FORTVN. gramm. VI 283, 4 metra -ia, quae a Graecis prototypa et archigona dicuntur ([*cf. 283, 14* originalia]. 294, 10 omnia, quae paragoga diximus, componi ex illis -bus m. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 88, 1 -ia id est primiformia. *al.*). PRISC. gramm. III 144, 21 pronomina (*sc. personalia ut*: FRG. Bob. gramm. V 564, 40 [*opp.* derivativa]. *al.*). *al.*

b *respicitur flexio vel comparatio*: TER. MAVR. 460 erit ... rarior diphthongos 'ei', 'e' videmus quando fixam -i in nomine: 'eitur' ... (462) -i namque verbo nascitur, quod est 'eo' (BOETH. in herm. comm. pr. 1, 2 p. 53, 26). 701 -e ... videmus esse 'quis'. POMP. gramm. V 153, 12 si erit -e 'dis' ..., *dicimus* 'dis ditior ditissimus'. 182, 15.

4 *in arithmetica et musica* (*respiciuntur non composita, ad unitatem spectantia sim.; aliter l. 31. 36 et sub IIIA3 et 4*): BOETH. arithm. 1, 15, 1 *impar quidam numerus* nullam in se retinet substantiam -em compositusque est ex aliis numeris *imparibus* (*cf.* 1, 15, 2 *nec* quicquam ... -is intellegentiae. *gr. 1, 12, 1 sq.* ἀρχοειδές *et* -δής). 2, 1, 3 ad -iorem habitudinem ... proportiones ... reduci (*cf. gr. 2, 2, 2* εἰς πνθμενικωτέρους). mus. 2, 20 p. 252, 12 qui *ternarius* primus triplus *est* ... -is unitatis. 3, 1 p. 269, 2 *numeri* -es (*cf. l. 8; opp.* posteriores).

B *usu referendo potius ad divisiones philos. aliarumque disciplinarum significatur quod pertinet ad primum illud genus, ex quo species suspensae sunt, vel ad primas partes, quibus comprehenduntur inferiores sim.* (*proxime accedere respectum sive derivationis [v. sub A, e. g. p. 1294, 57] sive aestimationis [v. p. 1293, 9] vix mireris*): **1** *in variis disciplinis*: SEN. epist. 58, 13 illud genus 'quod est' generale supra se nihil habet, initium rerum est ...; Stoici volunt superponere huic ... aliud genus magis -e, *sc. 'quid'* ([*v. ibid. 15*]. GELL. 10, 20, 8 *v. infra.* FORTVN. rhet. 3, 9 g. -ia orationis. *al.*). QVINT. inst. 3, 11, 4 (*2* summam illam, in qua causa vertitur) hanc ... quaestionem veluti -em vocant ζήτημα ([*antea distinguuntur* capita generalia *et* specialia]. 4, 4, 1. FORTVN. rhet. 3, 1 [*opp.* incidens]. *al.*). GELL. 10, 20, 8 ista ... vocabula (*sc.* lex *sim.*) censentur continenturque rogationis -i genere et nomine (MACR. somn. 1, 3, 2 *somniorum* quinque sunt -es et diversitates et nomina). GAIVS inst. 4, 142 *interdictorum* -is ... divisio in eo est, quod *eqs.* ([*opp.* sequens]. LIB. de asse 2 as ... in duas partes sectus sex -es generat divisiones [*cf.* 3 -es ... partes; *opp.* secundariae]. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 187, 1 huius causae. *al.; cf.* BOETH. mus. 2, 28 p. 261, 11 toni continui -i dispositione conscripti [*seq. series ternario numero multiplicata*]). TERT. idol. 1, 1 -e crimen ... idololatria; nam etsi suam speciem tenet unumquodque delictum *eqs.* FORTVN. rhet. 1, 28 qui *status* alterum in se habuerit, is erit -is (1, 29 qui servierit, is erit incidens; qui vero dominabitur, is erit -is. MART. CAP. 5, 443 -es sunt s., ex quibus nascitur causa. *al.*). *al.* uncia -is *in divisione bonorum, quae quis donat, legat sim., de duodecima parte referenda ad totum divisum* (*sc. divisione -i neque secundaria, v. l. 29; ceterum cf. Inst. Iust. 2, 14, 5* tot unciae assem efficiunt, quot testator voluerit *eqs.*): GREG. M. donat. Andr. p. 437, 17 dono ... quattuor videlicet in integrum -es uncias trium fundorum. PAP. Tjäder 16, 12 ([*ca. a. 600? ad usum p. 1291, 66 illustratum refert ed. ad l.*]. *al. in pap. recc. ibid.*). **2** *in arte gramm. vel metr.*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 92 genera metrorum -ia novem sunt (SERV. gramm. IV 446, 20 *soloecismorum* [*opp.* specialia]. *de genere nominum*: DON. gramm. mai. 2, 4 p. 619, 13 vel -ia vel sola g. duo sunt, masculinum et femininum. *al., v. vol. VI 2, 1901, 72 sqq.; de genere verborum*: DIOM. gramm. I, 336, 22). DON. gramm. mai. 2, 1 p. 613, 4 ex his *octo* duae sunt -es partes orationis, nomen et verbum (SERV. gramm. IV 428, 8. CLEDON. gramm. V 34, 13 [*syn.* primae ..., quia reliquae harum sunt partes]. *al.*). SERV. gramm. IV 448, 10 (*antea*: generales) debemus non ipsis uti -bus nominibus, sed potius nominibus subdivisionis. *al.* *neutr. sing.* -e *de substantivo* (*sec. l. 47; plur.* -ia *de nomine et verbo* ISID. orig. 1, 6, 1): SERV. auct. Aen. 10, 251 (*opp.* epitheton). georg. 1, 184 'cavis' hic pro -i positum.

III *mero respectu temporis vel seriei* (*exempla potiora, ab usu sub II illustrato longius recedentia*): **A** *significatur potius, quodcumque primum est in serie*: **1** *qualibet temporali*: TERT. adv. Hermog. 19, 3 si -ia dei opera caelum et terra sunt (*postea*: ante omnia ..., priora). adv. Iud. 2, 9 -em legem (*Mosi datam; opp.* subsequentem). MIN. FEL. 19, 4 philosophi -is ... opinionem (*Thaletis; ibid.* primus omnium). SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 11 fuit ... rex antiquissimus ... Erectheus, non longe a -bus *regibus* ...; nam primus omnium fuit Cecrops. COD. Theod. 8, 18, 3 patres -is coniugii copulatione destitutos (*ibid. postea*: receptis deinceps aliis matrimoniis). *al.* **2** *dictorum, scriptorum* (*ut subluceat respectus loci*): Ps. CYPR. mont. 4 p. 108, 10 de singulis stellarum nominibus tolle singulas litteras -es (MAR. VICTORIN. gramm. 5, 15. PRISC. gramm. III 407, 18 *'μύρια'* eam l. habent -em sui nominis). CHAR. gramm. p. 290, 13 (*ex Palaem., ut* DIOM. gramm. I 415, 18) coniunctionum quaedam sunt -es, aliae subsequentes; ... -is ... est coniunctio 'sed'. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 39 p. 290, 20 -is est ambiguitas, quia ita ordinem fecit *Cicero in enumerandis controversiis* (*inv. 2, 116*). HIL. trin. 8, 34 l. 15 (*respicitur I Cor. 12, 8*) ut -is esset 'sermo sapientiae' ..., tum deinde sequens esset 'sermo scientiae' (*de iisdem ibid.* l. 21 illa -ia et superiora). SALV. eccl. 3, 6 -is libelli pagina (*sc. 1, 11 sqq.*). PRISC. gramm. II 45, 22 -es syllabae, hoc est in principio dictionum positae (468, 10 *s.* -is vel finalis. *al.*). *al.*

3 *sonorum, in arte musica vertitur t. t.* ὑπάτη (*ab Albino, v. vol. VI 3,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3147, 41; usu fere pro subst. fem. sec. gr., nisi hic illic de masc., sc. sonus, tonus, *cogites; appellationem respectu seriei explicat* MART. CAP. 9, 942 quia prima est medii tetrachordi, *sed intercedente notione ducendi* 9, 941 quia prima in tetrachordo collocatur, quasi cuiusdam rectoris nomen accepit [*cf. vol. VI 3, 3147, 32*]): MART. CAP. 9, 931 *sonus* primus dicitur ... *προσλαμβανόμενος*, ... secundus *ὑπάτη ὑπάτων,* hoc est -is -ium, tertius *παρυπάτη ὑπάτων,* id est subprincipalis -ium *eqs.* (*item enumerantur* BOETH. mus. 4, 3 p. 309, 24 sqq.). 9, 961 sunt ... tetrachorda -ium, mediarum ...; et primum tetrachordon ... incipit a -ium -i et desinit in -em mediarum. *al.* **4** *numerorum inducentium suum ordinem* (*sc. 1, 10, 100 eqs.*): PRISC. gramm. III 406, 4 tredecim eos *numeros* figuris notari invenimus; nam -es repetuntur quater singuli tam ante quinarios, qui sunt medii, numeros quam post eos (*item opp.* p. 406, 6).

B *significatur potius, quodcumque est initio vel inde ab initio*: **1** *quolibet:* VET. LAT. Esth. H 5 p. 46 *deus,* miserere -i tuae parti (*de populo Israhel ut ibid.* C 8 p. 49 -em tuam hereditatem [*gr. τὴν ἐξ ἀρχῆς*]). MACR. Sat. 1, 12, 36 mensis September -em sui retinet appellationem (*37* prisca nomina). COD. Iust. 4, 28, 7 pr. *posteriorem* ratihabitionem -i ... mandato vel consensui non esse absimilem. *al.* **2** *mundi, creationis*: IREN. 5, 14, 1 -em plasmationem *hominis* (*ibid.* in fine ..., in principio). PAVL. NOL. epist. 11, 14 p. 73, 3 originalis terra et -is habitatio (*de paradiso; item* patria -is: PS. AVG. serm. 155, 4 [*Migne gr. 49, 401 ἀρχαίαν*]. CAES. AREL. serm. 7, 2. 150, 1. *al.*). EVSTATH. Basil. hex. 2, 8, 1 diffusione -is luminis (*quod fuit ante solem; gr. πρωτογόνου*). LAVRENT. paen. p. 99[D] *arbor* illa -is (*gen. 2, 17*). *al.*

IV *cum respectu loci (cf. IIIA2 et 3), de capitibus vestis oblongae, ni fallimur*: QVODV. prom. 2, 3, 5 l. 14 fibulam rationalem sacerdotis in pectore conlocandam, quae duas -es partes superhumeralis adstringat (*cf. e. g. exod. 28, 23 ἐπὶ τῶν δύο ἄκρων*).

adv. ✕**principāliter.** *compar. et superl. desunt, sed v.* quam (tam) -r *l. 41. 55. p. 1298, 47* (*conferas etiam l. 56. p. 1298, 27*). *legitur singulis locis in* SEN. dial. *et* PLIN. paneg., *saepius inde a iuris consultis saec. II* (CELSO, GAIO, SCAEV.) *et* TERT., *frequenter apud* BOETH.

i. q. modo principali (*gr. respondet προηγουμένως sim. p. 1298, 41. 49. 71, κυρίως sim. l. 46. p. 1298, 65, ceterum imprimis πρωτοτύπως* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 131, 18 NOVELL. Iust. edict. 8, 1, 1. *al.; syn. vel opp. v. l. 47. p. 1298, 2. 8 sqq. 1299, 28; determinat verba, sed adi. p. 1298, 52. 1299, 2, subst. l. 65*): **1** *cum respectu aestimationis, dignitatis, potestatis sim.*: **a** *i. q. modo principis, sc.: imperatoris* (*i. ut eum decet*): SEN. dial. 11, 17, 4 qui *Caligula* non magis dolere quam gaudere -r posset. PLIN. paneg. 47, 1 mores iuventutis quam -r formas! PONTIAN. epist. p. 995[C] (*ad imp. Iust.*) -r nomen ab ipsis incunabulis iustitiae suscepisti (*sc. ut decuit futurum imperatorem; vix ad 3*). *cuiuslibet iubentis, dominantis*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 2, 1 p. 351[B] ut *homo* quorundam miraculorum spectator exsisteret, quorundam vero ⌞dominatum -r⌟ obtineret (⌞ ⌟ *gr. κύριον tantum*). GREG. M. epist. 7, 24 l. 28 utraque (*amor et potestas*) -r praesumunt, utraque per auctoritatem semper loquuntur (*antea*: imperialia verba).

b *i. q. modo primario, potissimo, praecipuo* (*usu communi acuitur pars orationis vel sententia prae ceteris consideranda, sc. i. q. imprimis, ante omnia sim. [indicatur multitudo, unde quid eminet, l. 59 sq. 71. al.; respondent adv. p. 1298, 2, iuxtaponuntur l. 63. 68], sed hic illic ipsa vis vocis alterius augeri videtur* [*e. g. l. 65. 67*]): **α** *solum ponitur*: TERT. apol. 6, 10 in quo *cultu deorum* -r reos transgressionis Christianos destinastis. scorp. 2 p. 150, 15 nec aliud primum tam -r denuntiantis *dei,* quam ab ... cultura idolorum cavere (*cf.* PS. CYPR. epist. 4 p. 274, 22 non aliud -r admiratus sum, quam *eqs.*). spect. 8 p. 9, 12 circus Soli -r consecratur. VLP. dig. 4, 8, 17, 6 -r ... quaeramus, ... an *eqs.* PAVL. dig. 2, 14, 23, 1 cum ... -r ei, qui pactus est, proficiat *conventio.* SOL. 27, 12 plurimae quidem bestiae, sed -r leones. ARNOB. nat. 4, 25 p. 231, 1 quis ... prodidit? ... non -r cum ceteris Apollodorus? CHALC. comm. 6 in hoc libro -r illud agi: contemplationem *eqs.* RVFIN. Orig. in num. 7, 5 p. 46, 12 quicumque ... adversatur deo ..., quod illi *Chananaei* -r faciunt. AVG. in euang. Ioh. 109, 5 l. 21 -r ac primitus per apostolos ... praedicatum est *verbum fidei.* LEPOR. 7 l. 4 *Christus se exinanivit* (*Phil. 2, 7*) dum ⌞-r dominus⌟ ea, quae sunt famuli, dignanter assumit (⌞ ⌟ *qui modo praecipuo, unice dominus est; nisi trahas ad 2b*). MARCELL. med. 34, 12 limus ... -r ... doloribus prodest (*Plin. med. 2, 24* mirifice). LEO M. epist. 138 p. 1101[B] maxime ... et -r providendum est, ne *eqs.* PROSP. in psalm. 103, 15 qui *Christus* -r unctus est (*sec. Aug. in psalm. 103, enarr. 3, 13 l. 26* excellenter unctus). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 73 patitur ... communiter omnis nervositas, sed -r caput. 3, 7, 91 ne qua pars corporis -r patiatur. *et saepe. significatur tractari aliquid pro argumento principali* (*nisi trahas ad 2a*): CAEL. AVR. chron. 1 praef. 3 *nemo* tardarum passionum curationes -r ordinavit (*opp.* alii disperse atque de aliis passionibus scribentes). 2, 1, 55 Asclepiades ... -r de paralysi nihil scripsit, sed Erasistrato respondens *eqs.* BOETH. in herm. comm. pr. 1, 1 p. 41, 12 -r de intellectibus animae disputare. *al.* **β** *excipitur vel praeparatur aliis adv.*: PS. CYPR. epist. 4 p. 282, 9 contra luctum sumenda sunt arma ...; -r ..., deinde ..., sequitur (FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 17, 1. *al.*). CAEL. AVR. acut. 3, 3, 24 -r ..., tunc ..., tunc ..., dehinc (chron. 1, 4, 112. 1, 5, 154). SIDON. epist. 3, 3, 3 (*1* multiplicibus ex causis: primum ..., dein ...; *2* omitto *eqs.*) illud ... -r. 7, 17, 1 cum ..., tum -r. *al.*

2 *cum respectu originis, fundamenti sim.* (*opp. passim quod fit per consequentiam vel accessionem, participationem sim., e. g. l. 20. 30. 61. 64. 75, pro syn. est e. g.* originaliter *l. 73,* secundum essentiam *l. 55, ?* proprie *l. 33 [sed disting. p. 1299, 20]); describitur potius*: **a** *quod fit (ab) ipsa origine, sc. nullo alio intercedente, ratione directa, non secundaria sim.* (*v. quae ad c monuimus*): **α** *in sermone iuris* (*exempla inde a* GAIO *selecta*): CELS. coll. Mos. 12, 7, 5 non -r hic *agrum vicini* exussit, sed dum aliud egit, *sc. stipulam suam incendit,* sic ignis processit. GAIVS dig. 3, 3, 46, 4 quod *procurator* ex lite consecutus erit sive -r ipsius rei nomine sive extrinsecus ob eam rem. inst. 4, 139 certis ... ex causis praetor aut proconsul ⌞-r⌟ auctoritatem suam finiendis controversiis interponit (⌞ ⌟ *sc. interdicto, non dato iudice; ad 1a trahit e. g. Karlowa, Röm. Rechtsgesch. II, 1901, 1005*). SCAEV. dig. 32, 103, 1 quia non -r, sed per successionem bona ... ad eum pervenerunt. VLP. dig. 3, 2, 4, 2 sive ... -r hoc negotium gerat sive alterius negotiationis accessione utatur. 17, 1, 12 pr. non remunerandi causa, sed -r donando. PAVL. dig. 2, 1, 6 nec -r ei iurisdictio data est (*opp.* mandatam iurisdictionem). COD. Iust. 4, 29, 2 (*a. 213*) cum -r ipsa *mulier* nihil debet, sed pro alio debitore ... intercessit (*cf. e. g.* 7, 45, 5 [*imp. Phil.*] qui -r fisco tenebantur [*opp.* fideiussoribus]). 7, 16, 19 (*a. 293*) *causam liberalem* -r causam eius, *sc. liberti tui,* ... esse quam tuam (*postea*: consequenter tua etiam agetur causa). *al.* **β** *apud quoslibet auctores*: TERT. anim. 18, 9 anima dementit ... conpatiente tunc animo; ceterum animae -r casus est. IREN. 4, 17, 3 l. 88 non ... -r ..., sed secundum consequentiam. NOVATIAN. trin. 24, 7 *corpus ex Maria natum* non -r ... filium dei esse, sed consequenter et in secundo loco *eqs.* AMBR. fid. 2 prol. 6 'generatio', 'filius', 'unigenitus' ⌞-r et proprie⌟ indicant ex deo filium; tria sequentia ... virtutem eius manifestant (⌞ ⌟ *nisi pro syn. ad b, sed cf.* IVNIL. 1, 13 p. 483, 3 *deus significatur modis* duobus: -r et consequenter [*e. g. 'deus' et 'omnipotens'*]. *al.*). RVFIN. symb. 11 substantia dei *incorporea* ... inseri corporibus ... -r non potest, nisi spiritali aliqua mediante substantia. LEO M. epist. 10, 1 p. 629[A] ut *dominus sacramentum* in ... Petro ... -r collocarit et ab ipso ... dona sua velit in corpus omne manare. BOETH. Porph. isag. p. 13, 20 *accidens praedicatur* -r quidem de individuis, secundum posteriorem vero rationem de *speciebus* (*gr. προηγουμένως. sim.* in Porph. comm. pr. 1, 16 p. 45, 17. *et saepius*). *al.*

b *quod respondet origini, sc. verae naturae, substantiae, proprietati sim.* (*addasne l. 33?*): TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 295, 4 cuius *dei* hoc -r proprium est nullius exempli capere comparationem. patient. 5, 3 consideremus ... de impatientia, an ... in *diabolo* ... nata ... sit, ut ex isto appareat, quam -r fidei adversetur. IREN. 1, 9, 3 neque ... verbum secundum eos -r caro factum est; dicunt enim sotera induisse corpus *quoddam spiritale* (*gr. προηγουμένως. postea*: vere). FORTVN. rhet. 1, 2 quae materiae -r non consistunt? quae aut depulsionem non habent aut *eqs.* CHALC. comm. 284 p. 288, 12 dissolvetur exsistens in aliud exsistens, sed non -r, verum ex accidenti. RVFIN. Orig. princ. 2, 4, 3 p. 131, 19 incorporeae ... naturae et -r intellectuali (*sc. deo*). AVG. epist. 238, 28 p. 555, 12 *pater filiusque* unius sunt ... substantiae et non participes vitae aeternae, sed ipsa -r vita aeterna. FACVND. defens. 9, 5, 14 *Christus est* -r et secundum essentiam unigenitus filius dei. GREG. M. epist. 4, 9 l. 15 *ut* ipsae per se -r deo dicatae feminae compellantur ... *mundanis* se miscere negotiis. *al.* *de usu proprio verborum*: CLAVD. DON. Aen. 7, 180 p. 28, 20 ('arma: ... currus, ... secures *eqs.*') currus inter arma -r posuit, quod fuerint adversi hostibus (*nisi ad d, sc. sensu generali*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 71, 4 'deus' nomen -r in eo *deo omnipotenti* est ...; secundo vero in loco et ... abusive *eqs.* Orig. princ. 4, 4, 6 nomen materiae, id est, quod -r (inprincipaliter *var. l.*) materiam significat. VINDIC. med. 4 Aristoteles ... semen inquit aliud -r vocari, aliud participio. BOETH. top. Arist. 158b11 utrum -r vel secundum translationem ... dicantur *verba* (*gr. κυρίως*). *al.*

c *quod vario modo respicit ipsum auctorem, parentem vel causam sim.* (*quaedam proxime accedunt ad a, e. g.* IREN.): TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 508, 3 quod *praeceptum* (*v. p. 1294, 45*) -r ad omnem salutem ... facit. IREN. 5, 27, 2 *apostatae* in omni poena conversantur, deo quidem ⌞-r non a semetipso⌟ eos puniente, prosequente autem eos poena *separationis ipsius* (⌞ ⌟ *gr. προηγητικῶς μή*). ARNOB. nat. 1, 2 p. 2, 13 *naturae* leges -r institutas (*respicitur creatio mundi sim. ut e. g.* AVG. trin. 3, 9, 18 non est creator nisi qui -r ista format [*cf. 3, 9, 16* originaliter ac primordialiter]). CHALC. comm. 261 impetus -r quidem ab ea parte animae movetur, quae ... ex semet ipsa movetur, ex accidenti vero etiam desideriis moventibus. 268

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sim.* 337) *silva* subiecta corpori -r. MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 7 l. 24 (*de patre et filio*) ὁμοούσια ... sunt, ... -r principalia (*cf. p. 1295, 12*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 1 p. 442, 13 *Iudas* non -r prodidisse putandus est salvatorem (*postea*: princeps persecutionis, *sc. diabolus*). AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 179 ex illo *Adam* ... -r erant tracturi nascentes originale peccatum (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 116, 5 *peccatum* -r intulerat mortem). IVLIAN. in Os. 8, 4 -r id, quod est consequens, collocatur, id est 'fecerunt sibi idola, ut interirent', cum non studio pereundi simulacra fecerint *eqs. al.* *cum respectu vocum derivandarum* (*cf. p. 1295, 50*): SERV. Aen. 1, 726 -r 'lacus' dicitur ...; diminutio 'lacunar' facit.

d *quod refertur ad primum illud genus in divisionibus constitutum* (*sc. in artium doctrina; cf. p. 1296, 14*): MAR. VICTORIN. defin. p. 32, 9 hae sunt tres nunc a me positae -r definitiones (*sequitur partitio primae*). SERV. gramm. IV 421, 4 omnes ... litterae -r in duas dividuntur partes, in vocales et in consonantes (POMP. gramm. V 99, 1. 139, 25 [*seq.* subdivisiones. species]. 213, 37). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 40, 22 hoc illam *speciem* -r dicis esse, quod est illud genus, sub quo ipsa species, quam definis, est posita. *al.* *inde fere i. q. generaliter*: AVG. dialect. 10 p. 19, 8 translationem voco, cum ... a genere species *cognominatur*; 'verba' enim -r omnia dicuntur, quibus loquimur, sed tamen 'verba' proprie nominata sunt, quae ... per tempora declinamus.

3 *mero respectu temporis vel seriei fere i. q. initio, primo sim.* (*exempla pauca, vix ad 1 vel 2 trahenda*): SOL. 2, 1 ad locorum commemorationem stilus dirigendus est atque adeo -r in Italiam (*item in scriptis sublucente respectu loci*: EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iac. 1, 1 p. 1, 12 in epistolis ... -r proferunt servos se esse domini [*gr.* ἐν ταῖς ἀρχαῖς. *antea*: praeponunt]. *al.*). AVG. gen. ad litt. 4, 24 in qua *creatura* ipsi *angeli* sunt -r conditi. Ps. AVG. alterc. l. 155 prius ad me ... Christus advenit. :: ... si ... ad me ... -r advenisset *eqs.* SORAN. p. 92, 21 -r partes *infantis mortui* ... praecidendae sunt ...; quibus praecisis *eqs.* VEREC. in cant. 3, 3 l. 16 *synagogae* septem -r ... constructae fuerunt, sed obsidionis Chaldeicae tempore perscissae sunt. CONC. Matisc. a. 585 p. 247 l. 312 post trietericum tempus omnes conveniant, ut de alterna -r sospitate exhilarati ... necessitates discutiant. *al.*

deriv.: principalitas.

compos.: supprincipalis; *cf.* imprincipaliter.

cf. Onom. *Spoth.*

principālitās, -ātis *f.* *a* principalis. *legitur non nisi sing. inde a* TERT.

i. q. status principalis (*subiunximus usum metonym. de ipsis principalibus, v. maxime l. 48. 55. 70. p. 1300, 5* [*vergit in appellationem honorificam l. 68*]): **1** *animantium, (sc. quicumque potestate praesunt)*: **a** *animae ipsius, sc. quae regit animum vel sensus*: TERT. anim. 13, 1 *nobis naturam animae animique scrutantibus* dispicere superest, -s ubi sit, id est, quid cui praeest, ut cuius -s apparuerit, illa sit substantiae massa (*paulo aliter, sc. vi generali, intellegitur supra p. 955, 53; sed cf.* 13, 3 habes animae -em, ... cuius intellegas instrumentum esse animum, non patrocinium). resurr. 15, 5 etsi in cerebro ... -s sensuum consecrata est, quod ἡγεμονικὸν appellatur, caro erit omne animae cogitatorium (*cf. p. 1292, 50*).

b *divinitatis*: α *notione communi de statu*: IREN. 4, 38, 3 -em ... habebit in omnibus deus ..., reliqua vero omnia in subiectione manent dei (*gr.* πρωτεύει). FAVSTIN. trin. 7, 3 una est -s patris et filii et spiritus sancti (*antea*: una principalis auctoritas ... trinitatis). APRING. in apoc. 20, 7 ad unam -em ... Christi perducta omnia (*spectat ad apoc. 20, 6* regnabunt cum illo). β *metonymice: de summo deo Gnosticorum, quae est Αὐθεντία*: IREN. 1, 26, 1 ab ea -e, quae est super universa (*gr.* τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα Αὐθεντίας, *ut ibid. postea* ab ea -e, quae est s. omnia. *cf.* 1, 31, 1 a superiore -e). 1, 30, 8 is, qui esset a -e, spiritus (*sim.* 4, 35, 2 [*opp.* qui *spiritus* a demiurgo fuit]). 2, 1, 2 erit ... pater omnium ... cum pleromate ... circumdatus ab altera -e, quam necesse est maiorem esse. 4, 35, 2. 4. *de potestate quadam superna*: IREN. 2, 30, 9 unus deus fabricator, ... qui est super omnem -em et potestatem et dominationem et virtutem (*sec. Eph. 1, 21, v. p. 320, 55*).

c *hominum; respiciuntur: principales municipiorum* (*cf. p. 1292, 15*): COD. Theod. 9, 35, 6 -is (*Cod. Iust. 9, 41, 17* principali⟨s⟩) sunt honore munitae *personae*. NOVELL. Maior. 7, 8, 51 locum -is indepti ... curiales. *imperatores*: AVELL. 2, 122 (*ad imp. Theodosium et Arcadium*) ne ... sanguis effusus ... Christianorum ... vestrae -is gravet imperium. *episcopus Romanus*: AVELL. 87, 4 quod sedis apostolicae -s ... perscripsit.

2 *rerum (animae v. sub 1a); significantur quae*: **a** *initio, ab origine sunt*: α *vario usu*: TERT. praescr. 31 l. 1 ad -em veritatis et posteritatem mendacitatis disputandam. IREN. 3, 3, 2 ad hanc *Romanorum* ... ecclesiam propter potentiorem -em necesse est omnem convenire ecclesiam (*antea*: maximae et antiquissimae ..., a gloriosissimis duobus apostolis Paulo et Petro Romae fundatae *ecclesiae* [*v. Rousseau ad l. in ed. I p. 223 sqq.*]). NOVATIAN. trin. 24, 8 ut -s nominis istius 'filius dei' in spiritu sit domini (*opp.* sequela nominis; *cf. p. 1298, 32*). β *apud gramm.; respicitur formatio verborum: de verbo primitivo, unde alia derivantur* (*fere metonym., sed potius de statu fort. l. 9; opp.* compositio, deminutio, derivatio): SERV. ecl. 2, 28 -s verbi huius frequentativi accusativum regit. Aen. 1, 73 plerumque in compositione vel derivatione -is natura corrumpitur (*respicitur quantitas vocalis ut*: POMP. gramm. V 204, 8 *derivatio* mutat -em). 1, 490 'Amazonidum' ... derivatio est pro -e (*sc. 'Amazonum'. cf.* 1, 686 ponens -em pro derivatione). *al.* POMP. gramm. V 164, 20 invenimus alia genera in -e et alia genera in deminutione, ut est pistrinum ..., pistrilla (*et quater ibid.; in eadem re* ISID. orig. 1, 28, 4). *de prima positione coniugationis*: SERV. Aen. 1, 59 est ... -s verbi 'verro, verris', praeteritum 'versi'.

b *ordine logico praecedunt; respicitur: genus, quod antecedit speciem*: MACR. somn. 1, 3, 12 hoc ..., quod Scipio vidisse se rettulit, et tria illa genera ... -is amplectitur et omnes ipsius somnii species attingit (*1, 3, 2* quinque sunt principales ... diversitates). *notio, quae comprehendit alias notiones*: BOETH. in top. Cic. 4 p. 346, 42 (*37* si ponas 'hominem', statim 'animal' esse necesse est) *in ordine logico aliquid* non secundum tempus, sed secundum -em naturae secum simul aliquid trahentis antecedens dicitur vel consequens.

c *quolibet modo eminent, praestant*: SIDON. epist. 7, 4, 1 tamquam non -s sit censenda *tui* beneficii, quod *eqs.* (*sc. respicitur summum momentum beneficii*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 126, 26 communis ... confidentia erit et virilitatis -s omnibus, qui in hoc stadium descendere eligunt.

principāliter *v.* principalis. *Wild.*

principātio, -ōnis *f.* *a* principari. *i. q. actio principandi, regnum*: VET. LAT. Ezech. 29, 15 (cod. 176) erit ⌊principium⌋ *Aegyptiorum* humile[m] prae omnibus ⌊-bus⌋, non exaltabitur amplius super gentes (*gr.* ἀρχή ... ἀρχάς, *Vulg.* regnum ... regna).

principātor, -ōris *m.* *a* principari. *i. q. princeps, auctor* (*sc. cum respectu originis, causae, quem non invenimus sub verbo, sed cf. ibid. notionem incipiendi*): ARNOB. IVN. in Ioh. 1 principium deus est, qui -r omnium esse voluit. THEOD. MOPS. in Gal. 3, 8 p. 40, 1 *Abraham, gentes* tecum benedicentur ..., -em te huius benedictionis existiment. in Phil. 3, 19 p. 243, 17 *Christum* quasi -em et auctorem incorruptionis sibi exsistentem (p. 244, 2 -em et auctorem bonorum). *Bk.*

principātus, -ūs *m.* (*n.* principatum, -ī *v. l. 42 sqq. 46. 47*) *a* princeps. *abbreviatur*: princip CIL VIII 9236. *de formis et de genere* (*inter subst. ordinis quarti affert e. g.* CHAR. gramm. p. 55, 9): *nom. sing. neutr.* -um *exstat* VET. LAT. Dan. 7, 14 (Ps. Vigil. Thaps. trin. 3, 93 rec. II) oblatum est ei -um et honor (*masc.* -s *e. g.* Hil. in psalm. 144, 1). IORD. Rom. 345 Exc. barb. p. 318, 28. 320, 1. 320, 19; *dat.* -o Exc. barb. p. 310, 5; *gen. plur.* -tum PRISCILL. tract. 6, 103 SACR. Gelas. 1496; *acc. neutr.* -a VET. LAT. Col. 2, 15 (cod. 75; *masc.* -us *e. g.* cod. 78). *excipitur per pron. neutr.* CASSIOD. Ios. antiq. 5, 232 IORD. Rom. 345. *paenultimam longam testatur* PRISC. gramm. III 525, 3. *de notione*: CIC. nat. deor. 2, 29 *v. p. 1301, 11.* TERT. adv. Hermog. 19, 5 *v. p. 321, 71 et 1319, 23* (*pro gr. ἀρχή ut p. 1311, 16 et* HIER. in Is. 3, 9, 6 l. 65 GLOSS.). CHAR. gramm. p. 55, 9 πρωτία -s. GLOSS.^{L} II Philox. PR 215 -s: *προέδρα, προεδρία, προοίμιον, προκαταρκτικὸν καὶ ἀρχή. al., v. e. g. p. 1302, 36.* *legitur fere in oratione soluta inde a* CIC., CAES. *p. 1302, 40, maxime sing. (plur. p. 1303, 8. 50, saepius inde a* TERT., *cf. p. 1301, 73), frequentatur a* PLIN. *maiore et* TAC., *deest e. g.* SALL. *et* QVINT.; *exstat in poesi bis apud* PHAEDR. [*confunditur in codd. cum* principium FIRM. math. 5, 1, 15 RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 12, 2, *falsa var. l. pro* principes IREN. 2, 28, 6.]

i. q. status, locus sim. principis cuiusdam personae vel rei, quae antecedit, praeest (*subiunximus metonymias, v. imprimis p. 1301, 2. 28. 1302, 67. 1303, 62. 1305, 1*): **I** *aestimatione vel potestate* (*ad imaginem ducis praeeuntis revocare possis p. 1301, 35. 1304, 64*). *gr. respondere solet ἀρχή, quod infra non adnotavimus. in contextu coniungitur vel variat cum* ducatus *p. 1302, 60*, imperium *p. 1302, 43. 48 et* TAC. hist. 1, 1, 4. 1, 30, 1. *al.* (*cf.* -s imperii *p. 1303, 60*), potentia IREN. 2, 6, 2 (*cf. p. 1302, 57, distinguitur p. 1302, 65*), potestas *p. 1305, 5 et e. g.* TERT. adv. Hermog. 19, 5 (*cf.* -s potestatis *p. 1304, 63*), principium AMBROSIAST. in Col. 1, 24, 2 RVFIN. Adamant. 1, 2. *al.; opp. v. p. 1303, 38 sq.* *indicatur, qui -um tenet, passim per gen. (cf. adi.* regius *p. 1302, 39), qui (quod) regitur vel postponitur, per gen. e. g. p. 1301, 21. 1302, 2. 41, dat. p. 1302, 59, praepos.* inter *p. 1301, 69. 1302, 28. al.* (*cf.* ex *p. 1303, 14*, prae *p. 1304, 70*), super *p. 1304, 62. 74*, supra *p. 1302, 6, qua in re vel ad quid faciendum quis -um habeat, per gen. p. 1302, 9. 15. al. (gen. gerund. p. 1301, 56), ? dat. p. 1302, 26, praepos.* ad *p. 1302, 21*, in *p. 1301, 51. 58. 68. al.*

A *respiciuntur res, arbores sim., animalia*: **1** *quae regunt vel ducunt*: **a** *technice in philosophia pertinet ad regendum animum vel*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mundum (*fere sec. gr. ἡγεμονικόν* [*v. l. 11 et cf. vol. VI 3, 2591, 69 sqq.*]; *metonymice de ipsa parte principali l. 4. 9. al.*): Cic. Tusc. 1, 19 aliis pars quaedam cerebri visa est animi -um tenere (1, 20 Plato triplicem finxit animum, cuius -um, id est rationem, in capite ... posuit). Tim. 25 *demiurgus* -um dedit superiori *coniunctioni* (*sc. sphaerae astrorum; gr. p. 36^{C} κρά-τος*). nat. deor. 1, 35 *Theophrastus* modo ... menti divinum tribuit -um, modo caelo, tum autem signis sideribusque caelestibus (*inde* Min. Fel. 19, 9). 1, 39 ipsius *mundi* -um, qui in mente et ratione versetur (2, 30). 2, 29 omnem ... naturam necesse est ... habere aliquem in se -um, ut in homine mentem ...; in arborum autem ... radicibus inesse -s putatur; -um autem id dico, quod Graeci *ἡγεμονικὸν* vocant, quo nihil ... potest ... esse praestantius; ita necesse est illud etiam, in quo sit totius naturae -s, esse omnium optumum omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. Plin. nat. 1, 11, 92 an in sanguine -s. Gell. 10, 10, 2 qui *digitus ... nervo* conexus esse cum -u cordis videretur. Ps. Apvl. Ascl. 31 sq. *dei vel aeternitatis* stabilitas ... obtinet -um; (32) ... mundus autem, quod sit mobilis, non habet -um. Firm. err. 1, 2 *errant* gentes, ⟨quae certis⟩ elementis tribuant -um (*v. Turcan ad l. et cf.* 3, 1 Phryges ... terrae ceterorum elementorum tribuunt -um). *al.*

b *in universum; respiciuntur*: α *sidera*: Cic. nat. deor. 2, 49 *sol* astrorum tenet -um. Vet. Lat. gen. 1, 16 (Rufin. Orig. in gen. 1, 7 p. 8, 13) fecit deus ... luminare maius in -um diei et luminare minus in -um noctis (*cf. p. 1319, 10. vol. VII 1, 965, 64 sq. 67 sq. et e. g.* Rvfin. Orig. princ. 1, 7, 2 utrum ... inter -us [*sc. p. 1305, 1 sqq.*] haberi conveniat *luminaria* pro eo, quod dicuntur ... in -um ... facta). Firm. math. 2, 29, 19 in nocturna genitura ... in decernendis honoribus *Luna* habuit -um. 3, 1, 18 medium caelum in omnibus genituris possidet -um. *al.* *plur.* -us *meton. de sole et luna*: Priscill. tract. 5, 84 *haeretici quidam* solem et lunam ... aestimantes deos -bus mundi elementorum tribuunt potestatem. 5, 86. β *animalia* (*arbor l. 33*): Phaedr. 1, 30, 5 de -u cum illi *tauri* certarent gregis. Plin. nat. 8, 12 eius *elephanti* fore -um, qui transisset *vadum* (*cf. p. 1241, 38*). Ps. Philo antiq. 37, 2 dixit ficus: numquid ... natus sum ... in -um lignorum? (*sec. iud. 9, 11, cf. p. 1321, 35*). Clavd. Don. Aen. 12, 5 p. 546, 21 *leo* habet ... inter omnis feras maximum -um. Ambr. hex. 5, 21, 68 ut nullae *apes* ... exire audeant, ... nisi rex ... volatus sibi vindicaverit -um (*item apud apes*: 5, 21, 71 -um habuit muneris. Evstath. Basil. hex. 8, 4, 4 infulas accipit -us [*gr. τὸ πρωτεῖον*]). γ *res variae* (*incorp. praeter l. 41*): Tert. adv. Marc. 1, 24 p. 324, 1 culpae -s animae potius adscribendus, cui caro ministri nomine occurrit. Vet. Lat. exod. 32, 18 (cod. 103, *sim.* 100) *non est* vox ⌞de principum⌟ fugae, sed vocem ⌞-us⌟ vini ludentiu⟨m⟩ ego audio (⌞ ⌟ *gr. ἐξαρχόντων, cod. 104* principum; *an ad p. 1305, 24?*). Rvfin. patr. 1, 11 l. 55 *qui non* permittit in se ... libidinem gerere -um. Avg. civ. 14, 3 p. 8, 18 *vitia* tenent in diabolo -um. Pass. Macc. 2, 8 -um cogitatio obtinet passionis (*gr. 2, 24 δεσπότης ἐστίν*). Vita Hil. Arel. 25 l. 32 quem virtutum semper extulerat -s. *al.*

2 *quae plurimi aestimantur, maximi momenti sunt* (*saepe iuncturis sollemnibus* -um dare, tenere *sim.*): **a** *varia*: Cic. off. 2, 66 *eloquentiae* a maioribus nostris est in toga dignitatis -s datus. Plin. nat. 37, 201 in toto orbe ... pulcherrima omnium est iis rebus, quae ... -um naturae obtinent, Italia. Serv. Aen. 6 praef. totus quidem Vergilius scientia plenus est, in qua hic liber possidet -um. Avg. serm. 51, 32 una generatio, quae quadragenarium numerum excedit *in enumeratione Matth. 1, 2 sqq.*, non aufert huic numero -um (*antea*: eminet). Novell. Theod. 5, 1 pr. *largitas* inter imperatorias primasque virtutes obtinet -um. Val. Cem. hom. 7, 5 -s misericordiae est ... lapso manum porrigere (*antea*: potissimum). *al.*
b *civitates, provinciae*: Cic. Phil. 12, 9 *Gallia* huius belli propulsandi ... -um tenet. Plin. nat. 14, 8 a vitibus, quarum -s ... peculiaris Italiae est (*sim. regiones praecellunt fructibus*: 15, 8 -um in ... *olei* bono obtinuit Italia. 18, 63). Amm. 15, 11, 14 in Narbonensi ... Narbona et Tolosa -um urbium tenent (*sim. praecellit dignitate*: Cod. Theod. 7, 13, 22 *provincia proconsularis* omnium intra Africam provinciarum obtinet -um). *de primatu metropoleos* (*vergit ad 1*): Novell. Theod. 22, 1, 8 dummodo civitas ... totius provinciae teneat -um ([*Interpr.* in metropolitana civitate]. Cod. Iust. 5, 27, 3, 4). Cassiod. hist. 9, 32, 3 imperator ... abstulit privilegia civitatis *Antiochenae* et ... Laodiciae tradidit -um (*Theodoret. 5, 20, 2 τὴν ἡγεμονίαν*). **c** *animalia et res corporeae*: Plin. nat. 9, 62 -s scaro datur (*sim. praecellunt pisces*: 9, 68 ut alii alibi pisces -um obtineant [*ibid.* praefertur]). 10, 21 cui *accipitrum generi* -um in auguriis Phemonoe dedit. 11, 11 inter omnia ea *insecta* -s apibus et iure praecipua admiratio. 14, 23 in frigidis umidisque -um obtinent *vites Nomentanae* (*sim. praecellunt plantae, fructus*: 15, 103 -s duracinis *cerasis*. 19, 20 huic lino -s in toto orbe. 20, 236. *al.*). 14, 59 de -u *vinorum* se quisque iudicem statuet (*cf.* 14, 65 *vina* Statana ad -um [-us *var. l.*] venere). 17, 50 ⌞Varro⌟ -um dat turdorum fimo (⌞ ⌟ *rust. 1, 38, 2* praestare). *al. apud eundem.*

B *respiciuntur homines* (*eorumque coetus, v. e. g. p. 1303, 20*):

1 *vario usu pertinet potius ad*: **a** *potestatem, dominationem*: Cic. Tim. 41 *homines* teneant ... omnium animantium -um ([*cf. gr. p. 41^{C} ἡγεμονοῦν*]. Ambr. hex. 6, 10, 75 in quo *homine* -s est a. universarum. *cf.* Vet. Lat. gen. 1, 26 [Rufin. Orig. in gen. 1, 12] *homo* -um gerat piscium maris et volucrum caeli [*v. supra p. 307, 2 sq.; inde e. g.* Rvfin. Orig. in gen. 2, 1 p. 25, 15 supra omnia, quae in terris sunt]). off. 1, 13 appetitio quaedam -us, ut nemini parere animus ... velit nisi praecipienti aut ... legitime imperanti (*cf.* 1, 64 nimia cupiditas -us). fam. 11, 6^{a}, 2 appetam huius rei *faciendae* -um. Rvfin. Orig. princ. 2, 11, 4 ut ... proprietatem -uum *a deo iustis promissorum* ... describamus (*sec. Luc. 19, 17* eris potestatem habens). patr. 1, 11 l. 51 vere ... poterit -um sui agere ..., qui ... carnalibus vitiis ... subiectis -um sui gerit. Avg. civ. 19, 15 p. 382, 29 donec transeat iniquitas et evacuetur omnis -s et potestas humana (*sec.* I Cor. 15, 24, *v. p. 320, 54*). *al.* **b** *dignitatem, praestantiam* (*malitiam eximiam l. 21 sqq.*): Cic. orat. 56 qui eloquentiae -um petet (Nep. Att. 5, 4 *Hortensius* -um e. tenebat. Sen. contr. 7, 4, 6). Att. 13, 19, 4 *in dialogo quodam* ita sermo inducitur ceterorum, ut penes ipsum *auctorem* sit -s. Vitr. 1, 1, 14 ut habeant omnes *artifices* summum laudis -um. Val. Max. 5, 6, 2 *Curtio* -um gloriae obtinenti (Ambr. in psalm. 43, 12, 6). 8, 15, 3 morum. Ps. Qvint. decl. 10, 1 inter ceteras matres ... eminere et occupare quendam maerentium -um. Cypr. idol. 5 ut rex ipse -um habeat ad crimina, fit Romulus parricida (*cf.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 27 sacrilegii -um *Iudae.* Sedvl. op. pasch. 5, 6 -um ... scelerum possidere). Firm. math. 3, 3, 2 ut ... in paterna domo habeat -um (*item de iure primogeniti*: 3, 3, 3). 3, 8, 2 *sidera* augmentum patrimonii decernunt et aliquorum actuum -um (*cf.* 4, 14, 16 inveniunt omnibus actibus -um [*dat. an abl.?*]). Diom. gramm. I 492, 4 (= Svet. frg. 3 p. 11, 23) -um sibi artificii vindicabant *histriones quidam.* Hier. tract. p. 545 l. 15 Maria virgo ... inter omnes mulieres -um tenet. Avg. anim. 4, 16, 24 *Abraham gentibus* est ad imitandum fidei -u propositus. in psalm. 63, 9 Iudaei inviderunt domino; delectabat eos -s; quidam videbant sibi ab eo auferri -um. *al.* *sec. gr. μεριδαρχία de dignitate cognationis sim.*: Vet. Lat. III Esdr. 1, 5 *levitae ministrantes* secundum particulam -us paternam (*loco gemino II par. 35, 5* [*cod. 109*] secundum domum familiarum, *Vulg.* per familias turmasque). 1, 11 secundum partes -us (5, 4). 8, 31 secundum suas patrias et -us portionales.

2 *in re publica* (*sacra l. 61. cf. e. g.* Gloss. II 251, 24 *αὐτοκρατορία*: hic -s. III 275, 7 sqq. *τυραννίς*: -s unius mali. *μοναρχία*: -s unius boni. *eqs.*): **a** *in universum et apud externos*: α *notione communi*: Cic. fin. 3, 52 quorum *hominum* ordo proxime accedit ... ad regium -um. Caes. Gall. 1, 3, 5 *Diviciacus* -um in civitate obtinebat. 1, 31, 3 *factionis* alterius -um tenere Haeduos, alterius Arvernos. 1, 43, 7 *ut* totius Galliae -um Haedui tenuissent (6, 12, 4). 6, 8, 9 *apud Treveros* Cingetorigi ... -s atque imperium est traditum. *al.* Nep. Dion 6, 3 *Heraclides*, quod ei -um non concedebat *Dion*, factionem comparavit. Timoth. 2, 2 Lacedaemonii ... Atheniensibus imperii maritimi -um concesserunt. *al.* Liv. 28, 21, 6 fratres de -u civitatis *cuiusdam* ... ambigentes. 28, 21, 7 (*v. p. 1282, 59*). Vell. 2, 108, 2 *Maroboduus Marcomannus* non ... fortuitum neque mobilem ... inter suos occupavit -um, sed certum imperium vimque regiam complexus *eqs.* Val. Max. 6, 5 ext. 2 ad -um Graeciae capessendum. Phaedr. 1, 15, 1 in -u commutando. Vet. Lat. gen. 40, 13 (cod. 103) memorabitur Pharao -us tui et restituet te super vinum ... secundum -um tuum pristinum (*Vulg.* magisterii tui ..., iuxta officium. *in eadem re*: 40, 20 [*ibid.*] -s eius, qui a vinis [*Vulg.* magistri pincernarum]. *al.*). deut. 17, 18 (cod. 100) cum sederit *rex* super thronum -us sui (*Vulg.* regni). I Macc. 9, 31 (recc. B, V; *rec. L* ducatum, *gr. ἥγησιν*). 10, 65 (recc. L, V, *cf.* B) *rex* posuit eum *Ionatham* ducem et ⌞participem -s⌟ (*gr. μεριδάρχην*). Lact. inst. 1, 13, 15 eminere inter ceteros potentia ... et -um habere, non regnum. Avg. civ. 18, 45 p. 326, 31 a -u imperandi (*v. p. 1275, 55*). Iord. Get. 76 provinciae ... praeerat Savinus, Gothis autem Dorpaneus -um agebat. Greg. Tvr. Franc. 9, 7 *Ennodius dux quarundam* urbium -um accipit (*antea*: ducatum urbium). *al.* *respicitur summum sacerdotium*: Vet. Lat. I Macc. 7, 21 (rec. L, *sim.* B, V) contendit Alcimus de -um sacerdotii ([*gr. ἀρχιερωσύνης*]. II Macc. 4, 27 [recc. B, M; *gr. ἀρχῆς, sine gen. ut* recc. L, V; -um ... sacerdotalem rec. X; magisterium *rec. P*]. Heges. 1, 2 -um s. ad regni potentiam vertit [*gr. 1, 70 τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν*]. *al.*). Hist. Apoll. rec. A 48 (*sim.* rec. B) in ... templo *Dianae* coniunx *Apollonii* ... inter sacerdotes -um tenebat. *al.* β *metonymice: de principibus*: Vet. Lat. Luc. 12, 11 (cod. 5) cum ... adducent vos in synagogas et -us, ad potestates, nolite solliciti esse (*cod. 3* principes; *Vulg.* magistratus). Cassian. inst. praef. 2 ille universis regnis terrae sublimior -s, *sc. Salomo.* *al.* *de territorio* (*cf. p. 1303, 26*): Philo quaest. in gen. 4, 182 donabo tibi omnem censum terrenum ut -um quendam subiectum. Heges. 2, 3, 2 -s gentis, qui ad Archelaum pertinebat, conversus est in nomen provinciae (*gr. 2, 167 ἐθναρχίας. cf. Ps. Rufin. p. 668* regno). Cassiod. Ios. antiq. 1, 171 singuli ... habebant proprium -um (*gr. μοίρας ... ἦρχον*).

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *apud Romanos:* **α** *generatim significatur:* Ⓘ *summa dignitas auctoritasque primorum quorundam liberae rei publicae* (*cf. p. 1280, 42 sqq.*): Cic. Phil. 14, 18 de contentione -us. *ibid.* si -s ageretur, quem numquam expetivi. off. 1, 26 *Caesar* omnia iura ... pervertit propter ... -um. 1, 86. fam. 1, 9, 21 *non esse* delendum ... summorum civium -um (*sc. Caesaris, Pompei, Crassi*). Nep. Cato 2, 2 cum ... Scipio -um in civitate obtineret. Vell. 2, 44, 2 *Crassus* -um solus adsequi non poterat. 2, 57, 1. 2, 128, 3 ut paene adsentatione sua quibus vellet -us conciliaret *Cicero.* Val. Max. 5, 2, 7 quem *-um* procul dubio obtinebat *Metellus consul, Sullae collega. al. respicitur princeps senatus* (*cf. p. 1283, 19*): Cic. Scaur. 46 curia ... vos de gravissimo -u patris ... testatur (*sc. M. Scauri principis senatus*).

Ⓘⓘ *summa potestas, imperium:* Ⓐ *quorumlibet ducentium, dominantium:* Cic. Phil. 2, 5 qui tibi ... detulerat ex latronibus suis -um (*sc. Caesar Antonio*). 11, 36 Cassio ... sententia mea dominatum et -um dari (*30* maius imperium C. Cassi ... sit). 13, 44 *Plancus* huius belli feret -um. Ps. Cic. epist. ad Oct. 3 M. Antonius ... concupierat ... regium ... -um. Flor. epit. 3, 12, 13 -us et dominandi cupido. Vet. Lat. Luc. 20, 20 (cod. 15 = Vvlg.) ut ... traderent illum *Christum* -ui et potestati praesidis (*cod. 8* magistratui). *al.* Ⓑ *populi Romani* (*meton. de re publica Romana l. 23. al.* [*cum respectu potius territorii l. 26 sq.*]): Val. Max. 2, 8 pr. disciplina militaris ... -um Italiae Romano imperio peperit. Tert. adv. Marc. 5, 6 p. 590, 20 maior -s huius aevi, Romana dignitas (*v. supra p. 880, 50*). Arnob. nat. 7, 50 p. 409, 26 *res Romana* exsilivit ad imperii columen et regium -um. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 8 scandalizatae sunt ... ecclesiae in universo Romanorum ... -u (*item potius de territorio*: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 97, 21 qui *episcopi* per omnem R. sunt ⌞dicionem⌟ -um [⌞⌟ *del. edd. sec. gr. I 1, 7 p. 150, 18*]. *notione communi*: Orig. in Matth. ser. 134 p. 273, 8 sub -u R. *al.*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 47, 40 *imperator* non despiciat sub Romano -u confusas ... ecclesias ([*opp.* in Perside]. Conc.^{S} II 5 p. 93, 1 qui *deus* donavit ... *imp. Leonis* imperium R. -ui. Orig. in Matth. ser. 120 p. 253, 28. *al.*). Sacr. Leon. 590 Romani nominis ubique protege -um. Gelas. 1480 (*item* 1495) Romanorum regnum ⌞tibi subditum⌟ protege ⌞-um⌟ (*praedicat. vel appos.; alii* -um *accipiunt pro gen. plur. coll. l. 66 vel coni.* regum).

β *speciatim et fere technice respiciuntur:* Ⓘ *princeps imperii Romani* (*cf. p. 1283, 40; pro agente inducitur l. 44. 54. 59, cf. metonymias l. 62; opp.* commune rei publicae *l. 43*, dominatio *l. 54 et* Svet. Tib. 24, 1, libertas *l. 47. 54*, regnum *l. 56* [*cf. p. 1302, 57*]): Ⓐ *vario usu:* Vell. 2, 89, 6 universam imaginem -us eius *Augusti* oculis ... subiecimus (*inde suppletur*: 2, 129, 1 proposita ... -us Tiberii Caesaris ⟨imagine⟩). 2, 124, 2 recusare -um (*de Tiberio ut* Svet. Tib. 24, 1). Sen. clem. 1, 1, 6. 1, 9, 1 *Augustum* a -u suo aestimare (*opp.* in communi ... rei publicae). Plin. nat. 30, 13 Tiberii Caesaris -s sustulit druidas. 34, 62 imperiosus sui *fuit Tiberius* inter initia -us (Tac. Agr. 7, 2 ann. 4, 6, 1 Plin. epist. 10, 2, 2. *al.*). Tac. Agr. 3, 1 quamquam ... Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, -um ac libertatem. hist. 1, 13, 1 *a Galba* potentia -us divisa in ... consulem *et* ... praetorii praefectum. 1, 58, 1 Vitellius ministeria -us per libertos agi solita in equites Romanos disponit. 2, 55, 2 cuncta longis aliorum -bus composita. 2, 79 primus -us dies (*al., v. vol. V 1, 1060, 24 sq.*). 2, 80, 1 Caesarem et Augustum et omnia -us vocabula (*antea*: imperatorem). ann. 1, 6, 1 primum facinus novi -us fuit Postumi Agrippae caedes. 1, 7, 5 litteras ad exercitus tamquam adepto -u misit. *et saepius.* Plin. paneg. 36, 4 eodem foro utuntur -s (*sc. fiscus*) et libertas. 45, 3 sunt diversa natura dominatio et -s. *al.* Svet. Cal. 22, 1 nec multum afuit, quin statim diadema sumeret speciemque -us in regni formam converteret. *al.* Iren. 2, 6, 2 qui sub Romanorum imperio sunt, ... cognoscent propter dominium eum, qui maximam potestatem habet -us. Paneg. 4, 18, 3 numquam est excelsior -s, quam cum se publico submittit officio. Symm. or. 1, 9 digna ... comitia tanti imperii -u. Amm. 14, 11, 3 -us insignia (20, 4, 8. 27, 6, 4. *cf.* 15, 6, 3 infulas ... -us [*item p. 1301, 37*]). Cod. Iust. 1, 14, 4 (*a. 429*) maius imperio est submittere legibus -um. *al. meton. de ipso imperatore* (*cf. p. 1302, 67*): Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 113, 28 vestro ... -ui suggerimus, quia *eqs.* ([*gr. I 1, 3 p. 33, 9 βασιλείᾳ*]. Avell. 149, 14 litteris vestri -us acceptis. Epist. Austras. 25, 2. *al.*). Sacr. Gelas. 1496 salus servientium tibi -u(u)m (*antea*: imperii ... rectores). Ⓑ *ad indicandum tempus* (*fere c. gen. imperatoris*): Fest. p. 154 ab urbe condita ⟨ad pri⟩ncipatum Augusti (Tac. dial. 17, 6 in medium usque Augusti -um, ... paene ad extremum, *sc. A. -um.* Svet. Galba 8, 1 ad medium Neronis -um). Edict. imp. Claud. (cil v 5050) 12 Gai -u (*sine praepos. ut*: Sen. nat. 7, 21, 3 Neronis -u laetissimo. Plin. nat. 26, 3 medio. 33, 32 Tiberii ... -u [-us *var. l.*] nono anno. 33, 146 novissimo. *et saepe.* Tac. hist. 2, 10, 1. *al.*). Sen. epist. 108, 22 in primum Tiberii Caesaris -um iuventae tempus inciderat (*adde l. 68; c. abl.*: Plin. nat. 14, 56 in C. Caesaris ... -u. 35, 91 Nero in -u suo. 35, 163 Tac. hist. 4, 2, 3 Svet. Claud. 41, 2. *al.*). Tac. hist. 3, 75, 1 ante -um Vespasiani. Tert. adv. Marc. 4, 7 p. 433, 14 anno quintodecimo -us Tiberii (Evtr. 10, 1, 3. *cf. p. 1303, 71*). *al.*

Ⓘⓘ *princeps civitatium vel municipiorum Africae* (*cf. supra p. 1281, 22*): Inscr. Alger. I 233 (*saec. II in. vel antea; Calamae*) anno s⟨uf⟩etatus *duorum* ..., -u Pudentis Auchusoris f(ilii). 561 qui flamonium ... g(essit), item -u(m) civitatis suae. CIL VIII 9234 (*saec. II ex.*) ob honorem -us (*eiusdem oppidi ignoti ac* 9236 [*saec. III in.*]). 21627 (*saec. II ex.*) pro -u statuam ... *quidam* princeps ... posuit.

Ⓘⓘⓘ *princeps officii publici* (*cf. p. 1286, 36*): Cod. Theod. 1, 9, 1 *in officio magistri officiorum aliquis* -um ... adipiscatur matricula decurrente. 1, 29, 3 qui -us ... *praefecti praetorio* vicarior⟨um⟩que gesserunt. 6, 2, 26 ⟨ad⟩ -um ducenae pervenerunt (6, 27, 21. *cf.* 6, 27, 20 d. dignitatis ... -um). 6, 27, 22 ad -us honorem. 6, 30, 2 ad gerendum -um officii (8, 1, 15. 8, 15, 5, 1). 11, 11, 1 qui ... in diversis agunt officiis -um. CIL XI 3203 (*saec. IV?*) *quidam* Campaniae ... consularis (*sc. officii*) exornans -um. Cassiod. var. 6, 6, 7 *ut* ornetur nomine -us (7, 24, 1). 7, 31 tit. formula -us *comitiaci officii* in urbe Roma. *al.*

Ⓘⓥ *princeps centurio legionis* (*cf. p. 1285, 63*): Ps. Ambr. act. Seb. 1, 1 ut -um ei *Sebastiano* primae cohortis traderent *imperatores* (17, 60 -um p. c. ago).

3 *in ecclesia christiana* (*vel haereticorum; cf. p. 1302, 61*): Herm. vulg. sim. 8, 7 zelum de -u et dignitate (*sim.* Pal., *gr. πρωτείων*). Pass. Polycarp. 19, 1 *Polycarpus* solus ... inter ceteros *martyres* culturae meruit -um (*gr. aliter*). Hil. coll. antiar. p. 65, 5 *quidam* quaerunt ecclesiae -um quasi aliquod tyrannidis regnum (Hier. hom. Orig. in Is. 6, 1 p. 269, 10 dignitates et -us et ministeria e. Rvfin. Orig. in num. 22, 4 p. 208, 12 *non* hereditarium tradere e. -um. Greg. M. epist. 1, 24 l. 276 Petrus ... e. -um tenens. *al.*). Avg. bapt. 2, 1, 2 p. 176, 9 apostolatus -um *Petri* cuilibet episcopatui praeferendum *esse* (pecc. mer. 2, 13, 20 tanti a. meruit -um *Paulus.* Orig. in Matth. ser. 78 p. 187, 13. *al.*). c. Petil. 2, 101, 233 vobis baptizandi assumitis -um. Cod. Theod. 16, 5, 19 qui scaevi dogmatis retinent -um, hoc est episcopi, presbyteri *eqs.* Praedest. 1, 27 p. 596^{D} *haeretici quidam* tantum dantes mulieribus -um, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Conc.^{S} II 3, 1 p. 175, 22 habere ... monasterii -um (p. 192, 9. *al.; cf. in eadem re supra p. 950, 65. 1242, 4*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 19, 26 ex -us amore ... natae sunt ... haereses ([*gr. Isid. Pelus. epist. 5, 239 φιλαρχίας*]. p. 72, 1 concupiscentia praesidendi et -us a. [*I 5 p. 370, 5* ambitio, *gr. I 1, 7 p. 72, 18 φιλαρχία*]). *al. respicitur primatus ecclesiae Romanae* (*cf. l. 27 sq.*): Avg. epist. 43, 7 *in ecclesia Romana* semper apostolicae cathedrae viguit -s. Conc. Rom. a. 465 p. 155 Thiel cuius *Petri* vicarii -s ... eminet. Avell. 84, 29 (= Cod. Iust. 1, 1, 8, 36; *a. 534*) cuius *sedis apostolicae* -um ... conservatis (202, 3). Sacr. Leon. 292 (*item* 307) deus, qui ... ius apostolici -us in Romani nominis arc[h]e posuisti. *al.*

C *respiciuntur dei, daemones sim.:* **1** *notione communi de eorum potentia, dominatione sim.:* **a** *apud paganos* (*adde p. 1301, 16 et cf. mundum vel sidera fere divina p. 1301, 7. 20*): Tert. adv. Val. 3, 3 aliam *deorum* frequentiam suadere, a domestico *eorum* -u ad incognitum transmovere. Lact. inst. 1, 5, 7 deum illum primogenitum, cui adsignat ... *Orpheus* -um (*cf. p. 1262, 75; spectat simul ad II*). Firm. math. 1, 10, 14 (*in precatione*) tu, Iuppiter ..., qui ... secundi globi possides -um. Clavd. Don. Aen. 1, 235 p. 53, 31 qui *Iuppiter* deorum et hominum teneret -um. *al.*

b *apud Iudaeos, Christianos, gnosticos sim. respiciuntur:* **α** *deus, Christus:* Tert. adv. Hermog. 19, 5 in -u ... et in potestate deus fecit caelum et terram (*cf. p. 1319, 23*). Vet. Lat. Is. 9, 6 (Quodv. prom. 2, 3, 5, *sim.* Vvlg.) datus est nobis filius et factus est -s super humeros eius (*Tert. adv. Iud. 10, 11* imperium, *ad filium dei referens ut alii*). Dan. 7, 14 (Hil. in psalm. 144, 1) *filio hominis* datus est ... -s et honor et regnum (*cod. 176* regnum, *Vulg.* potestatem). Col. 1, 18 (Conc.^{S} I 5 p. 141, 5) ut sit *Christus* in omnibus ipse -um tenens (*cf. p. 1241, 23 et e. g.* Iren. 4, 20, 2 ut, quemadmodum in caelis -um habuit *Christus* ..., sic et in terra haberet -um *eqs.*). Iren. 2, 28, 7 -um tenere super omnia deum. Hil. in Matth. 16, 11 *Christus* -um potestatis totius, quae in deo est, accepit. Anian. Chrysost. hom. 1, 6 ut ipsum euangelii pelagus intremus Christo nobis praebente in hoc itinere -um (*gr. προηγουμένου*). *al.* **β** *angeli, diabolus variaeque potestates:* Vet. Lat. Iudas 6 (Hier. epist. 46, 7, 4 = Vvlg.) *angeli*, qui non servaverunt suum -um, sed dereliquerunt suum domicilium (*cf. e. g.* Pelag. in II Thess. 2, 3 sui -us desertor). Iren. 1, 30, 5 litem ... de -u (*inter divinitates quorundam gnosticorum*). Novatian. trin. 8, 7 subiectis throno eius *dei* animalibus prae ceteris -um tenentibus (*sc. Cherubin*). Pelag. in II Cor. 4, 4 'deus saeculi' ... *ut* 'princeps mundi' (*Ioh. 12, 31*), quia ipse sibi in infidelibus vindicat -um. Rvfin. Adamant. 1, 3 in quos ... exercent -um tres isti principes *Manichaeorum*? (*gr. ἄρχουσι*). Orig. in num. 11, 4 p. 85, 17 quod ... alii *angeli* potestatem et -um super alios gerant. Avg. serm. 222 tenebrosum diaboli -um (*sec. Eph. 2, 2, v. p. 320, 5*). *al.*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *per metonymian (quae explicatur l. 22) de eis ipsis, qui -um tenent* (*praeter l. 20 sq. de angelis [infestantibus imprimis l. 13 et* VET. LAT. Eph. 6, 12 Col. 2, 15 *supra p. 320, 57. 59 locisque inde pendentibus]; praevalet plur., sing. exhibent* VET. LAT. I Cor. 15, 24 Eph. 1, 21 [*v. supra p. 320, 55 sq.*] *et quae inde pendent, ceterum l. 13. p. 297, 34. al.*): **a** *iuxta* potestas: *v. p. 320, 55 sqq.; addere possis*: PS. TERT. haer. 1 p. 214, 20 *ex Virtute et Sapientia* -us et potestates et angelos factos *esse* (*sec. Basiliden; sim.* FILASTR. 32, 2. *al.; cf. Iren. 1, 24, 3* virtutes et principes et angelos). HIL. trin. 3, 7 quem *deum* archangeli et dominatus et -us et potestates ... laudant (*cf. formulam praefationis, e. g. Sacr. Greg. 1, 18* [*3 D.*]). *al.* **b** *iuxta* dominatio: *v. vol. V 1, 1882, 38 sqq. saepius* (*minor est potentia* -uum *ibid. l. 60. 67*). **c** *exempla cetera*: VET. LAT. Rom. 8, 38 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) neque mors neque vita, neque angelus neque -s ..., neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei (*cod. 75* initia. *explicat* AVG. in Rom. 50, 4 -s id est contrarius). TERT. anim. 23, 2 (*loq. de doctrina Carpocratis*) *animas* despectrices mundipotentium -uum (*cf. Iren. 1, 25, 2* contemnentes mundi fabricatores). PRISCILL. tract. 6, 103 *Moses* prohibens omne idolum (*exod. 20, 4*) ..., detestans militiam -u(u)m saeculi (epist. Oros. comm. 2. *si utroque loco daemones intellegendi*). RVFIN. Adamant. 1, 2 (*Manichaeus loquitur*) dico esse tria principia et tres -us: unum deum, patrem Christi, bonum, et alium creatorem, et tertium malum (*cf.* 1, 3 -s ... mihi videtur dici ex eo, quod in aliquem subiectum ⌞-um agit et potestatem⌟ [*gr. διὰ τὸ ἄρχειν*]). *al.*

II *tempore (vel loco, v. l. 39 et cf. p. 1300, 61), sc. de initio, principio sim.* (*opp.* postumatus *l. 31; cf. Lundström, Übersetzungstechn. Untersuch., 1955, 130 sq.*): **A** *generatim* (*cf. p. 1301, 41*): CIC. Tim. 5 an ortus sit *mundus* [an] ab aliquo temporis -u (*gr. 28[b] ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος*). Cato 64 ut quisque *augurum* aetate antecedit, ita sententiae -um tenet (*cf. p. 1277, 67 sq.*). TERT. praescr. 35 l. 11 hoc erit testimonium veritatis ubique occupantis -um. adv. Val. 35, 1 sunt, qui nec -um Bytho defendant, sed postumatum, ogdoadem ante omnia praemittentes. AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 38 parricidium ... admissum *a Cain,* hoc est scelerum -s. in Luc. 5, 74 aliud ... beneficium est beneficii -s (*antea*: qui prior coepit). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 12, 2 talem ... oportebat humani generis esse -um (principium *var. l.; Migne gr. 36, 324[B] ἀπ' ἀρχῆς*). AVG. in Rom. imperf. 5, 11 filius dei praedestinatus est quodam -u resurrectionis, ... id est, ut ... ante ceteros resurgeret, designatus. PS. AVG. serm. 210, 1 *Stephanus* martyrii obtinuit -um (PS. MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 906[D]. *al.*). *al.*

B *speciatim in dictis, scriptis* (*sublucet hic illic respectus loci. cf.* GLOSS. *p. 1300, 51*): VAL. MAX. 3, 2 pr. *scio,* Romule, -um hoc tibi in genere laudis adsignari oportere; sed patere ... uno te praecurri exemplo. 3, 8 ext. 1 ad externa *me* vertam ...; quorum -um teneat Blassius. PLIN. nat. 37, 198 quae in ⌞-u cuiusque generis⌟ privatim diximus *de gemmis* (⌞ ⌟ principalibus quibusque generibus *vel sim. var. ll.*). DIOM. gramm. I 300, 14 huic *orationi* ... demus totius opusculi ... -um (*antea*: exordium scribendi).

appendicula locutionum verbalium potiorum: **1** *acc.* -um: accipere: LIV. 28, 21, 7 IREN. 3, 21, 1 HIL. in Matth. 16, 11. *al.* adipisci: TAC. hist. 1, 15, 1 ann. 1, 7, 5 SVET. Dom. 13, 1. ORAT. imp. Hadr. (CIL XIV 3579) 7. *al.* agere: SVET. Tib. 24, 1 COD. Theod. 11, 11, 1 PS. AMBR. act. Seb. 17, 60. *al.* (*cf.* CIC. *p. 1303, 3*). dare: CIC. Phil. 11, 36 Tim. 25 off. 2, 66 PLIN. nat. 9, 62. *al.* SVET. Tit. 9, 1. *al.* deferre: CIC. Phil. 2, 5 TAC. hist. 3, 86, 1 PS. AVR. VICT. epit. 2, 6. *al.* exercere: RVFIN. Adamant. 1, 3 Orig. princ. 1, 5, 3 p. 71, 23 CASSIOD. var. 11, 1, 4. gerere: VET. LAT. IV Esdr. 11, 19 HEGES. 2, 12, 3 COD. Theod. 1, 29, 3. *al.* (*cf.* GLOSS. -um gero: *πρωτεύω*). habere: CIC. nat. deor. 2, 29 VITR. 1, 1, 14 PLIN. nat. 20, 236. *al.* PS. APVL. Ascl. 32. *al.* obtinere: CAES. Gall. 1, 3, 5. 6, 12, 4 NEP. Cato 2, 2 VAL. MAX. 5, 6, 2. *al.* occupare: VELL. 2, 108, 2. 2, 124, 2 PS. QVINT. decl. 10, 1 SVET. Tib. 24, 1. *al.* tenere: CIC. Phil. 12, 9 nat. deor. 2, 49. *al.* CAES. Gall. 1, 31, 3. 1, 43, 7 NEP. Att. 5, 4. *al.* tradere: CAES. Gall. 6, 8, 9 FIRM. math. 3, 1, 11 PS. AMBR. act. Seb. 1, 1. *al.* tribuere: CIC. nat. deor. 1, 35 MIN. FEL. 19, 9 LACT. inst. 1, 5, 7. *al.* **2** *praepos.*: certare de: PHAEDR. 1, 30, 5 TAC. hist. 1, 50, 3. 2, 47, 2 SVET. Vesp. 5, 1. *al.* (*cf.* certamen: NEP. Them. 6, 3). contendere de: CAES. Gall. 5, 3, 2. 6, 13, 9 NEP. Arist. 1, 1 HYG. astr. 2, 22. *al.* (*cf.* contentio: CAES. Gall. 7, 39, 2). pervenire ad: NEP. Cim. 2, 1 PLIN. paneg. 9, 3 COD. Theod. 6, 2, 26. *al.* (*cf.* venire ad: PLIN. nat. 14, 65 COD. Theod. 12, 1, 105). *Hajdú.*

principiālis, -e. *a* principium. *i. q. ad principium vel principia pertinens: ad atomos*: LVCR. 2, 423 *quaecumque res* sensus ... mulcet ..., haut sine ⌞-i⌟ aliquo levore creatast (⌞ ⌟ *ponitur fere adi. pro gen.* principiorum; *opp.* sine materiae squalore). *ad originem mundi vel vitae*: LVCR. 5, 246 caeli ... terraeque fuisse -e aliquod tempus clademque futuram (*cf. 6, 566* exitiale ... tempus). VINDIC. med. 8 essentiam [atque] seminis universalis hominum vel animalium atque -is (*cod. saec. XII; pro* -palis*? cf. falsam var. l. pro* -palis VITA Melaniae [BHL 5885] 12 p. 10, 24). *Spoth.*

1. principiō *v.* principium *p. 1315, 11.*

[2. principio *v.* principor *p. 1321, 62. 64.*]

principiola, -ae *f. a* principium *deminutive et genere mutato. i. q. parvum principium, sc. aedificium quoddam* (*cf. p. 1318, 32 sqq. et* praetoriolum) *eiusve aditus, vestibulum* (*cf.* aditiculum): CIL X 1837 (*Puteolis; initium periit*) -am a solo omni ⟨sua⟩ pequnia fecit. *Bk.*

⋈**principium,** -ī *n. a* princeps. *inter* composita a primo *enumerat* PRISC. gramm. III 468, 18. *abbreviatur* princip CIL XIV 4516 (*si recte intellegitur*), princ CIL VI 37834, 41 (*v. p. 1319, 33*). INSCR. Brit. I 1912 (*fere a. 300*); *de compendiis* fp *et* np *v. p. 1309, 12 sqq.* NOT. Tir. 32, 17 -um. 18 in -o. 19 a -o. *formae contractae* -pi *et* -pis *traduntur hic illic in var. ll. codicum, eduntur e. g.* CIC. Phil. 2, 55 GELL. 2, 1, 5; *abl. pl.* -pis *occurrit* PAP. mil. Fink 9, 5h (*saec. I ex.; si recte intellegitur*). CIL XIV 4526c (*aet. Alex. Sev.*). *de notione* (*v. etiam* exordium *vol. V 2, 1561, 30 sq. et* initium *vol. VII 1, 1653, 41 sqq. 53 sqq.*): FEST. p. 224 primordia: -a. CHAR. gramm. p. 462, 36 -um *ἀρχή* (*item* GLOSS.; *cf.* GLOSS. *ἄρχον.* sine -o: *ἄναρχος* [*cf. p. 1309, 53. 1310, 11*]); *ceterum v. infra ad singulas sectiones. legitur in versibus inde a* PLAVTO (*27[ies]*), ENN., TER. (*19[ies]*), LVCIL., *in oratione soluta inde a* CATONE, GRACCHO, LEGE agr. (*frequentatur a* CIC. [*plus 200[ies]*], LVCR. [*plus 80[ies]*], LIV. [*fere 150[ies]*]; *deest e. g.* CAESARI); *abiit in sermonem gr. e. g. p. 1318, 34.* [*in codd. confunditur imprimis cum* princeps CIC. Phil. 2, 55 LVCR. 1, 198. *al.* (*falso trad. p. 1318, 48 et* PLAVT. Most. 237 ACC. trag. 501, *restit.* VARRO ling. 10, 56. 10, 67 HYG. mun. castr. 14. *al.*), *ceterum inter alia cum* principalis AMBR. paenit. 2, 2, 11. *al.* (*restit.* SEN. epist. 93, 9, *falso trad.* CHIRON 27) *et* principatus *e. g. p. 1318, 68* (*cf. etiam p. 1300, 56*). *vertitur sec. falsam var. l. gr. ἀπ' ἀρχῆς pro ἀπαρχή* VET. LAT. Rom. 16, 5 (cod. 75. *sim. al.*) in -o Asi(a)e; *cf. p. 1273, 30.*]

fere i. q. initium, exordium, ἀρχή (*quod, ubi gr. respondet, infra fere negleximus; de ratione vertendi v. imprimis Lundström, Übersetzungstechn. Untersuch., 1955, 116 sqq.*). *exempla sic digerenda esse putavimus*:

CAPVT PRIMVM: *spectat ad tempus, originem, seriem*:

I *usu sollemni de -o*:

A *cuiuslibet actionis, eventus, status*: **1** *usu vario: p. 1307, 17.* **2** *de ipsis rebus vel personis primis: p. 1307, 39* (*respiciuntur τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν p. 1307, 57*).

B *orationis, libri sim.: p. 1307, 68* (ab Iove -um *sim. p. 1308, 23, fere technice de exordio p. 1308, 45, praefatione p. 1308, 60*).

C *spatii temporis vel vitae: p. 1308, 67* (*de initio omnium saeculorum p. 1309, 17*).

D *muneris, regni: p. 1309, 26.*

E *nascentium, institutorum*: **1** *animantium sim.: p. 1309, 37* (*deus -o caret p. 1309, 49*). **2** *urbium sim.: p. 1309, 65.* **3** *mundi: p. 1310, 7.* **4** *institutorum, artium sim: p. 1310, 31.*

II *usu deflexo cum respectu*:

A *originis, causae, fundamenti*:

1 *de quavis causa vel origine: p. 1310, 51* (*de fundamentis doctrinae, artis sim. p. 1311, 1, de auctoribus sim. p. 1311, 21*).

2 *technice*: **a** *in philos. et theol.: de elementis, atomis sim.: p. 1311, 44. de mente divina, idea sim. paganorum: p. 1312, 3. de deo Christianorum et variis potestatibus haereticorum: p. 1312, 38.* **b** *in arte gramm. et metr.: p. 1312, 71.* **c** *in arithmetica, geometria, musica: p. 1313, 11.* **d** *in logica: p. 1313, 34.*

B *seriei, ordinis: p. 1313, 55.*

III *syntactica et stilistica*: **A** *locutiones adverbiales sim.: p. 1314, 6* (in -o *p. 1314, 12,* a -o *p. 1314, 41, abl.* -o *p. 1315, 11, acc.* -um *p. 1315, 73*). **B** *determinationes per gen. vel praepos.* de: *p. 1316, 3.* **C** *iuncturae verbales: p. 1316, 28.*

CAPVT SECVNDVM: *spectat ad locum*:

I *usu militari de prima acie: p. 1316, 69* (*de qualibet caterva militum p. 1317, 8*).

II *usu vario*: **A** *de loco, unde cursus incipit sim.: p. 1317, 13* (*-um habere negatur sphaera p. 1317, 32*). **B** *de qualibet parte priore, anteriore: p. 1317, 51* (*in orbe terrarum describendo p. 1317, 65*).

CAPVT TERTIVM: *spectat ad aestimationem, gradum, potestatem*:

I *usu militari*: **A** *de parte castrorum, quae ad principes ordinum pertinet: p. 1318, 2* (*de iis, qui ibi militant, p. 1318, 28, de aedificio ibi collocato p. 1318, 32*). **B** *de militibus gradu superiore in exercitu imperii posterioris militantibus: p. 1318, 47.*

II *usu vario*:

A *de principatu*: **1** *hominum: p. 1318, 65.* **2** *rerum: p. 1319, 3.* **3** *dei: p. 1319, 14.*

B *de iis, qui (quae) principatum tenent*: **1** *de hominibus: p. 1319, 29.* **2** *de deo sim.: p. 1319, 55.* **3** *de rebus: p. 1319, 69.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT PRIMVM: *spectat ad tempus* (*ad originem seriemve sub II*). *distinguitur vel opponitur e. g.* exitus Lvcil. 1264 Rhet. Her. 3, 22, 36. 4, 15, 21 Cic. Verr. II 2, 99 de orat. 2, 213 fam. 11, 5, 3. *al.* Hor. carm. 3, 6, 6 Liv. 1, 48, 7. *al.,* extremum Cic. Caecin. 44 orat. 199 nat. deor. 1, 20. *al.*, finis Cic. fin. 4, 42. 4, 47 Cato 78 Liv. 30, 40, 6. 32, 8, 14. 45, 39, 10 Manil. 1, 212. *et saepe*, reliqua Cic. Q. Rosc. 22 de orat. 2, 325. *al.* (*cf.* reliquae partes Cic. Phil. 2, 55 de orat. 2, 323), *ceterum* post-, praeprincipium *l. 31. p. 1310, 38. 1312, 14; iuxta ponitur vel pro syn. est e. g.* causa *saepius sub IIA*, exordium *saepius sub IB2b, ceterum e. g.* Cic. inv. 1, 3 rep. 2, 4, fons Cic. rep. 6, 27. leg. 1, 18 (*cf. 1, 16. 20*). Hor. ars 309. *al.*, initium Cic. Q. Rosc. 48 fin. 3, 22. 4, 18 Liv. 7, 2, 13 Cels. 3, 22, 8. *al.*, origo Cic. rep. 6, 27 Liv. 7, 2, 13 Vitr. 4, 2, 1 Val. Max. 9, 12 ext. 2 Sen. benef. 3, 28, 1. *al.* *adhibetur fere proverbialiter l. 31. 34. p. 1308, 23 et* Boeth. elench. soph. 183b22 maximum ... -um omnium, ut dicitur; quare et difficillimum (*cf. Otto, Sprichw. n. 1472 et supra p. 1269, 67*).

I *usu sollemni (nonnullas locutiones minus definitas sub IIIA tantum attulimus); de initio*: **A** *cuiusvis actionis, eventus, status*: **1** *usu vario*: Plavt. Pseud. 725 doctum, qui, quando -um prehenderit, porro sua virtute teneat, quid se facere oporteat. Stich. 671 domum redeundi -um placet. Ter. Haut. 1044 *nescio*, quod -um capiam ad placandum (incipiam ad p. *vel* ad p. inveniam *fere codd., sed cf. Schol. Ter. p. 126, 18 sq.*). Cic. Sest. 100 boni ... tardiores sunt et -is rerum neglectis ad extremum ... excitantur (Planc. 86 illa -a et hi recentes r. exitus. Liv. 29, 29, 4 r. gerendarum. 45, 39, 10 magnarum rerum ... -a ... a dis *exordiri. al.* Fest. p. 185 ordiri est rei -um facere. *al.; v. etiam infra e. g. p. 1310, 13. 33. 1311, 49. 61*). Balb. 9 (*v. p. 1309, 28*) bellorum (har. resp. 18 Italici b. funesta illa -a *praedicere. al.* Sall. Iug. 77, 2 Iugurthini. Liv. 21, 29, 4 -um ... omenque b. 27, 11, 15. *et saepius*). *al.* Lvcr. 1, 339 *sine vacuo* -um ... cedendi nulla daret res. Varro rust. 2, 9, 11 -um admittendi *canis maris.* 3, 16, 5 mel ad -a convivi et in secundam mensam administratur. frg. Gell. 16, 9, 5 si non horum omnium similia essent -a ac postprincipia (*cf. Otto, Sprichw. n. 1471 et infra e. g. p. 1308, 5*). Verg. Aen. 9, 53 *Turnus* iaculum ... emittit in auras, -um pugnae (Liv. 2, 30, 14. 10, 5, 4. *al.*). Ov. rem. 91 -is obsta (*sc. amoris; cf. Otto, Sprichw. n. 1470*). met. 7, 518 flebile -um melior fortuna secuta est (*cf. versa vice, ut vix ad p. 1310, 52 trahas*: 7, 796 gaudia -um nostri sunt ... doloris). Liv. 9, 38, 15 *in comitiis* utroque anno eiusdem curiae *Fauciae* fuerat -um (eiusdem curia, eadem curia *var. ll.; ad rem v. l. 42 sqq.*). *al.*

2 *de persona vel re, quae prima est, prima evenit aliquidve agit* (*usu technico l. 42 sqq. et sub b*): **a** *exempla varia*: Cato agr. 157, 1 ˹-um˺ te cognoscere oportet, quae genera brassicae sint (˹ ˺ *acc. praedic., vix pro adv.; cf. IIIA3*). Lex agr. (cil i² 585) 1 ⟨tribus *quaedam* ... princ⟩ipium fuit, pro tribu Q. Fabius Q. f. primus scivit (*sim. in comitiis tributis*: Lex Corn. de XX quaest. [cil i² 587] tit. Quinctia [Frontin. aq. 129, 2]; *unde restit.* Lex repetund. [cil i² 583] 1. Tappula [Inscr. suppl. Ital. 898] 8. *in c. curiatis* [*cf. l. 37*]: Liv. 9, 38, 15 Faucia curia fuit -um). Ov. fast. 1, 178 omina -is ... inesse solent (*cf. 179* primam vocem, *180* visam primum ... avem). Cels. 3, 4, 17 satius est -a cibi a decedente febre ... excipi ([*opp.* reliquias]. Non. p. 59, 10 adoreum ... ab eo dictum putat *Varro*, quod c. ora, id est -um, sit far). Svet. Nero 21, 2 peracto -o Niobam se cantaturum ... pronuntiavit *Nero citharoedus.* Ivst. 2, 11, 3 *veterani* -um cladis fuere; succedente dein inutili turba maior caedes editur. Prvd. perist. 13, 46 (*de Cypriano martyre*) -um pulchrae necis et ducem cruoris. Ps. Chrysost. hom. I 926ᶜ *Christus* vocavit ... meretricem, ... latronem, ... blasphemum: o nova vocationis -a! (*cf. Migne gr. 55, 577 τὰ ἀχροθίνια, quod alio sensu item vertitur p. 1319, 50 sqq.*). *al.* **b** *de rebus, quas homo primas naturaliter appetit, sc. τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν* (*t. t. philos. Stoicorum; cf. p. 1247, 23. 1351, 48 et vol. VII 1, 1655, 63*): Cic. fin. 2, 35 reliqui *sapientes* sibi constiterunt, ut extrema cum initiis convenirent, ut Aristippo voluptas, ... Carneadi frui -is naturalibus esset extremum ([*34* frui primis a natura datis]. 3, 17 in -is ... naturalibus ... voluptatem *non* esse ponendam [*ibid.* quae *res* primae appetuntur; illa, quae prima sunt adscita naturā]. 5, 19 [*ibid.* prima illa secundum naturam]). 3, 20 his -is naturae ..., quibus congruere debent, quae sequuntur ([*21* illa, quae prima dilexerat *homo*; quae sunt prima n.]. 22 ut adipiscamur -a n. [*ibid.* initiis n.]. *al. ibid.; aliter p. 1310, 59*). 4, 42 naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut a -is permanaret ad fines, *i. summum bonum* (*cf. enim 43*). 5, 19.

B *orationis, libri sim.* (*vocum sim. sub 2a; passim meton. de eo, quod primum dicitur scribiturve, sed de eo, qui primus dicit, p. 1308, 13; ad vim localem vergit 2a, ceterum e. g. p. 1308, 20*): **1** *generatim*: **a** *exempla varia*: Plavt. Amph. 801 (*Alcumena ad Amph.*) osculum tetuli tibi. :: (*Sosia secum*) iam illud non placet -um de osculo (*item more verborum dicendi accedit praepos.* de: Stich. 358 lectos sternite. :: -um placet de lectis. Hist. Avg. Claud. 5, 4 *quidam tale* -p⟨i⟩um de Aureolo habuit: '...'). Bacch. 1006 inde a -o iam inpudens epistulast (*cf.* -um epistulae: Cic. Att. 13, 38, 1 Svet. Tib. 67, 1 Fronto p. 8, 17. *al.*). Mil. 1219 tuom˹st -um˺, *sc. adloquendi* (˹ ˺ espa incipium *vel* est initium *codd.*). *al.* Cato agr. praef. 4 nunc ut ad rem redeam, ... -um hoc erit. Ter. Eun. 458 (*ironice*) quam venuste, quod dedit -um adveniens! (*sc. beneficio commemorando*). Lvcil. 1264 -o exitus dignus exodiumque sequatur (*ad ludos scaenicos refert Schol. Iuv. 3, 175; in imag.?*). Afran. com. 84 ˹-um˺ (-o *var. l.*) hoc oro ..., ut *eqs.* (˹ ˺ *acc. praedic., cf. IIIA3*). Rhet. Her. 4, 13, 19 repetitio est, cum continenter ab uno atque eodem verbo ... -a sumuntur, hoc modo: 'vobis ... , vobis'. Cic. Cluent. 188 *me* -o orationis meae de matre *Cluentii* dixisse ([*spectat ad 12 sqq., sc. narrationem*]. Manil. 3 o. *de Pompeii virtute* difficilius est exitum quam -um invenire. *al.* Liv. 28, 43, 2. *al.; cf. l. 46*). fin. 5, 8 (*antea*: censemus ... te id explanare posse) me nostri sermonis -um esse voluisti. nat. deor. 1, 63 cum *Protagoras* in -o libri sic posuisset: '...' (Prob. vita Pers. l. 54 Gell. 1, 7, 9. *al.*). *al.* Varro frg. Aug. civ. 7, 34 p. 317, 11 cum inspexisset *praetor* -a *librorum quorundam.* Liv. 9, 17, 1 huius operis (Qvint. inst. 4, 1, 34 [*inde* Ivl. Vict. rhet. p. 70, 8] quod Homerus atque Vergilius o. suorum -is faciunt. *al.*). Colvm. 3, 1, 1 *nihil prohibet nos* celeberrimi carminis auspicari -o (-a *trad.*), *sc. Verg. georg. 2, 1* (Gell. 3, 11, 5 [*ex Accio*] in -o c. [*Hom. A 1*]). Ascon. Pis. p. 16, 28 (*nota stichometrica*) cir(ca) ver(sus) a -o dcxx (*syn. l. 16. al.* a primo, *opp. p. 19, 14. al.* a novis(simo)). *al.* **b** *cum respectu dei, patroni sim., qui honorificandi causa primus in carmine vel oratione ponitur* (*cf. usum generalem p. 1307, 24*): ab Iove -um (*sec. gr., v. imprimis Arat. 1 et Theocr. 17, 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα* [*cf. p. 1270, 14*]; *cf. Otto, Sprichw. n. 880; alludere vid. etiam* Verg. *p. 1311, 35*): Cic. rep. 1, 56 (*antea*: imitemur ... Aratum) ut rite ab eo *I.* dicendi -a capiamus. Verg. ecl. 3, 60 ab I. -um musae (*cf. vol. VIII 1692, 32 sq.*). Germ. 1 ab I. -um magno deduxit Aratus, *sed ego a te, pater.* Calp. ecl. 4, 82 ab I. -um, si quis canit aethera, sumat ...; at mihi *eqs.* Stat. silv. 1 praef. sumendum ... erat a I. -um, *sc. a Domitiano.* *cetera exempla*: Cic. nat. deor. 2, 57 si a principe investigandae veritatis, *i. Zenone*, huius disputationis -um duxero. Verg. ecl. 8, 11 (*ad Pollionem* [*an Octavianum?*]) a te -um, tibi desinam. Hor. sat. 2, 6, 23 tu, *Iane*, carminis esto -um. Val. Max. 1 praef. si ... vates a numine aliquo ˹-a traxerunt˺ (*syn.* orsi sunt). Apvl. flor. 18, 37 -um mihi ... auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam.

2 *speciatim*: **a** *de prima parte vocum, versuum sim.* (*cf. e. g. l. 8; aliter de verbis primitivis sim. sub IIA2b*): Plavt. Trin. 915 quid est ei nomen? :: ... ⟨C⟩ est -um nomini. Cic. de orat. 3, 182 pedes *quidam* in -a continuandorum verborum satis decore cadunt (*singulorum* v.: Ter. Mavr. 1155 -um verbi ... latini. Hier. praef. Vulg. reg. p. 5, 1 -a medietatesque v. [*opp.* fines]. *al.*). Ps. Apvl. herm. 5 p. 270 si *propositio* assumat in -o negativam particulam. Ter. Mavr. 508 versus (Porph. Hor. sat. 1, 5, 46. Diom. gramm. I 445, 29 et -um v. et clausulam. *al.*). 1169 non -um nunc nominis incohat ipsa *littera s* (Sacerd. gramm. VI 491, 8 in -is n. vel verborum). *al.* **b** *de exordio orationis* (*technice imprimis l. 50. 52; exempla potiora*): Rhet. Her. 1, 3, 4 exordium est -um orationis, per quod animus auditoris constituitur ad audiendum (*item, nisi ad l. 9 trahas*: Cic. de orat. 2, 45 Crassus in illius o. suae, quam contra collegam censor habuit, -o [*sim.* Gell. 13, 25, 13]). 1, 4, 6 exordiorum duo sunt genera: -um, quod graece prohemium appellatur, et insinuatio (*distinguitur saepius, v. vol. VII 1, 1913, 31 sqq.; addas e. g.* Rhet. Her. 1, 7, 11). Cic. de orat. 2, 81 praecepta -orum et narrationum (*item distinguuntur aliae orationis partes*: part. 4 narratio et confirmatio, ... -um et peroratio [*sim. in enumeratione e. g.* Fortvn. rhet. 2, 12 -a. Ivl. Vict. rhet. p. 2, 10 -um. p. 67, 18 -a]. *al.*). *al.* Tiro Gell. 6, 3, 13 in -is ... patroni ... complacare iudices debent. Qvint. inst. 4, 1, 1 quod -um latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur prohoemium nominasse, quia a nostris initium modo significatur, illi *eqs.* Fronto p. 130, 9 sq. (*in imag. pugnae*) ut -o *orationis* ingrediendum, ut post -a ordo explicandus *eqs.* *al.* **c** *de praefatione libri, prologo sim.* (*sc. facilius a reliqua parte distinguendo; exempla selecta*): Sen. epist. 94, 38 Platonis legibus adiecta -a sunt (*ibid.* lex cum prologo. *respicitur Plato leg. 722ᵉ sqq.*). Victorin. Poet. ov. in apoc. 1, 1 (*spectat ad apoc. 1, 3*) -um libri beatitudinem ⟨legenti,⟩ audienti et servanti promittit. Hier. praef. Vulg. reg. p. 8, 9 galeatum -um (*v. vol. VI 2, 1676, 28*). Svperscr. Fronto p. 202, 2 Frontonis -a historia⟨e⟩, *sc. quae ipsa non exstat* (*item* Svbscr. *ibid.* p. 214, 19). *al.*

C *spatii temporis, vitae sim.*: **1** *exempla varia*: Cato orat. 93 iam a -o ... omnem adulescentiam meam abstinui (*de -o vitae ut*: Cic. leg. 1, 59 quoniam *homo* -o rerum omnium ... intellegentias animo ... conceperit [*nisi ad E1a*]. Plin. nat. 7, 2 vitae [Evtr. 8, 11, 1. *al.; aliter p. 1310, 65*]. Vet. Lat. gen. 6, 5 [Ps. Cypr. ad Novat. 4, 1] a -o dierum suorum [*cf. var. l. gr. ἐκ νεότητος pro πάσας τὰς ἡμέρας, aliter Vulg.*]. *al.*). Varro rust. 2, 9, 11 *feturae canum incipiunt* veris -o (Sall. hist. frg. 2, 80 -o v. Liv. 30, 4, 10 iam v. -um erat. *al.* Colvm. 11, 2, 2 Plin. nat. 9, 95. *al.; cf.* aestatis: Liv. 22, 19, 1. *al.* Hier. in Zach. 14, 8 l. 298 [*syn.* exordium,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opp. finis]. hiemis: Liv. 24, 39, 13. 42, 44, 8. 43, 18, 1. autumni: Avson. 381, 8 p. 100). Sall. hist. frg. 2, 98D -o sequentis anni (Liv. 6, 31, 1 insequentis a. -a statim seditione ... arsere. *et saepe, v. e. g. p. 1315, 30; cf. p. 1317, 18*). Ov. fast. 2, 55 -o mensis *Februarii* (Plin. nat. 16, 250 *sexta luna* -a mensum annorumque his *druidis* facit. Isid. nat. 4, 6 [= Svet. frg. p. 166, 5]. *al.; aliter p. 1314, 3*). 3, 75 a te, *Mars*, -um Romano dicimus anno. 4, 535 noctis (Liv. 22, 16, 6 Ivst. 2, 11, 17. 6, 7, 2. *al.; aliter p. 1319, 11*). Liv. 32, 25, 5 lucis -o (*diei ut*: 39, 30, 9. Amm. 17, 2, 3 a sole in vesperum flexo ad usque l. -um. 19, 2, 2 tertiae. *al.; aliter p. 1311, 14. 38*). Pavl. Fest. p. 122 mane *antiqui appellabant* -um diei (*al., cf. l. 8; aliter p. 1308, 71. 1319, 10*). Cels. 1 prooem. 5 *medicina* vix aliquos ex nobis ad senectutis -a perducit. *al. dubium, an fastorum compendium* fp *recte solvatur* f(as) *vel* f(astus) p(rincipio) Fast. ann. Num. Antiat. Sextil. 19 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 17). ann. Iul. Caeret. Febr. 21 (*ibid.* p. 65). *al. (an e. g.* p(arte)*? cf. Degrassi in ed. p. 334 sq.); nihil prorsus constat de ligatura* np Fast. ann. Num. Antiat. Ian. 11. 15 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 2) *et passim* (*v. quae monet Degrassi ibid. p. 332 sqq.*). **2** *respicitur initium omnium saeculorum: usu pagano*: Ov. met. 2, 386 (*loq. Sol*) ab aevi sors mea -is fuit inrequieta. *usu christiano* (*fere subest* Ioh. 1, 1, *sed saepius comparatur* gen. 1, 1, *ut ad E3b vergat*): Vet. Lat. Ioh. 1, 1 (Tert. adv. Prax. 13 p. 247, 13. *al., sim.* Vvlg.) in -o erat sermo. Tert. adv. Prax. 5 p. 233, 17 (*λόγος 'ratio' antiquior est quam 'sermo'*) [non] sermonalis a -o, sed rationalis deus etiam ante -um (*ita Evans, 1948; aliter Kroymann.* a. omne -um: Patric. conf. 4 *filium dei* genitum a. o. -um. Ps. Vigil. Thaps. trin. 3, 47 a. o. omnino -um [*item* 4, 21. *al. ibid.*]). *al.*

D *muneris ineundi, regni sim.*: Cic. Verr. II 1, 34 hominis (*sc. Verris*) -um magistratuum gerendorum et rei publicae administrandae. Balb. 9 *Pompeius* pueritiae tempus extremum -um habuit bellorum atque imperiorum maximorum (Cvrt. 3, 3, 6 Dareum in -o imperii ... iussisse *eqs.* Svlp. Sev. chron. 1, 22, 2 suscepti i. *al.*). Phil. 2, 55 reliquae partes tribunatus *Antonii* -i (-o, -is, -ibus *var. ll.*) similes. Sall. Catil. 26, 3 a -o consulatus *Ciceronis* (*aliter p. 1310, 39*). Liv. 1, 48, 7 malo regni -o similes ... exitus *Tarquinii Superbi* (Ivst. 1, 10, 14. Vvlg. Ier. 27, 1 in -o r. Ioachim. *al.*). Avson. 275, 2 p. 191 *Hadrianus fuit* mediis praesignis in actis; -a et finem fama notat gravior. *al.*

E *eorum, qui (quae) nascuntur, conduntur, instituuntur* (*hic illic nimirum vergit ad IIA*): **1** *animantes vel quaelibet nascentia* (*angeli l. 41*): **a** *exempla varia* (*hucine p. 1308, 69?*): Cic. Phil. 2, 44 visne ... te inspiciamus a puero? sic opinor; a -o ordiamur. Sen. epist. 66, 42 *mors vitam* aliorum in medio flore praecidit, aliorum interrupit ipsa -a. Lact. inst. interpol. 2, 8, 7, 8 pars illa (*sc. angeli lapsi*) ... non utique statim corrupta est in ortus sui -o (-a *var. l.*). Clavd. carm. min. 27, 53 accipe, *Phoenix*, -um rursus (*opp. 52* exitio; leto). Sacr. Leon. 378 et apostolorum natalicia ... venerari et in suis ... honorare -is (*sc. diebus martyrii*). *de ipsis primis editis*: Val. Max. 3, 2, 16 a quo *Catone* Porciae familiae -a manarunt. Orig. in Matth. 17, 8 p. 605, 32 quando -um ⟨adhuc parvum⟩ (*suppl. sec. gr.*) fructus demonstrat *vinea* (*opp. p. 606, 5* fructus perfectos). Prisc. Lyd. solut. 10 p. 100, 19 ex multis inflationibus ... coeuntibus -a ventorum fiunt. **b** *-um habere negatur deus trinus aeternus* (*cf. l. 23 sqq.; ipse -um dicitur p. 1312, 38; excipitur dei filius ab haereticis e. g. l. 59*): Min. Fel. 18, 7 deum nec -um habere nec terminum, qui nativitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem. Candid. gen. div. 3 simplex *est* ... -um conpositorum; -um autem sine -o; praecedit enim nullum -um ante se habens, propter quod est -um; hoc autem est deus; sine ortu igitur et ingenitus deus (Arivs ad Euseb. vers. *β* 3 l. 29 [*sim.* vers. *γ* l. 18; *gr. ἀνάρχως*]. Mar. Victorin. adv. Arium 1, 3. 1, 33 l. 25 *deus* s. -o semper existens. Hil. syn. 38 duo s. -o, *sc. deus pater et filius* [*gr. Socrat. 2, 30, 28 δύο ἄναρχα*]. *al.*). Arivs ad Euseb. vers. *β* 5 l. 41 (*sim.* vers. *γ* l. 30 sq.) -um habet filius, deus autem ⌞sine initio⌟ (⌞ ⌟ vers. *γ* sine -o est, *gr. ἄναρχός ἐστι*). Mar. Victorin. adv. Arium 4, 21 l. 17 ex aeterno semper, nullo temporis (*gen. explic.*) -o. homous. 2 l. 35 quoniam -um sine ortu est et sine tempore, semper fuit ... pater, semper filius (*sc. consubstantialis*). Prvd. apoth. 267 exquirere ..., quo pacto *deus* ediderit verbum, quod -o caret omni. *al.*

2 *urbes, civitates earumve honor sim.* (*dubitare possis de* Sall. hist. frg. 1, 8, *v. p. 1270, 71*): Cic. prov. 33 iam inde a -o huius imperii (*Romani ut*: Sall. Iug. 102, 6 iam a -o i. [inopi *trad.*]. Liv. 1, 4, 1). Balb. 31 iura ... iam inde a -o Romani nominis a maioribus nostris comparata (*cf.* CIL X 797 [*aet. Claud.*] sacrorum -orum p(opuli) R(omani) Quirit(ium) nominisque Latini ... flam(en) Dialis [*sunt qui ad p. 1311, 30 trahant*]). 39 (*si recte restit. locus corruptus*) a -o ... generis ac rei publicae *Gaditanorum.* rep. 2, 16 *Romulus* ipse – quod -um rei publicae fuit – urbem condidit auspicato. div. 1, 3 -o huius urbis parens Romulus ... auspicato urbem *condidit* ...; deinde auguribus et reliqui reges usi. Sall. hist. frg. 1, 11 dissensiones domi fuere iam inde a -o neque amplius quam regibus exactis. Liv. 24, 48, 6 iam inde a -is gentis *Numidarum.* 34, 51, 5. Tac. ann. 1, 1, 1 urbem Romam a -o reges habuere. *de prima area civitatis condendae, primo oppido imperii*: Varro ling. 5, 143 (*respicitur pomerium*) post ea (*sc. fossam murumque*) qui fiebat orbis, urbis -um *est* (*vix vi locali ad p. 1317, 51*). Ambr. Noe 34, 128 ⌞Nembroth huius -um regni Babylon⌟, hoc est 'confusio' (⌞ ⌟ *sec. gen. 10, 10, ut fort.* Vet. Lat. *tribui possit, cf.* Vvlg.).

3 *mundus, genus humanum sim.* (*mundus -o caret l. 10*): **a** *usu pagano*: Cic. div. 1, 118 placet Stoicis ... ita a -o inchoatum esse mundum, ut *eqs.* Ov. met. 1, 34 -o terram ... magni speciem glomeravit *deus* in orbis. Manil. 1, 124 *mundum* semper ... fuisse et fore -o pariter fatoque carentem (*cf.* Ambr. hex. 1, 3, 10 noli eum *m.* sine -o esse credere [*sc. ex forma eius rotunda, v. p. 1317, 34*]). Sen. benef. 6, 23, 4 in nostras ... utilitates a (ac *var. l.*) -o rerum praemissa mens est et is ordo mundo datus, ut *eqs.* Ivv. 15, 148 mundi -o indulsit ... conditor illis *animalibus* tantum animas, nobis animum quoque (Hyg. astr. 4, 10, 2 -um esse m. noctem, deinde diem [*cf. e. g. Hes. theog. 123 sq.*]. Lact. inst. 2, 11, 2 [*cf. Lucr. 5, 818* novitas m.]. *al.; cf. l. 23*). Cens. 21, 1 tria discrimina temporum esse tradit *Varro*: primum ab hominum -o ad cataclysmum priorem *eqs.* *al.* **b** *usu iudaeo et christ. spectat ad creationem mundi aliasque res initio libri geneseos relatas*: Vet. Lat. gen. 1, 1 (Tert. adv. Hermog. 3, 5. *al., sim.* Vvlg.) in -o fecit deus caelum et terram (*ceterum cf. p. 1271, 13 sqq.; varie explicatur, v. e. g. p. 1311, 56. 1319, 23. 1320, 2 sqq.*). Tert. adv. Iud. 2, 2 in -o mundi ipsius Adae et Evae legem dedit *deus* (Evseb. Gallic. hom. 20, 1 nascentis. *al.*). virg. vel. 5, 2 (*ad Vet. Lat. gen. 2, 23* vocabitur mulier) quod *nomen* a (in *cod. unus*) -o virgo sortita est. Ps. Cypr. mont. 3 p. 107, 11 generis humani (Priscill. tract. 3, 57 in -o g., cum adhuc ... natura rudis saeculi. Avg. civ. 15, 8 tit. *addasne p. 1305, 35?*). Iren. 5, 21, 2 l. 44 in -o ... hominem seduxit *diabolus.* Prvd. apoth. 303 *deum* illo orbis -o non ... sine Christo informasse *hominem probat gen. 1, 27. al.*

4 *instituta, mores, artes sim.*: Cic. inv. 2, 5 huius praeceptionis, *sc. artis rhetoricae.* leg. 1, 18 nunc iuris -a videamus ([*cf. e. g. 1, 19* i. exordium]. 1, 28 longe i. -a repetis). fin. 5, 58 omnium ... rerum -a parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur (Liv. 7, 2, 13 inter aliarum p. -a r. ludorum quoque prima origo ponenda visa est. *paulo aliter l. 47*). Varro rust. 3, 1, 3 quod (*sc. primae urbis conditae*) tempus si referas ad illud -um, quo agri coli sunt coepti. frg. Gell. 16, 18, 6 in -is ... ipsis ineptae et insuaves videntur *disciplinae quaedam* (*opp.* in postprincipiis). Liv. 38, 30, 2 Achaici concilii. Val. Max. 8, 15, 5 consulatus (*aliter p. 1309, 31*). Plin. nat. 14, 3 inter -a litterarum (*respicitur Hesiodus*). Lact. mort. pers. 1, 7 a -o, ex quo est ecclesia constituta. Rvfin. hist. 2, 13, 6 caput ... totius pravitatis et -um omnis haeresis a Simone coepisse (*cf. gr. πάσης ... ἀρχηγὸν αἱρέσεως πρῶτον γενέσθαι τὸν Σ.*). *de ipsis institutis novis, artis elementis sim.*: Cic. div. 2, 50 *haruspicinam* postea crevisse rebus novis cognoscendis et ad eadem illa -a (*sc. quae protulit Tages*) referendis. Liv. 3, 33, 2 laeta ... -a magistratus eius (*sc. decemviratus*) nimis luxuriavere. 7, 2, 4 parva ..., ut ferme -a omnia, ... res fuit (*sc. ludi scaenici*). Cassiod. inst. 2 praef. 4 (*e Varrone*) utilitatis alicuius causa omnium artium extitisse -a. *al.*

II *usu deflexo praevalet respectus*: **A** *originis, causae, fundamenti* (*nimirum huc vergunt quaedam sub IE allata*): **1** *usu communi (sed usu technico saepius sublucente) respicitur ortus*: **a** *rerum*: **α** *exempla varia* (*selecta inde a* Cic.): Enn. scaen. 395 flagiti -um est nudare inter civis corpora. Ter. Eun. 874 saepe ex huiusmodi re quapiam malo -o magna familiaritas conflatast. Phorm. 158 quod mihi -umst mali (Ov. Pont. 4, 2, 32 nostri). Cic. inv. 1, 2 *si volumus eloquentiae* considerare -um, reperiemus id ex honestissimis causis natum. or. frg. A 7, 51 *praetereo legem* Porciam, -um iustissimae libertatis. rep. 3, 7 illi verbis et artibus aluerunt naturae -a, hi autem institutis et legibus (leg. 1, 46 *cum* bonum et malum ... sint -a n., certe honesta quoque et turpia ... ad naturam referenda sunt [*ad p. 1307, 57 trahit Kenter, comm. 1972, ad l.*]. *al.* Ps. Cypr. singul. cler. 25 p. 201, 17 contra n. -um et contra euangelium. Boeth. cons. 3, 11, 31 [*cf. 30* naturali intentione]. *cf. e. g.* Cic. fin. 4, 18 -is ... a natura datis [*postea*: initiis ... ⟨et⟩ seminibus a n. d.]). leg. 2, 36 initia ..., ut appellantur *mysteria*, ita re vera -a vitae cognovimus. fat. 43 qui protrusit cylindrum, dedit ei -um motionis (*cf.* motus *e. g.* Lvcr. 2, 254 *non atomi* declinando faciunt ... m. -um quoddam, quod fati foedera rumpat. *aliter, sc. usu techn., p. 1312, 4 sqq. passim*). Hor. carm. 3, 6, 6 dis te minorem quod geris, *Romane,* imperas; hinc omne -um, huc refer exitum (*cf.* Schol. cultu deorum Romam crevisse refert et sumpsisse -um). Ov. ars 1, 712 da causam voti -umque tui. fast. 2, 37 Graecia -um moris (*sc. lustrandi*) dedit. trist. 3, 6, 26 -um ... mei criminis error habet. Liv. 2, 14, 2 originem moris ... aut inter bellum natam esse ... aut a mitiore crevisse -o. Vitr. 4, 2, 1 quemadmodum sunt prognata et quibus -is et originibus inventa *ornamenta quaedam.* Val. Max. 9, 1 pr. *libido* ex isdem vitiorum -is

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oritur *ac luxuria. al.* β *de fundamentis, elementis doctrinae, artis, opinionis sim.* (*iocose* LVCIL.; *cf. p. 1310, 57*): LVCIL. 282 dixi; ad ⌞-um⌟ venio: '...' (⌞ ⌟ *quo comprehenduntur dicta priora, ut vid.*). LVCR. 1, 149 *tenebras animi discutit* naturae species ratioque; -um cuius hinc nobis exordia sumet, nullam rem e nihilo gigni. CIC. nat. deor. 1, 1 -um philosophiae esse inscientiam (*loco corrupto et varie temptato*). VARRO rust. 1, 4, 1 eius *agri culturae* -a sunt eadem, quae mundi esse Ennius (*frg. var. 47*) scribit, aqua, terra, anima et sol. HOR. ars 309 scribendi recte sapere est et -um et fons. GELL. 16, 18, 5 geometriae. TERT. scorp. 9 p. 162, 17 *Christus* praeceptorum -a deducens '...' inquit (*affertur Matth. 5, 10*). VET. LAT. psalm. 110, 10 (cod. 411 = HIER. psalt. sec. Hebr.) -um sapientiae timor domini ([*cod. 300. al. et Vulg.* initium]. *item* VVLG. prov. 9, 10; *cf. ibid.* 1, 7 t. d. -um scientiae. *Vet. Lat. Sirach 1, 16* initium sapientiae t. d.). IREN. 3, 11, 7 -a euangelii. LACT. inst. 5, 4, 5 paulatim lucis -a monstrare (*sc. religionis christ.; opp.* toto lumine). RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 3 (= apol. adv. Hier. 1, 15; *inde irrepsit in superscr. codicum aliquot*) *περὶ ἀρχῶν,* quod vel de -is vel de principatibus dici potest (*simul spectare vid. ad 2aγ. item explicatur titulus librorum Origenis*: HIER. epist. 92, 2, 1 [*Theophil.*] quae nos de -is possumus dicere. AVG. civ. 11, 23 p. 492, 20). *al., cf. p. 1313, 53; vix addas titulos librorum* AVG. dialect. *et* rhet., *quae in edd. vet.* (*fort. sec.* AVG. retract. 1, 6) -a dialecticae *et* -a rhetoricae *inscribuntur.* γ *de auctoribus, effectoribus*: CIC. leg. 1, 27 *hominem* -um reliquarum rerum esse voluit *deus* (*vix recte fere refertur ad p. 1318, 65*). VAL. MAX. 9, 12 ext. 2 *casu quodam* origo et -um fortioris tragoediae (*sc. Aeschylus*) extinctum est. AMBR. fid. 3, 7, 52 -um ... nostrae virtutis est Christus, -um integritatis *eqs.* BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 196, 25 quarundam actionum nos ipsi -a, non sequaces sumus (*sc. libero arbitrio praediti*). CONC. Brac. a. 561, 3, 7 (*de diabolo*) -um atque substantiam mali. *al.*

b *animantium eorumve vitae, urbium sim.* (*arborum sim. l. 39 sq.; de eo ipso, quod vitam dat, e. g. l. 32. 40* [*cf. p. 1309, 69. 1319, 56*]): CIC. off. 1, 54 id (*sc. domus, familia sim.*) ... est -um urbis et quasi seminarium rei publicae. VARRO rust. 1, 40, 1 primum semen, quod est -um genendi (*cf. p. 1246, 70*). frg. Aug. civ. 7, 28 p. 310, 28 duo sunt -a deorum animadversa de caelo et terra, a quo dii partim dicuntur caelestes, partim terrestres. VERG. Aen. 7, 219 *Troianis est* ab Iove -um generis, Iove Dardana pubes gaudet avo (OV. fast. 4, 29 [*cf. 26* proxima causa, *sc. pater*]. MELA 2, 11). OV. met. 13, 706 Teucros a sanguine Teucri ducere -um. fast. 2, 450 *Lucina appellaris,* quia -um ... lucis habes. PLIN. nat. 17, 72 quid simile origini suae habent malorum pirorumque semina? his -is ... materiem nasci *eqs.* TERT. adv. Hermog. 19, 3 semen -um herbae *est.* OPT. PORF. carm. 24, 10 (*spuriumne? de Christo*) -i sobolem nullius. VICTRIC. 7 l. 4 *quis* neget feminam ex viri lateribus sumpsisse -um?

2 *usu technico*: **a** *in philosophia (et theologia) disserente de primis causis rerum*: α *de ipsis elementis* (*de* LVCR. *metri causa inter* primordia *et* -is, -orum *variante v. Bailey, 1947, ad 1, 55*): Ⓘ *quibusvis* (*sec. varias doctrinas et usu generali*): LVCR. 1, 198 *ne putes* sine -is ullam rem exsistere posse. 1, 707 qui -um gignundis aera rebus constituere (*ut Anaximenes*). 1, 740 *sapientes priores* multa ... divinitus invenientes ... -is tamen in rerum fecere ruinas (CIC. ac. 2, 117 de -is r., e quibus omnia constant. VITR. 2, 2, 1 Thales ... aquam putavit omnium r. esse -um [*sim. de eodem* 8 praef. 1 AVG. civ. 8, 2 p. 322, 12. *cf. e. g. p. 1312, 24*]. *al.*). VARRO ling. 10, 55 quae essent -a mundi, ostendunt *physici.* AETNA 229 scire, quot et quae sint magno natalia (fat- *var. l.*) mundo -a. CELS. 1 prooem. 14 abditas causas vocant, in quibus requiritur, ex quibus -is nostra corpora sint. TERT. adv. Hermog. 19, 1 (*respicitur* gen. 1, 1, *v. p. 1310, 21*) -um ... aliquid volunt fuisse quasi substantivum et corpulentum *eqs.* (*al. ibid.*). PS. CENS. frg. 1, 1 initia rerum eadem elementa et -a dicuntur. AVG. civ. 8, 5 p. 328, 9 corporalia naturae -a. *al.* Ⓘⓘ *de atomis Democriti, Epicuri al.*: LVCR. 1, 484 corpora sunt ... partim primordia rerum, partim concilio quae constant -orum. 1, 992 -orum corporibus (2, 297. 969). 1, 1047 -is rerum (2, 789. *item c. gen. eius, quod [qui] -is componitur*: 2, 974 eorum *animalium.* 4, 943 corporis atque animi). 2, 292 clinamen -orum. 2, 472 mixta ... magis aspera levibus esse -is. 2, 573 certamine -orum. 2, 584 nil esse ..., quod genere ex uno consistat -orum (2, 587 plurima -orum ... g. ac varias ... figuras). 2, 671 dissimili ... figura -orum (2, 722. *addas l. 65*). 4, 534 corporeis e -is. 5, 440 omnigenis e -is. *et saepe.* VARRO ling. 6, 39 Democritus, Epicurus, item alii, qui infinita -a dixerunt. MANIL. 1, 491 cuncta reverti in sua -a (*cf. 487* seminibus). *al.* Ⓘⓘⓘ *de quattuor elementis Empedoclis aliorumque* (*sive omnibus sive singulis*): CIC. Tusc. 1, 22 *Aristoteles,* cum quattuor nota illa genera -orum esset complexus, e quibus omnia orerentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. 1, 42 corpora nostra terreno -orum genere confecta. VARRO rust. 1, 4, 1 *v. supra l. 7.* VITR. 1, 4, 5 *omnia constant* ⟨e⟩ -is, quae Graeci *στοιχεῖα* appellant ..., id est e calore et umore, terreno et aere. *et saepius.* CELS. 1 prooem. 14 si ex quattuor -is vel superans aliquod vel deficiens adversam valetudinem creat. APVL. mund. 21 p. 336 -orum ... consensus (*ibid.* elementorum; *gr. 396b34 στοιχείων*). *al.*

β *de mente divina, anima immortali, idea, materia* (*sc. in philos. paganorum*): Ⓘ *respicitur prima causa motus*: CIC. rep. 6, 27 (*inde fere* Tusc. 1, 54; *respicitur ἡ ἀρχὴ κινήσεως Platonis, cuius Phaedr. 245^{C} sqq. vertitur*) ceteris, quae moventur, hic fons, hoc -um est movendi; -o (-i Tusc.) autem nulla est origo; nam ex -o oriuntur omnia ...; nec enim esset id -um, quod gigneretur aliunde *eqs.* (*cf. Chalc. comm. 57, ubi resp. semper* initium). Cato 78 cum ... semper agitetur animus nec -um motus habeat, quia se ipse moveat, ne finem quidem habiturum esse motus (*sim.* LACT. inst. 7, 8, 4 epit. 65, 1). fin. 1, 17 *Epicurus censet* motum atomorum nullo a -o, sed ex aeterno tempore intellegi convenire. nat. deor. 2, 32. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 63 l. 32 *anima* ipsa se movens ..., in mundo motionum fons et -um, sicuti pater et filius ipsius animae motionis ... praeprincipium. MACR. somn. 2, 14, 3 (*respicitur τὸ πρῶτον κινοῦν Aristotelis*) si ... anima ... -um motus est, ... non posse -um motus moveri. 2, 14, 23 contra Platonem ... in hunc modum conponitur syllogismus: ⌞anima -um motus est, -um autem motus non movetur, igitur anima non movetur⌟ (⌞ ⌟ *item* 2, 15, 27). *al.* Ⓘⓘ *vario respectu*: CIC. Tim. 47 cum accepissent *di iuniores* inmortale -um mortalis animantis, *sc. animum* (*cf. Chalc. transl. p. 42^{E}* initio). nat. deor. 1, 120 -a mentis, quae sunt in ... universo, deos esse dicit *Democritus* (*sim.* AVG. epist. 118, 28). 2, 75 ab animantibus -is. VARRO rust. 2, 1, 3 sive ... aliquod fuit -um generandi animalium, ut putavit Thales Milesius et Zeno Citieus, sive contra -um horum extitit nullum (*cf.* LACT. inst. 1, 5, 16 *Thales* materiam rerum posuit in umore, -um causamque nascendi constituit in deo). STAT. Theb. 2, 63 *umbra Laii* praerepta ... noscit sidera -umque sui. AMBR. hex. 1, 1, 1 *quidam constituerunt* tria -a ... omnium, deum et exemplar et materiam, sicut Plato. *ibid.* duo -a *Aristotelis* ..., materiam et speciem, et tertium ... operatorium. AVG. civ. 10, 23 tit. de -is, in quibus Platonici purgationem animae esse profitentur. *ibid.* p. 436, 24 *Porphyrius* (*de regressu animae = frg. 284F Smith*) dicit oraculo expressum -a posse purgare ...; (l. 28) quae autem dicat esse -a tamquam Platonicus, novimus; dicit enim deum patrem et deum filium, quem graece appellat ... paternam mentem (*sc. πατρικὸν νοῦν*). BOETH. cons. 5, 1, 9 quamquam id (*sc. nihil ex nihilo exsistere*) illi *veteres* non de operante -o, sed de materiali subiecto hoc omnium de natura rationum quasi quoddam iecerint fundamentum. *al.*

γ *de deo Christianorum et variis potestatibus haereticorum*: VET. LAT. Ioh. 8, 25 (cod. 10. *al., sim. al. et* VVLG.) tu quis es? ... -um, quod et loquor vobis (*cod. 3. al.* initium; *vertitur acc. adv. gr. τὴν ἀρχήν* [*cf. cod. 4* inprimis], *sed ipse Christus intellegitur in explic., v. e. g.* AVG. in euang. Ioh. 38, 11). apoc. 1, 8 (Ambr. Abr. 2, 5, 21. *al.* = VVLG.; *verba domini*) ego sum *A* et *Ω*, ⌞-um et finis⌟ (*Fulg. Rusp. ad Tras. 2, 5, 3. al.* initium, ⌞ ⌟ *om. Ambr. fid. 2, 4, 35. al. sec. codd. gr. plerosque; fere eadem* VVLG. apoc. 22, 13, *sed ibid. 21, 6* initium). TERT. adv. Hermog. 20, 1 (*comparatur* prov. 8, 22, *v. p. 1317, 27*) *caelum et terram* 'in -o', id est initio, in sophia sua fecit. IREN. 1, 8, 5 l. 132 *Iohannes* (*1, 1*) -um quoddam subiecit, quod primum factum est a deo ..., in quo omnia pater praemisit seminaliter. l. 142 *idem distinguit* deum et -um et verbum. 1, 11, 3 henotes et monotes ... emiserunt ... -um omnium ..., quam archen sermo monada vocat (MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 22 l. 9 [*sec. Plotin. enn. 5, 2, 1, ut al. ibid.*]. BOETH. cons. 3, 10, 16. *al.*). 2, 13, 1 nus ... est ipsum, quod est principale et summum et velut -um et fons universi sensus. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 29 l. 15 deo, substantiae -um qui est et ideo qui sit substantia (*cf. l. 12* causa). gen. div. verb. 27 sive 'in capitulo' sive 'in -o', in Christo fecit deus *caelum et terram*; -um enim et caput Christus ...; creavit omnia in Christo; *λόγος* enim Christus, ut semen est omnium (*comparantur* gen. 1, 1, *v. p. 1310, 21, et* Ioh. 1, 1, *v. p. 1309, 21, ut* AVG. serm. 1, 2 *et saepius; cf. l. 46*). FILASTR. 44, 1 *Cerdon* ausus est dicere duo esse -a, id est unum deum bonum et unum malum (*cf. doctrinam Manichaeorum*: AVG. civ. 11, 13 p. 481, 17 quod ... tamquam ex adverso quodam -o [*i. non ex deo*] diabolus habeat naturam mali. 11, 22 p. 491, 21 contrario ... -o [conf. 8, 10, 24 duobus c. -is. *al.*]. *al.*). 47, 1 duo -a ... coaeterna *Marcionis.* AVG. agon. 14, 16 -um, ex quo sunt omnia. trin. 5, 13, 14 pater *relative* ad filium dicitur *deus*, -um vero ad omnia, quae ab ipso sunt. *ibid.* cum dicimus et patrem -um et filium -um, non duo -a creaturae dicimus, quia pater et filius simul ad creaturam unum -um est. BOETH. cons. 3 carm. 9, 28 tu ... -um, ... terminus idem. INSCR. christ. urb. Rom. 8779 Aurelia Constan(t)ia ... dormit in pace et -o (*cf. formulas sollemnes* in Christo, in deo *sim.*). *al.*

b *in arte gramm. et metr.* (*fere de formis primitivis, unde aliae derivantur; de causis p. 1313, 1. 3*): VARRO ling. 6, 37 (*respiciuntur verba primigenia, sc. simplicia*) unde nata sint *verba,* -a erunt pauca, quae inde nata sint, innumerabilia. 6, 38 a ... -is antepositis praeverbiis paucis immanis verborum accedit numerus. 6, 39 si etymologus -a verborum postulet mille

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*aliter de causis v.*: 8, 5 duo *sunt* ... v. -a, impositio ⟨et declinatio⟩, alterum ut fons, alterum ut rivus). 6, 62 ab eodem -o (*sc. 'docere'*) documenta. 10, 11 quarum *similitudinum verborum* ego -a prima duum generum sola arbitror esse ..., e quis unum positum in verborum materia, alterum ut in materiae figura, quae ex declinatione fit. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 69, 12 heroum metrum, -um omnium ([-cipe(m) *trad.*]. *cf.* 69, 19 nos ... -um [-cipi *trad.*] metrorum omnium heroo ... deferentes. 141, 13 Archilochum ... dactylicum *metrum*, quod est omnium caput ac -um, per adiectiones detractionesque vertisse. *vix coll. Schol. Hephaest. p. 145, 9 sqq. 162, 3 sqq. ad p. 1319, 72 trahas*).

c *in arithmetica, geometria, musica* (*fere de iis, quo revocantur numeri, mensurae sim. maiores vel aliae figurae sim.; titulum librorum* VARRONIS *testatur* HIER. epist. 33, 2 de -is numerorum): VARRO ling. 9, 84 as, quoniam simplex est ac -um, et unum significat et multitudinis habet suum infinitum: dicimus enim asses. rust. 1, 10, 2 iugeri pars minima dicitur scripulum ...; ab hoc -o mensores *eqs.* CHALC. comm. 53 numerorum initia et -a sunt singularitas et item duitas ([*syn.* origines]. AVG. mus. 1, 11, 19. BOETH. arithm. 2, 5 cum ipsa *unitas* linearis numerus non sit, in longitudinem tamen distenti numeri -um est. *al. [cf. etiam l. 14]; aliter*: MACR. somn. 2, 14, 24 [*praecedit l. 21*] apud arithmeticos -um n. non est numerus). MACR. somn. 2, 14, 24 (*affertur Aristoteles*) apud geometras -um lineae punctum dicitur esse, non linea ([*syn.* initium]. BOETH. arithm. 2, 4, 4 punctum -um quidem l. est atque intervalli, ipsum vero nec intervallum nec linea. *ad rem cf. e. g.* MART. CAP. 6, 707 sq. BOETH. arithm. 2, 4, 4 est ... unitas vicem obtinens puncti, intervalli longitudinisque -um. 2, 5 *supra*). MART. CAP. 6, 707 (*comparantur μονάς arithmeticae et σημεῖον geometriae; cf. l. 23*) incorporea utriusque -a *sunt* (*antea*: primordium; procreatio). BOETH. arithm. 2, 4, 10 linea ... superficiei -um est, sed ipsa superficies non est, et secundi intervalli caput est. 2, 19, 2 omnium formarum -um elementumque esse triangulum (*cf. 2, 6, 4* haec figura princeps est latitudinis, ut ceterae omnes superficies in hanc resolvantur). mus. 2, 20 ut unitas in arithmeticis crementi erat deminutionisque -um, ita etiam diapason symphoniam reliquarum esse -um. *al.*

d *in logica respicitur*: α *primum genus, ex quo species suspensae sunt* (*cf. p. 1296, 15*): MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 2, 12 (*sim.* BOETH.) -um quoddam est genus his, quae sub ipso sunt, et videtur multitudinem continere omnium, quae sub se sunt. BOETH. Porph. isag. p. 5, 12 cum *genus* sit supremum et primum -um. p. 6, 8 sint posita ... prima decem genera quasi prima decem -a (*cf.* in Porph. comm. sec. 3, 7 p. 222, 11 decem esse genera in rebus, quae ... ad nullum commune -um reducantur [*cf. l. 9* primordium]). in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 37, 5 sic ... genus speciebus suis -um est, ut Romulus his, qui ab eo cognati sunt ... Romani. comm. sec. 3, 7 p. 221, 15 ut res omnes possint ad unum sui nominis redire -um. *al. apud* BOETH. β *prima propositio, qua syllogismus nititur*: BOETH. anal. pr. 26b30 *qui syllogismi* perficiuntur per ea, quae ex -o sumuntur. 33a34 *syllogismi*, qui a -o. 40b32 si ... A sumatur de B, *id*, quod ex -o (*i. τὸ ἐξ ἀρχῆς*), erit sumptum (41b13 erat. 43a7 elench. soph. 167a37. *al.*). 46a10 -a ... syllogismorum. 47a5 quod est ex -o propositum (*sim.* elench. soph. 183a34). 64b28 in -o ... petere et accipere. 65a11 si *quis*, quod in -o est (*i. τὸ ἐν ἀρχῇ*), petat (elench. soph. 166b25 [*parasyllogismorum species*] secundum q. in -o est, sumere. 168b26 petitionem eius, q. in -o. *al.*). 65b11 quae ex -o est hypothesis (*cf.* 32 ex -o hypothesi). elench. soph. 165b1 doctrinales ... *sunt disputationes*, quae ex propriis -is cuiusque disciplinae ... syllogizant. *et saepe apud* BOETH.

B *seriei, ordinis* (*de primo eius membro fere respectu temporis perlucente; cf. p. 1314, 13. 1315, 37. 1319, 56*): VARRO ling. 10, 67 ut est huius ordinis 'una[e] duae tres' princip⟨i⟩um 'una', sic in hoc ordine altero 'unae binae trinae' -um est 'unae'. OV. fast. 3, 126 numerus *decimus* magno tunc in honore fuit, ... quod adusque decem numero crescente venitur, -um spatiis sumitur inde novis. 4, 360 *dei* cessere parenti -umque dati *Magna* Mater ⌞honoris⌟ habet (⌞ ⌟ *sc. ludorum uniuscuiusque anni*). COLVM. 7, 1, 1 de minore pecore dicturis ... -um tenebit ... asellus (*item respicitur ordo tractandi*: PLIN. nat. 7, 1 -um iure tribuetur homini. FIRM. math. 2, 20, 1). MELA 3, 46 annorum, quis manet *templum Herculis*, ab Iliaca tempestate -a sunt. PLIN. nat. 6, 212 plura sunt ... segmenta mundi ...; -um habet Indiae pars versa ad austrum (*cf. 213* sequens circulus, *214* tertius c., *et sim. al.*). SIL. 15, 746 (*loq. Hasdrubal*) mihi Belus avorum -um ... *et* Hamilcar est genitor. TERT. adv. Hermog. 19, 3 (*respicitur* gen. 1, 1 in -o, *v. p. 1310, 21*) principalia dei opera caelum et terra sunt, quae ante omnia deus fecit suorum esse proprie -um, quae priora sunt facta (*cf. e. g.* 19, 4 ad ordinationem operum -i vocabulum pertinebit. AVG. civ. 11, 6 p. 468, 34 in -o ..., ut nihil antea fecisse intellegatur). VET. LAT. gen. 49, 3 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 66, 25; *Iacob loq.*) Ruben, primogenitus meus, tu ... -um filiorum meorum (*cod. 100. al.* initium f., VVLG. -um doloris [*sec. Aquilam*]. *item de primogenito*: VVLG deut. 21, 17 -um liberorum [*cod. 100 ut supra*]. HIER. psalt. sec. Hebr. 77, 51 -um partus [*Vulg.* primitias laborum]). exod. 12, 2 (Ambr. epist. extra coll. 13, 9, *sim.* VVLG.) mensis *paschalis* vobis -um mensuum, primus in mensibus anni ([*Gaudent. serm. 1, 2. al.* initium]. AMBR. hex. 1, 4, 13 in hoc ... -o m.). PRISCILL. tract. 7, 112 quia primus est omniumque -um est *psalm. 1. al.*

III *syntactica et stilistica ad I et II*: **A** *locutiones magis minusve pro adv. positae* (*sed pro attrib. imprimis* TER. *l. 44 sq.; neglegere noluimus exempla per gen. subst. aucta, v. e. g. l. 28 sqq. p. 1315, 27 sqq.; augentur per adv.* iam *l. 16. 45. p. 1315, 17. al.*, statim *l. 33. 67. p. 1315, 30. al. [ceterum v. e. g. l. 15. 26. 64. 68], per pron.* ipsum *l. 30. 32. p. 1315, 15. al., explicantur per enunt. temp. l. 17. p. 1315, 21. al.*): **1** *cum praepos.*: **a** in -o (in -is *l. 29* [*cf. usu magis techn. p. 1308, 55. al.*], in -um/-a *l. 25 sqq. 37; cum respectu seriei l. 22. al. [cf. p. 1313, 68 sqq.], de quolibet tempore praeterito fere i. q. antea l. 21. 25. 28; cf. et p. 1306, 11*): α *sine attrib.* (*exempla selecta*): PLAVT. Epid. 324 scivi equidem in -o ilico *eqs.* Persa 551 numquid in -o cessavit verbum docte dicere? Poen. 1106 iam in -o id mihi placet. TER. Hec. 411 ea *uxore* me abstinuisse in -o, quom datast. Phorm. 252 quid cessas hominem ... blande in -o adloqui? AFRAN. com. 360 antiquitas petenda in -o est mihi *narranti*. CIC. de orat. 1, 209 in -o ... in omnibus disputationibus. SALL. hist. frg. 3, 25 *coepit* socordius ire miles ..., non aptis armis, ut in -o. LIV. 32, 3, 2 seditio militum ... *non* satis in -o compressa. CVRT. 5, 1, 38 (*resp.* dein; ad ultimum). PLIN. nat. 8, 210. GELL. 2, 12, 2 tenuit nos gravis ... in -o admiratio. VET. LAT. gen. 1, 1 *p. 1310, 21.* act. 11, 15 (cod. 5) cecidit sp(iritu)s sanctus super eos, sicut super nos in -um (*gr. ἐν ἀρχῇ*, Ps. Cypr. rebapt. 2. *al.* in -o, *cod. 51. al. et Vulg.* in initio. *item* in *c. acc.*: ORIBAS. syn. 6, 6, 6 Ab p. 100 mox in -um [*gr. εὐθέως ... ἐξ ἀρχῆς*, Aa p. 8, 26 in -o]). ANON. in I Cor. 11C (*ad I Cor. 2, 3*) quas *persecutiones* passus est in -o. *al.* β *cum attrib.* (*exempla selecta*): CIC. de orat. 1, 121 *ut* exalbescam in -is dicendi (*item plur. e. g.* VARRO frg. Gell. 16, 18, 6 in -is ... ipsis ineptae ... videntur *disciplinae*. LIV. 31, 9, 5 bellorum [GELL. 2, 1, 5 in b. Peloponnensiaci -is. *inde* AMM. 19, 4, 4]. GELL. 12, 5, 7 in ipsis statim -is, quibus nati sumus). 2, 45 orationis (QVINT. inst. 9, 4, 76 in -o statim o. *al.*). nat. deor. 1, 63 libri (APVL. flor. 18, 42 PORPH. Hor. epist. 1, 20 praef. *al.*). LIV. 21, 48, 10 ut fama clementiae in -o rerum colligeretur (29, 29, 4 gerendarum. *al.*). CVRT. 3, 3, 6 imperii. PLIN. nat. 2, 122 cuius *veris* in -o. VET. LAT. thren. 2, 19 (cod. 177) exsurge ⌞exalta te⌟ (*immo* exultare *sec. gr. ἀγαλλίασαι*) nocte in -a custodiae tuae ([*gr. εἰς ἀρχάς*, Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 3, 1 *et* VVLG. in -o]. *nisi est* in *finale; vix agnoscas sing.* in -um *traditum in var. l.* VVLG. Am. 7, 1 [*cod. Aemil. a. fere 900*, in -o *cett.*]). *al.*

b a -o (a -is *l. 55. 68 et* QVINT. inst. 1, 1, 1; iam inde a -o *l. 45. 53*, usque a -o *l. 44; cf. p. 1306, 11 et* GLOSS. *ἐξ ἀρχῆς. ἀπ' ἀρχαιογονίας*): α *vi originali fere i. q. inde ab initio*: Ⓘ *sine attrib.*: PLAVT. Aul. 538 an audivisti? :: usque a -o omnia (TER. Andr. 48 rem omnem a -o audies. 785. CIC. Att. 7, 1, 2 monentem). Bacch. 1006 inde a -o iam inpudens epistula est (*ordine sollemni* iam inde a -o: Cas. 4 Pseud. 970 SALL. hist. frg. 1, 11. LIV. 34, 51, 5 ad nostram usque aetatem. *al.*). Men. 1 Salutem primum ⌞iam a -o⌟ propitiam mihi atque vobis ... nuntio (*si* ⌞ ⌟ *cum* propitiam *iungas; an cum* nuntio, *ut ad l. 62 pertineat?*). Truc. 375. CATO orat. 93 iam a -o (*sc. vitae*). TER. Phorm. 650 iam (*om. cod. A*) a -o amici filiam ... volui uxorem ducere. CIC. Quinct. 11 ut a -o ... *rem* cognoscatis. leg. 2, 15 iam a -o. *al.* SALL. Iug. 102, 8. *al.* Ⓘⓘ *cum attrib.*: CIC. prov. 33 iam inde a -o huius imperii (Balb. 31 SALL. Iug. 77, 2. LIV. 24, 48, 6 *v. l. 55*). *al.* SALL. Catil. 26, 3 consulatus. Iug. 102, 6. OV. met. 2, 386 ab aevi ... -is (*item plur.*: LIV. 24, 48, 6 iam inde a -is gentis. 42, 37, 8. *al.*). LIV. 9, 17, 1. *al.* a -o (usque) ad (in COD. Theod.; *fort. addas* SALL. hist. frg. 1, 8, *v. p. 1270, 71; cf. l. 47*): CIC. inv. 2, 5 ab ultimo -o huius praeceptionis u. ad hoc tempus. fam. 5, 12, 4 a -o ... coniurationis u. ad reditum nostrum. POMP. TROG. hist. prol. 8. AMM. 19, 2, 13 ad u. lucem obscuram. COD. Theod. 11, 20, 6 a -o imperii ... in praesentem diem. *al.*

β *laxius vel vi deflexa*: Ⓘ *fere i. q. (in) initio* (*exempla selecta, cf. l. 48. p. 1315, 17; c. attrib. l. 70*): PLAVT. Capt. 624 quis ... est? :: quem dudum dixi a -o (*sim. refertur ad verba priora*: CIC. dom. 138 Brut. 157 fin. 2, 17. *cf. p. 1315, 17; aliter*: CIC. div. 2, 133 non potueras hoc ... a -o ... dicere?). CIC. nat. deor. 2, 34 sapientes ..., quibus a -o innascitur ratio recta. SEN. contr. 1, 1, 24 quem *colorem* statim a -o induxit *rhetor quidam*. CELS. 3, 9, 4 si plures protinus a -is excepit *medicina quaedam*. 4, 27, 1[D] add. l. 84 qui *calculus* vel a -o vagus natus vel postea factus est. SEN. benef. 6, 23, 4 rerum (*cf. p. 1310, 13*). TAC. ann. 1, 1, 1. LACT. inst. 2, 5, 31 hominem a -o ... deus fecit. *al.* Ⓘⓘ *fere i. q. omnino, sc. in negatione amplificanda* (*cf. p. 1315, 24. 73 et* ab initio *vol. VII 1, 1659, 51 sqq.*): COD. Theod. 5, 12, 2 ⟨impr⟩obas petitiones arcemus, ut ⌞a -o⌟ nec sus⟨cipi nec in⟩strui eas ... mandemus (⌞ ⌟ *vix iungas cum* mandemus). ORIG. in Matth. ser. 114 p. 239, 1 (*ad Matth. 26, 69 sqq.*) *Petrus non* iniuriavit spiri-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum gratiae, quem a -o nec acceperat, quoniam ... nondum ... erat in hominibus spiritus sanctus.

c *variis selectis*: Cic. Sull. 69 de -o studuit animus occurrere magnitudini criminis. Liv. 1, 55, 3 inter -a condendi ... operis (*item plur.* -a *cum attrib.*: Plin. nat. 14, 3 litterarum. Optat. 7, 7 p. 181, 9 i. ipsa -a [Amm. 28, 3, 3 Veg. mulom. 4, 3, 1. *al.*]. *sine attrib.*: Cels. 1 prooem. 34 i. -a. 3, 22, 8 [*syn.* i. initia]. *al.*). Tert. adv. Prax. 5 p. 233, 17 rationalis deus etiam ante -um (*v. p. 1309, 23, ceterum e. g.* Avg. gen. c. Manich. 1, 2, 3 temporis. Sacr. Leon. 921 mundi. *cf.* Prvd. apoth. 266 ultra -um). Boeth. elench. soph. 183b20 quae ... ex -o inveniuntur (*gr.* ἐξ ὑπαρχῆς).

2 *abl.* -o (-is *l. 35; cf.* Synon. Cic. p. 438, 24 *v. p. 1273, 52.* Gloss. *ἐν ἀρχῇ. πρωτοτύπως. προηγουμένως. ἐν πρώτοις. cf. l. 40*): **a** *praevalente respectu temporis*: α *sine attrib.*: ① *notione sollemni i. q. (statim) in initio* (*hucine etiam p. 1309, 13?*): Plavt. Capt. 1026 certum est -o id praevortier (*sim.* Pseud. 602). Cas. 887 inlecebram stupri -o eam *Casinam* savium posco; reppulit mihi manum. Ter. Hec. 381 habere orationem mecum -o institit (a -o *var. l.*). Cic. Caecin. 18 iam -o ausus est dicere *eqs.* (Balb. 59 [a -o *var. l.*]. off. 1, 143 [*opp.* hoc ... loco]. *al.; cf. l. 50*). leg. 1, 59 quoniam -o *homo* rerum omnium ... intellegentias animo ... conceperit. Tusc. 2, 53 C. Marius ..., cum secaretur, ... -o vetuit se alligari (*an ad l. 56?*). *al.* *accedit coni. temp.* ut: Plavt. Amph. 203 -o ut illo advenimus, ubi primum terram tetigimus *eqs.* Merc. 40 -o ⸢ut ex ephebis aetate exii⸣ (⸢ ⸣ *v. app. crit.*). ② *notione sec. gr. τὴν ἀρχήν deflexa fere i. q. omnino* (*cf. l. 73 et ad notionis originem l. 20*): Cassiod. hist. 1, 19, 1 quod neque -o cogitari debuerat aut cogitatum taciturnitati tradi potius conpetebat.

β *cum attrib.*: Cic. Cluent. 188 -o orationis meae (Balb. 1 Liv. 28, 43, 2). orat. 114. Varro rust. 2, 9, 11 veris -o (Sall. hist. frg. 2, 80 -o v. Liv. 26, 26, 1. 36, 11, 5 -o v., cum. *et saepe.* Colvm. 9, 13, 3. *al.*). Sall. hist. frg. 2, 98D -o sequentis anni (Liv. 2, 48, 2. 2, 56, 6 -o statim a. [3, 22, 2 -o a. s. *al. ibid.*]. 4, 1, 1 a. -o [-o a. *Ogilvie sec. ordinem sollemnem*]. *et saepe.* Fast. ann. Iul. Praen. Apr. 21 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 131] -o an⟨ni pastorici⟩. *al.*). Ov. fast. 2, 55. 4, 535 noctis (Liv. 22, 16, 6. *al.*). Liv. 27, 11, 15 -o eius belli (31, 23, 11 -o statim b. 36, 24, 12. *al.*). *al.* Qvint. inst. 4, 1, 34 operum ... -is (*item plur.*: Sacr. Gelas. 641 -is nascentis [a]ecclesiae). *al.*

b *praevalente respectu seriei vel ordinis* (*subintellegendo saepius l. 40 sqq.; saepe ponitur iuxta verba dicendi vel inducit res primo loco dicendas; simul spectat ad id, quod maximi momenti est, ut quodammodo ad p. 1317, 73 vergat, e. g. l. 44. 46* [*cf. l. 47 et* Gloss. inprimis]): α *exempla varia* (*contextu manco nimirum dubitare possis de* Catone, Lvcil. *al.*): Plavt. Aul. 339 iam -o (in -o *B*) ... turba istic nulla tibi erit ...; hic autem *eqs.* (Cato orat. 103). Pseud. 188 -o, Hedylium, tecum ago ...; (*196*) Aeschrodora, tu ...; (*209*) tu autem *eqs.* Ter. Andr. 327 nunc te ... obsecro, -o ut ne ducas; ... sed si id non potest *eqs.* (*cf. Eugraph.* postulavit primo, quod magnum est). 570 quot commoditates, vide: -o amico filium restitueris *eqs.* (*cf.* Don. '-o' nec intulit 'secundo'. Schol. p. 87, 20 imprimis). Eun. 805 -o eam *Thaidem* esse dico liberam ...; civem Atticam ...; meam sororem (*cf.* Don. in tria divisit *eqs.* Evgraph. primum ... deinde ... tertio). Ad. 807. Lvcil. 635 -o physici omnes constare hominem ex anima et corpore dicunt. Acc. trag. 419. Cic. Catil. 3, 3 (*antea*: exponam breviter). carm. frg. 11 (de consul.), 1 -o aetherio flammatus Iuppiter igni vertitur *eqs.* de orat. 1, 137 -o ... non negabo me ... praecepta didicisse; ... (*143*) etiam illa cognoram et acceperam ...; (*144*) audieram etiam ...; (*145*) quin etiam ... videram. rep. 4, 3 (*ante lacunam*). div. 1, 2 -o Assyrii ... motus ... stellarum observitaverunt (*item spectat ad nova, sc. postea iteranda, imitanda*: Catvll. 66, 49 qui -o sub terra quaerere venas institit. *cf. l. 20*). *al.* Lvcr. 1, 834. 2, 1030. *al.* Verg. georg. 2, 9. Aen. 6, 724 Anchises ... ordine singula pandit: '-o *eqs.*' *al.* Ov. ars 1, 35 -o ... labora ...; proximus huic labor est ..., tertius *eqs.* *al.* β *respondent adv.* (*cf. particulas e. g. l. 42. 54*): Cato orat. 113 -o vobis mulier magnam dotem adtulit; tum ...; postea (Cic. de orat. 1, 210. Tim. 22 *v. l. 69.* Lvcr. 5, 801 -o ...; [*805*] tum ... primum. Verg. Aen. 6, 214 *et 220.* Ov. met. 1, 34 *et 36. al.*; tum porro: Lvcr. 1, 503 *et 520.* 2, 589 *et 594. al. apud eundem, v. e. g. l. 70*). Ter. Eun. 1078 -o ...; (*1081*) praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto (Lvcr. 2, 937 *et 944. 963* [*973* denique]. 4, 183 *et 199* [*209* hoc etiam]. *al.*). Cic. rep. 2, 35 -o ...; (*36*) deinde ...; postea (Tim. 22 *v. l. 69.* 44. Lvcr. 4, 617 -o ...; [*620*] inde ...; [*627*] d. *al.*). Tim. 22 -o ... autem ... deinde ... deinde ... inde ... tum ... postremo ([*gr. 35ᵇ τὸ πρῶτον ... δέ κτλ., cf. Chalc.* primitus]. Lvcr. 1, 271 -o ...; [*298*] tum porro ...; [*305*] denique ...; [*311*] quin etiam ...; [*322*] p. *al.* Liv. 22, 28, 10 -o ..., deinde ..., p. *al.*). *al.*

*?***3** *acc.* -um: *notione deflexa q. e. omnino* (*subesse vid. acc. adv. gr. τὴν ἀρχήν, ut supra l. 23*): Prisc. Lyd. solut. 8 p. 92, 8 *animalia communia quaedam* neque -um in quibusdam inveniuntur locis (*cf. Arist. hist. anim. 605b23 οὐ ... παντάπασιν*). *vix agnoscas notionem q. e. in initio p. 1307, 40. 1308, 6. al., ubi potius usum praedic. intellegas.*

B *determinationes*: **1** *per gen.*: **a** *personae vel rei incipientis vel inceptae* (*cf. pron. poss. vel adi.* Plavt. Mil. 1219 Cic. de orat. 2, 202 Optat. 2, 15 p. 49, 15. Avg. civ. 8, 10 p. 335, 30 [*de deo*] -um nostrum): Plavt. Stich. 671 domum redeundi -um (*item gerund.*: Cic. de orat. 1, 121 dicendi [2, 315 rep. 1, 56]. 3, 182. *al.* Lvcr. 1, 339 cedendi. *al. [paulo aliter l. 20]; iuxta alium gen.*: Cic. Verr. II 1, 34 hominis -um magistratuum gerendorum *eqs.*). Enn. scaen. 395 flagiti. Ter. Phorm. 158. *et passim.* **b** *notionis affinis* (*nisi quaedam ad a trahere malis; cf. versa vice e. g.* Lvcr. 3, 262 primordia -orum [*v. p. 1273, 65 sq.*]. Vet. Lat. Hebr. 5, 12 [cod. 75. *al.*] elementa -i. Praef. bibl. monarch. in Marc. p. 171, 4 initium -i. *al. [notes l. 17] et adi.* primum Varro ling. 10, 11 *similitudinum* -a p. Cic. off. 1, 50 Avg. vera relig. 161 Evstath. Basil. hex. 1, 4, 5 Boeth. Porph. isag. p. 5, 12. *al.*): Lvcr. 1, 573 -o fundamenti. Apvl. Plat. 2, 26 p. 259 originis eius *civitatis* -a et fundamenta. Lact. inst. interpol. 2, 8, 7, 8 statim ... in ortus sui -o (Salv. gub. 6, 26). Mar. Victorin. adv. Arium 1, 30 l. 3 -orum (Evstath. Basil. hex. 1, 6, 7 -um ... -i). Hier. hom. Orig. in Ezech. 7, 10 p. 399, 4 -is elementorum. *al.* **c** *explic.*: Varro rust. 1, 40, 1 -um genendi (*cf.* 2, 1, 3 generandi). Val. Max. 9, 1 pr. vitiorum. Firm. math. 2, 20, 1 cuius *horoscopi.* Mar. Victorin. adv. Arium 4, 21 l. 17 temporis (*potius sec. l. 4 explices* Vet. Lat. Luc. 1, 70 [cod. 2] a -o t. [*gr. ἀπ' αἰωνος*]. *al.*). Cass. Fel. praef. p. 1, 9 passionis capitis. Boeth. arithm. 2, 4, 6 binarii numeri. *al.* **d** *inversum e. g. p. 1307, 48. 1309, 46. 1310, 46.*

2 *per praepos.* de *ad indicandum argumentum p. 1307, 73, originem p. 1311, 33, relationem* Prvd. apoth. 89 cui *Christo* non -um de tempore.

C *iuncturae verbales*: **1** *acc. obi.* (*nom. in struct. pass.*): Plavt. Poen. 2 -um capiam ex ea tragoedia (Ter. Haut. 1044 ad placandum [*cf. p. 1307, 20*]. Rhet. Her. 1, 4, 6 ab [Cic. rep. 1, 56. *al.*]. Ov. fast. 1, 164. Sen. dial. 7, 8, 4 inde. Colvm. 3, 6, 4. *al.; cf.* capessere: Tac. ann. 15, 49, 4 Sol. praef. 7). Pseud. 725 quando -um prehenderit *aliquis.* Stich. 75 -um ego quo pacto ... occipiam (*simili abundantia ponitur* incohare: *v. vol. VII 1, 971, 68 sqq. et* Ter. Mavr. 1169. Cassiod. inst. 2 praef. 4 [*rec. interpol.*]. coepisse: Amm. 26, 6, 19. Verec. in cant. 5, 3 l. 19 [cepit *Pitra*]. initiare: Sacr. Leon. 678 [= 684]. *fortasse addas* incipere *p. 1307, 20; cf. l. 51*). Ter. Eun. 458 quod dedit -um! (Lvcr. 1, 339 Ov. ars. 1, 712. *al.; cum dat.*: Cic. fat. 43 *v. p. 1310, 66.* Lvcr. 2, 262 Prop. 1, 18, 6. *al.*). Rhet. Her. 1, 4, 6 id *-um* ita sumitur, ut *eqs.* (Cic. part. 15. 28. *al.; cum praepos.* ab: Rhet. Her. 3, 6, 11 ab ... persona aut ab re. 4, 13, 19 Calp. ecl. 4, 82 Plin. nat. 18, 26. *al.*; ex: Ambr. myst. 8, 45 Victric. 7 l. 4. *al.*; de: Prvd. apoth. 566 Sacr. Leon. 1241. *al.; cf. p. 1317, 20*). 4, 15, 21 habet adsentatio iucunda -a (Cic. Cato 78. Apvl. Plat. 1, 7 p. 195 ex. Min. Fel. 18, 7. *al.; aliter e. g. p. 1311, 38*). Cic. Vatin. 14 omnium rerum ... ab dis ... -a ducuntur (*item c. praepos.* ab: nat. deor. 2, 57 a principe. *al.* Ov. met. 13, 706. *al.*; ex: Cic. part. 28. Clavd. Don. Aen. 2, 80 p. 158, 6 ex alto. *cf.* deducere: Germ. 1 Tert. scorp. 9 p. 162, 17). Lvcr. 2, 254 *atomi* faciunt ... motus -um (Varro rust. 2, 9, 11. Liv. 24, 24, 6 ab Harmoniae ... nuptiis. 27, 21, 6. *al.* Fest. p. 185. *al.*). Val. Max. 1 praef. vates a numine ... -a traxerunt (Sen. nat. 3, 22. Prvd. ham. 115 de. *al.*). *al.* **2** *aliae quaedam* (*sc. fere abundantes*): Rhet. Her. 3, 22, 36 rerum -a ab ingenio profecta sunt (Cic. inv. 1, 2 *v. l. 55.* rep. 2, 4 Apvl. Plat. 2, 21 p. 249. *al.; cf.* proficisci a -o, -is: Cic. fin. 3, 23. 4, 26. 53 Varro ling. 10, 56). Cic. inv. 1, 2 -um ... ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus profectum (fin. 4, 46 unde. *al.; cf. e. g. p. 1311, 40*). Phil. 2, 44 a -o ordiamur (part. 28 Liv. 35, 33, 4 Cels. 7, 16, 4 Boeth. cons. 4, 6, 7). rep. 6, 27 ex -o oriuntur omnia (*ibid.* a -o. Tusc. 1, 22 Val. Max. 9, 1 pr. Novatian. trin. 8, 9 [oritur -um *ipsum: v. vol. IX 2, 997, 67 sq. 75. 81*]; *cf.* cooriri: Liv. 1, 6, 4. exoriri: Amm. 30, 4, 19). Tac. ann. 13, 10, 1 ut -um anni inciperet *tunc* (Adnot. Lucan. 3, 454 hinc). Rvfin. hist. 2, 13, 6 -um ... coepisse. Cass. Fel. praef. p. 1, 9 a -o passionis capitis inchoantes (*cf. Ps. Galen. eup. praef.* [*Kühn XIV 313*] *ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι*). Cassiod. inst. 2 praef. 4 (*e Varrone*) utilitatis ... causa omnium artium extitisse -a.

CAPVT SECVNDVM: *spectat ad locum* (*fere de eo, quod [qui] in fronte est; de summitate vel qualibet extremitate e. g. p. 1317, 55. 59 sq.; aliter de media parte castrorum p. 1318, 3. vi locali attenuata p. 1317, 8. 46; fere proverbialiter p. 1317, 22 et* Varro rust. 3, 4, 1, *v. p. 176, 30. cf. etiam quae p. 1307, 69 sq. adnotavimus*): **I** *usu militari respicitur prima acies* (*in pugna maritima* Serv.; *tropice* Ter.; *cf. p. 1319, 6*): Ter. Eun. 781 (*loq. miles*) tu hosce instrue; ego hic ero post -a: inde omnibus signum dabo (*explicant* Don. *ad loc.* 2 p. -a militare dictum est; et ambigunt multi, utrum in extremo agmine sit hic locus an in medio. Evgraph. -a dicuntur acies et frons prima exercitus [*inde* Gloss.]; ita p. -a est postrema aciei pars. *ceterum v. p. 176, 28 sqq. et cf. p. 1308, 59*). Varro ling. 5, 89 princi-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pes *dicti*, qui a -o gladiis *pugnabant* (*ratione parum dilucida, cum antea iam hastati appellentur* primi). SALL. Iug. 49, 6 transvorsis -is. LIV. 8, 10, 5 receptis in intervalla ordinum antepilanis ... -a Latinorum perturbant *triarii Romani*. TAC. hist. 2, 43, 1 stratis ... -is. SERV. Aen. 10, 157 (*156 sq.* Aeneia puppis prima tenet; *confertur Aen. 5, 833*) more viri fortis in -is est (EVGRAPH. Ter. Phorm. 229 illi, qui priori loco pugnant, in -is sunt). VEG. mil. 1, 20, 17 qui *pedites* cedentes ... inter -a legionum recipi solebant. *vi locali attenuata de qualibet caterva militum* (*cf. Lundström, loco cit., p. 121*): VET. LAT. iud. 7, 16 (Aug. loc. hept. 7, 34) *Gedeon* divisit trecentos viros per tria -a ([*cod. 100 et Vulg.* partes. *cf.* AVG. *ad l.* pro partibus -a posuit]. 9, 43 [*ibid.* 7, 43] in tria -a [*cod. 100* partes, *Vulg.* turmas]). 9, 37 (cod. 100) -um unum advenit (*Vulg.* cuneus). *al. ibid.*

II *usu vario significatur*: **A** *locus, unde incipit cursus sim.* (*ut subluceat usus temporalis*): **1** *siderum* (*cf.* MANIL. *l. 23*): CIC. rep. 6, 24 signis omnibus ad idem -um stellisque revocatis expletum annum *magnum* habeto (*antea*: ad idem, unde ... profecta sunt). nat. deor. 1, 87 ab isdem -is ... eadem spatia conficiunt *stellae errantes*. OV. fast. 1, 164 (*respicitur bruma hiemalis*) -um capiunt Phoebus et annus idem. MANIL. 2, 919 arce ... in caeli, qua summa acclivia finem inveniunt, qua -um declivia sumunt. PLIN. nat. 2, 32 Saturni sidus ... tricesimo anno ad brevissima sedis suae -a regredi. 2, 45 solem redeuntem ad -a. **2** *viarum, limitum sim., orbis*: OV. rem. 394 -o clivi ... anhelat equus (*fere proverbialiter, v. Otto, Sprichw. n. 399*). MANIL. 1, 617 limes, *sc. colurus aequinoctialis*, ... -um ... suum repetito cardine claudit (*cf. 630* unde profectus). FEST. p. 290 qui eum *lacum* faciendum curaverat in -o vici Iugari. COLVM. 2, 2, 11 in -o atque exitu fossae (VLP. dig. 43, 20, 1, 8 prima incilia vel -a fossarum). VET. LAT. prov. 8, 22 (Iren. 4, 20, 3. *al.; loq. sapientia*) dominus creavit me -um viarum suarum ([*Tert. adv. Prax. 6. al. et Vulg.* initium]. *in imagine simul spectare videtur ad l. 73, ut certe locus similis* VVLG. Iob 40, 14 [*de hippopotamo; cf. vol. VII 1, 1662, 81*]; *proprie e. g.* HIER. in Is. 14, 51, 20 l. 18 [*ad Is. 51, 20* capite]). PASS. Macc. 9, 28 a -o cervicis ad genua usque ... divellitur *corpus* (*gr. ἀπὸ τῶν τενόντων*). *-o carere dicitur orbis*: MANIL. 1, 212 cui *formae* neque -um est usquam nec finis in ipsa. AMBR. hex. 1, 3, 10 quasi sphaera mundus ..., ut -um eius nullum videatur extare (*ibid.* circuitus -um sensu colligere inpossibile habetur. *syn.* initium; *gr. p. 9*$^{A.B}$ *resp. ἄναρχος. cf. etiam* EVSTATH. Basil. hex. 1, 3, 1). ISID. nat. 12, 4 (= SVET. frg. p. 202, 12) sphaeram *caeli* ... nec -um habere nec terminum. **3** *fluminis (venarum sim.* DIONYS. EXIG.; *cf. l. 26): de eius fonte* (*sec. p. 1310,50 explicat* MACR. somn. 2, 16, 23 *-um motus [v. p. 1312, 4] cum fonte comparans*): MELA 1, 53 *Nilus crescit, quod* Etesiae ... actas ... nubes super -a eius imbre praecipitant. NEMES. cyn. 68 quae *gentes* Rhenum ... Ararisque remotum -um Nilique bibunt in origine fontem. SYMM. epist. 8, 24 (*in imag.*) duos meatus repleri uno fonte difficile est; uni alveo abunde influunt duplicata -a. Ps. AVG. categ. 2, 18 ut, quo pacto '-um animalis' cor dicimus, ita '-um aquae' fontem dicamus. *de eius bracchio*: VET. LAT. gen. 2, 10 (Hier. epist. 51, 5 [*Epiphan.*]) iste *fluvius* dividitur in quattuor -a ([*Ambr. parad. 3, 14* initia, *Vulg.* capita]; *inde pendent* HIL. in psalm. 2, 14. AVG. doctr. christ. 3, 124 in quattuor -a fluviorum quattuor). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 23 p. 405^{A} rivulorum -a *in corpore* (*cf. vol. VII 1, 1841, 33*).

B *quaelibet pars prior, anterior sim.*: **1** *vario usu* (*cf. p. 1310, 4*): CELS. 4, 1, 6 stomachus ..., qui intestinorum -um est. 5, 28, 12^{L} *si* transversa fistula est, demisso specillo contra -um huius incidi commodissimum est. 7, 16, 4 *ut manus* dextra a -o vulneris *suendi*... acum mittat. PLIN. nat. 28, 61 -a genitalium (*cf. Marcell. med. 10, 43* summitati veretri virilis). TAC. ann. 1, 69, 2 tradit C. Plinius (*sc. maior*) ... *Agrippinam* stetisse apud -um pontis *eqs.* APVL. mund. 2 p. 293 (*v. vol. V 1, 1518, 18*). 38 p. 374 deus ... -a et fines et media rerum omnium penetrat. VET. LAT. Ezech. 31, 3 (cod. 176) in medio nubium erit -um eius *cupressi* (*Vulg.* cacumen). act. 10, 11 (cod. 5, *sim.* 51) ex quattuor -is *lintei* ligatum vas ([*cod. 50. al. et Vulg.* initiis. *cf. Lundström, loco cit., 121 sq.*]. *sim. de nodo Gordiaco*: AVSON. 417, 50 p. 278 *lora* abdita opertis -is et utroque caput celantia nodo). IV Esdr. 6, 10 finis ... hominis calcaneum et -um hominis manus. VVLG. IV reg. 7, 5 cum ... venissent *speculatores* ad -um castrorum Syriae, nullum ibidem reppererunt (7, 8. *aliter p. 1318, 8*). *al.* **2** *in describendo orbe terrarum* (*cf. praevalente respectu seriei p. 1313, 65*): MELA 2, 94 -a Baeticae. 3, 71 inde ad -a Rubri maris pertinet ⟨Ariane⟩. PLIN. nat. 3, 56 in -o *Latii* est Ostia. 5, 2 -a terrarum Mauretaniae appellantur (-o *var. l., sed cf. Mela 1, 25* primae partes). 6, 45. TAC. ann. 2, 6, 4 apud -um agri Batavi. AMM. 23, 6, 74 ab ostiis Nili fluminis ad usque -a Carmanorum. MART. CAP. 6, 637 post Alpium montes ... inchoat ... Italia ..., cuius -um Ligures tenent (*cf. Plin. nat. 3, 38* primi ... eius L.). *al.*

CAPVT TERTIVM: *spectat ad aestimationem, gradum, potestatem* (GLOSS. II 246, 37 *v. p. 877, 51.* III 275, 39 *ἡ ἀρχή*: principatus, magistratus et -um. *cf. quae p. 1315, 39 adnotavimus; in malam partem p. 1319, 49*): **I** *usu technico in re militari per plur.* -a (*sed excipitur numero sing l. 40*) *metonymice significa(n)tur*: **A** *locus ad principes ordinum pertinens, sc. pars media castrorum* (*cf.* SERV. auct. Aen. 9, 228 in mediis castris -a sunt semper. *apud externos l. 9. 11 sqq. 27; in imag. l. 21, transfertur ad ipsos ibi militantes l. 28*): **1** *generatim*: GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 2 (*ad populum*) nulla apud me *quaestorem* fuit popina ... et in convivio liberi vestri modestius erant quam apud -a. CIC. ad Brut. 18, 5 spes libertatis nusquam nisi in vestrorum castrorum -is est (IVST. 11, 6, 6 ordines *Alexandri* ... nemo nisi sexagenarius duxit, ut, si -a c. cerneres, senatum te priscae alicuius rei publicae videre diceres). NEP. Eum. 7, 2 in -is Alexandri nomine tabernaculum statuit ... eoque omnes cottidie *iussit* convenire ([*cf. Polyaen. strat. 4, 8, 2 ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ*]. *in eadem re*: 7, 3 cum non ad Eumenis -a, sed ad regia conveniretur). LIV. 7, 12, 14 *non* in circulis modo ..., sed iam in -is ac praetorio (28, 25, 5. *cf. l. 43*). 28, 24, 10 iura reddere in -is. 28, 24, 13 fugatis ... e -is ac post paulo e castris tribunis. *al.* VAL. MAX. 1, 6, 11. 2, 7, 9 *consul* iussit eum (*sc. ignavum quendam*) ... a mane in noctem ⌊usque ad -a⌋ per omne tempus militiae adesse (*sunt qui vix recte horam sollemnem, qua milites congregantur, intellegant, sc.* ⌊ ⌋ *iungendo; item ignominiae causa l. 31 et* FRONTIN. strat. 4, 1, 26 in -is cotidie stare, dum vigiles venirent. 4, 1, 27). SEN. dial. 8, 1, 4 (*in imag.*) quid nobis Epicuri praecepta in ipsis Zenonis -is loqueris? TAC. hist. 1, 54, 1 per -a, per contubernia. 2, 93, 1 miles *praetorianus*, ... urbe tota vagus, non -a noscere, non servare vigilias. *al.* HYG. mun. castr. 14 via principalis ..., quae a -is (-pes *trad.*) nomen obtinet (*nisi ad B*). APVL. mund. 35 p. 366 ⌊magistratus tribunalia, -a milites frequentabunt⌋ (⌊ ⌋ *brevius gr. 400b16 ἐξίασιν ἄρχοντες ... ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα*). EPIST. Alex. p. 207, 19 ut omnia tabernacula -aque nostra conturbaverit *ventus. al. transfertur ad eos, quicumque in -is militant, sc. in iunctura* -a mittere: FRONTIN. strat. 2, 5, 30 quo *tempore* missa -a quietem omnibus castrensibus dabant praetoriumque secretius praestabant (*cf. Plut. Lucull. 16, 4 τῶν στρατιωτῶν ἐνδιαζόντων καὶ ἀναπανομένων*). 4, 1, 28 foedato habitu perstare in -is, donec mitterentur (*v. l. 19*). **2** *speciatim de aedificio principali in castris stativis* (*quod a praetorio distinguendum est, cf. l. 43; exempla potiora. ad rem v. imprimis Fellmann, Principia – Stabsgebäude, 1983; abiit in sermonem gr. e. g.* PAP. Sammelb. V 8247, 10 [*a. 63/4*] *ἐν τοῖς πρεινκειππείοις*. Berol. I 140, 9 [*a. 119*], *cf. l. 37; aliter p. 1319, 69*): TAC. hist. 1, 48, 2 in ipsis -is stuprum ausa *uxor legati* (*cf.* PLVT. Galba 12, 2 *ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια Ῥωμαῖοι καλοῦσιν*). INSCR. Brit. I 2145 (*aet. Ant. Pii*) coh(ors) VI ⟨Ner⟩viorum pri⟨nci⟩pia fecit. Année Épigr. 1987 n. 974 (*a. 161/2; ex Aegypto*) -a a novo aed⟨ifi⟩catum est. 1980 n. 48 (*saec. II ex.; Romae*) aedituus -orum cast(rorum) pereg(rinorum) (*cf.* 1962 n. 258 [*saec. III in.*] aedem p⟨rinci⟩piorum). INSCR. Brit. I 1092 (*a. 238/44*) -a et armamentaria conlapsa restituit. 1912 (*fere a. 300*) praetor(ium) ... et princ(ipia). COD. Theod. 7, 20, 2 pr. cum *Constantinus* introisset -a et salutatus esset a praefectis et tribunis. NOVELL. Theod. 1, 6 quae *constitutiones* habentur apud militum sancta -a (-um *cod. M saec. VI*).

B *milites gradu superiore in exercitu imperii posterioris militantes* (*cf. l. 9. 28; addas fort. l. 24, ceterum cf. falsam var. l.* -is *pro* -pibus LIV. 21, 60, 7): AMM. 15, 5, 16 *Silvanus magister peditum* cum -orum verticibus ... collocutus *imperium usurpavit*. 22, 3, 2 praesentibus Iovianorum ... -is et tribunis *causae agebantur* (*idem iuxta ponuntur*: 25, 8, 16 Procopius cum t. -isque militum *suorum*. VEG. mil. 1, 13, 4 sub praesentia praefecti legionis, t. vel -orum [-um *var. l.*]. 3, 2, 6 -orum t.que et ipsius comitis, qui maiorem sustinet potestatem. 3, 4, 3. 3, 4, 7. *cf. l. 60*). 22, 3, 9 cum -is legionum (25, 5, 1 l. -is et turmarum [*disting.* duces exercitus]. IND. capp. Veg. mil. 2, 7. *cf. l. 52*). HIST. AVG. trig. tyr. 10, 7 *Regilianus* a -is imperator est salutatus. VEG. mil. 2, 7, 1 principalium militum et, ut proprio verbo utar, -orum nomina ac dignitates. COD. Iust. 12, 35, 18, 3 (*a. 492*) dicatissimis -is ([*2* viris devotis principibus]. *cf.* devotissima -a: 12, 37, 16, 1c [*eiusdem fere aet.*] causa apud d. -a *tractanda.* 2 [*bis*]. 5 a viro clarissimo tribuno vel d. -is. *adde p. 1239, 19*). *al.*

II *usu vario* (*indicat gen., quis [quid] regatur, superetur l. 71. p. 1319, 1. 7. 10 sq. al. [cf. praepos. p. 1319, 19], quis -um teneat p. 1319, 17, qua in re l. 68. p. 1319, 9. 14. 52*): **A** *significatur principatus* (*sc. per sing. praeter l. 71. p. 1319, 1*): **1** *hominum* (*in vita publica praeter p. 1319, 2* [*vix et p. 1311, 22*]): MANIL. 5, 735 populus discribitur ... -umque patres retinent et proximum equester ordo locum *eqs.* VET. LAT. I Macc. 11, 27 (rec. L) *Demetrius rex* statuit ei *Ionathae* ⌊-um (-pum, -patum *var. ll.*) sacerdotii⌋ et quaecumque alia habuit prius pretiosa (*rec. B, V* principatum, ⌊ ⌋ *gr. ἀρχιερωσύνην* [*quod aliter vertitur p. 1302, 62*]). INSCR. numm. imp. VII p. 243 n. 106 (*a. 316/7; nisi meton., cf. enim supra p. 1285, 45 sqq.*) -a iuventutis (*Crispi ut ibid.* n. 107. p. 244 n. 113. *al.; aliorum Caesarum e. g. ibid.* p. 313 n. 139 [*a. 318*]. p. 406 n. 117 [*a. 324/5*]; *sing.* -um i.: *ibid.* IX p. 16 n. 13 [*imp. Grat. ut* p. 217 n. 24. *al.*]; *fort. huc trahas* principi(a *vel* -um) i. *ibid.* VII p. 99 n. 26 [*imp. Const.*]. *al., nisi est dat. vocis* princeps). CASSIOD. Ios.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antiq. 5, 254 *quosdam* -a civitatum Galadinarum habentes. *al. de statu et iure primogeniti*: SVLP. SEV. chron. 1, 8, 1 (*de Iacob et Esau*) maiorem minori⟨s⟩ subdendum esse -o. **2** *rerum* (*cum respectu gradus vel aestimationis, sed potestatis l. 10 sq.*): SEN. dial. 7, 14, 1 (*in imag. simul pertinere vid. ad p. 1316, 69*) prima virtus ⟨e⟩at, haec ferat signa ...; at ei, qui voluptati tradidere -a, utroque caruere, *sc. et virtute et vera voluptate.* PLIN. nat. 9, 106 -um ... columenque omnium rerum pretii margaritae tenent. INSCR. Dac. II 36, 9 (*saec. II*) coni(ugi) ⟨ca⟩riss(imae) ... ob prin⟨ci⟩pium cas⟨t⟩itatis (*i. ob summam castitatem*). VET. LAT. gen. 1, 16 (Aug. civ. 11, 19, *cf. e. g.* conf. 13, 18, 23) fecit deus ... luminare maius in -a diei et luminare minus in -a noctis (-o *var. l. loco utroque; aliae vers. exhibent e. g.* principatum *v. p. 1301, 22*, inchoationem *vol. VII 1, 965, 64 sq. 67 sq.*, initium *ibid. 1663, 48*). psalm. 136, 6 (cod. 300. *sim. al. et* VVLG.) si non te pr(a)eposuero, Hierusalem, in -o iucunditatis meae. **3** *Christi, dei omnipotentis*: VET. LAT. psalm. 109, 3 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *erit* tecum -um in die virtutis tuae (*item praedictum de Christo intellegitur*: Is. 9, 6 [Ambr. fid. 3, 7, 53. *al.*] filius datus est nobis, cuius -um super umeros eius [*alias vers. v. p. 1304, 56 sq. et vol. VII 1, 1663, 52 sqq.*]. 11, 10 [Aug. un. eccl. 7, 15] erit ..., qui exsurget ⌞-um habere⌟ in nationes [*gr. ἄρχειν, Cypr. testim. 1, 21. al.* imperare, *sim. al.; aliter Vulg.*]). Is. 42, 10 (Ambr. in psalm. 36, 19, 4, *sed vim temp. intellegere vid.* AMBR. *ibid.; cf. etiam vol. VII 1, 1663, 54 sq.*). TERT. adv. Hermog. 19, 5 (*respicitur* gen. 1, 1, *v. p. 1310, 21*) secundum hanc ... significationem -um pro principatu et potestate sumetur: in principatu enim et in potestate deus fecit caelum et terram. COMM. instr. 2, 39, 2 Christo tenente -um. SEDVL. carm. pasch. 1, 34 cui *Christo est* ... semper -um (*iuxta* potestas, honor, regnum, maiestas *al.; cf.* op. pasch. 1, 1 p. 177, 12 semper manens ... -um).

B *significantur qui (quae) principatum tenent* (*ad principes pertinent l. 71*): **1** *de hominibus (equo l. 30), qui*: **a** *regunt, praesunt, ducunt*: CIL VI 10048, 15 (*saec. II med.*) *agitator quidam* alieno -o victor *totiens* (*i. equo principali ad aliam factionem pertinente ut ibid.* 16, *cf. Friedländer, Sittengesch. II, [8]1910, 522. inde solvendum vid.* 37834, 41 [*post a. 110*] alien. princ.). VET. LAT. exod. 6, 25 (cod. 100) -a domus Levvi (*Vulg.* principes). AVG. civ. 19, 12 p. 373, 12 nisi cuidam -o, quod ipse *pater familias* in domo sua est, cetera ... subiecta sint. nupt. et concup. 1, 9, 10 ut natura -orum (-pum *var. l.*) amet singularitatem, facilius autem pluralitatem videamus in subditis. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 220 -a (-pes *var. l.*) civitatum vicinarum ... et seniores. **b** *quolibet modo praestant: in bonam partem* (*sing. collectivus, sed fort. huc p. 1318, 71*): VET. LAT. num. 1, 2 (cod. 100; *deus ad Mosen*) accipite -um totius synagogae Istrahel; ... omnis masculus a (vicesi)mo anno et supra *eqs.* ([*Vulg.* summam]. 26, 2 [Aug. loc. hept. 4, 81] accipe -um t. s. filiorum I. a xx annis et supra [*cod. 100* principes, *Vulg.* summam. *explicat* AVG. *ad l.*: robur ... aetatis in populo]. *cf. Lundström, loco cit., 118 sqq.*). 24, 20 (cod. 100, *sim.* VVLG.; *vaticinatio Balaam*) -um gentium Amalec, et semen eorum periet (*Rufin. Orig. in num. 19, 2* initium [*allegorice explicatur ibid.*: virtus contraria, quae prima initium dederit, ut homines gentiles fierent]). Dan. 11, 41 (cod. 176, *sim.* VVLG.) liberabuntur de manu eius *regis* Edom et Moab et princip⟨i⟩um filiorum Ammon. *in malam partem*: Ps. CHRYSOST. hom. I 926[D] -a peccantium vocavit (evacuavit *tradi vid.*) *Christus,* ut nullus postmodum desperaret de salute (*Migne gr. 55, 578 τὰ ἀρχοθίνια, ut locis seq.*). II 1183[B] (p. 82, 9 McK.; *in eadem re*) publicanus et blasphemus, -a malignitatum (1183[C] [*om. McK. p. 83, 12, nonne errore?*] tamquam -a m. eligit [*cf. Laurent. Chan. p. 118[B]* fastigia]).

2 *de deo, daemonibus sim.* (*usu christ. praeter* SEPT. SER.): SEPT. SER. carm. frg. 23, 2 Iane pater, ... o cate rerum sator, o -um deorum (*huc traximus coll. p. 1288, 33 et Carm. Sal. Varro ling. 7, 27* [*cf. Macr. Sat. 1, 9, 14*] divum deo. *an ad p. 1311, 30 vel 1313, 55?*). VET. LAT. Eph. 1, 21 (Epiphan. Schol. Didym. in I Petr. 3, 22 p. 33, 3) super omnia -a et potestates et virtutes et dominationes (*cod. 75. al.* initium, *Ambrosiast. al. et Vulg.* principatum. *pendent* IREN. 1, 24, 5 caelorum ... et -a et angelos et virtutes. 2, 30, 6 [*postea*: principatuum *vel* principum]). PRVD. tituli 102 Bethlem caput est orbis, quae protulit Hisum, ⌞orbis -um, caput ipsum -orum⌟ (*an vi temporali? [cf. enim p. 1310, 29. 1312, 38]; sunt qui* ⌞ ⌟ *ad* Bethlem *referant*). SEDVL. carm. pasch. 1, 316 ipse *Christus* est -um (*antea*: nec quo crescat habet; *cf.* op. pasch. 1, 29 rebus universis excelsior ... nomen habet pro summitate -um ...; quid est ergo -um nisi cacumen excelsum, supra quod nihil penitus reperitur?).

3 *de rebus: de aedificio quodam administrationis provincialis* (*cf. IA2*): CIL VII 62 (= INSCR. Brit. I 179; *aet. Carac. vel Heliog.*) *libertus quidam* adiut(or) proc(uratorum) -a ruina o(p)press(a) a solo restituit. *quibuslibet* (*de urbe fort. l. 63, de metro p. 1313, 6 sqq.*): CHIRON 208 *venter vel stomachus* -um omnium interaneorum est, totius corporis dominator ([*de eodem Veg. mulom. 1, 40, 1* totius corporis obtinet dominatum]. *cf. de corde p. 1317, 45*). *de summa* (*intercedit interpretatio* gen. 1, 1 [*v. p. 1310, 21*] *'ἐν κεφαλαίῳ' sec. Aquilam, cf. p. 1312, 55*): AMBR. hex. 1, 4, 16 sunt ... qui -um non pro tempore accipiant, sed ante tempus et *κεφάλαιον* vel caput ..., quasi summam operis, quia rerum visibilium summa caelum et terra est (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 1, 6, 9 in -o ...: 'summatim ...', id est brevi subitoque).

deriv.: principialis, principiola.

compos.: postprincipio (-ium), praeprincipium; *cf.* multi-, uniprincipium (*vix a* princeps). *Spoth.*

principor, -ātus sum, -ārī *et* principo, -āre. *a* princeps (*cf.* participo(r) *a* particeps). *de genere: depon. occurrit passim* (*perf. non nisi l. 45 et* LIB. gener. chron. I p. 116, 252); *act.*: VET. LAT. Is. 32, 1 (Iren. 5, 34, 4). Dan. 5, 16 (cod. 176). CONC.[S] I 5 p. 268, 25 (*depon. var. l.*). THEOD. MOPS. in Col. 1, 16 p. 271, 4. in Tit. 3, 2 p. 252, 5 (*sed depon.* in Eph. 2, 2 p. 143, 20), *vix addas l. 19; pass.*: ISID. eccl. off. 1, 1, 3. *de notione et differentia*: GREG. M. in euang. 34, 10 p. 1251[D] -ari est inter reliquos priorem exsistere, dominari vero est etiam subiectos quosque possidere. *legitur in oratione soluta inde a* VET. LAT. (*ubi frequentatur, ut a* GREG. M.; *deest in* VVLG. *praeter l. 41*); *in poesi bis apud* SIDON. [*edebatur olim* -are *sec. interpol. codicis gr. τὸ ἄρχειν* BOETH. top. Arist. 129a11.]

I *notione sollemni i. q. principem esse* (*transitive i. q. modo principis regere non nisi* ISID. *l. 63; gr. respondere solet ἄρχειν, quod infra fere negleximus*). *nude ponitur l. 48. 54. 58. p. 1321, 1. 28. al.; indicatur, quid -anti subiectum eove inferius sit, per dat. l. 41. 42. 54. p. 1321, 6. al. (refl. p. 1321, 31), gen. (sec. gr.) l. 38. 44. p. 1321, 22. 36. al., abl. compar. p. 1321, 41, praepos.* in *c. acc. l. 73, c. abl. l. 49. 74. p. 1321, 10. al. (nisi quaedam mera vi locali accipias, cf.* per *l. 67. p. 1321, 54; quo respectu p. 1321, 54); munus per dat. vel praepos.* ad, *v. sub A1aβ. fere pro syn. est e. g.* dominari *p. 1321, 2. 21. 31. 48. al.* (*sed distinguitur l. 16. 40*), praeesse *l. 51 et e. g.* HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 4 p. 313, 25, principem esse *l. 39. 44*, regnare *l. 47. p. 1321, 7, opponitur e. g.* servire *p. 1321, 28. 49*, subiectum esse *p. 1321, 39. 40; iungitur cum eiusdem stirpis subst. l. 47. p. 1321, 13. 32. al.* (*cum acumine quodam l. 52. 63*).

A *-antur potius qui praesunt potestate*: **1** *animantes eorumve qualitates*: **a** *principes, reges, populi sim.* (*imperator Romanus l. 55 sq., duces militares l. 61, dignitate ecclesiastica praediti l. 67; Messias v. l. 73*): **α** *populis, regionibus sim. regendis*: VET. LAT. deut. 15, 6 (Aug. loc. hept. 5, 40) -beris gentium multarum, tui autem non -buntur ([cod. 100 princeps eris g. m., tibi a. n. -buntur, *loco utroque in Vulg. resp.* dominari]. Marc. 10, 42 [cod. 3, *sim.* 8] qui videntur -ari g., dominantur earum [cod. 4. *al. et* VVLG. gentibus; *cod. 1* imperare, *sim. al.*]. *cf. l. 74*). iud. 8, 22 (cod. 93; *populus ad Gedeon*) -are nobis (*cod. 100* princeps esto, *Vulg.* dominare. *respondet Gedeon ibid.* 8, 23 [Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 3, 7] non -bor ego vestri ..., sed deus princeps est in vobis [*cod. 100* ero princeps, *Vulg.* dominabor]). 9, 22 (cod. 100) -atus est Abimelec tribus annis in Istrahel ([*Vulg.* regnavit]. Ps. PHILO antiq. 20, 5 tu, *Iosue*, solus in I. -beris [-aris *var. l.*]). Is. 32, 1 (Iren. 5, 34, 4. *al.*) rex iustus regnabit et principes cum iudicio -bunt (*Ps. Aug. spec. 144 p. 699, 5* imperabit, *Vulg.* praeerunt). Dan. 5, 16 (cod. 176; *rex ad Danihel*) tertius in regno meo -bis ([-vis *cod.; Vulg.* princeps eris]. GREG. M. in euang. 20, 1 [*ad Luc. 3, 1 sq.*] in Iudaeae r. per quartam partem plurimi -bantur [*syn.* praefuisse]. *cf.* SIDON. carm. 9, 51 *Alexandrum Magnum* regnis principibusque -antem). Ps. PHILO antiq. 19, 2 (*Moses ad Israhelitas*) *deus* adducet super vos odientes vos et -buntur vobis. SIDON. carm. 23, 90 natos cum genitore -antes, *sc. Carinum Numerianumque cum Caro* (*cf.* SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 100, 30 exposcat -ari sibi [-ali s. *vel* -ari *codd.*] praesulem nostrum [*i. imp. Anast.*] Parthicus ductor). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 2, 13 p. 24, 22 (*antea*: principibus et potestatibus humanis) eis, qui ad -andum sunt constituti (*sim.* 2, 14 p. 26, 9). GREG. M. in I reg. 4, 19 (*ad 8, 12*) tribuni et centuriones fiunt, cum in tantum mali profectum veniunt, ut ad ex(s)equenda tyranni imperia inpiis satelli⟨ti⟩bus -entur (*item in re militari*: ISID. dedic. hist. chron. II p. 304, 15 -antibus Petreio et Afranio, *sc. ducibus Pompeianis*). ISID. eccl. off. 1, 1, 3 tam principum quam etiam qui -antur (-atur *vel* -atui *pars codicum; cf. Cyrill. Hier. catech. Migne gr. 33, 1044[B] ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων*). *al.* **β** *rebus curandis, muneribus*: PELAG. in Eph. 3, 10 p. 359, 10 (*deest cod. B*) ut per me *Paulum* his, qui rebus caelestibus per omnem ecclesiam -antur, multiformis dei sapientia innotescat (*aliter ad loc.* AMBROSIAST. *p. 1321, 11*). ORIG. in Matth. 15, 5 p. 360, 11 ad restaurandum templum dei -ari eunuchus factus est dignus ([*gr. γενόμενος ἀρχηγός*]. *addas l. 60 et cf. p. 1321, 15*).

b *deus, diabolus, daemones sim.* (*qui -antur potestatibus minoribus vel hominibus, sed rebus p. 1321, 6. 18*): VET. LAT. Is. 11, 10 (= Rom. 15, 12; Lact. inst. 4, 13, 19. *sim. al.*) erit ..., qui exsurget -ari in nationes ([in nationibus *codd. BG saec. V*; Hier. in Is. 14, 53, 12 ut -etur gentium. *ceterum cf. p. 1319, 19*]. *intellegitur Christus ut*: Zach. 6, 13 [Somn. Neron. 12, 1]

[Hansen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sedebit super thronum suum et -bitur [-atur, -atum *var. ll.; gr. κατάρξει, Vulg.* dominabitur]). IREN. 2, 34, 4 -ari ... debet in omnibus et dominari voluntas dei; reliqua autem omnia huic cedere et subdita esse et in servitium dedita (*cf.* CONC.^{S} I 5 p. 268, 25 Christus ... -at [-atur, -aliter *var. ll.*] omnium simul cum proprio genitore [*gr. I 1, 5 p. 21, 22* (συγ)κατάρχει]). 5, 18, 3 *Christus* invisibilibus quidem -ans (partic- *edd. quidam*) rationabiliter ..., super visibilia autem ... regnans manifeste. HIL. trin. 4, 13 (*item* 6, 6; *vertitur epist. Arii*) *pater* -atur ... ei *filio,* utpote deus eius, cum sit ante ipsum. GAVDENT. serm. 12, 13 ut auctor cupiditatum malarum diabolus iterum -etur in vobis, *sc. hominibus morte Christi salvatis.* AMBROSIAST. in Eph. 3, 10, 1 'potestates' ideo, quia potentiores sunt inter ceteros spiritus; 'principes' ... eo, quod -entur potestatibus (*cf.* PELAG. *p. 1320, 65. item in explicatione vocum q. s.* princeps, principatus [*cf. p. 1288, 60 sqq. 1305, 1 sqq.*]: PAVL. NOL. epist. 24, 13 quibus *tenebris sive peccatoribus.* FVLG. RVSP. incarn. 48. GREG. M. in euang. 34, 10 eis *angelorum spiritibus* ad explenda divina ministeria -antur. *al.*). OP. imperf. in Matth. 6 p. 672 cui *mundo* diabolus -atur (*item* 12 p. 699. *cf.* PRIMAS. in apoc. 5, 6 l. 562 in quo *mundo* septiformis spiritus gratia -atur). GREG. M. moral. 1, 52 huic *operi* adversantes spiritus ab ipso cogitationis exordio -antur. *al.*

c *quilibet*: VET. LAT. gen. 1, 28 (Aug. gen. ad litt. 3, 19, *cf.* cod. 91. *al.; deus ad protoplastos*) replete terram et dominamini eius et -amini (-piamini *cod. unus a. corr.*) piscium maris *eqs.* (*Ambr. parad. 11, 52. al.* habete potestatem, *Ambr. Hel. 19, 70 et Vulg.* dominamini, *sim. al.*). I Tim. 2, 12 (Hier. hom. Orig. in Is. 6, 3 p. 273, 15) docere ... mulieri non permitto neque -ari viro (*gr. αὐθεντεῖν, Cypr. testim. 3, 46* praepositam esse, *Ambr. epist. 15, 5 et Vulg.* dominari. *cf.* AVG. nupt. et concup. 1, 9, 10 naturali ordine viros potius feminis quam viris feminas -ari [*affert Col. 3, 18. al.*]). AMBR. Abr. 2, 7, 39 Sarrae illius non servientis, sed -antis (*sec. veriloquium, cf. supra p. 1293, 26*). HIER. in eccles. 10, 1 l. 14 muscae, quae ⌞iuxta Isaiam⌟ -antur parti fluminis Aegypti (⌞ ⌟ *sc. 7, 18, ubi LXX* κυριεύει). AVG. in psalm. 121, 6 l. 38 *deo neglecto homines* sibi -ari, sibi dominari voluerunt. GREG. M. moral. 11, 26 l. 20 principes ... non immerito vocantur, qui magno consilii iudicio suis cogitationibus semper -antur omnesque stultos motus potestate sapientiae comprimunt. *al.*

2 *res*: **a** *variae*: VET. LAT. iud. 9, 9 (cod. 93; *oliva recusat imperare arboribus*) relinquens pinguedinem meam ... ibo -ari lignorum? (*cod. 100* regnare, *Vulg.* ut ... promovear). IREN. 1, 13, 4 quod ... iubet, ab eo, quod iubetur, maius est et dominatius, quoniam illud quidem -atur, illud autem subiectum est ([*gr. προηγεῖται*]. *item usu generali*: AVG. bon. coniug. 17, 20 lege naturae amant singularitatem, ⌞quae -antur⌟ [*opp.* subiecta]). AVG. c. adv. leg. 2, 6, 21 sanguis ... in nostro corpore plus ceteris humoribus -atur (*syn.* praevalet). PRIMAS. in apoc. 7, 2 l. 28 in quibus *regnis* fervens idolatria -batur. GREG. M. moral. 11, 21 in renibus carnis delectatio -atur (*postea syn.* dominetur). *al.* **b** *animus sim. eiusve affectus*: IREN. 2, 33, 4 non ... est fortius corpus quam anima ..., sed anima possidet et -atur corpori (EVOD. fid. 26. *cf.* GREG. M. in euang. 12, 3 ea, quae -atur c., mens). GREG. M. in Ezech. 2, 6, 7 ne elatio -etur in mente, ne dominetur in opere. moral. 9, 106 l. 132 cura frenanda est, ut serviat et minime -etur (praecipitetur *cod. unus*), ne quasi domina animum vincat, sed ... quasi ancilla famuletur. PRISC. LYD. solut. 1 p. 45, 13 *per rationalem virtutem anima* et irrationali dominabitur et -atur (-atus *var. l.*) vitae. *al.*

B *-antur potius qui praestant dignitate vel aestimatione* (*exempla potiora; cf. p. 1320, 15*): PRIMAS. in apoc. 5, 6 l. 551 non est ... qui per omnem terram iusta eminentia -etur ... nisi ecclesia Christi. 9, 1 l. 29 *haeretici* in suis affectant -ari doctrinis. GREG. M. moral. 11, 25 l. 5 illi *Iudaei* per fidem -ari videbantur et isti *gentiles* in profundo pressi iacuerunt per infidelitatem. THEOD. MOPS. in Tit. 3, 2 p. 252, 5 erga omnes homines ..., non solum erga illos, qui -are aliis videntur, sed erga illos, qui in plebeiorum sunt ordine.

II *intercedente subst. q. e.* principium *fere i. q. incipere*: AVG. rhet. p. 150, 8 (*respicitur exordium*) ut limpidius hoc genus -andi (-iandi *codd. rec. quidam*) deprehendatur, dabo exemplum (*cf. p. 149, 27* moderatione quadam utendum erit, cum ⌞principia ducemus⌟ [p. dic. *var. l.*, principiamus *ed. Pithou*]). *loco corrupto*: VET. LAT. IV reg. 10, 32 (cod. 91. *al.*) -ante domino ⌞ex parte⌟ in Israel (⌞ ⌟ *trad.; desideratur inf. sec. gr.* ἤρξατο ... συγκόπτειν ἐν τῷ Ἰ., *cf. Vulg.* coepit ... taedere super I.).

deriv.: principatio, principator. *Hansen.*

prindo *v.* prehendo. **prīngnās** *v.* praegnas.

prinicula *v. p. 729, 76.*

[prīninus *πρίνινος, vix recte coni. Rose* VITR. 10, 14, 3 tabulis ... -is, *v. vol. X 1, 153, 76 sq.*]

[prinionis: ungulis scabiosis GLOSS. V 382, 29 (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 704, *ubi v. ed. ad l.*). *corruptum.*]

prīnnās *v.* praegnas.

[prīno: sectio GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1319 (*perperam allatum sec. l. 13*).]

prīnon *v. l. 6.* **prīnsa** *v.* provincia.

? **prīnstina** *a* primus *fortasse veriloquii gratia fictum v. p. 1377, 68. 71.*

prīnus, -i *f.*, *πρῖνος. trad. formis lat. et gr., quas infra invenies cunctas. scribitur* prun- *vel* pron- *l. 18 sqq. i. q. ilex (cf. l. 10 sqq. et* GLOSS. III 572, 21 -on i. loxoalis, *ubi latere* -os i. ilex *vidit post alios André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 197): in historia Susannae*: VVLG. Dan. 13, 58 *Daniel dixit presbytero*: 'dic mihi sub qua arbore conprehenderis eos ...'; qui ait: 'sub -o' (*Vet. Lat. Lucif. Athan. 2, 10* sub ilice, *gr. ὑπὸ -ον*). HIER. in Dan. 13, 54 nomina schini et -i, quae Latini ilicem et lentiscum interpretantur (*cf.* in Ier. 1, 7, 2 ab arboribus schinu et -u, ilice videlicet et lentisco. *inde schemate κατὰ χιασμὸν non perspecto* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1318 [cod. Paris.] -o: lentisco). *ibid.* ut ... a -o sectio sive serratio dicatur (*sc. in lusu verborum gr. Dan. 13, 58 sq.; sim.* praef. Vulg. Dan. p. 7, 29 *et* vir. ill. 63 *ἀπὸ τοῦ -ον πρῖσαι*). *exempla cetera* (*sc. in versione vocis gr. -ος. e coni. dub.* DIOSC. 4, 30 p. 21, 21 ⟨pr⟩inos [*gr. 4, 33 δρυός*]): DIOSC. 1, 116 p. 59, 18 ⌞figo (*i. φηγός*) et -os⌟ species sunt de drio (*i. δρυός.* ⌞ ⌟ *item iuxta ponuntur*: ORIBAS. eup. 2, 1 D7 Aa p. 466 -os [La prunus]. syn. 2, 13 Aa p. 100, 7 prunus [*om. La*]. 9, 2, 2 La p. 271 proni [*om. Aa*]). *ibid.* p. 59, 19 radices -i. ORIBAS. eup. 4, 70 (69), 3 Aa p. 588 cimas pruni.

prionītis, -idos *f.*, *πριονῖτις. nomen herbae vettonicae*: Ps. MVSA herb. Vett. l. 176 a Graecis dicitur -is. ALEX. TRALL. 2, 180 (cod. Andecav.) *decoctio* -os (*gr. II 465*). *Bk.*

prior. *sub hoc lemmate invenies etiam adv.* prius *p. 1337, 68, superl.* primus *p. 1344, 48, iuncturam et compos.* primum pilum, primipilus *sim. p. 1360, 57, adv.* primum *p. 1363, 29*, primo *p. 1368, 47*, prime *p. 1371, 36*, primiter *p. 1371, 70*; *suis locis exhibentur adv.* primitus *p. 1259, 37*, primumdum *p. 1274, 73*, *coniunctio* priusquam *p. 1410, 18.*

***prior,** -ius *compar.* [*ut* propior, proximus *sunt comparationis gradus adverbii* prope, *ita* prior, primus *ad* prī *pertinere manifestum est*: prior < *prī̆-i̯ōs; prīmus < *prīsmos (*cf. paelign.* prismu = prima, *fem.*), *fortasse e* *prī-i̯samos; *v. Cowgill, Indo-European and Indo-Europeans, 1970, 123–125; aliter de* primus *Leumann, Gramm. 1977, 317. 497. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 226 'pristinum' ab eo venit, quod est 'prius', pari modo et '-r' (*cf.* CHAR. gramm. p. 199, 13 '-r' ... et 'primus' ab adverbio 'prius' *veniunt.* DOSITH. gramm. 27, 4. *al.*). PRISC. gramm. II 91, 14 sqq. videntur (*sc.* -r *et* primus) a 'pridem' adverbio nasci, quod ... facit comparativum -r, sed i corripuit. ISID. orig. 10, 207 -r, quod primus sit ordine (*sc.* ⌞pri⌟mus ⌞or⌟dine). *abbreviatur (fere in re militari; v. etiam p. 1332, 35)*: prio INSCR. Brit. I 341, pri CIL III 6594a, 3 (*saec. III*^{1}). VI 3628, 3. *al.*, pr CIL III 11135, 17 (*a. 235/8*). VIII 18072, 3 (*fere a. 253*). *et saepius, e. g. p. 1332, 39. 1335, 68*, p CHART. lat. ant. IX 367, 1, 1 (*Durae, a. 242/250; v. app. crit.*). NOT. Tir. 9, 24. 32, 94. *al.* *de formis: nom. et acc. sing. neutr.* -r VAL. ANT. hist. 16. QVADRIG. hist. 73. 74 (*testatur* PRISC., *v. supra p. 206, 44 sqq.; ad generum confusionem referas*: CALDON. Cypr. epist. 24 p. 536, 14 -em delictum [*var. l.*]. COMM. apol. 164 -r facinus [*trad.*]. *al.*); *abl. sing.* -e *passim,* -i *in codd. antiq.* LIV. 24, 12, 8. 29, 26, 4 GAIVS dig. 20, 4, 11, 2 SCAEV. dig. 34, 3, 28, 1. VET. LAT. Matth. 27, 64 (cod. 3. 4. 5). *al.; nom. plur.* -is *in codd. antiq.* COD. Theod. 6, 24, 8 (*cod. T*, -es *R*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 537 (*affertur* VERG. ecl. 9, 54, *ubi trad.* -es). *de mensura*: i *brevem testatur* PRISC. *l. 40; vix producenda est* PLAVT. *p. 1323, 63 coll. prosodia neglegentiore* CARM. de resurr. 389 COMM. apol. 534 *vel* i *longa* CE 579, 2 (*Nemausi*). o *cum apice* R. GEST. div. Aug. 19. *definitiones gramm. (cf. p. 1323, 3. 1331, 44 al.): 1) differentiae*: CAPER gramm. VII 102, 17 primus ex multis, -r e duobus dicitur (*item fere* DON. gramm. mai. 2, 3 p. 617, 1. *et saepe; cf. e. g.* DIFF. ed. Uhlfelder 199 -r alterum praecedit, primus omnes). *ceterum distinguitur* primarius *p. 1235, 15* (*una cum* primitivus DIFF. ed. Beck p. 77, 26. *al.*), primores *p. 1266, 1. 2) de comparatione vel ordine (cf. l. 56 sqq. p. 1334, 32 et* VLP. dig. 43, 20, 1, 33 -em aestatem ex comparatione duarum aestatium accipi): NON. *v. p. 1266, 1.* CHAR. *v. p. 1235, 10.* PRISC. gramm. II 90, 17 sqq. *'-r' et 'primus'*, cum ordinis sunt, differentiam numeri significant; ... '-r' de duobus, [et] 'primus' de multis dici solet; invenitur tamen saepe '-r' pro 'melior' positum et tunc ... habet vim comparativi *eqs.* III 472, 18 nullum nomen numerum significans comparationem potest habere ..., excepto '-r', quod de duobus ordinem significat. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO (*si recte coni., v. p. 1334, 21*), TER., CATONE. *abiit in serm. gr., v. p. 1332, 45.*

[*confunditur in codd. maxime cum adv.* prius TER. Eun. 6 OV. am. 1, 8, 79 (*fort. falsa var. l.* OV. met. 3, 358 SEN. nat. 6, 8, 2), proprior COLVM. 6, 38, 4 PLIN. nat. 21, 106 (*restit.* LIV. 44, 35, 7 TRYPH. dig. 49, 15, 12, 12), propior CELS. 7, 19, 11 (*falsa var. l.* LIV. 32, 32, 2 SEN. epist. 33, 11; *cf. p. 1332, 20*), *ceterum e. g. cum* pius VERG. Aen. 4, 464 MANIL. 2, 883 *et cum* primor, *v. p. 1266, 10 sq. 1329, 67. 71. 1330, 2.*]

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fere is qui antecedit alterum (*complures p. 1337, 12*), *πρότερος* (*item* GLOSS.; *vox eadem, cum gr. respondet, infra non adnotatur; definitur in philosophia* PS. AVG. categ. 19, 162 sqq. quinque modis aliud altero -s dicitur; quorum primus est, cum dicimus aliquem tempore seniorem *eqs.* [*sim.* BOETH. categ. 14a26 sqq.]. *significantur fere quae proxime antecedunt, sed longiore intervallo l. 45. p. 1334, 36; de vi partitiva v. p. 1329, 16, de usu pro superl.* primus *v. p. 1337, 12*).

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *respicitur tempus vel origo*:
- **A** *praedicative*: **1** *notione communi: l. 61* (*usu fere pro adv.* antea, olim *p. 1324, 14; speciatim in re publica p. 1324, 19*). **2** *notione peculiari vel deflexa, sc. cum respectu incipiendi p. 1324, 34, praeveniendi, praevertendi p. 1324, 63, fontis, fundamenti p. 1325, 6 (in ordine logico p. 1325, 26), sponte agendi p. 1325, 44.*
- **B** *attributive*: **1** *vario usu: p. 1325, 52* (*iuxta nomen proprium p. 1326, 7*). **2** *peculiaria selecta: p. 1326, 15* (*ad distinguenda quae eodem nomine appellantur p. 1326, 73; in religione christ. p. 1327, 17*). **3** *stilistica (sc. breviloquentia vel enallage): p. 1327, 38.*
- **C** *pro subst.*: **1** *de animantibus: p. 1327, 60* (*de maioribus p. 1328, 41*). **2** *de rebus: p. 1328, 61* (*subst. masc. vel fem. per ellipsin p. 1329, 9*).

II *respicitur locus*: **A** *usu communi: p. 1329, 20.* **B** *in locut. adverbialibus: p. 1330, 54* (in -e(m) parte(m) *sim. p. 1330, 55*; in -a *sim. p. 1331, 3*). **C** *significantur posteriora, secutura: p. 1331, 27.*

III *respicitur aestimatio*:
- **A** *de animantibus*: **1** *generatim: p. 1331, 51.* **2** *speciatim, sc. in iure p. 1332, 13, in exercitu p. 1332, 33, in vita publica p. 1332, 55 (in municipiis p. 1332, 65), in ecclesia p. 1333, 17.*
- **B** *de rebus: p. 1333, 45.*

IV *respicitur series*: **A** *dictorum, scriptorum: p. 1334, 35* (*in distinguendis operibus eiusdem nominis p. 1335, 6; anaphorice p. 1335, 15*). **B** *exempla cetera: p. 1335, 51.*

V *appendix grammatica et stilistica*: **A** *indicatur, quid sequatur: p. 1335, 73.* **B** *indicatur, quanto quid antecedat: p. 1336, 42.* **C** *indicatur, qua (in) re sim. quid antecedat: p. 1336, 49.* **D** -s est *cum struct. verbalibus: p. 1336, 72.* **E** *ponitur fere pro superl.* primus, *sc. in serie p. 1337, 19, cum struct. part. p. 1337, 39, pro gr. πρῶτος p. 1337, 50, variandi gratia p. 1337, 56.* **F** *iuxta voces eiusdem stirpis: p. 1337, 66.*

I *praevalente respectu* ***temporis*** *vel originis* (*respiciuntur nimirum antecedentia, superiora sim., de tempore venturo v. p. 1331, 35; ordinem dictorum v. sub IVA; hic illic vergit in notionem q. e. vetus, priscus sim., quod infra non distinximus, sed cf. e. g. p. 1325, 62. 65. 1326, 17. 1328, 43. 70 sq. et* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1320–4 [cod. Paris.] -a: prisca. vetusta. antiqua. vetera. anteriora). *opposita, quorum pauca tantum specimina exhibemus*: alius LIV. 36, 40, 7 PAVL. FEST. p. 187, alter CIC. de orat. 1, 183 LVCR. 4, 772, hic CIC. S. Rosc. 153 ANTON. Cic. Phil. 13, 26, novus CIC. S. Rosc. 153 LVCR. 5, 169, posterior PLAVT. Cist. 615 Truc. 410 CIC. Quinct. 33, praesens OV. trist. 4, 6, 25 LIV. 30, 11, 11, secundus CIC. rep. 2, 36 VARRO rust. 2, 9, 7.

A *praedicative* (*v. et p. 1327, 58; saepius verbo supplendo, p. 1324, 2. 45. 1325, 7. al.; pertinet imprimis ad subi. [subaudiendum p. 1324, 58] vel obi., raro ad alia, e. g. p. 1324, 7. 10. 12, fere ad totam sententiam, ut exspectes adv. p. 1324, 11. 14 sqq.; excipitur per adv., e. g.* deinde VERG. Aen. 12, 195 LIV. 28, 14, 1. *al.*, mox *vol. VIII 1550, 43 sqq., ceterum v. infra l. 62. 65. 75. al.; maxime spectat ad praeterita, ad futura e. g. l. 63. p. 1324, 52. 66; abundanter ponitur sub 2aβ, iuxta* occupare *p. 1324, 66, iuxta compos. cum* praesupra *p. 518, 28. 37. 744, 8. 1099, 21. al., iuxta adv.* ante CYPR. epist. 16, 3 p. 519, 16 IVVENC. 2, 306. *al.*): **1** *notione communi*: **a** *generatim* (*exempla selecta*): PLAVT. Aul. 705 multo ... adveni -r multoque prius me conlocavi *eqs.* Cas. 839 meast haec. :: scio, sed meus fructus est -r (fructust -r *trad., ut* i *producta fiat tetram. bacchius; sed v. Questa, Maia 18, 1966, 414*). Persa 216 -r rogavi. :: at post scies. Truc. 410 eum ... non illa peperit, quae peperit -r (patior *trad.*), sed tu posterior. TER. Phorm. 229 nunc -r adito tu, ego *eqs.* 532 sq. si mihi -r tu attuleris *argentum* ..., mea lege utar, ut potior sit, qui -r ad dandumst. VAL. ANT. hist. 16 hoc senatus consultum -r (*v. p. 1322, 46*) factum est. CIC. de orat. 2, 114 nihil -s constituo, quam quid sit illud ...; deinde illa duo ... considero. 2, 366 ut et partes faceret et utram vellet -r ipse sumeret. Att. 16, 13, 1 ante scripta epistula ... -r mihi legi coepta est. PLANC. Cic. fam. 10, 18, 3 ut -r occurrerem. LVCR. 4, 314 cum ... aer ater init oculos -r ..., insequitur ... confestim lucidus aer (*cf. 4, 349* posterior). BELL. Afr. 28, 4 uti se -em quam fratrem interficerent. VARRO rust. 1, 54, 1 *uva* praecox ... multo ante coquitur, quo -r legenda (*ibid.* prius). ALF. dig. 6, 1, 57 uter -r iudex iudicaret. OV. epist. 19, 76 hoc melior ..., quo -r, illa fuit *occasio.* trist. 1, 2, 50 posterior nono est undecimoque -r (*sc. fluctus decimus, v. vol. V 1, 170, 11 sqq. 172, 55 sqq.*). PRIAP. 45, 6 (*cinaedo capillos crispanti*) num ... -r es puella ..., ⌞quam sint⌟ mentula quos habet *pilos,* capilli? (⌞ ⌟ qua *et* sunt *var. ll., v. Goldberg, 1992, ad l.; item in figura q. d. ἀδύνατον*: VAL. FL. 7, 56 ante ... descendet Caucasus ... ac -r ... repetet ... praedas. *cf. p. 1340, 15*). LIV. 1, 7, 1 -i Remo augurium venisse fertur. 28, 41, 9 hoc et natura -s est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. MANIL. 4, 506 *Aries exoriens* cervice -r flexa quam cornibus ibit. GERM. 591 occidit ... dorso Piscis caudaque -e. STAT. Theb. 9, 635 *si filio moriendum est,* funera matris audiat ille -r. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 7 *Christus* doctrinae suae panem -bus offert Israhelitis. VET. LAT. sap. 7, 1 qui -r finctus est, *Adam* (prius *var. l., gr. πρωτοπλάστου*). *et passim.* *in poesi adhibetur, ubi exspectes potius adv. notionis q. e. olim sim.* (*cf. p. 1348, 46*): TIB. 1, 4, 32 *infirmus* iacet ..., qui -r (prius *Broukhusius*) Eleo est carcere missus equus. OV. ars 2, 218 *Hercules* meruit caelum, quod -r ipse tulit. met. 11, 422 ubi est, quae cura mei -r esse solebat? (*nisi ad p. 1333, 52*). STAT. silv. 5, 1, 45 *mulier* nuptumque (nuptuque *var. l.*) -r taedasque marito passa alio. *al.* **b** *speciatim in re publica respicitur ordo creandi, renuntiandi, rogandi sim.*: CIC. Mur. 18 (*verba accusatoris*) quaesturam una petiit, et ego sum factus -r ([*postea*: primum ⟨locum⟩, *v. p. 1358, 42*]. Pis. 2 aedilem -em [*v. p. 1358, 49*]. FEST. p. 161 maiorem consulem L. Caesar putat dici vel eum ... vel eum, qui -r factus sit. *al.*). 35 in praeturae petitione -r renuntiatus est (LEX Malac. [CIL II 1964] 2, 46. AVSON. 419, 57 p. 367, 369. *vix huc l. 31*). Pis. 3 me ... civitas ... -em consulem declaravit (*nisi attributive [cf.* maiorem c. *l. 23]; sim. dubites de* LIV. 29, 22, 5 quo die illum omnes centuriae -em consulem dixissent). Planc. 49 ut nemo ... -r eam *centuriam praerogativam* tulerit, quin renuntiatus sit ... consul. rep. 2, 35 *Tarquinius rex patres maiorum gentium* -es sententiam rogabat. LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 29 -em ceteris eum ... factum creatumque esse renuntiato (2, 64). 2, 54 uti quisque -r maiorem partem numeri curiarum confecerit. *al.*

2 *notione peculiari vel deflexa* (*cf. et supra l. 14*): **a** *respicitur potius qui incipit, initium capit* (*saepe in relatione mutua, sc. in actione, cui alius respondet, vicem reddit; exempla potiora; quae spectant ad ἀρχηγέτην v. p. 1337, 33 cum abundantia quadam* -r incipit, *v. vol. VII 1, 914, 21. 917, 74, ceterum e. g.* -r coepit *l. 58* [*aliter p. 1323, 72*], -r orsus est OV. epist. 12, 72): α *verbis*: PLAVT. Epid. 261 quid istuc dubitas dicere? :: vos -es esse oportet, nos posterius dicere. TER. Eun. 6 *adversario inclementer* responsum ... esse, quia laesit -r (prius *var. l.; item maledicendo sim.*: Phorm. 13 vetus si poeta non lacessisset -r [*abundantiam notant* DON. *et* SCHOL. Bemb.]. CIC. Att. 3, 12, 2 scripsi ... iratus, quod ille -r scripserat. *al.*). VERG. ecl. 5, 10 incipe, Mopse, -r (*in certamine cantandi ut* BVC. Eins. 1, 20). Aen. 1, 321 -r '...' inquit '...' (*325* contra sic filius orsus: '...'. *item ad inducendum alloquentem*: 6, 341. 8, 469 rex -r haec: '...' [*sine verbo ut e. g.* LIV. 30, 30, 2 conticuere; tum Hannibal -r: '...']. *al.; caret responso*: VERG. Aen. 1, 581. 9, 319 VAL. FL. 6, 675. *al.*). HOR. epist. 1, 7, 66 Volteium mane Philippus ... occupat et salvere iubet -r. PROP. 4, 5, 42 *Medea* ausa rogare -r (*item in amore l. 58 et e. g.* OV. ars 1, 708 sq. *amator frustra* exspectat ..., dum -r illa rogat; vir -r accedat *eqs.*). *al.* β *actione qualibet* (*addas l. 50*): CATO orat. 120 quod illos dicimus voluisse facere, id nos -es facere occupabimus? (*nisi ad b*). PVBLIL. sent. I 13 impune pecces in eum, qui peccat -r (rarior *codd. plerique*). CAES. Gall. 4, 7, 3 Germanos neque -es ... bellum inferre neque ... recusare ..., quin armis contendant (*cf.* civ. 1, 82, 5 -r proelio non lacessere. NEP. Thras. 2, 6 -r impugnare. *al.*). OV. epist. 5, 76 quae ... -r nobis intulit *aemula,* ipsa ferat (*cf. e. g.* SEN. dial. 4, 30, 1 pati, quod -r feceris). ars 1, 705 ut pudor est quaedam (*v. app. crit.*) coepisse -em, sic alio gratum est incipiente pati. LIV. 3, 20, 1 *consul* suscepisse collegam -em actiones ... passus (*opp.* in peragendis). 4, 29, 6 qui -r auctor ... exempli foret. SEN. Phaedr. 723 ausae -es simus an passae nefas. benef. 5, 6, 2 dare beneficium -r incipiebat. *sim. al.*

b *respicitur potius qui praevenit, praevertit* (*sc. ut posterior successu careat, impediatur vel omnino non agat; exempla potiora; saepius* -r occupat [*abundanter maxime l. 66. p. 1325, 2, fort. et l. 52, cf.* -r praevenit *p. 1099, 21. al.*]): PLAVT. Pseud. 922 (921) dum ille dormit, volo tu -r ut occupes adire. CATVLL. 21, 8 insidias mihi instruentem tangam te -r irrumatione. CAES. civ. 1, 66, 4 qui -r has angustias occupaverit (*cf.* 1, 70, 2 si -es montis ... attigissent. BELL. Alex. 73, 1 si modo ea loca hostes -es non [*om. pars codd.*] cepissent. *al.*). VERG. ecl. 9, 54 lupi Moerim videre -es (*v. vol. VII 2, 1854, 55. 1852, 58*). Aen. 11, 760 Arruns velocem iaculo et multa -r arte Camillam circuit (*cf. 801 sq.* nihil ipsa ... memor ... venientis ... teli. *vix ad III*). CVLEX 183 cui *dormienti* cuncta ⌞parantur⌟, ... hunc -r ... conterret *culex* (⌞ ⌟ *trad.* paranti [*sc. serpenti, ut ad p. 1336, 17 spectet?*]). OV. epist. 19, 106 potius peream ... fataque sint culpa nostra -a tua. fast. 4,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

924 quod *ferrum* ... potest alios perdere, perde *Robigo* -r (precor *var. l.*). SEN. dial. 2, 17, 2 materia petulantibus ... detrahitur, si ultro illam et -r occupes. 9, 11, 12 das in te vires rebus adversis, quas infregit quisquis -r vidit. OCTAVIA 530 si ... -r ense occuparo, quidquid infestum est mihi. LVCAN. 2, 492 nequiquam ...; nam -r *eqs.* VAL. FL. 6, 740. *al.*

c *respicitur qui (quod) simul fons vel fundamentum est sequentium* (*locutione* -r est [*vel copula subaudienda*], -r aestimatur *sim. fere in sermone philos. vel artium; exemplа potiora; extra usum praedic. cf. l. 69. p. 1328, 74*): α *servata vi temporis*: CIC. top. 6 *topice* et ad usum potior erat et ordine naturae certe -r *quam dialectice.* VARRO ling. 8, 1 propago omnis natura secunda, quod -s illud rectum, unde ea. 8, 6 (*5* duo ... verborum principia, impositio ⟨et declinatio⟩) ad illud genus, quod -s ..., ad reliquum genus, quod posterius. 10, 56 in demonstrando ... proficisci ... ab eo, quod -s est. frg. Aug. civ. 6, 4 p. 250, 26 sicut -r est ... pictor quam tabula picta *eqs.* SALL. Iug. 85, 12 *magistratum* gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu -s est (*cf. Demosth. Olynth. 3, 15 πρότερον ... καὶ κρεῖττον. vix ad III*). SEN. benef. 5, 8, 1 *v. p. 1337, 4.* COLVM. 3, 3, 1 est ... adhuc supervacuum de his *vitibus* conserendis praecipere, dum, quod -s est, nondum concedatur, an omnino sint habendae. PAPIN. dig. 41, 3, 44, 7 cum -s esset, ut, quod usucaptum diceretur, possessum foret. TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 429, 1 -r erit res passione et materia aemulatione (*cf. e. g.* resurr. 57, 4 -s est genus quam casus). virg. vel. 1, 2 si semper Christus et -r omnibus (*cf. Col. 1, 17* ipse est ante omnes. *sim. de ipso deo e. g.* IREN. 4, 38, 3 l. 66 -r omnium *est* et omnibus, ut sint, ipse est causa [*gr. πρῶτος τῶν ἁπάντων*]). *al.* β *vi temporis evanescente significatur quod antecedit ordine logico* (*contra ordinem temporis l. 34. 38; de generali quodam, cui subiectum est speciale, ut accedat notio sub III illustrata, cf. e. g. l. 36. 40*): VARRO ling. 8, 12 utriusque generis, et vocabuli et verbi, *sunt* quaedam -a, quaedam posteriora: -a ut 'homo' ..., posteriora ut 'doctus' (*ad ordinem verborum rettulit Dahlmann, 1940, ad l. coll. p. 1334, 64; sed cf. p. 1351, 33 et* VARRO ling. 8, 13 -s ... nomen est quam verbum). QVINT. inst. 3, 5, 9 in omni ... speciali *quaestione* ... inest generalis, ut quae sit -r. PS. APVL. herm. 2 p. 266 *praedicativa species propositionum* natura -r est ac velut elementum substitutivae. 9 p. 274 *propositionem dedicativam esse* -em aestimandam, licet ante abdicativa enuntietur; similiter et in ceteris quae -r est potestate -r intellegatur (*v. app. crit.*). 12 p. 277 -es sunt universales particularibus (*quae praecedunt v. supra p. 284, 63*). TERT. resurr. 45, 3 omnis ... perfectio, etsi ordine postumat, effectu anticipat; magis illud -s est, sine quo -a non possunt. virg. vel. 4, 7 subiectum est ... generali speciale, quia generale -s est, ... et portionale universali. MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 14, 22 genus a propriis differentiis -s est (*gr. πρότερα*). PS. AVG. categ. 19, 162 est unum -s naturaliter a duobus, ex eo enim nascuntur duo *eqs.* (*sim.* BOETH. categ. 14a31; *gr. πρότερον*). *al.*

d *respicitur potius qui agit sua sponte nec alio monente sim.* (*sec. usum sub a et b illustratum, sed vi temporali evanescente*): VAL. FL. 2, 124 *Venus* talem ... sibi ... ministram quaerit ...; videt illa *Fama* -r, iamque advolat ultro impatiens *eqs.* 8, 410 -r ipsa *Medea* ... sensit non fidi iam signa viri. TAC. ann. 13, 13, 4 cum ... cupita aliis -r deferret *Nero matri dono dans.* VET. LAT. sap. 6, 14 *sapientia* praeoccupat, qui se concupiscunt, ⌞ut illis se -r ostendat⌟ (*gr. 6, 13 προγνωσθῆναι*). PS. CYPR. adv. Iud. 6, 3 nec timeatis, qui peccastis: -es ad vitam venite.

B *attributive*: **1** *vario usu*: **a** *de rebus* (*specimina pauca, inde a* QVADRIG. *selecta*): PLAVT. Bacch. 985 metuo, ne idem cantent *tabellae* quod -es. TER. Hec. 407 iam -r amor me ... exercitatum reddidit. LVCIL. 28 -e concilio *deorum* (*v. Timpanaro, Nuovi contributi, 1994, 206 sqq.*). QVADRIG. hist. 73 foedus. CIC. Quinct. 8 *iniquum est* me, qui caput alterius ... defendam, -e loco causam dicere (*cf. vol. VII 2, 1585, 54 sq.*). S. Rosc. 153 illam -em *proscriptionem* (*opp.* nova). Tull. 5 -e actione *iudicii* (*cf. vol. I 443, 25 sqq.*). off. 1, 36 *ut* secundo eum obliget sacramento, quia -e amisso *eqs.* Att. 3, 15, 5 -r lex. 7, 9, 3 vide consulem illum iterum, quem vidisti consulatu -e. 15, 13, 1 duas a te accepi epistulas; respondebo ... -i prius. CATVLL. 76, 1 recordanti benefacta -a ... homini. LVCR. 3, 768 *anima* amittit vitam sensumque -em. CAES. Gall. 5, 23, 4 -is commeatus ... militibus. SALL. Iug. 101, 5 in -e pugna. VERG. georg. 2, 59 poma ... degenerant sucos oblita -es. Aen. 4, 323 extinctus pudor et ... fama -r. OV. met. 8, 415 missis ... duabus hasta -r terra, medio stetit altera tergo. R. GEST. div. Aug. 19 qui *porticum* -em eodem in solo fecerat (*cf. gr. ὃς πρῶτος αὐτὴν ἀνέστησεν*). SEN. benef. 3, 5, 2 verba -a. TAC. dial. 22, 3 -es eius *Ciceronis* orationes. *et passim.* *cum respectu fundamenti sim.* (*cf. A2c*): SEN. benef. 6, 22 *sol et sidera* eunt ... tua causa, etiamsi maior illis alia ac -r causa est. PLIN. nat. 16, 78 quam *arborum* differentiam antecedat necesse est -r *differentia* (*sc. inter silvestres et urbanas*). APVL. Plat. 2, 1 p. 220 quae *bona* ex -um fonte profluerent (*antea*: prima bona). *al.* **b** *de animantibus* (*oppido p. 1326, 9*): CIC. rep. 2, 36 -bus equitum partibus secundis additis. VARRO ling. 9, 18 artificum -um ... artem. VERG. Aen. 8, 312 virum monimenta -um. OV. met. 1, 251 subolem ... -i dissimilem populo (*sc. qui fuit ante diluvium*). LIV. 38, 1, 6 parem -i numerum *adiutorum* adiecerunt. GERM. 126 o patrum suboles oblita -um. VELL. 1, 17, 2 ut Livium quoque -um *historicorum* aetati adstruas. CELS. 4, 25, 4 *quaedam* contra -es auctores Asclepiades affirmavit. SEN. Med. 604 vade, qua tutum populo -i (*sc. non per mare*). dial. 12, 7, 5 extinctis -bus *gentibus. al.* *apponitur nomini proprio* (*fere vice enunt. relat., nisi hic illic subst. agnoscere malis*): SIL. 8, 366 Tibur ..., Praeneste ... Antemnaque, prisco Crustumio -r. STAT. Theb. 4, 275 Arcades ... veteres, astris lunaque -es. QVINT. inst. 3, 1, 21 *scripsit pauca* Gallio, accuratius vero -es Gallione Celsus et Laenas et aetatis nostrae Verginius. TAC. hist. 3, 65, 1 Flavius Sabinus aetate -r ... auctoritate ... Vespasianum anteibat. GELL. 3, 11, 5 (*subsunt verba Accii, v. carm. frg. 6*) *Homero* -is Hesiodi carminibus. *al.*

2 *peculiaria quaedam selecta*: **a** *respectu vario distinguuntur*: α *ipsa temporis spatia* (*vel etiam homines cuiusdam temporis ut e. g. l. 18 sq.*): ① *indefinita* (*sive longius remota sive prope adiuncta*): TER. Eun. 246 olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum -s (LVCR. 3, 629 scriptorum saecla -a. SEN. contr. 10 praef. 5 [*opp.* nostrum]. SEN. dial. 2, 2, 1 TAC. dial. 1, 1. *al.*). CIC. fam. 5, 17, 1 -a tempora in ruinis rei publicae ... iacuerunt, posteriora *eqs.* ([*cf. antea*: superioribus]. S. C. de aedif. [CIL x 1401] 44 [*42* hoc ... saeculo]. QVINT. inst. 3, 7, 3. *al.* TAC. hist. 4, 44, 1. *et saepe*). LVCR. 1, 553 corpora ... *ad nihilum* redacta ... aevo frangente -e (OV. met. 15, 228 *senecta* subruit ... aevi ... -is robora. Ib. 249 sine exemplis aevi ... -is. COLVM. 1 praef. 1. *al.*). OV. met. 8, 239 unica tunc volucris nec visa -bus annis (15, 445 fast. 3, 145 LIV. 22, 36, 5. 27, 38, 1 SEN. epist. 14, 13. *al.*). *al.* ② *definita* (*fere sine intervallo antecedentia*): LEX inc. Tarent. (CIL I² 2924) 13 *lex* in sex mensibus -bus et in sex ⟨mensibus posterioribus quot annis recitetur⟩ (VARRO ling. 6, 10. 6, 34 *mensis additus* -r ... Ianuarius appellatus; posterior *eqs.* COLVM. 11, 2, 10 -e m. [*i. Decembri*]. GAIVS inst. 4, 152 si tu ... VIII m. possederis -bus, et ego VII posterioribus. *al.*). QVADRIG. hist. 57 qui -e anno erat consul (CIC. ad Q. fr. 1, 1, 2. CASS. PARM. Cic. fam. 12, 13, 3 a. -e. BELL. Afr. 20, 4. *et passim; abundanter*: TAC. ann. 1, 77, 1 licentia proximo -e a. coepta. *plur.*: FLOR. epit. 2, 19, 2 centum hos -es *annos*). CIC. Catil. 1, 8 -e nocte ([*antea*: n. illam superiorem]. 3, 29 LIV. 1, 58, 8. *al.*). fam. 1, 9, 24 -e aestate (LIV. 21, 5, 7. 27, 13, 3. *et saepius; in iure*: NERAT. dig. 43, 20, 6 interdictum ad -is ae. tempus relatum. EDICT. praet. dig. 43, 13, 1, 3. *al.*). PVBLIL. sent. D 1 discipulus est -is posterior dies (RVT. LVP. 2, 7 -is [-bus *trad.*] diei. LIV. 42, 58, 3 -bus continuis d. VELL. 2, 12, 4 *tot hostes caesi* -e ac postero d. PLIN. nat. 14, 142 [*opp.* venientem]. CELS. dig. 50, 16, 98 pr. -e an posteriore die *bisextorum* [*inde* VLP. dig. 4, 4, 3, 3. *sunt, qui trahant ad IVB*]. *al.*). *al.*

β *homines eiusdem status, condicionis sim.; pertinet ad*: ① *affinitatem, consanguinitatem sim.*: PLAVT. Cist. 605 *filia* ex -e muliere nata (*de eadem, sc. nondum uxore, ibid.* 615, *v. p. 206, 66*). CIC. de orat. 1, 183 *cum* alteram *uxorem* duxisset neque nuntium -i remisisset ([*ibid.* cum superiore]. QVINT. decl. 338, 28. 373 them. TAC. ann. 4, 22, 3 SVET. gramm. 19, 1. *saepius; cf. l. 45*). CATVLL. 67, 20 non illam vir -r attigerit (CIL VI 1815a, 6 [*aet. Aug. vel Tib.*]. VAL. MAX. 8, 1 amb. 2 IAVOL. dig. 23, 3, 64. *al.*). VERG. Aen. 4, 534 procos (STAT. silv. 1, 2, 169). PROP. 4, 11, 89 nec matrem laudate nimis: collata ⌞-i⌟ *irascetur noverca* (⌞ ⌟ *nisi fem. pro subst.*). SEN. contr. 1, 1, 8 (*verba filii adoptati*) me ... -i patri non paruisse (1, 1, 10). SEN. dial. 6, 16, 6 quem *filium* ... luges -is oblita (APVL. apol. 91, 8 [*opp.* posteriori]. *al.*). *al.* ② *ius, sc. proprietatem, negotia, obligationes, curas sim.*: CIC. Quinct. 34 *Hortensius* queritur -e patrono causam defendente numquam perorari potuisse. VARRO rust. 1, 17, 3 ad -em dominum quid factitarent *operarii novicii* (2, 9, 7 cum a -e d. secundo traditus est *canis.* HOR. carm. 2, 15, 8 d. -i *olivetorum.* SEN. contr. 7, 6, 23 -r d. *servi. et saepius*). SAB. dig. 18, 2, 11 pr. -is emptoris statim fit *fundus* (IAVOL. dig. 18, 2, 19 IVLIAN. dig. 18, 2, 10. *al.*). PLIN. epist. 3, 19, 6 possessor. IVLIAN. dig. 16, 1, 16, 1 restituitur -r debitor creditori (POMPON. dig. 4, 4, 50 GAIVS dig. 4, 4, 12. *al.*). 30, 81 pr. a -e legatario (POMPON. dig. 35, 1, 105. *nisi locos ad III trahas*). POMPON. dig. 20, 4, 4 a -e creditore (*ibid. bis.* GAIVS dig. 20, 4, 11, 4. *al.*). *al.* ③ *munus publicum vel militare administrandum*: SALL. Iug. 47, 4 *novos* legatos ... mittere ..., quos item uti -es consul ... dimittebat (LIV. 37, 35, 2. 39, 53, 10. *cf.* -r legatio: LIV. 21, 18, 4. 39, 33, 5. 42, 47, 9). LIV. 1, 33, 1 *Ancus* secutus ... morem regum -um (1, 35, 7. 2, 1, 2 [*opp.* proximi]. *al.*). 2, 58, 5 consules (3, 31, 6. 32, 28, 4. *al.*). 3, 36, 3 decemviri (3, 36, 6). 44, 36, 9 imperatores (PLIN. paneg. 53, 6. *al.*). 44, 36, 10 ducibus (LVCAN. 4, 698 [*opp.* novis]. *al.*). SEN. dial. 11, 13, 1 -is principis furor (*al., v. p. 1284, 58*). *al.*

γ *quaecumque eodem nomine appellantur*: ① *res* (*exempla minus dubia*): CIC. fam. 6, 14, 2 Kal(endas) intercalaris -es (*sc. anni 46, quo fasti correcti sunt*). LIV. 22, 60, 11 -e Punico bello (*tertio nondum coepto.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

item: 28, 44, 13. *al.; cf.* 42, 32, 6 -e Macedonico b.). PLIN. nat. 18, 287 Vinalia -a (*sc. mensis Aprilis; cf. 18, 289* V. altera *mensis Augusti*). CIL VI 3183 kastr(is) -b(us) (*equitum singularium; al., v. Liebenam, RE VI 313; distinguebantur* c. nova Severiana). Ⅱ *homines*: Ⓐ *strictius fere vice cognominis* (*cf. p. 1335, 66*): NEP. Dion 1, 3 erat intimus Dionysio -i ([*1, 1* ille superior]. reg. 2, 2. PLIN. nat. 12, 7 [*cf. Theophr. hist. plant. 4, 5, 6 πρεσβύτερος*]. IVST. 22, 1, 1). VELL. 2, 1, 1 -r Scipio ..., posterior (QVINT. inst. 3, 8, 37 S. -r an Fabius. *cf. l. 9*). VAL. MAX. 6, 7, 1 Africani -is uxor (ASCON. Pis. p. 12, 16. PLIN. nat. 7, 47 Scipio A. -r. 7, 114 -r A. 16, 234. *al.*). HIST. AVG. Maximin. 24, 2 -es Gordianos (24, 3). *al.* Ⓑ *exempla cetera*: HOR. carm. 3, 17, 2 -es ... Lamias. PLIN. nat. 34, 87 Cephisodoti duo fuere: -is est *simulacrum Mercurii* ...; sequens *eqs.* MART. 9, 101, 3 Alcidae ... facta -is (*de eodem 11* minor A., *opp.* maior, *sc. imperator*). 12, 36, 9 Pisones ... et Crispos mihi redde, sed -es. APVL. met. 10, 29, 2 rosae, quae me -i meo Lucio redderent (*sc. mihi nondum in asinum verso; cf. l. 69*). *al.*

b *secundum religionem christianam* (*pauca notabiliora*): VET. LAT. Eph. 4, 22 (cod. 75, *sim. saepius*) deponere vos secundum -em conversationem veterem hominem ([*gr. προτέραν, cod. 78. al.* = *Vulg.* pristinam]. IREN. 3, 5, 2 l. 55 transgressionem -is conversationis. *al.; cf. l. 32*). Hebr. 9, 15 (cod. 89. *al.* = VVLG.) quae *praevaricationes* erant sub -e testamento ([*opp.* novi t.; *gr. πρώτῃ, cod. 75* veteris]. IREN. 4, 32, 2 l. 37. 4, 36, 6 l. 218 AMBR. fid. 3, 11, 76. *al.*). TERT. monog. 17, 6 redi in Adam vel -em, si in novissimum non potes (*respicitur I Cor. 15, 45 [v. p. 1347, 63] ut*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 3, 3 [*Migne gr. 36, 433A παλαιοῦ*]). IREN. 4, 17, 5 l. 153 (*ad Mal. 1, 10*) -r ... populus cessabit offerre deo (4, 21, 3 l. 50 [*opp.* posterior]. Ps. CYPR. mont. 11 duos p., veterem et -em Iudaeorum et novum et posteriorem p. Christianorum. HIL. myst. 1, 26, 3 [*opp.* iunioris]. *et saepius; de eo, qui fuit ante legem Mosi*: FILASTR. 150, 3 -i p., deinde Iudaeorum, tertio Christianorum [*ibid.* primo]). CYPR. testim. 1 capp. 9 lex -r, quae per Moysen data est ([*opp.* nova]. FILASTR. 119, 1. *al.*). 3 capp. 11 exposito -e homine caelestia ... cogitare (PONT. vita Cypr. 11, 4 conversationem -is h. [*cf. l. 18*]. MAX. TAVR. 50a, 3. VEREC. in cant. 4, 27 l. 7 hominis ... culpa -is, *i. Adam. al.*). AMBR. Abr. 2, 9, 66 *medium tempus* inter adventum domini -em et secundum, qui futurus est iudicii dies (HIER. in Matth. 25, 5. AVG. civ. 20, 9 p. 427, 29 isto iam tempore -is eius *Christi* adventus. *al.*). *al.*

3 *stilistica quaedam*: **a** *per breviloquentiam ponitur* -r *fere loco structurae verbalis e contextu subaudiendae* (*exempla potiora, cf. p. 1326, 7*): CAES. civ. 1, 27, 1 quae *naves* -em partem exercitus eo deportaverant. VARRO rust. 3, 9, 20 bis die cibum dant, observantes ..., ut -r sit concoctus, ⌞quam⌟ secundum dent (⌞ ⌟ *tuetur Baehrens, Eranos 13, 1913, 25,* antequam *Schneider*). ALF. dig. 15, 3, 16 (*antea*: boves vendiderat, alios redemerat) -es boves ..., posteriores boves. HOR. epist. 1, 5, 27 nisi cena ⌞-r⌟ potiorque puella ... detinet *convivam* (⌞ ⌟ *sc. ad quam prius invitatus est sim.*). OV. trist. 4, 6, 25 tristior est ... praesens *exilii* aerumna -e: ... aucta mora est (*potius partitive, sc. 'qualis initio fuit'*). LIV. 38, 41, 5 *angustiae non* minus confragosae quam -es (*sc. in quibus prius fuerant; sim.* SEN. epist. 28, 5 *regionum* -um taedio). LABEO dig. 14, 2, 10, 1 habes ... cum -e nauta actionem. PLIN. nat. 36, 173 *cisternas* geminas ..., ut in -e vitia considant atque ... in proximam transeat pura aqua. *al.* **b** *per enallagen*: VERG. Aen. 4, 464 multa ... vatum praedicta -um (piorum *var. l.*). CELS. 2, 10, 8 -is febris accessio (*postea*: parem ... subsequi). SEN. epist. 81, 25 in -e ac meliore ... memoria (FLOR. Verg. 1, 8 in memoriam -em [-um *Mommsen*]). STAT. Theb. 3, 559 -r aureus ille sanguis avum. 4, 32 nunc mihi, Fama -r mundique arcana Vetustas, ... pande viros (silv. 1, 1, 8). silv. 3, 5, 51 cineres umbramque -em quaeris (*sc. mariti -is*). *al.*

C *pro subst.* (*exempla notabiliora; praedicative p. 1328, 36; servata structura adi. accedit abl. compar.* QVINT. inst. 12, 10, 45. *al., abl. respectus e. g.* CE 1536, 5): **1** *de animantibus* (*fere masc.; fem. v. l. 65 et fort. p. 1326, 52*): **a** *generatim* (*significantur qui qualibet ratione e contextu saepe subaudienda posteriores quosdam antecedunt*): PVBLIL. sent. I 60 iter est, quacumque dat -r vestigium (*cf.* LIV. 5, 35, 1 vestigia -um. SEN. dial. 4, 10, 3 quisquis sequitur -es male iter ingressos [*nisi ad II*]. *al.*). OV. am. 3, 9, 53 Nemesisque -rque (*sc. Delia, cf. 32* primus amor. *item fem.* -r *de amica sim.*: rem. 483 hanc habuit solacia ... -is. VAL. FL. 5, 444 ille -em deserit. VVLG. gen. 29, 30 amorem sequentis -i praetulit *Iacob*). met. 7, 759 *Oedipus* carmina ... non intellecta -um solverat ingeniis. 8, 172 nullis iterata -um ianua *labyrinthi*. Pont. 4, 3, 23 te ... similem ... esse -i (*i. ei, qui antea fuisti; cf.* APVL. *l. 15*). LIV. 3, 36, 8 si quis collegam *decemviri* appellasset, ab eo ... ita discedebat, ut paeniteret non -is decreto stetisse. 25, 23, 17 -um audacia (*antea*: ubi ... primi evaserunt in murum). 39, 25, 14 haec acerbe postremi, cum -es leniter permulsissent iram *regis* (*item respicitur ordo dicentium*: SEN. dial. 7, 3, 2. PLIN. epist. 8, 14, 6 exsecutio -bus aliquid addentium *senatorum [nisi neutr.]. al.*). *al.* *de populo Iudaeorum, quem deus -em vocavit* (*cf. p. 1327, 26*): IREN. 4, 36, 2 l. 42 qui -es ... per ... legisdationem vocaverat deus, hic posteriores *adoptavit.* 4, 36, 5 l. 180 *deus* vocabat -es ad convivium nuptiarum. VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 1 p. 46, 11 quod et -bus est praedicatum. RVFIN. Orig. in num. 22, 4 p. 209, 19. *al.*

b *speciatim*: **α** *de iis qui praeierunt in administrando munere publico vel sacro sim.*: CIC. Flacc. 33 cum successor aliquid immutat de institutis -um. STAT. Theb. 11, 656 numquamne -um haerebunt documenta novis, *ut desistant a cupiditate regnandi*? TAC. Agr. 14, 2 Gallus *legatus Augusti* parta a -bus continuit. ann. 4, 44, 2 longius *a Domitio* penetrata Germania quam quisquam -um (*sc. penetravit*). *al.* PLIN. paneg. 22, 1 (*de imperatoribus*). CLAVD. 28, 655 genitor *Honorii imp.* retroque (regesque *var. l.*) -es. CONC.S II 3, 3 vers. ant. p. 66, 28 sub -bus meis et eius (*respiciuntur episcopi; gr. II 1, 3 p. 59, 4 ἐπὶ τῶν πρὸ ἐμοῦ κτλ. item cum pron. poss.*: EPIST. pontif. 593 Schwartz p. 75, 16 exemplo -um nostrorum [*antea*: maioris sui ... Athanasii]. NOVELL. Iust. 18, 10 p. 136, 18 -bus nostris [*gr. τοῖς πρὸ ἡμῶν*]. *al.*). CASSIOD. var. 8, 3, 1 (*de rege; ibid.* praecedentis, *opp.* subsequens, successor). *al.* *de iis, qui prius munere fungi coeperunt ideoque dignitate praestant* (*vergit ad III*): COD. Theod. 6, 24, 8 ad ... clarissimatus honorem sequentibus, cum -es exierint, accessuris (*sim.* 6, 24, 10). BENED. reg. 63, 10 ⌞iuniores⌟ ... -es suos honorent, -es minores (iuniores *var. l.*) suos diligant (⌞ ⌟ *v. vol. VII 2, 738, 40 sqq.*). *al.*

β *de iis qui praeierunt in arte vel doctrina quadam* (*fere exemplum imitandum proponentes; selecta inde a* SEN. *philos.; sing. non nisi l. 30. 37, vitatur l. 36*): VERG. georg. 3, 292 ire ..., qua nulla -um Castaliam ... devertitur orbita. MANIL. 1, 6 sacra ... nulli memorata -um. SEN. contr. 1 praef. 6 non contenti exemplis saeculi vestri -es (-is *recc.*) quoque vultis cognoscere. CELS. 7 prooem. 2 magis ... ab ... Hippocrate quam a -bus. SEN. epist. 33, 10 *philosophantes quidam* in ea re sequuntur -es, in qua nemo non a -e descivit. 79, 7 grande aliquid et par -bus scribere. COLVM. 1, 4, 3 remedia -es tradiderunt. 4, 29, 15 (*syn.* veteres agricolae). 11, 3, 30 praeceperunt -es ..., sed nos *eqs.* PLIN. nat. praef. 20. 2, 62 aliter multa quam -es tradituri. QVINT. inst. 1 prooem. 2 opiniones -um. 10, 2, 2 pictores opera -um ... intuentur. IVV. 1, 151 illa -um scribendi ... simplicitas (SCHOL. Lucili et ceterorum). TAC. Agr. 10, 1. AVGVRIN. carm. 4 unus Plinius est mihi -es. *al.* *accedunt pron. poss.*: OPTAT. 1, 21 p. 22, 19 -es tuos, *Parmeniane Donatista.* RVFIN. hist. 6, 19, 13 exemplum ... -is nostri, apostolici viri Pantaeni (*gr. τὸν πρὸ ἡμῶν*). Orig. in gen. 15, 7 p. 135, 10 -bus nostris quibusdam. AVELL. 78, 5 impia -um suorum dogmata (*gr. ⟨τῶν⟩ πρὸ αὐτοῦ*). *al.*

γ *de maioribus* (*sc. plur.* -es. *coniungitur cum* maiores *l. 53. cf.* GLOSS.L I Ansil. PR 1326–34 [cod. Paris.] -es: maiores. veteres. antiqui. *eqs.*): Ⓘ *generaliter de veteribus, antiquis sim.*: VERG. Aen. 3, 693 *insulae* nomen dixere -es Ortygiam (*item*: OV. met. 15, 332 fast. 4, 329. 6, 107 Pont. 3, 2, 45 CAPER gramm. VII 106, 1. *al.*). LYGD. 4, 25 -um aetas (*item pendet e subst.*: OV. met. 10, 218 more. 15, 146 ingeniis. fast. 1, 329 aetate. trist. 1, 5, 31 exemplis. OCTAVIA 291 virtus. STAT. Theb. 6, 302 fama. *al.*). OV. fast. 3, 79 ante omnes Martem coluere -es. VELL. 2, 28, 2 *dictatura* pr⟨i⟩ores ... olim usi erant. PHAEDR. 4, 21, 16 abiturus illuc, quo -es abierunt (*moriendo, cf. l. 59*). SEN. epist. 52, 7 ad -es revertere (*postea*: qui fuerunt). PLIN. nat. 8, 180 apud -es (18, 261. TAC. ann. 3, 55, 5 nec omnia a. -es meliora. *al.*). VAL. FL. 4, 351. *et saepe.* *accedit pron. poss.*: PLIN. epist. 3, 4, 5 -es nostros. TERT. nat. 1, 18, 2 aput -es maioresque vestros. AMBR. epist. 7, 50, 9 maluerunt ... -es nostri, ut *eqs.* (*antea*: maiores). CARM. de pond. 9. *al.* Ⅱ *de singulorum proavis sim.* (*exempla manifestiora*): OV. epist. 4, 161 (*enumeratis avis et patre*) miserere -um (meorum *var. l.*). STAT. Theb. 1, 688 casus ... -um adnumerare tibi *noli* (tuorum *var. l.; opp. 1, 690* nepotibus). Ps. ORIG. in Iob 1 p. 441B ibo, quo omnes -es mei ierunt (*cf. l. 50; item cum pron. poss. e. g.* CASSIOD. var. 2, 2, 5 tuos). *al.*

2 *de rebus*: **a** *neutr.* (*praevalet plur., sing. v. l. 66. 72. p. 1329, 5. al.*): **α** *usu communi*: ANTON. Cic. Phil. 13, 26 eodem modo haec adspicitis ut -a. LIV. 27, 16, 12 impunita iis -a fore, si *eqs.* EPICED. Drusi 415 deus excusare -a dum volet, ... cetera laeta dabit. CELS. 2, 17, 7 si -a recte cesserunt (*respiciuntur experimenta*). 7, 19, 10 si inflammatio increscit, adiciendum -bus cataplasma. SEN. benef. 2, 11, 2 ut aliud dando -is admoneas. nat. 2, 34, 3 quamvis altera res verum praedixisset, fulminis ictus -a delevit. epist. 19, 3. 88, 34 an obliviscatur -um *animus corpori abductus*. 118, 1 convenerat ..., ut tua -a essent, tu scriberes, ego rescriberem (*cf. p. 1324, 34*). STAT. Theb. 4, 628 meminisse -um (*opp.* ventura). MART. 8, 80, 7 nova dum condis, revocas, Auguste, -a (*respiciuntur ludi et sacra*). QVINT. inst. 4, 2, 87 *in narratione* si id quod posterius est dixeris, de -e tacere optimum *est.* 10, 5, 23 ut timentes, ne sequentia perdant, -a confundant. *et saepe.* **β** *cum respectu originis, fundamenti sim.* (*in sermone philos. vel artium iisdem coloribus, quos sub A2c illustravimus*):

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *-i sunt, qui quomodocumque antecedunt:* Ⓘ *opp.* postremus: *v. p. 213, 29 sqq.* Ⓘⓘ *forma* qui -us (-us qui *l. 29*): PLAVT. Epid. 541 plane hicine est, qui mihi ... -us pudicitiam pepulit. Most. 359 dabo ei talentum, -us qui in crucem excucurrerit. CIC. Quinct. 61 qui locus ... absentis defendendi procuratori -us datus est? cum proscribebas. S. Rosc. 28 qui -us in iudicium adductus esset. Verr. II 5, 114 qui ... -us ab isto iudex reiectus est. Arch. 5 domus, quae huius adulescentiae -a favit. Planc. 74 oratio, quae est a me -a habita in senatu. Phil. 5, 28 milites ..., qui -i Caesarem secuti sunt. de orat. 3, 7 qui ... annus ei -us ... aditum ... ad summam auctoritatem dabat, is *eqs. al.* Ⓘⓘⓘ *exempla varia selecta:* PLAVT. Amph. 524 ex me -o ⟨ut⟩ -a scires, rem ut gessissem publicam. Asin. 61 *v. p. 1213, 38.* Bacch. 448 si ipsus -us vapulet *magister.* Mil. 349 *servus quidam* -us ad cibum vocatur, -o pulmentum datur. Most. 592 sortem accipe. :: immo faenus, id -um volo. Poen. 319 ante lucem ad aedem Veneris venimus, -ae ut inferremus ignem in aram. Pseud. 455 erum saluto -um ...; postea, si quid superfit, vicinos impertio. Stich. 728 (*servus canturus et saltaturus*) em tibi hoc -um omnium: '...'. :: (734) alium ludum nunc volo. *al.* TER. Andr. 733 repudio quod consilium -um intenderam. LVCIL. 634 (*nisi adv.*) -um id dant operam, ut *eqs.* RHET. Her. 3, 22, 36 imitetur ars ... naturam ...; nihil est enim quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina -um. CIC. inv. 1, 100 illud -um intellegi volumus, posse *eqs.* S. Rosc. 96 quis -us ... nuntiat? ... quid attinuit eum potissimum nuntiare? *al.* *cum respectu futuri (cf. l. 29):* PLAVT. Poen. 193 oculos volo meos delectare ... :: hoc -um agamus quod consilium cepimus. Pseud. 894 quid nunc -um caveam nescio. Truc. 608. TER. Andr. 259 quid -um exsequar? *al.*

b *attributive:* α *notione communi:* Ⓘ *de quibuslibet (fere rebus, animantibus l. 57. 68. p. 1347, 7 sqq.; sunt qui huc trahant Tellurem deam p. 1348, 50. 52 coll. p. 1348, 40; fere abundanter l. 63. 73. p. 1347, 4 sq., nisi agnoscere malis vim partitivam, quae intellegi possit etiam l. 61 sqq.):* INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 6 *Duilius* en ... eodem mac⟨istratud bene r⟩em navebos marid consol -os c⟨eset⟩ (*nisi praedicative; sed cf. e. g.* INSCR. numm. lib. rei publ. 506, 1 [*a. 43/42*] L. Brutus prim(us) co(n)s(ul). ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 86, 5 *Romulus* -us dux ... spolia opi⟨ma⟩ Iovi *consecravit. al.*). PLAVT. Amph. 521 nequiter paene expedivit -a parasitatio. 657 *hostes* -o coetu vicimus (*cf. p. 1359, 13; sim.* -um proelium: PLAVT. Rud. 1154 perii in -o p. [*fort. partitive, ut certe* VERG. georg. 4, 314 *missis sagittis* -a ... ineunt ... p. Parthi. *al.*]. SALL. Catil. 39, 4 si -o p. Catilina superior ... discessisset. *al.*; -a coitio: TER. Phorm. 346. -us impetus: CAES. Gall. 2, 24, 1. 3, 2, 4. *al.* HIRT. Gall. 8, 19, 3 GALBA Cic. fam. 10, 30, 3. *et saepe; sim. al.*). Poen. 849 -is hostiis Venerem placavere. TER. Andr. 230 cui committas -o partu mulierem (COLVM. 8, 5, 5. *al.; de ipsis natis v. vol. X 1, 541, 11 sqq.*). LVCIL. 198 cum -os ficos propola recentis protulit (HOR. epist. 1, 7, 5. *cf. e. g.* -ae aristae: VERG. georg. 2, 253 CALP. ecl. 4, 122. -ae herbae: Ov. met. 5, 482 fast. 4, 645. *sim. al.*). 321 barbula (HIST. Apoll. 25. *cf.* -a barba *vol. II 1726, 30 sqq.,* -a lanugo *vol. VII 2, 937, 13 sqq.*). CIC. Verr. II 2, 63 Metellus, simul ac venit Syracusas, utrumque rescidit; ... fecerat hoc egregie -o adventu (prov. 9. *al.* CAES. Gall. 2, 30, 1. *al.*). 5, 33 -a illa militia *Verris* (*al., v. vol. VIII 958, 16 sq.*). de orat. 2, 1 -a illa puerili institutione (*cf. p. 1351, 20 et* HOR. sat. 1, 1, 26 ele-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

menta ... discere -a [SEN. benef. 3, 34 QVINT. inst. 1, 1, 23. *al., v. et p. 1351, 14*]. *sim. al.*). fam. 3, 10, 1 graviter -o nuntio commotus sum (CAES. Gall. 7, 42, 1 LIV. 30, 38, 6. *al.*). VARRO rust. 2, 4, 9 ab suillo ... pecore immolandi initium -um sumptum videtur (*al., v. l. 41 et vol. VII 1, 1662, 12 sqq.*). VERG. georg. 3, 48 Tithoni -a quot *annos* abest ab origine Caesar (Aen. 1, 372 si -a repetens ab origine pergam. *al.* PROP. 3, 6, 7. *al.; cf. p. 1351, 12*). CIL XI 3200 (*a. 13/2 a. Chr.*) magistri Augustal(es) prim(i) (*vix ad p. 1353, 66, cf. e. g.* INSCR. Maroc. Gascou 448 [*saec. I med.*] flamini -o in municipio suo [*sc. novo*]. CIL XIII 5064 [*saec. I²*] flaminicae -ae. *sim. al.*). TERT. resurr. 53, 6 si Adam *est* homo -us (*et saepe, e. g.* IREN. 5, 5, 1 LACT. inst. interpol. 7, 5, 27, 7 VVLG. Iob 15, 7 AVG. pecc. mer. 1, 9, 9; *paulo aliter l. 61 sqq.; nomen est Aeonis cuiusdam* IREN. 1, 30, 1. *al.*). CYPR. patient. 16 -um martyrem Christi (*de Stephano ut*: AMBR. in Luc. 4, 75 -us ille m. AVG. serm. 315, 1 -um -i m. meritum. *et saepius*). SEDVL. carm. pasch. 2, 68 nec -am similem visa es nec habere sequentem, *Maria* (*cf. op. pasch. 2, 5 p. 201, 8* aequalis femina ..., quae ... similiter praecesserit). *et passim.* -a species *sim.* (*sc. nondum probata, non duratura sim.; imprimis abl. modi, aliter e. g. l. 20*): CIC. de orat. 3, 98 cur ea, quae ... specie -a acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio ... abalienemur (fin. 4, 61 [*opp.* re explicata]. Tusc. 4, 32 quaedam ... humanitatis ... habent -am s. LIV. 4, 60, 3 [*opp.* usu]. 22, 28, 5 [*opp.* re ipsa]. *al.*). *ibid.* quae tamen, etiam si -o aspectu nos ceperunt, diutius non delectant (*al., v. vol. II 805, 16 sqq. una cum mere temporalibus*). SEN. contr. 10 praef. 15 quosdam esse colores -a facie duros (*al., v. vol. VI 1, 55, 13 sqq.; an potius vi locali ut p. 1352, 36?*). *al.*

Ⅱ *de tempore, aetate*: Ⓐ *partitive* (*nisi coll. p. 1346, 54 abundanter positum putes e. g. l. 33. 41*): PLAVT. Cist. 525 cum -o luci cras nisi ambo occidero (*saepe, v. vol. VII 2, 1906, 28. 30 sqq. 58 sqq.; cf.* -o mane *vol. VIII 279, 69 sqq. 76 sqq.*, -o diluculo *vol. V 1, 1187, 68 sqq.; sim. al.*). Curc. 4 si media nox est sive est -a vespera (CAES. civ. 1, 20, 1 -o [-a *var. l.*] vesperi. 2, 43, 1. *al.; cf.* TER. Hec. 822 ad me nocte -a confugere [CIC. Arat. 339 frg. 7 CAES. Gall. 1, 27, 4 civ. 1, 81, 5. *al.*]). CATO agr. 3, 1 -a adulescentia patrem familiae agrum conserere ... oportet (*al., v. vol. I 798, 56 sqq.; cf.* -a iuventa *vol. VII 2, 741, 28 sq.*, iuventus *ibid. 744, 45 sq.*). 48, 1 vere -o serito *semen cupressi* ([*cf. 151, 2* per ver]. 50, 1. 161, 2 *bis* [*inde Plin. nat. 19, 148* vere ..., verno]. CAES. Gall. 6, 3, 4 HOR. carm. 3, 7, 2. *al.; aliter p. 1357, 54; sim.* CATO agr. 155, 1 -a autumnitate [*cf.* -us autumnus *vol. II 1604, 21*]. CIC. Att. 5, 21, 2 -a aestate [VERG. Aen. 3, 8 VELL. 2, 112, 1 CELS. 1, 3, 1. *al.*]. *al.*). CIC. carm. frg. 11, 75 -o ... a flore iuventae (*al., v. vol. VI 1, 934, 74 sqq. 935, 31 sqq. 36*). Cael. 11 qui -a illa initia aetatis integra ... praestitisset (*cf.* -a aetas *l. 47*). *al.* Ⓑ *exempla cetera*: CIC. div. in Caec. 27 cognosce ex me, quoniam hoc -um tempus discendi nactus es, quam multa *eqs.* (Tim. 2 salutationis. CATVLL. 64, 171 [*169* extremo tempore]. CAES. civ. 3, 28, 5 -o noctis t. *al.; plur.*: CIC. Verr. II 2, 100 -is illis t. Att. 4, 1, 1 fam. 1, 9, 5. *al.*). p. red. in sen. 11 *Gabinii* -um tempus aetatis (leg. 1, 13 Tusc. 5, 5 nat. deor. 1, 6. *al.*). off. 2, 45 quorum ... -a aetas ... in hominum ignoratione versatur, ii simul ac iuvenes esse coeperunt *eqs.* (*al., v. vol. I 1126, 48 sqq., sed pleraque potius vi partitiva intellegenda videntur*). Att. 3, 23, 5 cum -orum dierum nuntios excepero (CAES. civ. 1, 18, 4 -is d. castra ... munire. 3, 30, 1. *al.*). VARRO rust. 1, 23, 6 in ordinem ... arbusculis positis -is annis, antequam radices longius procedere possint (VERG. Aen. 2, 87 -is ... ab a. 8, 517. *al.*). *al.*

β *transit in notionem q. e. priscus, antiquus sim.* (*cf. p. 1348, 49.* SYNON. Cic. p. 437, 33 -a. prisca. vetera. antiqua. olitana. vetusta): HOR. sat. 1, 3, 99 cum prorepserunt -is animalia terris (*aliter* SCHOL. hypallage: -a animalia. *Lucr. 5, 790* nova ... tellus *comparant quidam docti. cf.* HOR. sat. 2, 2, 93 hos utinam inter heroas natum tellus me -a tulisset). PROP. 1, 7, 3 -o contendis Homero *Thebaida scripturus* (*nisi ad III*). SEN. Oed. 817 -a languescit senum memoria (*sc. rerum veterum*). SIL. 2, 406 condebat -ae Dido Carthaginis arces. QVINT. inst. 8, 3, 36 quae *verba* illi rudes homines -ique fecerunt (9, 4, 4. *al.; cf. supra l. 10; sensu christ.*: VET. LAT. I Cor. 15, 45 [cod. 75. *al.* = VVLG.] factus est -us homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem [*cf. p. 1327, 23*]. ZENO 2, 24, 3 -i hominis quondam vestri ... memoriam [*sc. ante baptismum*]. *al.*). PRVD. psych. 374 angelicusne cibus -a in tentoria vestris fluxit avis? (*opp.* nunc sero ... aevo). VINCENT. LER. comm. 8, 2 propter adserendam -ae fidei tenacitatem (*respicitur Gal. 1, 8*). CONC.^{S} II 2, 2 p. 102, 7 sicut ... -is canonibus denuntiatum est (*cf. p. 39, 9* anterioribus, *p. 59, 20* antiquis, *sim. al., gr. II 1, 2 p. 162, 13 τοῖς πάλαι κανόσιν*). MAXIM. eleg. 2, 29 -ae retinet monimenta figurae atque inter cineres condita flamma manet. *al.*

c *pro subst.*: α *neutr.*: ① *in locut. adv. significantibus i. q. (ab) initio*: Ⓐ *per praepos.*: a -o (GLOSS. *ἀπ' ἀρχῆς*): PLAVT. Most. 824 improbiores sunt, quam a -o credidi. TER. Phorm. 604 petam hinc unde a -o institi: is si dat, sat est. 642 a -o homo insanibat. RHET. Her. 4, 41, 53 ut omnia inter se a -o ad postremum conveniant. CIC. Phil. 2, 75 consilium a -o reprehendendum. orat. 212 fluit ... numerus a -o tum incitatius ... tum ... tardius. Tusc. 1, 54 Att. 8, 11, 2. *al.* *? ad -um (*cf.* ad -a *l. 34. p. 1356, 33*): TERT. orat. 22 p. 196, 14 ex ea die *sponsali* ..., qua ad -um viri corpus osculo et dextera expaverint *virgines* (*locut. adv. intellegitur vol. I 557, 48. V 2, 1603, 43 [cf. 1602, 77], sed exspectes* qua -um ad *eqs.; an attributive de -o corpore tangendo, sc. postea, ipsis nuptiis, plene cognoscendo?*). in -o (GLOSS. *ἐν τῷ πρώτῳ. vix recte trad.* LIV. 2, 40, 3 *pro* is -o): CELS. 2, 10, 12 satius est ..., in -o levare aegrum, deinde *eqs.* SEN. Phaedr. 132. epist. 108, 26 in -o est (*antea*: -um ... effluit). GELL. 16, 8, 2 *in dialecticam induci cupienti mihi* in -o *περὶ ἀξιωμάτων* discendum *erat* (*vix ad p. 1356, 27*). TERT. nat. 1, 12, 7 (*8* exordio). CHIRON 57 in -o *non* acris medicamentis, sed magis melle curato (*inde* VEG. mulom. 2, 13, 3). ANTHIM. praef. p. 3, 17 in -o bene factum cibum praesumat, et de aliis rebus parcius ita, ut *eqs.* (*nisi ad p. 1357, 3, ut fort. et* ORIBAS. syn. 4, 28, 27 Aa p. 31 in -o ante cibum *sorbeantur ova* [*La* prius]. 9, 10, 2 La p. 284 [*opp.* post ... haec; *Aa* primo]). *al.* in -is: *v. vol. VII 1, 680, 52 sqq.* Ⓑ *per acc. relat.* -a *pro adv.*: SIL. 8, 16 *Celtae* ingenio fluxi, sed -a feroces (*ad rem cf. e. g. p. 213, 80 sq.*).

Ⅱ *exempla varia* (*fere plur.*): CIC. fin. 2, 105 (*antea*: bona praeterita) si -a quaeque bene ab eo consulta atque facta ipsius oblivione obruentur (div. 1, 127 traductio temporis ... -um quicque replicantis. Att. 10, 12ª, 3. *al.*). nat. deor. 2, 67 cum ... in omnibus rebus vim haberent maximam -a et extrema (*eodem opp.*: fam. 10, 13, 2 tu contexes extrema cum -is; qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. 10, 14, 1. *al.*). LIV. 1, 8, 6 eo *in asylum* ex finitimis populis turba omnis ... perfugit idque -um ad coeptam magnitudinem roboris fuit. 8, 3, 6 quod bellum, si -a satis prospera fuissent, ... ad Romanos pervenisset. 29, 2, 1 ne glisceret -a neglegendo bellum. CE 1014, 3 (*saec. I¹*) quem -a ferentem aetatis Pluton invidus eripuit. SEN. epist. 124, 10 *bonum* tantum abest ⟨ab⟩ infantia, quantum a -o ultimum, quantum ab initio perfectum. SIL. 1, 682 -a super tantis rebus *esse* pensanda, ducisne ceperit arma furor, ... an *eqs.* TAC. hist. 3, 46, 2 *Daci* -a rerum quieti speculabantur; ubi flagrare Italiam bello ... accepere *eqs.* CLAVD. 3, 165 rex ⌞ad -a⌟ tumebat ..., sed postquam *eqs.* (⌞ ⌟ *potius cum verbo iungendum coll. vol. I 552, 26 sqq., quam pro adv. accipiendum*). *al.*

β *masc. vel fem.* (*horam et diem v. p. 1357, 35. 41*): CIC. Mil. 65 Pompeio nuntiatur *aliquid* in hortos; arcessor in -is (NEP. Paus. 5, 3. *al.; cf. p. 1358, 49*). VERG. georg. 1, 144 -i cuneis scindebant ... lignum (*non ferro*). Aen. 7, 136 -am ... deorum Tellurem (SERV. quia ipsa est mater deorum). PLIN. nat. 14, 44 Catonum ille -us (*sc. Cato maior; cf. p. 1278, 36*). *al.* *de Adam et Eva* (*cf. p. 1347, 10*): PROSP. carm. de ingrat. 22 *dicit Pelagius* progenitos ... nullum traxisse reatum de patribus neque dissimiles nunc nascier illo ortu -orum, qui ... peccarunt. DRAC. laud. dei 2, 367 ex -o quicumque sumus ... creati. *al.*

2 *audacius ponitur praedicative vel attributive, ubi potius exspectes adverbia*: α primum, primo (*fere in poesi et script. posterioribus, nisi addas p. 1349, 13. 1364, 35*): α *praedicative* (*cf. p. 1349, 16*): ① *vario usu*: VERG. georg. 1, 12 *Neptuno* -a frementem fudit equom magno tellus percussa tridenti (SERV. auct.: multi pro 'olim' accipiunt ut '...' [Aen. 1, 24]; alii -a ideo, quod post ... genuit *alium*; ... ergo -a pro primum *eqs.*). Aen. 4, 166 speluncam Dido *et Aeneas* ... deveniunt; -a et Tellus et pronuba Iuno dant signum (*nisi ad p. 1346, 53*). 10, 508 haec te -a dies bello dedit, haec eadem aufert. 12, 626 hac ... sequamur Troiugenas, qua -a viam victoria pandit (SERV. id est -um). LAVS Pis. 16 quid memorare necesse est, ut domus *Calpurnia* ... Pisonis tulerit cognomina -a? VAL. FL. 2, 207 *Pavor Discordia Rabies aderant*, ut -a vocatu intonuit *Venus.* 3, 436 vincula solvere monstrat -a pedum ..., hinc ..., tunc. SIL. 2, 235 stat -am urbem ... postposita caede ... invadere. 4, 167 spicula -a, puer, ... Pelori ... moriens ... sanguine tinguis. 6, 186 *serpens* extulit assurgens caput atque in nubila -am dispersit saniem. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 4 quamcumque bonitatem iustitia -a efficit rationalem (primo *suspicatur Kroymann*). orat. 25 p. 197, 17 -us spiritus sanctus ... discipulis hora tertia infusus est. *al.* *dubiae interpretationis*: VERG. Aen. 1, 1 Troiae qui -us ab oris Italiam fato profugus ... venit (*primo, sc. initio rerum Romanarum, ni fallimur coll. 1, 5* dum conderet urbem *eqs. et Liv. 1, 1, 4* profugum sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis; *notionem q. e. olim intellegunt alii; usu praedic. communi varie explicant* SERV., SERV. auct. [*qui addit* vel laudative, *afferens* VERG. *p. 1349, 16*], CLAVD. DON.). Ⅱ *sublucentibus coloribus secundariis, sc.:* *denique, demum*: VERG. ecl. 1, 44 hic mihi responsum -us dedit ille petenti. Aen. 7, 118 ea vox audita laborum -a tulit finem. 12, 505 ea -a ruentis pugna loco statuit Teucros. OV. met. 5, 641 (*loq. Arethusa*) mersa cavernis advehor Ortygiam, quae me ... superas eduxit -a sub auras. *al.* *? *olim: iam inde ab antiquitate sunt, qui hanc notionem tribuant locis quibusdam* VERG., *v. imprimis l. 50. 67. p. 1349, 25.*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *attributive*: Ⓘ *iuxta coniunctiones vel adv.*: VERG. georg. 3, 130 ubi concubitos -os iam nota voluptas sollicitat ([SERV. auct.: -os concubitus anni redeuntis accipiendum; ... ergo -os poetice pro primum]. Aen. 3, 69 ubi -a fides pelago, ... deducunt socii naves. SIL. 7, 96 ubi -a satis conspecta *sunt* ... signa procul. *al.*). Aen. 5, 857 vix -os ... quies laxaverat artus et *Somnus* ... proiecit in undas *Palinurum dormientem* (VAL. FL. 7, 193 vix -as ... prospexerat arces, ... ecce *eqs.*). 7, 603 cum -a movent in proelia Martem, *mos est, ut aperiantur portae Iani* (12, 632 [*Turnus ad Iuturnam*] dudum adgnovi, cum -a per artem foedera turbasti [*nisi praedic., cf.* SERV.: -a aut inchoantia, aut 'tu -a']. VAL. FL. 1, 765 cum -a per altum vela dedit [*nisi ad 1b*]. 7, 172 cum -os adgressa es flectere sensus virginis. SIL. 3, 328 cum -a [pigra *var. l.*] incanuit aetas, *mortem sibi consciscere. al.; vix addas* LIV. 21, 5, 9 cum -a quies ... fuit). 11, 573 ut ... pedum -is infans vestigia plantis institerat (STAT. Theb. 5, 731 tunc ..., ut -a silentia vulgi mollior ira dedit. *al.; cf. p. 1348, 57*). Ⓘⓘ *cetera exempla* (*inter praedic. et attrib. fere ambigua*): VERG. Aen. 6, 810 -am qui legibus urbem fundabit *Numa.* HOR. sat. 2, 8, 45 quod *oleum* -a Venafri pressit cella. SEN. apocol. 4, 1 vers. 29 *cum oritur dies, Sol* -os a carcere concitat axes. VAL. FL. 1, 1 -a ... canimus freta pervia. AVIEN. ora 677 dura sat vocabula auremque -am ... vulnerantia. CASSIOD. var. 9, 21, 3 -a ... grammaticorum schola est fundamentum ... litterarum. ANTHIM. praef. p. 1, 8 -a sanitas hominum in cibis congruis constat (*item fere* p. 2, 4. 14).

b prius (*sc. respiciuntur duo tantum eventus*): VERG. Aen. 1, 24 veteris ... memor Saturnia belli, -a quod ... pro caris gesserat Argis (SERV. -a 'princeps' accipienda est. SERV. auct. -a: inter -os; alii pro 'olim' *eqs.*). VAL. FL. 2, 85 *Iuppiter* Iunonem ... -am suspendit Olympo ...; mox etiam ... Vulcanum ... devolvit (*item in serie*: 2, 176 *Venus* planctibus instat -aque *ait*: '...'; [*184*] tunc. *al.* STAT. Theb. 4, 5 -a ... ostendit Bellona facem *procul* ...; mox et castra subit. *al.*). 5, 388 (*Iason Medeae*) duc ... ad *regem* ... ac tu -a doce fandi ... modum. VET. LAT. I Tim. 1, 13 (cod. 64. *al.*) qui -us fui blasphemus et persecutor (*gr. πρότερον, cod. 75. al. et Vulg.* prius, *Cypr. epist. 73, 13. al.* primo). MARCELL. med. 8, 84 *medicamentum* decocta -a aqua effusa, sic postea decoques, ut *eqs.* CLAVD. MAM. anim. epil. p. 193, 24 in diminuto corpore quantitas, quae -a fuerat, non est. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 176, 37 quod et usque ad praesens simulationem *rectae fidei* servaverint et non -i aliorum diabolo semet ipsos addiderint. *al.* -us quam (*cf. adv. p. 1363, 60, quo trahere possis etiam l. 41*): ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 78, 4 -us quam ullum magistratum gereret, dictator dictus est (*'pro* prius *lapicidae neglegentia' ed.; sed v. Hofmann-Szantyr 600*). VET. LAT. Ioh. 15, 18 (Gaud. Aug. c. Gaud. 1, 26, 29, *sim.* cod. 5) si saeculum vos odit, scitote quia me -um odio habuit ⌞quam vos⌟ (⌞ ⌟ *om.* cod. 5, *ut pars gr.; ipse Aug. ibid. ut Vulg.* me priorem vobis; *gr. πρῶτον ὑμῶν*). MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 1 p. 410 si -i quam nos coronarentur (*gr. τῷ πρῶτοι στεφανοῦσθαι*).

B *speciatim* (*de ordine creandi, rogandi sim. in re publica v. p. 1358, 34*): **1** *respiciuntur initia dictorum vel scriptorum* (*cf. p. 1346, 42; mera vi locali v. infra sub II e. g. p. 1352, 42. 46*): **a** *vario usu*: α *praedicative*: PLAVT. Capt. 620 ex me audibis ...; sed hoc -um me expurigare tibi volo me insaniam ... *non* tenere (*iuxta pron. praeparat.*: Most. 748 hoc mihi responde -um, quod *eqs.* TER. Haut. 3 id -um dicam, deinde quod veni eloquar. 269 quid est? ... :: hoc -um, ut ne quid ... ignores. Eun. 990 ego te ...! sed istuc, quidquid est, -um expedi. *al.* PACVV. trag. 122. LVCIL. 339 -um hoc, *sc. tractemus*, quod dicimus esse poëma [*nisi ad p. 1359, 45*]. *al.*). Curc. 129 huic quid -um dicam nescio (*item in deliberando*: TER. Eun. 1044 quid commemorem -um aut laudem maxume? CIC. S. Rosc. 29 quid -um querar aut unde potissimum ... ordiar? Verr. II 5, 83. *al.*). RHET. Her. 1, 9, 15 rem dilucide narrabimus, si ut quicquid -um gestum erit, ita -um exponemus (*sim.* CIC. inv. 1, 19. 29 QVINT. inst. 3, 9, 6). 4, 27, 38 cum verbum ... non interponimus, sed aut -um aut postremum conlocamus *eqs.* CIC. de orat. 2, 313 reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea -a collocant *in oratione* (*cf.* 2, 314 firmissimum quodque sit -um. *sim. al.*). *al.* β *attributive*: PLAVT. Persa 552 (*551* in principio) in -o verbo perspicere sapientiam (RHET. Her. 4, 13, 19 conversio est, per quam non ... -um repetimus v., sed ad postremum continenter revertimur. 4, 46, 59. NOVIVS Atell. 3 *v. p. 214, 29 sq.* CIC. de orat. 2, 316. *al.*). RHET. Her. 1, 11, 18 constitutio est -a deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione coniuncta (*sim. definitur* CIC. inv. 1, 13 QVINT. inst. 3, 6, 13. *cf.* CIC. inv. 1, 10 constitutio est -a conflictio causarum ex depulsione intentionis profecta [QVINT. inst. 3, 6, 4. *al.*]). 3, 10, 18 firmissimas argumentationes in -is et in postremis causae partibus conlocare ([*cf. l. 61*]. CIC. Cael. 26 -a p. *orationis* fuit illa, quae me minus movebat. de orat. 3, 192 versus ... -a et media et extrema p. *al.*). CIC. leg. agr. 2, 15 a -o capite legis usque ad extremum ... nihil aliud actum *esse*, nisi *eqs.* (*cf. p. 1356, 72*). dom. 112 si modo eadem -a littera competitorem *praeturae* habuisset (de orat. 1, 260 cum ... ita balbus esset *Demosthenes*, ut eius ipsius artis *rhetoricae*, cui studeret, -am l. non posset dicere [*sim.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 1]. *al.* OV. fast. 5, 536. *al.; de litteris scriptis v. p. 1352, 42*). Rab. Post. 14 populum monere, ut, cum lex aliqua recitaretur, -um versum attenderet (Att. 2, 16, 4. *al.*). γ *neutr. pro subst.*: CIC. de orat. 3, 192 in oratione ... pauci -a cernunt, postrema plerique. 3, 206 verbi crebra tum a -o repetitio (*i. ἐπαναφορά*), tum in extremum conversio (*item* a -o: orat. 26 *in oratione dicere* summissius a -o, deinde ... pressius, post *eqs.; dubium*: ASCON. Scaur. p. 25, 27 circa tertiam partem a -o [*sim.* p. 27, 22, *cf. p. 16, 28* a principio, *nisi intellegas potius* a -o versu *ut infra p. 1356, 54*]). orat. 215 (*de clausulis*) *quidam* numerus in -o viget, iacet in extremo ([*nisi suppleas* loco]. SEN. nat. 5, 14, 1 repetam nunc, quod in -o dixeram [*sc. 5, 4 vel potius 3, 16, 4?*]. *al.; cf.* in -um: SEN. benef. 7, 1, 2 quidquid maxime necessarium erat, in -um congessi; nunc, si quid effugit, recolligo). fin. 3, 8 -a illa, quae in congressu solemus: 'quid tu', inquit, 'huc?' *al.*

b *usu partitivo*: PLAVT. Trin. 885 -o nomine (*v. p. 214, 24 sq.*). TER. Ad. 9 *adulescens* lenoni eripit meretricem in -a fabula (*explicant*: DON. pro 'in -a parte'. CHAR. gramm. p. 272, 13 [*ex Romano*] -a pro -o Terentius ..., ubi Helenius Acron 'pro in -o'). CIC. de orat. 3, 105 exercitatio, quam extremo sermone (*sc. 2, 341*) instruxit Antonius, -o (*sc. 2, 43*) reiciebat. 3, 172 si verba extrema cum consequentibus -is ita iungentur, ut *eqs.* (*in eadem re*: orat. 149 ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum -is. 150). Brut. 253 -o ... in libro (*vix ad p. 1356, 68*). CATVLL. 64, 116 quid ego a -o digressus carmine plura commemorem? (*al., v. vol. III 468, 7 sq. 12, ubi vis part. vix recte ascribitur ipsi subst.*). *al.*

2 *respiciuntur quae proxima (ad)sunt* (*maxime in sermone iuris et fere de futuris praeter l. 39. 58*): **a** *vario usu*: ENN. scaen. 44 puerum, -us Priamo qui foret postilla natus. TER. Ad. 23 senes, qui -i venient *in scaenam.* SENT. Minuc. (CIL I^2 584) 35 vectigal anni -i k(alendis) Ianuaris secundis ... dare debento. LEX. Tarent. (CIL I^2 590) 1, 7 IIIIvir(ei) aedilesque, quei h(ac) l(ege) -ei erunt (*item de magistratibus*: LEX Vrson. [CIL I^2 594] 63, 3 IIviri, qui -i ad pr(idie) k(alendas) Ianuar(ias) mag(istratum) habebunt. 70, 6 qui -i post h(anc) l(egem) ⟨fa⟩cti erunt. *al.*). CIC. Att. 9, 13, 1 *Pompeium* -o vento navigaturum *esse* (*cf.* LVCAN. 2, 646 -us in Epirum boreas agat *consules*). ad Q. fr. 2, 5, 5 te -a navigatione transmissurum (2, 6, 3 simul et ille venerit, -am n., dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. *cf.* GLOSS. -um navigium: *πρωτόπλοια*). VARRO ling. 6, 28 ferias -as menstruas, quae futurae sint eo mense, rex edicit populo. CAES. civ. 1, 5, 4 v -is diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ex die consulatum iniit Lentulus. *al.* **b** *de die certo: attributive, forma* kalendae Iuniae -ae (*praeter* TAB. cer. Pomp. [Année Épigr. 1982 n. 208] k(alendis) -is Iuniis): CATO agr. 147 (*item* 148, 2) locus vinis ad k(alendas) Octob(res) -as dabitur. 148, 2 vinum accipito ante k(alendas) Ian(uarias) -as (SENT. Minuc. [CIL I^2 584] 36. 44 ante eidus Sextilis -as. LEX agr. [CIL I^2 585] 17. *al.*). LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 3, 13 dies operis: k(alendis) Novembr(ibus) -eis. LEX Corn. de XX quaest. (CIL I^2 587) 1, 10 ex noneis Decembribus -eis (14 [*22* secundeis, *26* tertieis]. CIL IV 138. 1136 locantur ... ex idibus Aug(ustis) -is in idus Aug(ustas) sextas. *al.*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 57 post k(alendas) Ianuar(ias) -as (98). *al. praedicative* (*cf. l. 31 sqq.*): LEX agr. (CIL I^2 585) 18 ⟨ante eidus Mar⟩tias, quae post h(anc) l(egem) rog(atam) -ae erunt (*sim.* 70). **c** -us quisque: LEX repetund. (CIL I^2 583) 30 utei ioudicium p⟨rimo quoque die *fiat*⟩ ([*suppletur sec.* 46 *et* 64]. SENT. Minuc. [CIL I^2 584] 45. LEX Vrson. [CIL I^2 594] 96, 7. CIC. Phil. 5, 4 [*respicitur S. C. ut*: 8, 33]. POMP. Cic. Att. 8, 12^b, 2. *al.*). CIC. inv. 2, 60 non -o quoque tempore iudicari (S. Rosc. 36 Verr. II 4, 58. Phil. 3, 39 senatui placere, uti ... -o quoque t. de his rebus ... referrent *consules [item in S. C.*: 4, 4. Att. 4, 17, 3 comitia -o q. t. haberi. *al.]. et saepe*). S. C. Cic. fam. 8, 8, 8 uti quodque conlegium -um praetorum fuisset, ... ita sorte in provincias proficiscerentur (*opp.* proximi cuiusque collegii). *al.*

3 *in philosophia* (*gramm. p. 1351, 6. 31, arithm. p. 1351, 41*): **a** *respicitur origo, fundamentum sim.* (*sc. notione temporis magis minusve evanescente*): α *de primordiis, elementis mundum constituentibus*: LVCR. 1, 61 semina rerum ... et ... corpora -a, quod ex illis sunt omnia -is (1, 538. 2, 96. *al.*). 2, 313 longe nostris ab sensibus infra -orum natura iacet (*neutr. pro subst. ut*: 4, 186 *quaedam* e -is facta minutis. CIC. ac. 1, 26 [*syn.* initia]. VERG. ecl. 6, 33 ut his exordia [ex omnia *var. l.*] -is omnia *concreverint* [SERV. auct.: pro principiis]. *al.; cf. l. 65*). 2, 685 -is ... figuris (6, 776. *al.*). 3, 380 exordia -a (5, 677, *sed v. vol. V 2, 1567, 61 sqq.*). 4, 941 cum perveniant plagae ... corporis ad -as partes elementaque -a. ARNOB. nat. 1, 8 -a materies, quae in rerum quattuor elementa digesta est (CHALC. comm. 7 de -is materiis silvestribus. *cf. p. 1351, 8. 25*). *al.*

β *de genere illo, cui in partitione logica subiciuntur species* (*ut simul spectet ad III*): CIC. part. 129 *ius* dividitur in duas -as partes, naturam atque legem, et utriusque generis vis in divinum et humanum ius est

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

distributa. VARRO ling. 10, 14 -a divisio in oratione, quod alia verba nusquam declinantur, ... alia declinantur (*opp.* secunda divisio *declinabilium*). SEN. epist. 58, 8 -um illud genus quaerimus, ex quo ceterae species suspensae sunt. 58, 12 hoc (*sc. 'quod est'*) ... est genus -um et antiquissimum et ... generale. 58, 16 -um illud 'quod est'. CLEDON. gramm. V 34, 14 -ae partes orationis (*v. p. 1296, 47*). BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 13 p. 109, 17 sicut genus ab specie -um est, sic species ab individuis -ae sunt. 2, 14 p. 110, 20 sicuti materies -a est ab illa re quae veniens in materiem formam constituerit ..., sic etiam prius est genus ab illa specie, quam *eqs. sim. al.*

γ *de variis principalibus*: Ⓘ *in philosophia*: LVCR. 3, 331 implexis ... principiis ab origine -a (3, 771. 5, 548 mundi [5, 678 VERG. georg. 2, 336. *al.*]. *al.*). 4, 478 -is ab sensibus esse creatam notitiem veri. 4, 941 corporis ad -as partis elementaque -a (CIC. fin. 3, 19 naturae. 5, 43 APVL. Plat. 1, 7 p. 194 LACT. inst. 6, 2, 16. *al.; cf. p. 1347, 1*). CIC. rep. 1, 45 *rei publicae genus* ex his quae -a dixi moderatum et permixtum tribus (*ad p. 1359, 45 trahunt alii, sed cf.* 69 ⟨ex⟩ tribus -is generibus *civitatum* longe praestat ... regium, regio autem ipsi praestabit id quod erit ... temperatum ex tribus -is [optimis *trad.*] ... modis). ac. 2, 102 *de ratione percipiendi* -a institutio et quasi disciplina illo *Clitomachi* libro continetur (*cf. p. 1346, 75 et e. g.* Tusc. 1, 14 an tu dialecticis ne imbutus quidem es? in -is enim hoc traditur *eqs.* [*sc. praeceptis, elementis sim.*]). VARRO ling. 5, 13 quattuor genera -a rerum (*12* initiorum quadrigae: locus et corpus, tempus et actio). SEN. benef. 4, 7, 2 ille *deus* est -a omnium causa, ex qua ceterae pendent (epist. 65, 4 *sec. Arist.* -a ... c. est ipsa materia, ... secunda opifex, tertia est forma. 65, 12 -am et generalem quaerimus c. *al.*). CHALC. comm. 330 -as substantias ([*sc. speciem generatam, silvam, ideam*]. MART. CAP. 4, 361 subiectum est -a s. [*sc. individua sec. Arist. ut*: 4, 364. *al.*]. BOETH. herm. 23a24 [*explicatur* in herm. comm. pr. 2, 13 p. 206, 18 -as ... s. dicit divinas *eqs.*]. *al.*). 337 species ... -a (*sc. idea, cf. p. 1237, 48*). *al.* Ⓘⓘ *in gramm.: usu generali*: LVCR. 5, 1042 vocabula -a, *quae ὀνοματουργός rebus imposuit.* VARRO ling. 8, 13 cum de his *partibus orationis* nomen sit -um (*ibid. iterum; cf. p. 1325, 21 et* EXPLAN. in Don. gramm. IV 488, 12 *nomina* -um locum tenent). *cum respectu derivationis vel declinationis* (*cf. p. 1295, 50*): QVINT. inst. 1, 5, 60 -a positio *nominum* (*al., v. supra p. 87, 63 sqq. 88, 8 sqq.*). SERV. gramm. IV 437, 10 'pudet' ... verbum impersonale defectivum est; sublatis enim de -o verbo duabus personis, -a et secunda, tertia utique superest. POMP. gramm. V 240, 10 'lacesso, facesso' non potest inveniri -um ipsius, id est principale (*postea l. 16* non habent principales formas, *i. -as positiones*). ⓘⓘⓘ *in arithmetica de numeris incompositis*: MART. CAP. 7, 744 sunt ... qui -i numeri appellantur, qui a nullo numero dividi possunt, nisi a monade *eqs.* (*ibid.* quapropter -i appellantur, quoniam a nullo numero exoriuntur). 7, 750 *numeri per se incompositi et inter se incompositi nominantur* -i numeri (*opp.* secundi, *ut in eadem re*: 7, 772 BOETH. arithm. 1, 16. *al.*). BOETH. arithm. 1, 13 numerus, qui vocatur -us et incompositus (1, 14, 1. *al.; idem vocatur* -us et simplex: CASSIOD. inst. 2, 4, 3). *al.*

b *respiciuntur τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν* (*cf. p. 1247, 23. 1307, 57*): CIC. fin. 2, 33 ea, quae -a data sint naturā (*item* 2, 34; *sim.* 3, 17 quae -a sunt adscita n. ac. 1, 22 quae essent -a in n. *al.*). 2, 34 in his -is naturalibus voluptas insit necne, magna quaestio est. *ibid.* Aristoteli ea -a visa sunt, quae paulo ante dixi. 2, 42 quae -a natura approbavisset. 3, 21 quae sunt -a naturae (3, 30 -a n. in summis bonis *ponere.* 3, 61. 4, 38. *al.*). 4, 25 *nos* -am ... ex natura hanc habere appetitionem, ut conservemus nosmet ipsos. 5, 18 quae -a secundum naturam nominant (5, 19 ad -a illa s. naturam obtinenda. *al.*). *al.*

II *praevalente respectu* ***loci*** (*exempla selecta inde a* CIC.): **A** *generatim*: **1** *adi.*: **a** *praedicative: iuxta verba eundi* (*cf. p. 1353, 15*): NAEV. carm. frg. 29 -a incedit ... Proserpina (*continuatur fortasse frg. 30* dein ... Apollo). NOVIVS Atell. 92 i -us, progredi! (*coni.* praegredi). SALL. or. Macri 2 reliquum est ... ire ⸢-um⸣ via, qua capessundam arbitror libertatem (⸢ ⸣ *sc. me; vix adv.*). VERG. georg. 3, 77 -us et ire viam et fluvios temptare ... audet *equus generosus* (*nisi vi temporis, sed cf. p. 1352, 70*). *al.* *exempla cetera* (*saepius in describendo situ regionum*): CAES. Gall. 1, 10, 5 hi *Segusiavi* sunt extra provinciam trans Rhodanum -i. SALL. Iug. 19, 3 ad Catabathmon ... secundo mari -a Cyrene est ... ac deinceps *eqs.* NEP. Milt. 6, 3 in porticu ... ut in decem praetorum numero -a eius imago poneretur. OV. fast. 2, 51 -us ... Iani mensis (*v. p. 1357, 19*), quia ianua -a est. MELA 1, 23 tum -os ab oriente Garamantas, post Augilas ... et ultimos ... Atlantas audimus. 2, 39 a Macedonia -a est Thessalia. *al.* *partitive in describendo monstro variis partibus composito: v. p. 215, 30 sqq.*

b *attributive*: α *usu partitivo (nisi hic illic lemma abundanter additum putes, e. g. p. 1352, 5. 13; cf. p. 1347, 26); pertinet ad*: Ⓘ *loca et res varias* (*in imag.* PLAVT. *et saepius*): PLAVT. Mil. 253 dum modo hunc -a via inducamus, vera ut esse credat quae mentibimur (VERG. Aen. 6, 96 v. -a salutis. OV. met. 2, 63 [*67* ultima]. *al.*). CATO agr. 18, 2 ab solo foramen -um *pedes tot* (*v. Goujard, 1975, ad l.*). POMPON. Atell. 91 in -a valva est *quidam adveniens* (*si recte trad.*; infirma v. e. *Bücheler*). CIC. Verr. II 2, 160 ante ipsum Serapim, in -o aditu vestibuloque templi (Caecin. 35 *si te* -o a. vestibuloque prohibuerint. Lig. 17 -us a. et postulatio Tuberonis haec ... fuit [*item in imag.*: fam. 13, 10, 4 Q. CIC. pet. 9 HOR. sat. 1, 9, 56. *al.*]. LIV. 2, 10, 5. *al.*). Deiot. 42 in -is finibus *tetrarchiae* ([*opp.* ultimos]. CAES. Gall. 6, 35, 6 Eburonum. LIV. 31, 19, 5 regni. SEN. dial. 3, 8, 2 [*in imag.*]. *al.*). Phil. 10, 10 a -a ora Graeciae usque ad Aegyptum (fam. 12, 5, 1 MANIL. 5, 218. *al.; cf.* VERG. georg. 2, 44 -i ... litoris oram). Cato 48 qui in -a cavea spectat (*opp.* ultima). Att. 12, 27, 3 in -a provincia (fam. 3, 6, 2. *al.*). LVCR. 1, 879 *quae sunt* magis in promptu -aque in fronte locata (*al., v. vol. VI 1, 1362, 66 sqq. 1363, 11. 23. 28 sq. 1365, 32 sqq. al.*). BELL. Alex. 20, 5 *cohortes,* quae in ponte ac -a mole constiterant. VARRO rust. 3, 5, 16 in -is radiis *machinae cuiusdam* (*15* ad extremum). VERG. Aen. 5, 151 *in certamine remigum* effugit ante alios -isque elabitur undis ... Gyas (MANIL. 1, 643 LVCAN. 5, 513. *al.; e coni. dub. pro adv.* primo OV. met. 2, 871). PROP. 4, 8, 50 ad -os murmura facta Lares (GERM. frg. 4, 16. *cf. e. g.* -a aedes: OV. met. 5, 284 fast. 6, 302 MART. 7, 51, 4). OV. fast. 1, 717 horreat Aeneadas et -us et ultimus orbis (*aliter l. 23*). *al.* *de mundi parte orientali* (*sc. quam primam aspicit sol; cf. infra l. 59*): SEN. Oed. 116 figere ... mundo tua, *Bacche,* signa -o (*antea*: extremos ... Indos, ... Eois ... campis). LVCAN. 7, 360 -o gentes oriente coactae ([ADNOT. de -a parte orientis]. LACT. Phoen. 1). STAT. silv. 4, 3, 107 *gentes* sub axe -o *degentes.* AMM. 14, 6, 10 a -o ad ultimum solem ... possidere *praedia.* *al.* Ⓘⓘ *partes corporis* (*etiam siderum; in imag. l. 29. 36. al.*): CIC. Arat. 383 *Cycnus* ad summam caudam -asque recedit pinnas. nat. deor. 1, 20 -is, ut dicitur, labris gustasse physiologiam (*al., v. vol. VII 2, 810, 14. 53. 75*). CATVLL. 2, 3 -um digitum dare adpetenti *passeri* (CIRIS 212. *al.*). VERG. georg. 3, 399 *haedorum* -a ... praefigunt ora capistris ([SERV. auct.: pro 'summa']. OV. epist. 4, 8 in -o destitit ore sonus. SEN. Herc. f. 1310. *al.*). Aen. 5, 566 vestigia -i alba pedis (OV. am. 3, 2, 64. HYG. astr. 3, 22 habet ... in quarto *pede* -o unam *stellam Cancer*). PROP. 2, 26, 11 vix -as extollens gurgite palmas (VAL. FL. 8, 44). OV. ars 3, 553 dissimulate ... nec -a fronte rapaces este (*al., v. vol. VI 1, 1365, 29 sqq.; cf. p. 1347, 24*). MANIL. 5, 693 cum -is vultibus Arctos ad sua ... revocat vestigia passus. *al.*

β *usu vario*: CIC. Arat. 378 Procyon, qui sese fervidus infert ante Canem; inde Canis vestigia -a videntur (GERM. 611 [*eiusdem C.*]. *cf.* VARRO rust. 3, 12, 5 *lepus* pedibus -is humilibus, posterioribus altis [OV. met. 9, 319 *mustelae.* MANIL. 1, 619 *Vrsae. al.*]). Verr. II 2, 191 videtis -as litteras integras? videtis extremam partem nominis ... demersam esse in litura? (SVET. Aug. 97, 1. *cf. etiam p. 1349, 74*). 5, 90 -a Haluntinorum navis capitur (CAES. Gall. 4, 23, 2 hora ... quarta cum -is navibus Britanniam attigit. BELL. Alex. 15, 3 [*opp.* reliquam classem]. *al.*). leg. agr. 2, 22 *Rullo* locus -us in indice et in praescriptione legis concessus est (CAES. Gall. 2, 11, 1 -um itineris locum *petere.* NEP. praef. 6 -um locum ... aedium [*opp.* in interiore parte]. *al.*). LVCR. 2, 448 (*in imag. sec. p. 1353, 10*) in quo ... genere inprimis adamantina saxa -a acie constant. CAES. Gall. 2, 17, 2 cum -a legio in castra venisset reliquaeque legiones magnum spatium abessent. civ. 3, 80, 1 *Gomphoi,* quod est oppidum -um Thessaliae venientibus ab Epiro. VERG. Aen. 5, 341 caveae consessum ... et ora -a patrum ... Salius clamoribus implet (*coll. l. 54 sq. respici videtur ordo sedendi*). HOR. epod. 4, 15 sedilibus ... magnus in -is eques ... sedet (*cf.* LEX de flam. Narbon. [CIL XII 6038] 5 subsellio -o spectan⟨di⟩ *ius* [MART. 2, 29, 1. *al.*]. MART. 5, 14, 1 sedere -o ... in gradu. *al.*). LVCAN. 9, 414 *non* plus litora Nili quam ... Tanais -is a Gadibus absunt (*sim. significatur pars extrema terrarum*: CLAVD. 3, 293 a -is ... Hiberis. *cf. l. 64*). *et saepe.* *de regione unde sol oritur* (*cf. supra l. 22*): LVCAN. 1, 683 -os me ducis in ortus, qua mare Lagaei mutatur gurgite Nili (*hyperbolice et iunctura sollemni a tempore [v. vol. IX 1, 1063, 60 sqq.] ad locum translata; partitive, sc. unde Romanis incipit regio orientalis, intellexit Hudson-Williams, Class. Quart. 40, 1990, 578 sq., coll. e. g.* OV. *l. 21 laudato*). STAT. Theb. 1, 200 -aeque occiduaeque domus ([SCHOL. orientis occasusque loca]. *eodem opp.* silv. 1, 4, 73). *al.*

2 *pro subst.*: **a** *masc.*: CIC. Brut. 173 nec ... in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit, cum palmam iam -us acceperit; nec in oratoribus, qui tantum absit a -o, vix ut in eodem curriculo esse videatur (*cf. p. 1357, 74*). VARRO rust. 2, 7, 6 *equus bonus* in -is progreditur ac non respectat alios (SALL. Iug. 6, 1 *leonem* -us aut in -is ferire. *cf. p. 1353, 20*). MELA 1, 11 *in Asia* -os hominum ab oriente accipimus Indos. *al.* **b** *neutr.*: VERG. Aen. 5, 194 non iam -a peto ... neque vincere certo *in certamine remigum* (GLOSS. -a peto: -um locum). 5, 338 victor ... -a tenet *in cursu* ([SERV. *τὰ πρῶτα*]. 10, 157 Aeneia puppis -a t. [SERV. in principiis est]. MELA 2, 55 Partheni ... -a eius

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maris tenent, sequentia Taulantii. 3, 100 *opp.* media. Tac. ann. 2, 16, 2 -a silvarum). Cels. 7, 26, 4 *calculus vesicae* si in -o, quod est angustius, inhaeret (Zeno 2, 6, 9 stat ... in -o *templi* innocentia, aequitas in medio, in fine patientia. *al.; in imag. de futuro v. p. 1331, 16*). Vet. Lat. gen. 33, 2 (cod. 100) *Iacob posuit* filios illarum *ancillarum* in -is et Liam ... a retro (*gr. ἐν πρώτοις, Vulg.* in principio). *al.*

B *speciatim in re militari spectat ad frontem, quae est hosti proxima*: **1** *exempla varia*: Caes. Gall. 1, 15, 5 inter novissimum hostium agmen et nostrum -um (*al., v. vol. I 1344, 3 sqq.*). 1, 24, 5 phalange facta sub -am nostram aciem successerunt (*saepe, v. vol. I 402, 56 sqq.*). 7, 62, 4 cum -i ordines ... transfixi pilis concidissent (Liv. 9, 39, 8. *al.; cf. p. 1358, 64*). civ. 3, 36, 8 -i antecursores Scipionis. Sall. Iug. 100, 2 -os et extremos ... tribunos locaverat (Liv. 40, 27, 6 [*opp.* in subsidiis]). Liv. 6, 13, 3 impulsa frons -a (*al., v. vol. VI 1, 1361, 21 sqq.*). 22, 2, 3 Hispanos ... -os ire iussit, sequi Gallos ..., novissimos ire equites (34, 28, 7). *al.* **2** *pro subst.*: *masc.*: Caes. Gall. 2, 10, 3 -os ..., qui transierant, ... interfecerunt. 2, 27, 3 ut, cum -i eorum *hostium* cecidissent, proximi iacentibus insisterent. 5, 32, 2 novissimos ... premere et -os prohibere. 5, 43, 5 recessum ... -is ultimi non dabant. Cic. Phil. 14, 26 cum ... legio ... inrupisset ipseque in -is Pansa pugnaret (Sall. Catil. 60, 6 Manlius et Faesulanus in -is pugnantes. Iug. 45, 2 [*opp.* in postremis]. *al.; cf. p. 1352, 71*). Sall. Iug. 46, 7 *Metellus* apud -os erat, in postremo C. Marius ... curabat. 101, 6 Marius apud -os agebat. Verg. Aen. 2, 479 *Pyrrhus* ipse inter -os ... limina perrumpit (7, 783. 8, 586. *al.*). *al.* *neutr.*: Sall. Iug. 68, 4 equites in -o late, pedites quam artissume ire ... iubet (Liv. 10, 41, 6 arma signaque ... in -o apparebant; post *eqs.* 25, 21, 6 legio et sinistra ala in -o instructae et in longitudinem porrecta acies. 36, 18, 2. *al.; cf.* in -um: Liv. 2, 20, 10 provolant *milites*. 10, 14, 17 ni secunda acies ... in -um successisset. *al.*). Cvrt. 4, 13, 32 non -a quam latera, non latera munitiora fuere quam terga. *al.*

III *praevalente respectu* ***aestimationis*** (*cf.* Avg. serm. 299, 6 p. 1371 dicimus ... medicum -um, multis aetate inferiorem, sed arte superiorem, fabrum -um, architectum -um; solemus ita loqui. Gloss. *βασίλειος. exempla selecta inde a* Cic.; *de forma ambigua* -orum *v. e. g. l. 55. 70. p. 1355, 25. 1267, 37. 52 sqq.; usu fere technico in re p. l. 59. p. 1355, 48 flaxius l. 55. p. 1355, 19 sqq. al.], in municipiis l. 66. 69, in re militari p. 1354, 2. 1355, 66, apud gladiatores l. 68 sq., in ecclesia l. 72. p. 1354, 39 sqq. 1355, 37. 40. al.; adde quaedam spectantia ad ius p. 1359, 9 sqq., ad partitionem logicam p. 1350, 73 sqq.*): **A** *adi.*: **1** *de animantibus* (*animalia pro cibo sumpta v. sub 2b*): **a** *praedicative*: *vario usu*: Plavt. Merc. 69 *ruri* multo -um se⟨se⟩ familiarium laboravisse (*nisi est adv.*). Truc. 453 (*verba meretricis*) minus perhibemur malae, quam sumus ...; ego -a de me domo docta dico (*v. app. crit.*, prime *Seyfferth; vix ad IV*). Ter. Eun. 567 -am dices *virginem*, scio, si videris. Cic. Sest. 91 qui ... -i virtute et consilio praestanti exstiterunt. CE 55, 11 (*saec. I a. Chr.*) graeca in scaena -a populo apparui (*nisi vi temporis, sed cf. vol. II 462, 44. 47*). *al.* -us esse (*copula supplenda l. 51*): Ter. Eun. 90 sum apud te -us. Lvcil. 493 in numero quorum nunc -us Trebellius multost (Rhet. Her. 4, 13, 19 in civitate -us erat. Cic. Brut. 151 videtur mihi in secunda arte [*sc. iuris scientia*] -us esse maluisse, quam in -a [*sc. eloquentia*] secundus *Servius Sulpicius. al.*). 1259 -a Papiria *tribus* Tusculidarum (*sc. est invida sim.*). Laber. mim. 127 non possunt -i esse omnes omni in tempore. *al.*

b *attributive*: **α** *exempla varia*: Cic. Q. Rosc. 30 ad -os pervenit comoedo (*opp.* in novissimis ... histrionibus). Verr. II 2, 11 ex tota provincia homines nobilissimi -ique ... venerunt (3, 168 -orum h. atque honestissimorum [*coll. loco antecedente vix trahas ad* primor *p. 1267, 37*]. 4, 37 a Lysone ..., -o h. 4, 50 Phylarchum ... -um h. genere, virtute, pecunia. Sest. 114 cum bonis viris et h. -is. *al.*). Att. 13, 6, 4 illum fratri in -is ... legatis fuisse. ad Q. fr. 1, 1, 21 -us lictor (proximus l. *Orelli, cf. vol. VII 2, 1375, 81 sqq.*). Liv. 3, 12, 3 (*verba consularis*) *reum* suum -um militem fuisse. 8, 8, 17 viribus ingens bellatorque -us. 35, 19, 6 inter -os amicos Hannibalem habeto (Sen. benef. 6, 34, 2 habuerunt ... isti a. -os, habuerunt secundos, numquam veros. dial. 2, 18, 2. *al.; cf.* Cvrt. 6, 7, 17 aliquem ex -a cohorte amicorum. *sim. al.*). Sen. contr. 2, 5, 17 vir eloquentissimus et temporis sui -us orator (*al., v. vol. IX 2, 900, 12*). CIL XI 3872 (*a. 32/3*) *quidam* viator ..., Augustalis prim⟨us⟩ (II 1944 VIvir A. ... -us et perpetuus. *al.*). VI 37773 (*saec. II ex.*) Iulio Iuliano viro magno philosopo -o. V 5933, 3 secutori -o palo (*al., v. vol. X 1, 176, 61 sqq.; cf. similem gladiatorum titulum* rudis -a: XIII 1997). XI 5283 (*saec. IV med.*) -o principali *coloniae* (*v. p. 1292, 46*). Ivvenc. 2, 178 -orum procerum Iudaei nominis unus *Nicodemus* (*nisi ad* primor; *sec. Ioh. 3, 1* princeps Iudaeorum, *gr. ἄρχων*). Cod. Theod. 16, 8, 13 venerandae christianae legis -is clericis. *al.* *subst. e contextu supplendo* (*pauca notabiliora a B aliena*): Crass. or. frg. Cic. de orat. 2, 224 *quidam* sapiens ... homo cum -is nostrae civitatis (*sc. sapientibus hom.; vix recte adv. intellegitur vol. IV 1380, 46 sq.*). Petron. 140, 1 matrona inter -as honesta. Plin. nat. 17, 2 Crassus orator fuit in -is nominis Romani. *al.* **β** *in re militari* (*respiciuntur gradus militiae revocandi ad partes exercitus numeratas, v. p. 1358, 54*; primus pilus *v. p. 1360, 57; laxius v. p. 1353, 60 sq.*): Caes. Gall. 5, 30, 1 cum a Cotta -isque ordinibus acriter resisteretur (*de centurionibus; al., v. vol. IX 2, 964, 35 sqq.*). Liv. 7, 41, 5 alternis ... annis et tribunus militum et -us centurio erat, quem nunc -i pili appellant (39, 31, 9). 25, 14, 7 Pedanius princeps -us centurio (*al., v. p. 1286, 4*). 41, 3, 9 tribunus -us secundae legionis. CIL II 1681 (*saec. I*) centurioni hastato -o leg(ionis) IV (*al., v. vol. VI 3, 2556, 7 sqq. 32*). V 8750 (*saec. IV ex.*) magister -us de numero Erolorum seniorum. *al.*

2 *de rebus* (*ad designandos homines v. p. 1353, 68 sq.; de animali l. 73. al.*): **a** *usu communi*: **α** *attributive* (*subst. supplendo e. g. l. 15. 24 sq.*): Ter. Eun. 429 tuomne ... hoc dictum erat? ... *audieram* saepe et fertur in -is. Phorm. 27 -as partis qui aget *in scaena* (*al., v. vol. X 1, 465, 34 sqq.*). Ad. 259 *hominem* -arum artium ... principem (Cic. Brut. 151 *v. sub 1a*). Cato orat. 183 patrem -um, postea patronum proximum nomen habere. Acc. trag. 501 -o ex loco *principes* (*item respiciuntur homines e. g.*: Prop. 2, 28ª, 30 heroidas inter -us ... l. Sen. contr. 3 praef. 14 qui *Passienus orator* nunc -o l. stat. *in re publica e. g.*: Tac. Germ. 13, 2 apud principem. Plin. paneg. 10, 4 te providentia deorum -um in l. provexerat. *respiciuntur res*: Cic. fin. 3, 52 ea quae -o l. sunt *in vita*. 3, 53 omne, quod est bonum, -um l. tenere. *al.*). Cic. Verr. II 1, 63 oppidum est ... Lampsacum ... in -is Asiae provinciae clarum (2, 86 in -is Siciliae. *al.; per ellipsin audaciorem e. g.* Plin. nat. 3, 101 Brundisium ..., in -is Italiae [*sc. oppidis sim.*] portu nobile). de orat. 2, 62 quis nescit -am esse historiae legem, ne *eqs.* (*postea*: deinde ...; haec ... fundamenta). rep. 1, 39 *populi* -a causa coeundi est ... naturalis quaedam hominum quasi congregatio (4, 3. *al.*). off. 1, 160 ut -a *officia* dis ..., secunda patriae ... debeantur (Plin. epist. 5, 6, 42 -um ... o. scriptoris existimo, ut *eqs.*). Att. 5, 4, 1 tua cura de illo meo -o et maximo mandato. Bell. Hisp. 17, 2 neque in illius *Pompeii* prospera acie -am fortunam neque in adversa secundam obtinuimus. Verg. Aen. 10, 100 rerum cui *Iovi* -a potestas (summa *var. l.*). Hor. epist. 1, 18, 17 ut non sit mihi -a fides? Liv. 26, 21, 8 quibus *signis* inter -as Graeciae urbes Syracusae ornatae fuerant. Gratt. 229 -ae spes ambitiosa coronae. Cvrt. 6, 3, 17 egregium ... opus et inter ⌞-a⌟ gloriae vestrae numerandum (⌞ ⌟ *sc.* opera, *vix ad p. 1356, 38*). Peregr. Aeth. 9, 4 inter ... agros cultissimos et hortos -os iter habuimus. Conc. Carth. a. 397 p. 40 l. 150 ut -ae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum (*sim.* Avg. epist. 53, 4 a Secundo ... -ae s. episcopo. CIL VIII 23035 [*saec. VI?*] episcopus -ae s. provincie Mauritanie. *al.; ceterum e. g.* Conc. Carth. a. 397 p. 34 l. 23 provinciae, quae -as sedes habent. Reg. eccl. Carth. l. 848 et apud -am sedem ... et in metropoli. *al.*). Prvd. perist. 2, 463 *Petrus* cathedram possidens -am. Clavd. 20, 320 militiam nullam nec -a superbus cingula dignari. Hist. Apoll. rec. A 12 *senex* ut vidit -am speciem iuvenis (*sim.* rec. B). Ps. Primas. in I Tim. 6, 17 p. 672ᴬ -um eorum ... morbum, *superbiam* (*Pelag.* principalem). *al.*

β *praedicative*: ① -um esse: *forma* -um est (*cf. p. 1356, 24*): Ter. Haut. 365 in tempore ad eam veni, quod rerum omniumst -um. Ad. 632 nunc hoc -umst: ad illas ibo *eqs.* Cato agr. 28, 2 *terram* calcato quam optime poteris: id erit ei rei -um. Cic. Catil. 1, 12 id, quod est -um et quod huius imperii ... proprium est, facere nondum audeo. 3, 15 illud, quod faciundum -um fuit, factum ... est. off. 1, 47 de benivolentia ... -um illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligamur (Liv. 1, 55, 1 quorum *negotiorum* erat -um, ut *eqs.* Sen. contr. exc. 3, 1, 2. *al.*). 2, 30 certum ... hoc sit, idque et -um et maxime necessarium, familiaritates habere. Varro rust. 1, 16, 2 e quis quattuor quod est -um, refert infesta regio sit necne. *al.* *cetera*: Cic. part. 83 ut illa -a sint suasori ... videnda, quid *eqs.* fin. 5, 34 cum -ae sint animi partes, secundae corporis. Caes. civ. 1, 9, 2 sibi semper -am fuisse dignitatem. Varro rust. 1, 20, 1 de omnibus quadripedibus -a est probatio, qui idonei sint boves *eqs.* *al.* ② *iuxta alia verba*: Ter. Haut. 963 suavia in praesentia quae essent, -a habere neque consulere in longitudinem ([Schol. Ter. p. 125, 9 optima]. Cic. off. 3, 101 illa [*honestatem sim.*] -a et summa habemus. Bell. Alex. 8, 3 Sall. Iug. 84, 2. *al.*). Eun. 1081 hoc etiam, quod ego vel -um puto (Ad. 858 quae tibi putaris -a, ... ut repudies. Lvcil. 1337 virtus est commoda ... patriai -a putare, deinde parentum, tertia iam postremaque nostra. *al.*). Sall. Iug. 41, 1 abundantia earum rerum, ⌞quae⌟ -a mortales ducunt ([*ad neutr. v. e. g. Constans, de serm. Sall., 1880, 79*]. 76, 6 argentum et alia, quae -a ducuntur). Liv. 26, 40, 1 *consul* -um ac potissimum omnium ratus Syracusis ... inconditas componere res. *al.*

b *speciatim de mercibus, edulibus, agris sim. eorumve qualitate* (*saepe cum respectu pretii vel reditus*): Enn. frg. var. 38 apriculum piscem scito -um esse Tarenti. Cato agr. 1, 7 praedium, quod -um siet, si me rogabis, sic dicam: ... vinea est -a, ... secundo loco hortus *eqs.* ([*inde* Varro

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***prīscus,** -a, -um. [*de* -ī- *ambigi non potest, cf. enim l. 38 sqq.; ad* prīs- *cf.* prīs-tinus; *suffixum* -ko- *invenitur etiam in syn.* cas-cus (*cf. l. 61*) *et opp. vetere* iuven-cus, *quod fort. exemplo fuit. Fo.*] *derivatur a* primus PRISC. gramm. III 468, 12. *scribitur* i *longa* FAST. triumph. Capitol. a. 598/5 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 65). *ibid.* a. 588. 585. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 11 (*cf. etiam nomen proprium litteris gr. scriptum Πρεισκ-, v. e. g. indicem ad Inscr. graec. Rom. Cagnat IV*); *ceterum* prisg- EPIST. praef. praet. (CIL III 7000; *a. 326*) 1, 4. EPIST. imp. Constant. (*ibid.*) 2, 5. *notatur* p *p. 1373, 14.* *compar. v. l. 53. p. 1377, 15, cf.* magis -us CIC. Brut. 83 ARATOR act. 2, 348; *superl. deest, sed cf.* nimis (nimium) -us COLVM. 11, 1, 5 GELL. 1, 10, 1 TER. MAVR. 75 FORTVN. rhet. 3, 4, tam -us VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 CLAVD. 22, 314 (*iungitur* -us *cum superl. e. g. p. 1374, 7 sq. et* ARNOB. nat. 2, 63). *de notione et differentia* (*cf. p. 1373, 20. 1375, 10*): SYNON. Cic. p. 434, 15 (*v. vol. VIII 144, 7*). 435, 24 nobilis. ... nominis antiqui. opinionis vetustae. laudis -ae. 437, 33 (*v. supra p. 1347, 55*). 440, 1 (*v. infra p. 1378, 21*). DIFF. ed. Beck p. 37, 80 inter antiquos et -os et veteres: antiquos dicimus homines, qui ante nos fuerunt; -os, qui fuerunt ante omnes; veteres, qui annorum multitudine veterati sunt. GLOSS. antiquus (*sim. al.; cf. ibid.* -ius: antiqui[t]us). -a: *ἀρχαία.* *legitur inde ab* ENN., RHET. Her., VARRONE, CIC. (*non in epist.*). CATVLLO, *raro apud* LIV. (*sc. ter extra primam dec.*) *et e. g.* HIER., AVG., *omnino deest e. g. corpori Caesariano,* SALL., NEP., CVRT., VVLG.; *in oratione soluta vocem frequentant e. g.* VELL., VAL. MAX., PLIN. *maior,* TAC., SYMM., AMM., *in poesi e. g.* HOR., SIL., AVIEN., CLAVD.; *apud plerosque multo saepius occurrunt* antiquus *et* vetus.

i. q. antiquus, vetus. *pro syn. sunt e. g.* antiquus CIC. leg. 2, 18 VARRO rust. 2, 2, 5 VELL. 2, 89, 4. 2, 125, 4. *al.* (antiquissimus VELL. 2, 116, 3), cascus *l. 74 sq.* (*cf. p. 1377, 48*), vetus CIC. Tim. 38 VARRO ling. 9, 22 VELL. 1, 16, 3. 2, 92, 2. *al.* (veterrimus ARNOB. nat. 2, 63); *opp. e. g.* novus RHET. Her. 4, 10, 15 CIC. orat. 80. *al.* OV. fast. 1, 222 LIV. 8, 11, 1 VELL. 1, 16, 3. *et saepe* (*cf.* novellus AVIEN. ora 712). *accedit abl. resp. p. 1373, 63. 1376, 5. 47.*

I *vi originaria respiciuntur antiquitatis tempora*: **A** *de iis, qui (quae) olim, ante multum tempus fuerunt* (*saepe simul respicitur qualitas antiquitati inhaerens [accedit pron.* ille *e. g. p. 1374, 46. 56. 1375, 32]; transfertur prorsus ad qualitatem antiquam, sc. [nimis] severam sim., p. 1373, 57*): **1** *primo, in origine sim.* (*minus viget respectus antiquitatis p. 1376, 58. 71 et IIB, originis p. 1374, 42. al.*): **a** -i Latini (coloniae *p. 1373, 5*, homines *p. 1373, 8; usu fere techn., ad rem v. imprimis p. 1373, 4 sqq. 12 et Alföldi, Early Rome and the Latins, 1965, 10 sqq.; arcuimus p. 1373, 73*): ENN. ann. 24 quam -i, casci populi, ¸tenuere¸ L. (¸ ¸ gen- *trad.; huc alludit e. g.* CIC. Tusc. 1, 27 -is illis, quos cascos appellat Ennius). VARRO rust. 2,

[Parker]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 10 nuptiarum initio antiqui reges *Etrusci* ... porcum immolant; -i quoque L., etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. VERG. Aen. 5, 598 haec certamina (*sc. lusum Troiae*) ... -os docuit *Ascanius* celebrare L. LIV. 1, 3, 7 *a Latino Silvio Albae Longae rege* coloniae aliquot deductae *sunt*, -i L. appellati (*cf.* FEST. p. 241 -ae Latinae coloniae appellatae sunt, ut distinguerent a novis, quae postea a populo dabantur. SERV. Aen. 6, 773 civitates ... -orum L. ab Albanis regibus constitutae). 1, 32, 11 patri patrato -orum L. hominibusque ⌞-is L.⌟ ([⌞ ⌟ -is vel L. *var. l.*]. 1, 32, 13 populi -orum L. ⌞hominesque⌟ -i L. [homines(ve) *sim. trad.*]. *ibid. iterum; opp.* populus Romanus *vel* p. R. Quiritium). 1, 32, 13 populus Romanus ... bellum cum -is L. iussit esse. *al.* POMP. TROG. hist. prol. 43 continentur origines -orum L. PAVL. FEST. p. 226 -i L. proprie appellati sunt hi, qui, priusquam conderetur Roma, fuerunt. PLIN. nat. 34, 20 *C. Maenius* deviserat -os L. (*sc. a. 338 a. Chr.*). PROB. litt. sing. 3, 5 L(atini) p(risci) c(ives) R(omani). *al.* **b** *cetera exempla potiora* (*cf. e. g. l. 69. p. 1374, 35. 39*): VARRO ling. 10, 70 primo ... dicebant, ut 'qu⟨a⟩estōrem' ..., sic 'Hectōrem' ...; Accius haec ... a -a consuetudine movere coepit *Hectŏra sec. gr. scribens.* frg. Non. p. 494, 12 de disciplinis -is necessariis vitae (*cf. supra p. 1247, 12*). VERG. Aen. 7, 710 Amiterna cohors -ique Quirites, *i. Curenses nondum cum Romanis iuncti* (GLOSS. antiqui, veteres. *cf.* SERV. *ad l.*). HOR. sat. 1, 4, 2 Eupolis atque Cratinus Aristophanesque ..., quorum comoedia -a virorum est (*al., v. vol. III 1994, 23 sqq.; cf. e. g.* c. vetus *ibid. l. 12 sqq.*). PROP. 4, 1, 69 sacra ... canam et cognomina -a locorum (CLAVD. 20, 243). OV. fast. 3, 140 curia -a (*respiciuntur* curiae veteres, *v. vol. IV 1481, 61 sqq.*). 4, 211 (*209 ad Iovis vagitum celandum* pars clipeos ..., galeas pars tundit) -i ... manent imitamina facti. 5, 428 partem -i ... moris habet *mensis Maius.* PLIN. nat. 7, 192 (*de origine litterarum*) Aristoteles *vult* decem et octo -as fuisse et duas ab Epicharmo additas. SIL. 4, 719 *Cortonam* ab origine -i sacratam Corythi *conditoris.* APVL. met. 4, 30, 1 rerum naturae -a parens, ... elementorum origo initialis, ... Venus. AVG. c. Pelag. 1, 17, 35 illius -ae inoboedientiae, *sc. protoplastorum.* ISID. orig. 9, 1, 6 latinas ... linguas quattuor esse quidam dixerunt, id est -am, latinam, romanam, mixtam; -a est, quam vetustissimi Italiae sub Iano et Saturno sunt usi *eqs.* *n. pro subst. de statu primordiali* (*hucine p. 1375, 45?*): PRVD. c. Symm. 2, 293 si, quidquid rudibus mundi nascentis in annis mos habuit, ... servare necesse est, ... inmanes quondam populi ... ferinos in mores redeant atque ad sua -a recurrant.

2 *vario usu*: **a** *de hominibus*: α *virtute quadam, more vivendi insignibus*: Ⓘ *usu sollemni de iis, qui suae aetatis severitate, modestia sim. praediti erant* (*cf. p. 1374, 3*): VARRO Men. 186 quotiens -us homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat? HOR. epod. 2, 2 beatus ille, qui procul negotiis, ut -a gens mortalium, paterna rura ... exercet. carm. 3, 21, 11 narratur et -i Catonis saepe mero caluisse virtus ([*vix recte ad II trahit* SCHOL. antiquioris, non Vticensis, *cf. enim l. 72*]. SVLPICIA sat. 48). epist. 2, 1, 139 agricolae -i, fortes parvoque beati. LVCAN. 10, 151 duces -os et, nomina pauperis aevi, Fabricios Curiosque graves (PLIN. paneg. 12, 1 [*de Traiano, ut vergat ad l. 57*] ducem unum ex illis veteribus et -is, quibus *eqs.* [*cf. 11, 4* illos veteres et antiquos]. PANEG. 2, 20, 5 -orum duritia d. PRVD. cath. 12, 183 -orum d. *Christum praefigurantium*). MART. 10, 33, 1 *quidam* simplicior -is ... Sabinis. SYMM. epist. 6, 67, 2 sic, *sc. lanam faciendo*, -ae feminae vitam coluisse traduntur. AMM. 30, 8, 13 *iudicibus acerbis electis Valentinianus* Lycurgos invenisse praedicabat et Cassios, co[n]lumina iustitiae -a. *al.* *m. pro subst.*: OV. fast. 3, 779 cum colerent -i studiosius agros et faceret patrio rure senator opus (*cf.* SEN. epist. 86, 5 terram ..., ut mos fuit -is, ipse subigebat *Scipio*). PLIN. nat. 33, 26 quae fuit illa vita ⌞-orum, qualis innocentia⌟, in qua *eqs.*! (⌞ ⌟ *om. pars codicum*). Ⓘⓘ *transfertur ad adhuc viventes recentioresve, qui indole -orum praediti sunt* (*huc vergunt* PLIN. *l. 47 et* AMM. *l. 51*): CIC. or. frg. A 14, 20 (*ironice, cf. p. 1374, 72*) homo durus ac -us (*postea*: tam tristi ac severo; tam austerum et tam vehementem magistrum). CATVLL. 64, 159 (*Ariadne ad Thesea*) saeva ... horrebas -i praecepta parentis, *sc. Aegei.* FRONTO p. 67, 11 (*de filiola M. Aurelii*) gravis et -a femina. PS. DAMAS. epigr. 20, 1 *diaconus quidam* vita gravis, indole ⌞-us⌟ (⌞ ⌟ *vix aliter interpungens pro cognomine accipias*).

β *quibuslibet*: CIC. Tim. 38 credendum ... est veteribus et -is, ut aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant ([*gr. 40[d] τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν*]. VAL. MAX. 1, 1, 12. *al. [addas fort. p. 1376, 45]; cf. p. 1375, 18. 30. 39*). HOR. carm. 2, 3, 21 -o natus ab Inacho (*item iungitur cum nomine proavi* [*ut vergat ad 1b*]: OV. met. 4, 213 *Orchamus* septimus a -o numeratur origine Belo [-a ... Beli *var. l., ut ad bδ pertineat*]. SIL. 1, 72). epist. 1, 19, 1 -o ... Cratino *comoedo* (*cf. l. 22*). 2, 2, 117 *vocabula* -is memorata Catonibus atque Cethegis (*item respicitur usus sermonis*: OV. fast. 2, 477 hasta 'curis' -is est dicta Sabinis. PAVL. FEST. p. 16 Latini -i. *cf. p. 1374, 13*). TIB. 2, 1, 2 ritus ... a -o traditus ... avo (OV. ars 3, 128 *non* mansit ... rusticitas -is illa superstes avis). PROP. 4, 1, 13 bucina cogebat -os ad verba Quirites (PS. PAVL. NOL. carm. 32, 109. *aliter p. 1373, 19*). OV. ars 2, 696 mihi fundat avitum consulibus -is condita testa merum (PLIN. paneg. 91, 3 -is illis c. [*nisi ad p. 1373, 39*]. CASSIOD. or. frg. p. 468, 13). met. 10, 645 *agrum* mihi *Veneri* -i sacravere senes. GERM. 146 *ignes* vatibus ignoti -is (STAT. silv. 5, 3, 234 IVVENC. 1, 122. CLAVD. carm. min. 41, 9 -i ... v., *sc. Vergilii*). VAL. MAX. 1 praef. oratores (QVINT. inst. 9, 4, 16 [*nisi pro subst.*]). 2, 2, 2 magistratus. CELS. 7, 5, 3[A] *Dioclen* inter -os maximosque medicos fuisse. COLVM. 2, 10, 11 -is ... rusticis nec minus Vergilio ... placuit *quiddam.* 2, 13, 4 auctoribus (CASSIOD. gramm. VII 143, 11). 3, 9, 3 -is cultoribus (*ibid.* antiqui). *al.* *m. pro subst.*: CIC. Tusc. 1, 27 *v. p. 1372, 75.* LENAEVS frg. Suet. gramm. 15, 2 -orum Catonis⌞que⌟ verborum ... furem, *sc. Sallustium* ([*sunt qui* ⌞ ⌟ *deleant, ut ad l. 27 pertineat*]. *item respicitur usus sermonis*: OV. fast. 1, 325 PAVL. FEST. p. 48. 92. 96 PLIN. nat. 8, 199. *al.*). CVLEX 404 herba ... turis opes -is imitata Sabina (-nas, -nis *var. ll.*). COLVM. 1 praef. 6 *sine artium liberalium sim. professoribus*, sicut apud -os, florere posset res publica (10 praef. 1 cum parcior a. -os esset frugalitas. PLIN. nat. 8, 161. 14, 92 [*teste Plauto*]. 26, 14 Cleophantus a. -os [*cf. Cels. 3, 14, 1* ex antiquis medicis C.]. *al. apud eundem*). 2, 1, 2. 2, 21, 5. LAVS Pis. 21 -orum titulos (*cf. 26* avis). PLIN. nat. 6, 84. 14, 3 -orum cura ... aut industria (23, 112 c. diligentiamque -orum [*sim.* 25, 1, *cf. ibid. 2* veterum]. 27, 1 [*cf. 4* antiquorum c.]. 29, 140). 18, 284 rudis fuit -orum vita atque sine litteris. 28, 13 -i ... nostri. 29, 12. *al.*

b *de rebus* (*sc. quae vel qualia [v. imprimis sub β] temporibus antiquis fuerunt; per enallagen spectat ad homines e. g. p. 1375, 17. 30*): α *de sermone, stilo vel scriptura* (*sc. quae obsoleta, a praesenti usu aliena sunt, sed quaedam vergunt ad B; cf. et p. 1375, 4*): RHET. Her. 4, 10, 15 cum aut novis aut -is verbis ... aliquid dicitur (CIC. dom. 123 -is et ... sollemnibus. Balb. 36 -um aliquod aut insolitum v. de orat. 3, 153 [*disting. verba inusitata, novata, translata*] inusitata sunt -a fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa. *al.; in titulis librorum*: FEST. p. 214 Cincius in libro de v. -is [*sim. al. apud eundem*]. 218 ⟨qui⟩ *libri mei* inscribuntur '-orum v. cum exemplis'). CIC. de orat. 3, 42 L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate linguae ... et illud, quod loquitur, -um visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. orat. 81. part. 17 rerum vocabula ... aut nova aut -a (VARRO ling. 7, 26 [*ad Enn. ann. 2*] Ca⟨s⟩menarum -um v. ita natum ac scriptum est alibi [*nisi trahas ad 1b*]. frg. Non. p. 167, 27). div. 2, 85 sortis ... insculptas -arum litterarum notis (OV. fast. 3, 844 l. -a [prima *var. l.; nisi ad p. 1375, 51*]. LIV. 7, 3, 5 lex vetusta ..., -is l. verbisque scripta). VARRO ling. 5, 30 Tiberim -um nomen Latinum 'Albulam' vocitatum ..., posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum ([*nisi ad 1b supra, sed cf. Men. 415* olim Albulam ... vocitatam]. 9, 22 [*cf. ibid.* veteribus vocabulis]. PLIN. nat. 5, 136. *al.*). 7, 2. 10, 71 aliae *declinationes* sunt -ae, ut ... Chrysidēs, aliae iuniores (minores *trad.*), ut Chrysidĕs ..., aliae recentes, ut Chrysidas. rust. 2, 2, 5 emptor stipulatur -a formula sic: '...' (*syn.* antiqua). 3, 1, 6 lingua -a (*al., v. vol. VII 2, 1451, 75 sq.; addas* GELL. 2, 6, 16). LIV. 2, 32, 8 -o illo dicendi et horrido modo. PLIN. nat. 4, 81. 18, 14 verba -ae significationis admiror (*afferuntur libri pontificum*). TAC. dial. 23, 3 *'antiqui oratores'* more -o apud iudicem fabulantes. GELL. 1, 10, 1 adulescenti veterum verborum cupidissimo et plerasque voces nimis -as et ignotas in cotidianis communibusque sermonibus expromenti (*syn. Caes. anal. frg. ibid. 4* inauditum atque insolens verbum; *opp. 1* aetatis suae verbis. *cf. p. 1377, 48*). *al.* *acc. neutr.* -um *pro adv.*: TER. MAVR. 75 *cavendum est*, ne sermo ambiguum sonet, ne -um nimis aut lĕve.

β *de virtutibus qualitatibusve hominum* (*cf. p. 1375, 5. 26. 1376, 37*): CIC. har. resp. 27 matronarum castissima ..., Quinta Claudia, cuius -am illam severitatem *eqs.* (LIV. 22, 60, 5 T. Manlius Torquatus, -ae ac nimis durae ... s. SEN. suas. 6, 24. VELL. 2, 92, 2 -a s. summaque constantia, vetere consulum more. 2, 125, 4. *al.*). VERG. Aen. 6, 878 heu pietas, heu -a fides *Marcelli* ([*inde* HOS. GETA Med. 22]. STAT. silv. 4, 6, 92). TIB. 2, 3, 68 glans alat et -o more bibantur aquae (VAL. MAX. 9, 1, 5 cuius adulescentia -os m. vidit, senectus novos orsa est [*item plur.*: TAC. ann. 11, 23, 2. *al.*]. COLVM. 11, 1, 4 -i m. exemplum. TAC. ann. 1, 4, 1 *manebat* nihil usquam -i et integri m. *al.; de qualibet consuetudine maiorum p. 1375, 34*). OV. met. 10, 693 recessus ... religione sacer -a (VAL. MAX. 6, 1 pr. -a r. consecratos Vestae focos. SVET. Tit. 5, 3 de more ... rituque -ae r.). VELL. 2, 86, 2 L. Arruntii -a gravitate celeberrimi (2, 116, 3 Aelius Lamia, vir antiquissimi moris et -am g. semper humanitate temperans. TAC. hist. 1, 83, 1. AMM. 22, 7, 6 Praetextatus, praeclarae indolis g.que -ae senator). GRATT. 323 ex habitu virtutisque indole -ae, *sc. Camilli aliorumque* (TAC. ann. 6, 32, 4 FIRM. err. 6, 9). VAL. MAX. 4, 3, 12 multum a -a continentia ... Cato *Vticensis* discedit (9, 1, 3. SCHOL. Cic. Bob. p. 88, 16 [*ad p. 1373, 59*] intulit personam Clodii quasi -ae severitatis et c. viri). COLVM. 12 praef. 10 *domini* quondam -a consuetudine non solum coluerant, sed habitaverant rura (*opp.* moribus nostrorum temporum). TAC. ann. 3, 69, 6 (*de sorore Silani*) -ae sanctimoniae virginem. PLIN. epist. 1, 22, 4 soleo ipsum cubicu-

[Parker]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lum ⌞eius⌟ ... ut imaginem quandam -ae frugalitatis adspicere (⌞ ⌟ *amici cuiusdam, de quo 2* quantum antiquitatis tenet). *al.*

γ *de ipso tempore, vetustate sim.* (*cf. l. 27 sq.*): CIC. de orat. 1, 193 verborum vetustas -a ([*antea*: plurima ... in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies]. OV. Pont. 3, 1, 115 ne -a v. laude pudicitiae saecula nostra premat. ARNOB. nat. 3, 29 p. 187, 20 [*opp.* minorum ... aetati]. PRVD. perist. 4, 164). TIB. 1, 10, 44 temporis ... -i facta referre (LYGD. 5, 26. OV. fast. 1, 197 -i t. annis, ... dum nova Roma fuit [*opp.* nunc]. COLVM. 1, 1, 6 [*opp.* nostrorum t.]. SIL. 4, 45 quondam -a inter t. [*47* mox, *sc. a. 390 a. Chr.*]. *et saepe; cf.* GLOSS. -o t.: olim). MANIL. 1, 729 per saecula -a (4, 542. VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 tam -o s. SIL. 11, 506 locus ... possessus quondam -a inter s. Dauno. MART. epigr. 27, 1. *al.*). AVIEN. ora 245 -a die. *al.*

δ *de variis* (*selecta inde a* SEN.): VARRO Men. 326 -a, horrida silent oracla[m] crepera (SIL. 17, 2 o. -a Sibyllae). CIC. leg. 3, 20 ut C. Flaminium (*trib. pl. a. 232 a. Chr.*) atque ea, quae iam -a videntur, propter vetustatem relinquam. CATVLL. 64, 50 vestis ⌞-is⌟ hominum variata figuris (⌞ ⌟ *per enallagen pro* -orum, *cf.* -a corpora: OV. trist. 2, 521 -a virorum artificis ... c. picta manu. PLIN. nat. 7, 74 Homerus [*E 304. M 383. al.*] non cessavit minora c. mortalium quam -a conqueri). VERG. Aen. 7, 706 Sabinorum -o de sanguine ... Clausus (LVCAN. 5, 17 indole si dignum Latia, si s. -o robur inest animis. STAT. Theb. 3, 600 ampla ... de s. -o nobilitas. *al.*). 9, 79 -a fides facto, sed fama perennis ([*ne ad l. 64 trahas, prohibet antithesis; cf.* SERV. *et* SERV. auct. *ad locum*]. STAT. Theb. 2, 269 *Vulcanus*, ut -a f., *hoc monile fecerat.* MART. 1, 39, 2 quales *amicos* -a f. famaque novit anus. epigr. 6[b], 3 -a f. taceat). COPA 34 pereat, cui sunt -a supercilia. HOR. carm. 4, 2, 40 quamvis redeant in aurum tempora -um (*respicitur aurea aetas ut* CLAVD. 17, 123). PANEG. in Mess. 31 generis -os contendis vincere honores, quam tibi maiores, maius decus ipse futuris (STAT. Ach. 2, 158 -os ... virum ... h. [*per enallagen pro* -orum]). LIV. 32, 16, 17 signa ... -ae artis (GRATT. 399 -as a. [arces *trad.*] inventaque simplicis aevi. *aliter l. 53*). VELL. 2, 89, 4 -a illa et antiqua rei publicae forma revocata *est ab Augusto.* VAL. MAX. 2 praef. -is ac memorabilibus institutis (*opp.* praesentibus moribus). SEN. epist. 86, 12 qui -os mores urbis tradiderunt (SYMM. epist. 8, 56 quam *observantiam* m. -us instituit). SIL. 3, 165 -os ... labores, *sc. belli Troiani.* 14, 232 litora Thermarum, -a dotata camena, *sc. Stesichori ibi nati* (*cf.* APVL. met. 9, 13, 4 -ae poeticae divinus auctor, *sc. Homerus*). STAT. Theb. 1, 266 -a luunt auctorum crimina gentes. APVL. met. 7, 2, 4 ⌞veteris -aeque⌟ doctrinae viros (⌞ ⌟ *per enallagen pro* veteres -osque). PANEG. 5, 4, 4 merita et ⟨recentia et⟩ -a *Aeduorum.* AVIEN. ora 594 nunc ... flumina *quaedam* vacuos per agros et ruinarum aggeres amoenitatis indices -ae meant. SYMM. or. 1, 9 remove hinc -a miracula et theatralibus praestigiis digna commenta. *al.* *n. pro subst.*: OV. ars 3, 121 -a iuvent alios, ego me nunc denique natum gratulor: haec aetas moribus apta meis. EPICED. Drusi 441 -a quid huc repeto? (LIV. praef. 5 -a illa tota mente r. [*an ad 1b coll. praef. 4* primae origines proximaque originibus? *opp. ibid.* haec nova]). LIV. 8, 11, 1 nova peregrinaque omnia -is ac patriis *praeferre.* SEN. Phaedr. 916 habitus horrens, -a et antiqua appetens.

B *de iis, qui (quae) iam dudum, ex longo tempore sunt vel erant*:

1 *de rebus* (*civitatibus sim. sub b*): **a** *quibuslibet* (*tam corp. quam incorp.*): CIC. nat. deor. 3, 42 Ioves ... pluris in -is Graecorum litteris invenimus (ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 19. *aliter p. 1374, 37*). HOR. ars 214 -ae ... luxuriem addidit arti tibicen. TIB. 1, 10, 17 -o ... e stipite factos *Lares* (*cf.* TAC. ann. 4, 43, 2 monimenta ... sculpta saxis et aere -o). PROP. 1, 5, 24 nescit Amor -is cedere imaginibus, *i. nobilitati* (SIL. 10, 567 *nulla* -a exsequias *L. Aemilii Pauli* decorabat i.). OV. ars 1, 71 -is sparsa tabellis porticus *Livia.* fast. 1, 7 sacra ... annalibus eruta -is (4, 11. LIV. 4, 7, 10 neque in a. -is neque in libris magistratuum). 1, 222 concessit -a moneta novae (*cf. 220* aera vetusta). 4, 372 *moretum paratur Magnae Matri*, cognoscat -os ut dea -a cibos. GRATT. 474 cado. SEN. Herc. O. 1636 nemus (VAL. FL. 1, 684). COLVM. 8, 16, 9 eum *piscem* ... -a consuetudine 'zaeum' appellamus. LVCAN. 3, 188 nomine -o Encheliae ⌞versi⌟ testantes funera ⌞Cadmi⌟ ([⌞ ⌟ *sc. in anguem*]. AVIEN. orb. terr. 770 insula, quae -i signatur n. usu aurea. *al.*). SIL. 3, 8 -a fides adytis *Hammonis* longo servatur ab aevo (STAT. Theb. 1, 509 -a f. tripodum. *vix addas* VERG. *supra l. 23*). 3, 690 -o ... pavore arbor (*i. lucus*) numen habet (*cf.* TAC. Germ. 39, 1 silvam auguriis patrum et -a formidine sacram). 5, 59 (*de pullo*) -um populis de more Latinis auspicium. 5, 470 -ae ... ulmi. STAT. silv. 5, 2, 16 *quendam* obscurum proavis et -ae lucis, *i. gloriae, nobilitatis*, egentem. MART. 8, 6, 15 -a toreumata (*cf. 16* Priami calathis). epigr. 5, 2 accepit fabula *Pasiphaes* -a fidem ([*cf. 3* longaeva vetustas]. ARNOB. nat. 7, 33 p. 384, 22 -am refricari ab histrionibus f. AVIEN. Arat. 578 PRVD. ham. praef. 25). APVL. met. 11, 5, 3 -a ... doctrina pollentes Aegyptii. *al.* **b** *de urbibus, aedificiis, civitatibus sim.*: CIC. Planc. 19 tu es e municipio antiquissimo Tusculano ...; hic est e praefectura Atinati, non tam -a, non tam honorata (*cf.* MART. 10, 92, 2 -a ... Atina). VERG. Aen. 8, 339 Carmentalem ... portam ..., nymphae ⌞-um⌟ Carmentis honorem (*item de aedificiis*: SIL. 3, 622 -a ... regia, *sc. templum Iovis Capitolini.* MART. 8, 80, 5 templis [PLIN. epist. 8, 8, 5 t. -um et religiosum. *in imag.*: PRVD. perist. 11, 31]. *al.*). SIL. 2, 604 -a ... Rutulorum ex urbe, *i. Ardea.* 3, 242 Vtica ... -a situ. 8, 365 Antemna ..., -o Crustumio prior. 8, 599 Ocni -a domus ... Bononia (DRAC. Orest. 687 -a d., patriae ... Mycenae). STAT. silv. 3, 1, 182 Argos. 4, 5, 2 -a Teucros Alba colit lares. AVIEN. ora 45 Samos. *al.* **c** *de legibus, institutis, ritibus sim.* (*aliter e. g. p. 1375, 33 sqq. et IIA 1b*): CATVLL. 101, 7 -o quae more parentum tradita sunt ... ad inferias (OV. fast. 2, 282 [*cf. app. crit.*]. VAL. MAX. 1, 5, 4 m. -o ... petit omen. *al.* TAC. ann. 2, 32, 3. 12, 23, 2. *al.*; *cf. l. 39*). VAL. MAX. 1, 1, 1 (*antea*: maiores ... voluerunt) -o etiam instituto rebus divinis opera datur ... precatione, ... voto *eqs.* (TAC. ann. 13, 32, 2). 3, 8, 6 -ae consuetudinis auctoritas convellitur ([*antea*: patrius mos]. COD. Theod. 1, 8, 2 iuxta c. -am [11, 7, 18 CONC. Carth. a. 525 p. 255 l. 11]. CASSIOD. var. 7, 30, 1. *al.*). SEN. Tro. 782 (*Andromacha ad Astyanacta*) *non* barbarica -o templa saltatu coles. PLIN. nat. 7, 187 (*antea*: cremare ... non fuit veteris instituti) multae familiae -os servavere ritus *humandi* (12, 3. 18, 118. PRVD. c. Symm. 2, 336 a -o ... discedere r.). 18, 84 et hodie sacra -a ... pulte fitilla conficiuntur. SIL. 15, 416 -um ... honorem, *sc. sacra, quibus Karthago condita celebratur* (TAC. ann. 3, 74, 4 -o erga duces h. *imperator salutatus est quidam.* CLAVD. 22, 314 ne pereat tam -us h., *i. consulatus*). PLIN. epist. 4, 8, 1 (*de auguratu*) sacerdotium ... -um et religiosum. ARNOB. nat. 2, 71 quod agimus nos *Christiani*, novum est, quod autem vos *gentiles*, -um est et nimiae vetustatis (*postea*: vetus). IVVENC. 1, 483 (*sec. Matth. 5, 17*) non ... -as leges dissolvere veni (*cf. 1, 496* veteris ... l.; *item de vet. test.*: HIER. praef. Vulg. reg. p. 8, 2 [*cf. p. 7, 8* veteris l.]. ALC. AVIT. carm. 6, 397. *al.*; *de qualibet lege*: AMM. 21, 10, 8 memoriam Constantini ut novatoris ... -arum l. et moris antiquitus recepti vexavit *Iulianus.* 27, 9, 10. *al.*). SYMM. epist. 6, 60 -a observantia hunc scribendi ordinem fecit, ut *eqs.* rel. 41, 6 huiusmodi appellationes *praefectis praetorio sim.* ... -o iure commisit *sanctio* ([*sc. Cod. Theod. 11, 30, 41, ubi* antiquo i.]. AMM. 28, 1, 11 i. -i [-e *V*] iustitia. MART. CAP. 9, 898 -i i. adsertor. COD. Theod. 4, 19, 1 pr. *al.*). AMM. 19, 12, 3 oraculum ... -is ... caerimoniis solitum coli. *al.*

2 *de animantibus* (*cf. 1b*): **a** *de deis sim.* (*manibus* SIL.; *aliter p. 1373, 30*): HOR. carm. saec. 58 iam Fides et ... Honos Pudorque -us et neglecta redire Virtus audet (*nimirum vergit ad A2bβ*). OV. met. 15, 593 -os ... deos e more precatus ([-o *var. l., ut ad l. 10 pertineat*]. *cf.* dea -a: OV. fast. 4, 372 *p. 1375, 60.* 6, 171 *Carna* -a d. est aliturque cibis, quibus ante solebat). fast. 1, 103 (*loq. Ianus*) me chaos antiqui – nam sum res -a – vocabant. SIL. 13, 720 -os cognoscere manes (*sc. Camillum al.*). MART. 3, 24, 12 numina -a. CLAVD. rapt. Pros. 3, 172 *Electra* -as inter notissima nymphas. *?* **b** *de hominibus, sc. senibus*: OV. fast. 5, 621 -orum ... simulacra virorum (*sc. Argeos*) mittere ... ponte solet *Vestalis* (*cf. e. g. 634* senes, *Fest. p. 334* sexagenarios. *an respicitur habitus eorum, ut pertineat ad p. 1373, 66?*). CE 1388, 5 (*Romae; a. 577*) vicisti -os ⌞long(a)eva (a)etate⌟ parentes (*i. maiores*), annis parve quidem, sed gravitate senex (⌞ ⌟ *abl. resp. artius definiens adi.* -os *hoc sensu insolitum, nisi intellegas abl. qual. cum* parentes *iungendum*).

II *vi antiquitatis attenuata respiciuntur quaelibet priora, praeterita, sc. quae fere ante mutationem quandam erant, non longe distant sim.* (*cum respectu diuturnitatis l. 73; saepius poetice et sublucente desiderio antiquitatis. compar.* -ior *p. 1377, 14*): **A** *vario respectu*: **1** *de rebus*: **a** *quibuslibet* (*n. pro subst. l. 67*): VERG. ecl. 4, 31 pauca ... suberunt -ae vestigia fraudis (*sic intellegere vid.* SERV.). HOR. carm. 3, 9, 17 si -a redit Venus (*cf.* SCHOL. si ad amorem redimus priorem). OV. met. 5, 677 *in picis* facundia -a *Pieridum* remansit (*respicitur metamorphosis ut*: 14, 850 -um [positum *cod. unus*] pariter cum corpore nomen mutat [*sim. adhibentur* antiquus *et* vetus, *cf. Bömer ad 2, 485*]. VAL. FL. 4, 391 refecta ... in imagine -a ... Io). VELL. 2, 13, 2 cum *M. Livius Drusus* (*trib. pl. a. 91 a. Chr.*) senatui -um restituere cuperet decus, *sc. quod fuit ante leges Gracchanas* (SEN. Phaedr. 741 conferat tecum, *Hippolyte,* d. omne -um fama miratrix senioris aevi. CLAVD. 24, 89). VAL. MAX. 7, 2, 3 -i roboris nervos hebetari. LVCAN. 2, 341 foedera -i ... tori, *i. coniugii prioris* (2, 378). SIL. 8, 622 Cannas, urbis vestigia -ae. 12, 291 (*Hannibal ad exercitum*) quid reliquum -i Martis tibi? ARNOB. nat. 2, 75 -is (*sc. quae erant ante Christum*) aliter subveniri, aliter debuit posterioribus consuli (*antea*: antiqua ... sequentia). 7, 48 in temporibus -is (*opp.* sequentia t.; *cf. ibid.* in prioribus saeculis ... in novellis aetatibus). AVIEN. Arat. 1364 redeuntia sidera ... in -as ... sedes (ALC. AVIT. carm. 3, 312 *Adam* pulsus -a ... s. *cf.* loca -a: ALC. AVIT. carm. 6, 238. DRAC. laud. dei 2, 168 rursus aquae reduces repetunt l. -a [*cf. exod. 14, 27* priorem locum]). SYMM. epist. 2, 76, 1 mihi ... -a familiaritate coniungi *quendam. al.* **b** *de institutis, constitutionibus sim.* (*foedere* LVCAN.; *aliter sub IB1c*): LIV. 8, 6, 14 *ut* disciplina militaris ad -os redi-

[Parker]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

geretur mores (39, 41, 4 *censorem* castigare ... nova flagitia et -os revocare m.). LVCAN. 8, 219 (*Pompeius ad regem Parthorum*) si foedera nobis -a manent mihi per Latium iurata Tonantem *eqs.* ARNOB. nat. 2, 68 -a observatione contempta. SYMM. epist. 2, 13, 1 -is *legibus Theodosianas* ademisse admirationem (COD. Theod. 3, 18, 1. 14, 2, 1 vel -arum l. cautio vel antecedentium principum ... humanitas. *al.*). rel. 37, 3 qui ... nova populo Romano beneficia defertis, etiam -a servate. *al.*

2 *de hominibus eorumve coetu*: OV. met. 7, 653 vacuos -is cultoribus agros. ARNOB. nat. 7, 48 propter bonos -os mali etiam conservati sunt -i (*opp.* aetas ... sequens). SYMM. or. 4, 8 fasces istos *consulares* largiri dicerat -a dominatio (*cf.* principes -i: COD. Theod. 14, 1, 3 vel -orum p. constitutis vel nostris ... sanctionibus. 16, 8, 19 -orum p. legibus). COD. Theod. 5, 15, 15 enfyteutica praedia ... a -is possessoribus ... esse retinenda. *al.* *? gradu compar.* (*si locum vix sanum recte huc traximus*): ALC. AVIT. epist. 31 ⌞sollicitudine -ior⌟ constipatio Genavensis *Arianorum* (⌞ ⌟ *i. intercessionem Sigismundi de religione solliciti praevertens?* s. pressior *ed. princ.*).

B *respicitur Tarquinius -us rex, sc. a Tarquinio Superbo distinguendus* (*ad hunc usum vix revocas p. 1373, 43*). -us *nimirum pro cognomine saepe accipitur* (*v. imprimis l. 26. 38), sed cf.* DIONYS. ant. 1, 75, 2 *Λεύκιος Τ. ὁ κληθεὶς -ος.* 4, 41, 4 *τὸν ... πάππον αὐτοῦ* (*sc. T. Superbi*) *-ον ἐκάλουν· ὡς δ' ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν, προγενέστερον· ὁμώνυμος γὰρ ἦν τῷ νεωτέρῳ κατ' ἄμφω τὰ ὀνόματα.* PAVL. FEST. p. 226 -us T. est dictus, quia prius fuit, quam Superbus T.

1 *forma plena* (L.) T. -us: **a** *ordine sollemni*: LIV. 1, 34, 10 *Lucumo Tanaquilque* domicilio ... *Romae* comparato L. T. -um edidere nomen. FEST. p. 169. 238. PAVL. FEST. p. 95 Gaia Caecilia ..., uxor T. -i regis Romanorum. PLIN. nat. 15, 1 T. -o regnante (*item* 36, 204 GELL. 17, 21, 4). 33, 63 (*e Verrio*). 35, 16 Damaratum, T. -i regis Romani patrem. *al.* *verbis singulis vel pluribus interpositis*: FAST. triumph. Capitol. a. 598/5 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 65) L. ⟨T⟩arquinius Damarati f(ilius) -us rex (*item ibid.* a. 588. 585. MACR. Sat. 1, 6, 8 T., D. exulis Corinthii f., -us). FLOR. epit. 1, 5, 1 T. postea -us ... regnum ... accepit (*cf. 1, 4, 1* Ancus deinde Marcius). SERV. Aen. 8, 562 T. enim -us. **b** *ordine inverso* (*addas l. 23*): LIV. 1, 39, 5 ⟨in⟩ -i T. domo. 1, 46, 4. 1, 47, 2. 5, 34, 1 -o T. Romae regnante. POMP. TROG. hist. prol. 43. FEST. p. 334 -us T. rex. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 11. PLIN. nat. 33, 10. *al.*

2 *forma brevi* -us: FAST. triumph. Capitol. a. 534/10 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 65) L. Tarq⟨uinius -i f(ilius) ... Superb(us)⟩ (*si recte restit., ut ibid. iterum*). LIV. 2, 2, 3 (*contra L. Tarquinium Collatinum cos.*) nimium Tarquinios regno adsuesse; initium a -o factum *eqs.* VIR. ill. 7, 4. MACR. Sat. 1, 6, 11 eundem -um.

adhibetur pro subst. masc. p. 1373, 53. 1374, 10 (cf. IIB), neutr. p. 1373, 34. 1375, 43. 1376, 67; acc. neutr. -um *pro adv. v. p. 1374, 52.*

adv. **prīscē.** *i. q. modo prisco, sc.: qui fuit tempore antiquo*: CIC. Cael. 33 ex ipsa *Clodia* quaeram ..., utrum me secum severe et graviter et -e agere malit, an remisse et leniter et urbane (*postea*: illo austero more). GELL. 1, 10 tit. adulescentem casce nimis et -e loquentem (*cf. p. 1374, 49*). *qui fuit prior* (*ante fidem acceptam, ni fallimur*): COMM. instr. 2, 6, 8 (*ad fidelem*) non effugies (*sc. iram domini sim.*) peccatum -e sectans.

deriv.: priscare. *cf. Onom.* *Parker.*

[prisica *obscure editur loco corrupto* DIOSC. 4, 71 p. 42, 3 *e cod. Paris. deficiente cod. Monac.*]

prīsma *n., πρῖσμα.* *in arte geom. nomen solidi cuiusdam corporis*: MART. CAP. 6, 722 -a, id est sectio, quae instar schematis est.

prīsta, -ae *m., πρίστης.* *i. q. sector* (*cf. Gloss. II 415, 40 πρίστης*: sector. *III 309, 14 πρίστης*: serrarius): PLIN. nat. 34, 57 *Myron fecit* et Perseum et -as *eqs.* (pyctas *coni. Löschke*).

[pristārius: *ἀρτοκόπος* GLOSS. (pistorius *Goetz dubitanter; maluerim* prist⟨in⟩arius *pro* pistrinarius).]

pristi- *v. etiam* pistri-. *Bk.*

1. ⁸**prīstinus,** -a, -um. [*ad* -ī- *v.* prīscus; prīs- *fort. derivatum est a compar.* *pri-is, *qui simili ratione pertinet ad* prior *ac* mag-is *ad* maior; *ope suffīxi prisci* -tino- *adiectiva formantur ex adv. temp., cf.* cras-tinus *sim.; v. Leumann, Gramm. 1977, 321* (-tinus), *496* (*pri-is). *Fo.*] *de origine*: FEST. p. 253 -a velut pri⟨u⟩st⟨ina dictum est⟩ (*supplevit Ursinus sec.* PAVL., *ubi trad.* print-, prinst-, prist-; *cf. Lindsay ad l.* Gloss.⌞ IV p. 359 *'an* prius-⟨tina, quae prius stabant⟩*?' item a* prius: PAVL. FEST. p. 226. PRISC. gramm. II 80, 11 [*a* p. *vel* priscus]). PRISC. gramm. III 468, 12 (*inter derivativa a* primus; *latetne* primst- *et l. 68?*). *scribitur* pr(a)e- GREG. TVR. Mart. 1, 8 vit. patr. 7, 5, *fort. etiam* CE 2121, 7 ([*Romae; saec. I?*]. *v. e. g. Wick, Centoni epigr., 1928, 19*). *de formis: gradus compar. desunt (cf. p. 1378, 17); locat. sing.* -i/-e (*cf. Hofmann-Szantyr 147*): *v. p. 1380, 70 et* NON. p. 153, 11 Cato (*orat. 79*) ... 'die proxumi hoc' dicit, sed ea declinatione a veteribus et 'crastini' et '-i' ... dictum est. *de notione* (*cf. l. 21 sq.*): GLOSS. -um: priore⟨m⟩ aut anteriore⟨m⟩ (*ibid.* -am: p., antiquam. *al.; cf. p. 1379, 48. 60. 1380, 71*). GLOSS.⌞ I Ansil. PR 1358 -a: pr⟨a⟩eterita. *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ACC., CATVLLO, LVCR., VERG. (*deest e. g. epicis saec. I*), *in oratione soluta inde a* SISENNA, RHET. Her., CIC. (*qui vocem frequentat ut* TERT. *et iuris consulti*). [*falsa var. l.* -um *pro* pistrinum CIC. de orat. 2, 144; *e coni. dub.*: OV. trist. 5, 1, 23 (publica *fere trad.*, -a *Delz, Mus. Helv. 52, 1995, 107*).]

fere i. q. prior, praeteritus. *pro syn. est* antiquus VITR. 2, 9, 1 (*v. 2, 9, 2*). COLVM. 11, 2, 19 EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5. *al.*, prior GELL. 10, 24, 8. VET. LAT. Mal. 3, 4 (Aug. civ. 20, 25. *al.*). COD. Theod. 8, 4, 29, vetus CIC. Mil. 1 fam. 9, 10, 2 EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5. *al.; opponitur* futurus LAVD. Turiae 2, 64 (*cf.* COLVM. 11, 2, 3), novus CIC. Mil. 1 CATVLL. 66, 38 CVRT. 4, 6, 22. 9, 9, 19 APVL. met. 5, 15, 4. *al.* (*cf.* novellus PRVD. cath. 12, 188), posterior LVCR. 5, 1415 TERT. castit. 6 l. 25. *al.*, praesens CIC. Balb. 61 LIV. 30, 13, 8. 33, 16, 8. 39, 49, 11 VAL. MAX. 5, 2 ext. 4. *al.*, recens LIV. 42, 18, 4 SVET. Tib. 75, 1 PS. DIOSC. herb. fem. 65, *superl.* recentissimus AVG. civ. 3, 28 p. 140, 8.

I *in qualibet condicione*: **A** *generatim de iis*: **1** *quaecumque aliquando fuerunt et fere iam pridem intermissa, perdita sim. sunt*: **a** *spectat ad tempus longe remotum* (*cf.* SYNON. Cic. p. 440, 1 -a. vetusta. antiqua. prisca. memoriae tradita. GLOSS. *ἀρχαῖος. exempla afferimus potiora*): **α** *simul respicitur qualitas antiquitati inhaerens: mala, obsoleta* (*sc. ironice; cf. l. 47*): PLAVT. Truc. 7 (*de avaritia maiorum*) eu hercle in vobis, *spectatores*, resident mores -i. CIC. Cael. 40 (*antea*: Camillos, Fabricios ..., qui haec ex minimis tanta fecerunt) chartae quoque, quae illam -am severitatem continebant, obsoleverunt. *bona, desiderata*: CIC. Flacc. frg. Cus. 17 quoddam exemplar -ae gravitatis et monimentum antiquitatis. VAL. MAX. 4, 4, 11 pecuniae ... aspectu debilitatos spiritus -i temporis memoria recreemus: namque per Romuli casam perque veteris Capitolii humilia tecta *eqs.* (*sim. de tempore*: VET. LAT. Mal. 3, 4 [Aug. civ. 20, 25. *al.*] *in die iudicii* placebit domino sacrificium Iudae et Hierusalem, sicut diebus -is et sicut annis prioribus [*gr. τοῦ αἰῶνος, Vulg.* saeculi. *locum fusius tractat* AVG. *ibid.* 20, 26 *de IIC cogitans*]). COLVM. 1 praef. 14 intellego luxuriae et deliciis nostris -um morem virilemque vitam displicuisse. FRONTO p. 159, 11 in vetustis *nummis* ..., arte factis -a. CLAVD. 24, 124 per quem *Stilichonem* ... -a Romuleis ⌞iam floruit⌟ (infl- *trad.*) artibus aetas. **β** *respectu qualitatis minus perspicuo* (*addatur fort.* GAIVS inst. 4, 17ᵇ -a lingua [*ita Pap. Corp. 78, 215*, prisca *cod. V*]): ACC. trag. 528 *mysteria Cabirum* -a castis concepta sacris. PROP. 2, 2, 4 Iuppiter, ignosco -a furta tua. APVL. met. 9, 3, 4 hoc ... libris etiam -is proditum. TERT. nat. 2, 13, 10 si -is viris ⟨caelum ob merita⟩ p⟨atuit⟩, recogitandum, quod exinde nemo dig⟨nus eo honore fuit⟩ (*ibid.* antiquitas). pall. 2, 4 Vulsinios -os. VVLG. Is. 23, 7 *Tyrus* gloriabatur a diebus -is (antiquis *cod. unus*) in antiquitate sua. PS. AVG. quaest. test. 118, 8 *diabolus* memor fuit -ae calliditatis suae, qua decepit Adam. *n. pro subst.*: TERT. nat. 1, 10, 5 deletam in vobis antiquitatem recognosco; ... -um ut rancidum relegatis.

b *spectat ad quodlibet tempus prius*: **α** *attributive*: Ⓘ *de rebus* (*de ipso tempore praeterito l. 70*): Ⓐ *variis* (*exempla inde a* CIC. *selecta*): RHET. Her. 1, 14, 24 quodsi hoc fecisset *reus*, tamen ei pro -is beneficiis ignosci conveniret (LIV. 5, 44, 3 [*dub.*]. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 [*opp.* praesenti]). CIC. Sull. 1 in his -ae fortunae reliquiis miseris (Sest. 121 LIV. 5, 41, 2. 30, 13, 8 [*opp.* praesenti]. 39, 50, 2 magnitudinem -ae eius *Philopoemenis* f. virtutisque. CVRT. 5, 10, 2 -ae veneratio f. *regum* sequitur adversam. *al.*). 15 nihil sibi ex -a dignitate superesse (37 reliquiae -ae d. [fam. 6, 10ᵃ, 2]. *al.* SALL. Catil. 60, 7 LIV. 33, 16, 8. 35, 32, 10 PHAEDR. 1, 21, 1. PLIN. epist. 7, 24, 9 -am d., celebritatem, gloriam. *al.*). Marcell. 2 mihi meae -ae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti (*spectat ad statum viventis*: SVLP. SEV. Mart. 7, 6 vitae ... -ae restitutum *mortuum*). Brut. 11 me ad -a studia revocavi (*cf. ibid. 315*). rep. 6, 11 *Karthago* renovat -a bella. fam. 9, 1, 2 *libri me* revocant in consuetudinem -am (*aliter p. 1379, 19*). CATVLL. 66, 38 -a vota novo munere dissolvo (INSCR. Année Épigr. 1981 n. 282 [*prope Sulmonam in pariete templi; post a. 8 a. Chr.*] -a v. feren⟨tes⟩). LVCR. 5, 1137 regibus occisis subversa iacebat -a maiestas soliorum (LIV. 10, 15, 9. 39, 49, 11 -ae m. conlata⟨e⟩ praesenti fortunae. PANEG. 4, 6, 2). CAES. Gall. 7, 54, 4 (*cf. 3* quam humiles accepisset *Haeduos*) ut ... in -um statum redissent (LIV. 3, 37, 3 rerum. QVINT. decl. 263, 6 ignominiosorum in -um s. restitutio. IAVOL. dig. 7, 4, 24 pr. *et saepe*). NEP. Alc. 6, 3 benivolentiam civium suorum accipiebat reminiscens -i temporis acerbitatem (VET. LAT. III Esdr. 1, 24 quae circa illum *Iosiam* ... conscripta sunt in -is t. [*gr. 1, 22 ἔμπροσθεν*]). Hann. 12, 5 memor -arum virtutum venenum ... sumpsit. VERG. Aen. 10, 143 pulsi -a Turni ... gloria. LIV. 2, 34, 9 si annonam ... veterem volunt *plebeii*, ius -um reddant patribus, *i. tribunatu desistant* (SVET. Aug. 40, 2 comitiorum quoque -um ius reduxit. FLOR. epit. 3, 10, 21 FLORENT. dig. 30, 116, 4. *et*

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepius). 6, 42, 7 ingentem Galli terrorem memoria -ae cladis attulerant (22, 12, 10 territum -is c. militem. TERT. apol. 40, 13 si -as c. comparemus, leviora nunc [*sc. aet. Christianorum*] accidunt. AMM. 30, 2, 1. 31, 16, 3). VELL. 2, 89, 3 *ab Augusto* imperium magistratuum ad -um redactum *est* modum (*item de gradu vel quantitate* [*aliter l. 7*]: SVET. Aug. 35, 1. *cf. e. g.* FRONTO p. 93, 17 me ad -am illam mensuram ... amoris tui revocas). 2, 98, 2 *dux gentes seditiosas* in -um pacis redegit modum (*cf.* pax -a: CIL II 1120 [*aet. M. Aur.?*] C. Vallio Maximiano ..., *quod* provinciam Baetic(am) ... p. -ae restituerit. CONC. Arel. a. 449/61 p. 133 l. 13). VAL. MAX. 4, 1 ext. 4 *amnestia* labentem civitatis *Atheniensis* statum in -um habitum revocavit (5, 1, 9 fortunae. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 109, 7). *al.*

Ⓑ *de opinione, moribus, animi affectu sim.*: CIC. Pis. 27 experrecta tandem virtus *Pompeii* ... suum -um morem requisivit (Planc. 56 me ... *non iam* pugnantem m. meo -o. Mil. 1 veterem consuetudinem fori et -um m. iudiciorum [*opp.* novi iudici nova forma]. Marcell. 1). Phil. 7, 1 senatum ... ad auctoritatis -ae spem revirescere (PANEG. 12, 20, 1). Cato 34 in senectute conservare aliquid -i roboris. fam. 10, 28, 1 ad illum animum meum reverti -um (LIV. 2, 51, 3 recepto -o a.). 10, 28, 2 senatum ... defessum ad -am virtutem consuetudinemque revocavi (SEN. epist. 108, 22 *edendi*). *al.* VAL. MAX. 1, 6, 2 milites -am recuperare fortitudinem admoniti. SEN. Ag. 288 (*loq. Clytemestra*) surgit residuus -ae mentis pudor (Herc. f. 1081 *Hercules non prius expergiscatur*, quam m. repetat -a cursum). benef. 7, 19, 6 ferae inter nos educatae si in silvas eruperunt, aliquid mansuetudinis -ae retinent. SVET. Tib. 75, 1 memoriam -ae crudelitatis (*opp.* recenti). *al.* Ⓒ *de statu vel specie corporis mentisve, antequam corrumperentur, mutarentur: aegritudine* (*graviditate l. 28; n. pl. pro subst. de ipso statu sano v. l. 63*): VITR. 2, 9, 1 *corpus gravidae post partum* redit in -am naturae firmitatem (*syn. 2, 9, 2* antiquam). 8, 3, 21 *quod Melampus* purgavisset rabiem Proeti filiarum restituissetque ... mentes in -am sanitatem (SVLP. SEV. Mart. 19, 3 CHROMAT. in Matth. 44, 3. *et saepius*). VAL. MAX. 1, 8, 2 *Aesculapio accersito* -am recuperari salubritatem *civitatis pestilentia vexatae* posse. CELS. 2, 8, 40 *membrum resolutum* in -um habitum non revertitur ([*cf. Hippocr. prorrhet. 2, 39* ἐς τωὐτό]. 4, 7, 4). 3, 21, 12 *cura adhibenda est*, donec corpus ad -um statum revertatur (FIRM. math. 1 prooem. 3). MARCELL. med. 6, 6 (*de alopeciis*) -o decori caput revocato crine restituit *cura quaedam* (6, 24 d. -um ... capillorum). 6, 30 si quis maleficiis capillos perdiderit, hac eos ad -am formam ratione reparabit, si *eqs.* (8, 44 *oculos caligantes* cito in -am f. revocato vigore reparabit *herba quaedam*). *al.* *metamorphosi* (*aliter p. 1380, 25*): PLIN. nat. 8, 81 (= *Frg. Gr. Hist. 84 Neanthes F 41*) *lupum post novem annos* effigiem *humanam* recipere, ad -um habitum addito novem annorum senio. APVL. met. 11, 13, 5 aures enormes *asini* repetunt -am parvitatem. LACT. inst. 1, 11, 20 recepta -a specie dea *Isis* facta *esse dicitur Io* (AVSON. 454 p. 397 [*cf. Hom.* ϰ *388 sqq.*] socios *Vlixis* ad s. -am redigi). opif. 3, 20 si deus ... converterit *homines sortem suam querentes in* animalia, ... condicionem -am flagitent.

Ⓘⓘ *de animantibus*: VERG. Aen. 6, 473 coniunx ... -us, *sc. Sychaeus*, illi *Didoni* respondet curis (*vix cum* SERV. *ad l.* ['prior'] *ad B1b trahas, cf. enim 4, 458* antiqui). CVRT. 4, 9, 4 (*cf. 3* maior ... exercitus, quam in Cilicia fuerat) peditibus distributi sunt *equi*, ut maior -o esset equitatus (*item respicitur quantitas mutata*: SVET. Dom. 7, 1 duas ... factiones *circenses* ... ad quattuor -as addidit. APVL. met. 7, 4, 3. VVLG. III reg. 20, 25 instaura ... equos secundum equos -os. AVG. civ. 12, 10 p. 526, 26 multitudo -a [12, 12 p. 528, 28]). APVL. met. 7, 6, 1 omnem -am sociorum ... multitudinem ... amisi (*aliter l. 53*). VVLG. Iob 8, 8 interroga ... generationem -am et ... investiga patrum memoriam. *al.*

β *n. pro subst.*: LVCR. 5, 1415 posterior ... melior res ... immutat sensus ad -a quaeque. NEP. Timol. 1, 1 *ut* Siciliam multos annos bello vexatam ... suo adventu in -um restitueret. VERG. Aen. 12, 424 sagitta excidit *e vulnere* atque novae rediere ⌊in -a⌋ vires (⌊ ⌋ *cf.* SERV. in usum priorem [*addit* SERV. auct.: hoc est quales fuerunt -ae]). TERT. pudic. 20 p. 267, 20 moechia de -o recidiva et unitatem novi coloris ... commaculans. SER. med. 136 *misceat quaedam*, qui cupit horribiles ad -a reddere vultus *elephantiosi* (*versum om. pars codd.*). *al.*

2 *quaecumque iam dudum erant (sunt), usque adhuc permanent, vigent* (*vel nunc demum mutantur, perditum eunt; saepe de iis, quae alicui [rei] propria sunt; de serie continuata e. g. l. 74 sq., sed et quaedam sub 1b allata ita accipi posse haud negaverimus*): **a** *attributive*: **α** *de rebus*: ① *variis*: CIC. inv. 1, 107 indigna esse aetate, genere, fortuna -a, honore, beneficiis, quae passi perpessurive sint *rei sim.* (CAES. Gall. 4, 26, 5 hoc unum ad -am f. Caesari defuit). Sull. 26 ille labor meus -us, ... sollicitudo, ... officia *eqs.* Pis. 53 amisso exercitu nihil incolume domum praeter os illud tuum -um rettulisti (*sc. severum, cf. e. g. ibid. 1: an impudens?*). 91 cum tibi *imperatori* ad -as cladis accessio fuisset Aetoliae repentinus interitus. div. 2, 7 -is orbati muneribus *publicis* haec studia, *sc. philosophiae*, renovare coepimus. fam. 1, 5[b], 2 ut ... tuam -am dignitatem et gloriam consequare, *Lentule* (PAPIN. dig. 50, 1, 17, 12 *ante causam finitam* -am ... d. retinent *rei.* EPIST. imp. Constant. [CIL XI 5265] 13). 4, 1, 1 nobismet ipsis consulere ..., non ut aliquid ex -o statu nostro retineamus, sed *eqs.* (COD. Iust. 2, 11, 6 [*a. 203*]. VLP. dig. 24, 3, 19 omnia in s. -o manent). *al.* CAES. civ. 3, 79, 6 -a ... consuetudine, *i. familiaritate*. LIV. 27, 10, 1 alias colonias in fide atque officio -o fore (*opp.* eas ..., quae officio decesserint). 36, 35, 9 *legatis* petentibus, ut in amicitia -a esse liceret. VAL. MAX. 5, 10 ext. 1 vultu *patris orbati* -um habitum retinente. PHAEDR. 1, 2, 3 procax libertas civitatem *Atheniensem* miscuit frenumque solvit -um licentia. CVRT. 10, 8, 8 -a ... regiae species manebat (VLP. dig. 6, 1, 5, 1 [*e Pompon.*]). COLVM. 4, 3, 6 *quidam dicitur duabus agri partibus in dotem datis non* ex -o reditu *agri* detraxisse. 11, 2, 19 rosaria nova conserere vel antiqua curare, harundineta nunc ponere vel etiam -a colere. NERAT. dig. 10, 2, 54 etiamsi remanet in -o iure hereditariaque est *pars fundi alienata* (PAPIN. dig. 49, 17, 14 pr. *scriptis heredibus* cessantibus iure -o peculium pater habebit. 49, 17, 14, 1 iure -o apud patrem peculium remanet. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 13. PAVL. dig. 3, 3, 72 -um ius nobis conservat. *al.*). *al.* ⓘⓘ *de opinione, moribus, animi affectibus sim.*: CIC. S. Rosc. 150 una spes reliqua est Sex. Roscio ..., vestra -a bonitas et misericordia. Cluent. 181 *mater Cluentii* incensa odio -o Nicostratum ... sine causa in quaestionem postulavit (LIV. 42, 18, 4 [*opp.* recenti]). Catil. 2, 6 errant, si illam meam -am lenitatem perpetuam sperant futuram (*aliter infra l. 59*). Sest. 58 in -a mente mansit *rex a Romanis superatus* (OV. met. 3, 203 *post metamorphosin* m. tantum -a mansit *Actaeoni*). prov. 23 meus in rem publicam animus -us ac perennis (LIV. 31, 2, 4 erga populum Romanum). Phil. 13, 50 *Sex. Pompeium pro* sua ... -a virtute, industria, voluntate fecisse, quod *eqs.* (POMP. Cic. Att. 8, 11[c]. CAES. Gall. 1, 13, 4 Helvetiorum. civ. 3, 28, 5. *al.* SALL. Catil. 58, 12. *al.*). Att. 1, 20, 3 in mea -a sententia permanebo (fam. 1, 9, 6 de re publica). fam. 5, 20, 2 (*antea*: rationum referendarum ius vetus et mos antiquus) si consuetudo -a maneret (CAES. civ. 1, 32, 3 *qua Cato deliberationes trahere solebat.* BELL. Afr. 73, 1 ex -a bellandi c. celeritateque excesserat *Caesar.* PHAEDR. 4, 14, 3. COD. Theod. 12, 1, 117 iuxta -am *c. al.*). 12, 24, 2 occasio ... meo -o more rem publicam defen⟨den⟩di (CVRT. 5, 10, 12. 6, 2, 8 tenues reliquiae -i m. FRONTIN. strat. 2, 1, 4 ex m. -o. EPIST. imp. Sept. Sev. [CIL III 781] 17. *al.*). *al.* MET. NEP. Cic. fam. 5, 3, 2 velim -am tuam erga me voluntatem conserves (CVRT. 6, 7, 13 nihil ex -a v. [*v. 6, 7, 7*] mutaverat *coniurationis particeps. cf. l. 27*). CAES. civ. 3, 57, 1 non oblitus -i instituti Caesar. NEP. Dion 4, 5 qui *custodes* eum *filium Dionis* a -o victu deducerent. LIV. 25, 23, 12 *murum* humiliorem ... -a opinione ... omnium. *al.*

β *de animantibus*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 24 relictis ducibus -is signa in Aventinum transtulerunt *commilitones Verginii.* APVL. met. 1, 9, 3 *caupo in ranam conversus* dolium innatans vini sui adventores -os ... officiosis roncis ... appellat. IREN. 3, 22, 4 dominus ... in sinum suum recipiens -os patres regeneravit eos in vitam dei (*sc. patres facti sunt filii sec. psalm. 44, 17*). PORPH. Hor. carm. 1, 36, 18 nec novus ... amator Damalim avellet a -o suo amatore. *al.*

b *n. pro subst.*: CIC. fin. 5, 40 *si viti praeter alia animus humanus contigerit*, necesse est ... illa -a manere *eqs.* TERT. carn. 3 l. 26 (*om. cod. T*) converti ... in aliud finis est -i (*cf.* adv. Prax. 27 p. 280, 28 transfiguratio ... interemptio est -i [*sim.* GREG. ILIB. fid. 8 l. 15]. resurr. 55, 2 quasi 'demutari' [*I Cor. 15, 51 sq.*] desinere sit in totum et de -o perire). *al.*

B *speciatim de iis*: **1** *quae proxime antecesserant*: **a** *in serie dierum, sc. pridie* (*heri p. 1381, 4. 8*): **α** *exempla varia*: SISENNA hist. 116 (*si recte huc traximus*) -um vinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt. CIC. de orat. 1, 29 (*cf. 26* primo die, *28* postero ... die) ut ex -o sermone relaxarentur animi (*cf. p. 1381, 1*). CAES. civ. 1, 74, 7 magnum ... fructum suae -ae lenitatis ... Caesar ferebat (*cf. 1, 74, 2* pridie). BELL. Hisp. 15, 5 -a consuetudine (*v. 13, 6*) pro muro pugnari coeptum est (*opp. 14, 2* insequenti die). 25, 1 *Pompeiani* insequenti die ... -o illo suo utebantur instituto (*v. 24, 2*). PLIN. nat. 35, 85 emendatione -ae admonitionis (*opp.* postero die). HOMER. 741 tradunt sua membra quieti; lux exorta viros in -a bella remisit. SVET. Aug. 94, 9 M. Cicero ... somnium -ae noctis ... narrabat. TERT. anim. 30, 3 orbis *terrarum* ... est cultior de die et instructior -o *orbe*. **β** dies -us (*cf. p. 1378, 1; aliter l. 73*): CAES. Gall. 4, 14, 3 milites nostri -i diei perfidia incitati in castra inruperunt. LIV. 4, 32, 10 (*opp.* postero die). CVRT. 8, 4, 2 proximus *dies* ... nondum quidem ... tristis, obscurior tamen -o. GELL. 10, 24, 8 (*unde* MACR. Sat. 1, 4, 23) *olim* 'die -i' (diepristine *Macr.*) ... dicebatur, quod significabat 'die -o', id est priore, quod vulgo 'pridie' dicitur. *ibid. iterum et* 10.

b *in qualibet serie* (*vix huc p. 1379, 47; cf. p. 1381, 30*): LIV. 9, 23, 11 in quae *castra* infecta victoria, sicut -o die, vos recipiatis (*i. die pugnae proximae; cf. 9, 23, 7*). CVRT. 9, 9, 19 novus et -o (*v. 9, 9, 9 sqq.*) maior terror. MELA 3, 84 cum adolevit, ossa -i corporis ... Aegyptum exportat *Phoe-*

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nix. APVL. met. 5, 15, 4 -i sermonis (*v. 5, 8, 4*) oblita *Psyche* novum commentum instruit (*de colloquio ut* AVG. c. acad. 2, 4, 10. *de oratione*: AVG. in euang. Ioh. 19, 1 [*de s. ante plures dies habito ut*: 31, 1 -is s., *sc. 28 sqq.*]. 27, 1 [*de s. hesterno, ut simul spectet ad p. 1380, 55; item* 27, 4. 33, 1]. 70, 1 [*non adscribitur dies ut al.*]). HERM. vulg. vis. 4, 1 visionem vidi ... post dies viginti -ae visionis (4, 2 *virginem* cognovi ... a -is v., quoniam Ecclesia est [*utroque loco resp. gr. πρότερος, Pal. vis.* prior]). AVG. in euang. Ioh. 41, 1 (*eadem ambiguitate ac l. 4*) lectione -a. *al.*

2 *quae prima, in initio, origine erant* (*laxius respicitur restitutio status, qui erat ante mutationem, saepius sub A1b; de rebus praeter l. 31. 35. cf. IIC et D*): **a** *quaelibet*: CIC. de orat. 3, 72 si manere in -a communione voluissent *philosophi oratoresque* (*antea*: veteres illi ... scientiam cum dicendi ratione iungebant). rep. 2, 26 *Numa* Pompilius ... ad -um numerum duo augures addidit (2, 35 patrum). leg. 1, 26 *natura* hominem erexit et ad caeli quasi cognationis domiciliique -i conspectum excitavit (*cf.* sedes -a: VAL. MAX. 2, 10 ext. 1 in -am s. reportandas *effigies.* 3, 4, 5. 5, 1, 6. TERT. bapt. 8, 3 *spiritus sanctus* -am s. recognoscens, *sc. aquam sec. gen. 1, 2*). VARRO ling. 9, 16 *nutrix pueros non subito* a cibo -o (*sc. lacte*) in meliorem traducit (*cf.* alimentum -um: COLVM. 2, 1, 6 destituta -is alimentis ... humus. arb. 1, 4 *vitis* viduata -o a. deficiet). LIV. 7, 24, 11 dictator ... reddidit patribus possessionem -am consulatus (-a, -i *var. ll.*). COLVM. 1 praef. 1 ubertate nimia prioris aevi ... effetum solum nequire -a benignitate praebere mortalibus alimenta. 1, 1, 5 mitigato iam et intepescente -o frigore, *sc. quod erat caeli situ nondum mutato* (*nisi ad A1*). 5, 1, 7 tribus dictae primum a partibus populi tripertito divisi, quae tamen nunc multiplicatae -um nomen possident (TERT. adv. Iud. 9, 21 *Auses filius Nave* transfertur ... de -o n. et incipit vocari Iesus [*item* adv. Marc. 3, 16 p. 402, 26]). 12, 25, 2 cum conputruerit *aqua pura, curabis* tamdiu pati, donec ad -um modum perveniat. SVET. Claud. 14, 1 consulatus super -um quattuor gessit (*item de primo membro seriei*: TERT. castit. 11 l. 5 *in secundo matrimonio* -am [-a *var. l.*] *uxorem non* poteris odisse. FILASTR. 136, 2 [*antea*: in prima aetate sub mandato ..., secunda sub lege, tertia sub gratia salvatoris] mandati -i, quod pater noster Adam inprimis ... acceperat in paradiso [148, 2]. *al.*). Dom. 5 opera incendio absumpta restituit ..., sed omnia sub titulo tantum suo ac sine ulla -i auctoris memoria. *al.* *restituuntur aedificia collapsa sim. in integrum*: INSCR. Brit. I 979 (*a. 222*) coh⟨ors⟩ *quaedam* ... templum ... conlabsu⟨m ...⟩ ad -am f⟨ormam consum⟩mavit (CIL VI 34561 monimentum ... ad -am novitatis f. reficiendum. DECRET. pontif. [CIL X 8259] 2, 7 scripturam tituli at -am f. restituere). CIL III 12736 (*a. 274*) balneum vetustate conlapsum ad -am faciem reformare curavit (INSCR. Iugosl. I Hoffiller-Saria 469 [*aet. Const.*]. CIL VIII 24044 [*a. 383/93*] curia ... in -am est f. resti⟨tu⟩ta. *al.*). VIII 21665 (*a. 299*) *quidam* tempulu⟨m d⟩eae Maurae ad -um statum reformavit. *al.* **b** *insita, hereditaria sim.*: VITR. 2, 5, 2 *cum saxa* coniecta in fornacem ... amiserint -ae soliditatis virtutem. 7, 9, 5 refrigeratum *minium* si restituatur in -um colorem (PAVL. dig. 41, 1, 26, 2 [*e Labeone; lanae infectae ut* PORPH. Hor. carm. 3, 5, 27]. VVLG. lev. 13, 4 pili c. -i [*opp.* pilos in album mutatos colorem]. 13, 21). COLVM. 4, 22, 7 degeneres *vineae* etiam renovatae -um servabunt ingenium. SVET. Vesp. 12 mediocritatem (*i. ignobilitatem*) -am. GAIVS dig. 41, 1, 7 pr. *homines liberi in servitutem deducti*, si evaserint hostium potestatem, recipiunt -am libertatem. HIER. epist. 51, 4, 4 (*Epiphan.*) quia de caelestibus ad inferiora venientes calorem -um amiserint *animae.* VVLG. lev. 13, 55 faciem *vestimenti* ... -am non reversam *esse post lavationem.* COD. Theod. 12, 1, 113 (*de decurionibus*) cunctos transfugas ... ad originem -am revocari. EPIST. imp. inc. (Chart. lat. ant. XVII 657; *saec. V med.*) 2, 3 *libertam* tamquam ingratam ad -um st⟨a⟩tum servitutis retrahere. *al.*

II *in religione christiana spectat ad id, quod erat*: **A** *ante Christum natum* (*ante secundum eius adventum infra l. 70*): **1** *in vetere testamento*: TERT. bapt. 7, 1 *post baptismum* perungimur benedicta unctione de -a disciplina (*cf. e. g. lev. 8, 12*). adv. Marc. 4, 1 p. 424, 20 (*ad Vet. Lat. Ier. 31, 32* testamentum, quod disposui patribus) -um testamentum. 4, 14 p. 461, 10 'leviter' (*Is. 5, 26*), qua sine oneribus -ae legis (monog. 7, 9 ex -a dei l. [*sc. lev., cf. castit. 7 l. 4* in vetere l.]. pudic. 12 p. 242, 8 [*cf. p. 241, 22* veteris l.]), 4, 22 p. 493, 22 -um populum, *sc. Israhel.* IREN. 3, 12, 15 *apostoli* perseverabant in -is observationibus (*postea*: circa dispositionem legis, quae est secundum Moysen). *al.* **2** *vario respectu*: TERT. pudic. 6 p. 229, 22 habuerint -a tempora omnis impudicitiae ... potestatem; luserit ante Christum caro. VET. LAT. apoc. 21, 4 (cod. 51) mors ultra non erit ...; -a enim abierunt (*gr. τὰ πρῶτα, Aug. civ. 20, 17. al.* priora, *Iren. 5, 35, 2. al. et Vulg.* prima). PRVD. psych. 72 post partum virginis, ex quo corporis humani naturam -a origo deseruit (*cf. 76* inde omnis iam diva caro est). *al.*

B *ante unius cuiusque conversionem, ante baptismum sim.*: TERT. bapt. 1, 1 qua *aqua baptismi* ablutis delictis -ae caecitatis in vitam aeternam liberamur. VET. LAT. Eph. 4, 22 (Tert. resurr. 45, 6, *sim.* VVLG.) expone secundum -am conversationem veterem hominem ([*gr. προτέραν, cod. 75. al.* priorem]. *inde pendent e. g.* IREN. 5, 11, 2 -am vanitatis c. CYPR. epist. 63, 11 c. -ae saecularis). PELAG. in Rom. 6, 4 p. 49, 19 *baptizati* renuntiantes -ae vitae (CHROMAT. in Matth. 12, 2, 2 per baptismum ... v. -ae sepelimur, sed novae v. resurgimus. serm. 3, 7). COMM. instr. 2, 12, 2 (*militibus Christi*) incipe ... dimitte⟨re⟩ -a gesta. *al.* *n. pro subst.*: TERT. nat. 1, 1, 10 neminem *Christianum* paenitet, nisi tantum -orum (*cf. apol. 1, 12 nisi* retro non fuisse *Christianum*). paenit. 6, 1 dicunt ... -is renuntiare et paenitentiam adsumunt. VET. LAT. Sirach 21, 1 fili, peccasti; non adicias iterum, sed et de -is deprecare, ut tibi remittatur. *al.*

C *ante peccatum protoplastorum*: TERT. pudic. 9 p. 238, 3 *filius prodigus sive ethnicus* vestem -am recipit (*Luc. 15, 22*), statum scilicet eum, quem Adam transgressus amiserat. OPTAT. 5, 1 p. 120, 14 *diluvium* erat ... imago baptismatis, ut inquinatus totus orbis ... in faciem -am mundaretur. AMBROSIAST. in Col. 1, 18, 1 ut *Christus* ... primus esset ex resurrectione mortuorum reddita -a vita. in Rom. 7, 25, 5a rec. *β* (*sim. γ*) *homo* reparatus ... gratia Christi ad statum -um, *sc. immortalem* (Ps. AVG. quaest. test. 116, 3. 123, 1. 127, 23 ut reddamur ad -um s. Adae. app. vet. 40). RVFIN. Orig. in gen. 1, 13 p. 17, 24 similitudo -a (*cf. gen. 1, 26*), *quam homo peccando perdiderat.* AVG. serm. 278, 3 -am beatitudinem (*cf. 2* sanitatem, in qua conditus erat *homo*). *al.*

D *ante omne initium*: CHROMAT. serm. 17, 2 descendit ... vita (*i. Christus*) ad mortem, ut ipsam mortem fugaret; ... mors perempta est adventu -ae vitae. COMM. apol. 618 *Iesus* filium dixit *se esse*, cum sit deus -us ipse. EVSEB. GALLIC. hom. 42, 6 *diabolus* videt cultores suos ad auctoris sui ⌞-i⌟ redisse famulatum (⌞ ⌟ -um *locus geminus* hom. app. 6, 11 *in var. l.*).

neutr. pro subst. v. l. 7. p. 1378, 46. 1379, 57. 1380, 49.

acc. neutr. **prīstinum** *pro adv.* *fere i. q. prius, antea*: TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 17 -um doctor, *i. qui prius docebat* (*si recte intell. Scarpat, 1985, ad l.; aliter e. g. vol. V 1, 1776, 62 sqq.*). VET. LAT. I Macc. 12, 24 (rec. L, *sim.* X) conversi sunt principes Demetrii cum exercitu multo supra quam -um pugnare (primum *cod. 7; gr. τὸ πρότερον,* rec. B supra illum -um, *V* supra quam prius).

adv. **prīstinē.** *i. q. prius, antea*: EPIST. Chart. lat. ant. IV 267, 4 (*saec. II*) iam tibi et -e commendaveram Theonem ... et mod⟨o qu⟩oque peto, domine, ut *eqs.*

cf. Onom. *Wild.*

2. pristīnus, -a, -um. *a* pristis. *i. q. ad pristim, i. cetum, pertinens, sc. non nisi in iunctura* -um sidus: COLVM. 11, 2, 5 (*respiciuntur dies caelestes*) VIIII kal. Febr. ex occasu -i s. significat tempestatem (*sim.* 11, 2, 64 ex -o s.). *v. L.*

pristis, -is *f.*, *πρίστις, et inde* **pistrīx,** -icis *f.* (*per metathesin et intercedente voce* 2. pistrix; *cf.* PRISC. gramm. II 32, 15 Aiax pro *Αἴας* et -x pro ⌞*πίστρις*⌟ [*litt. lat. cod. plerique*]; *forma gr. vix genuina p. 1383, 20*). *de usu stirpium cf.* SERV. Aen. 3, 427 '-x': si navem intellegas, haec -is huius -is facit; si de belua, haec -x, huius -icis facit (*inde* GLOSS. V 556, 1 sq. -is: navis. -x: belua). *exemplis inspectis haec monere liceat: notione navis nusquam ponitur* -x *praeter* GLOSS. *p. 1383, 32 (codd. antiquis confirmatur* prist- LIV. 44, 28, 1 *et* VERG. *sub 2b); ad significandum animal vel sidus sola stirpe* pistric- *utuntur* CIC. Arat. *decies (ter nom.* -x *in fine versus, ceteris locis metro firmatis) et* HYG. astr. *novies, ceterum singulis locis* LVCIL. (*v. p. 1383, 2*), PAVL. FEST., SEN. *trag.*, ARNOB. *al., utramque stirpem exhibent* VERG. (-x *1/*-is *1; v. p. 1383, 5*), GERM. (*1/9*), PLIN. nat. (*2/3*), AVIEN. Arat. (*3/3*), *non nisi* -is *praebent singulis locis* CIRIS (*e coni. ut* MANIL.), ALBINOV., VAL. FL. *al.; in codd. posterioribus leguntur scripturae varie depravatae, imprimis* pistris GERM. 356 (*in var. l. ut e. g.* 371 FLOR. epit. 3, 5, 16; *solum trad.* VAL. FL. 2, 531 AVIEN. Arat. 809. 825. *cf. l. 45*), *ceterum e. g.* pristris SERV. Aen. 3, 427, *abl.* pristice AVIEN. Arat. 805. *de formis stirpis* pristi-: *acc. sing.* -im *trad. solus* GERM. 360 AVIEN. Arat. 809. 825 CLAVD. DON. Aen. 5, 185 p. 444, 23, *iuxta var. l.* -in (*sc. -ιν*) VERG. Aen. 5, 116 (*FR*, -in *MP*). 10, 211 (*MR*, -in *P*). GERM. 361. 381; *abl. sing.* -e SIDON. carm. 11, 41; *nom. plur.* -es *trad.* PLIN. nat. 9, 4, *restituendus vid. p. 1383, 7*, -is *trad.* LIV. 44, 28, 1 (*V, tuetur e. g. Jal, sed* -es *edd. plerique*); *acc. plur.* -is *trad.* CLOD. LIC. hist. 4 (*nisi est nom.*). ALBINOV. carm. frg. 6 (-stinis *var. l. contra metrum*), *restituendus est fort.* LIV. 35, 26, 1 (tris isque *codd.*, pristeisque *Gelenius, dub. an e cod. deperdito*, -es *edd. rec.*, -is *e. g. Weissenborn-Müller*). *legitur in versu inde a* LVCIL. (*? v. p. 1383, 2*), CIC., VERG., *in oratione soluta inde a* CLOD. LIC., LIV. [*restituitur pro* pestis *vel* piscis CIRIS 451 MANIL. 1, 356 GERM. 721; *e coni. dub.* CYPR. GALL. iud. 708 quem *deum* ... numen habent Dagona vocant et nomine ⌞pestem⌟ (*codd.*, -im *vel* piscem *Peiper*).]

1 *de belua marina* (*cf.* PAVL. FEST. p. 30 ballenam beluam marinam ipsam dicunt esse -icem, ipsam esse et cetum. SCHOL. Hor. ars 4 in piscem: idest in beluam marinam, hoc est in -icem. GLOSS. -x: *κῆτος. sim.*

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.): **a** *ipsa* (*saepe in fabulis; ceterum v. ad rem Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 205 sq.*): LVCIL. 1252 -ices (*si recte emendatur testimonium* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 270 -is: belua maris; Luc⟨il⟩ius -ices dixit pluraliter). VERG. Aen. 3, 427 (*de Scylla*) prima ... virgo pube tenus, postrema immani corpore -x. 10, 211 frons hominem praefert, in -im (-in *var. l.*) desinit alvus (*spectat ad Tritonem ut* CLAVD. 10, 147 qua -x commissa viro. *cf. l. 17*). CIRIS 451 aequoreae (*cf. l. 26*) ⌞-es⌟, immania corpora ponti (⌞ ⌟ pisces *vel* pestes *trad.*). ALBINOV. carm. frg. 6 saevas ... -is aequoreasque canes (*5* immania monstra *Oceani*). SEN. Phaedr. 1049 extremo mari -x citatas sorbet aut frangit rates. PLIN. nat. 9, 4 maxima animalia in Indico mari, ex quibus ballaenae ..., -es ducenum cubitorum (*item iuxta ponuntur*: 9, 8. 9, 41 animal pariunt [*Arist. hist. anim. 489b2 τὰ κητώδη*]. 32, 144). 36, 26 (*in opere Scopae iuxta* cete *al.*). VAL. FL. 2, 531 -is ... inhiat ... praedae (*sc. Hesionae*). FLOR. epit. 3, 5, 16 *Lucullus* per medias hostium naves utre suspensus ... quasi marina -is evaserat (*cf. Frontin. strat. 3, 13, 6* marinae specie beluae). ARNOB. nat. 3, 31 *Neptunus* -icum dominus. POL. SILV. chron. I p. 544, 6 -is. *per synecdochen de cauda Tritonis* (*cf. l. 6*): SIDON. carm. 11, 41 *Triton Galateam* parcenti -e flagellat. **b** *quae collocata est inter sidera* (*apud Aratum appellatur Κῆτος. forma gr. fort. e lat. transscripta*: GLOSS. III 241, 52 [*in capite* de signis caelestibus] *ἡ πίστρις*: -x): CIC. Arat. 140 Andromedam ... explorans fera quaerere -x pergit (413. *cf. l. 23*). 156 inter -icem fusae ... atque Gubernaclum stellae. 178 subter caudam -icis (275 caeruleae ... feram [ferae *var. l.*] c. -icis. GERM. 390 squamigerae -is. 717 -icis. HYG. astr. 4, 4. 4, 12, 4). *al.* MANIL. 1, 356 vastos ... -is hiatus (piscis *trad.*). GERM. 356 Nereia -is (AVIEN. Arat. 775). 360 Auster -in agit. 371 cristam ... aequoreae -is (717). *al.* HYG. astr. 4, 12, 2 -x a cauda exoriens. 4, 12, 7 ad -icis occasum. AVIEN. Arat. 805 summa qua lux -ice coruscat desuper. 825 in -im horrificam conversus ... Piscis. ANTH. 679, 12. *al.*

2 *de nave* (*cf.* NON. p. 535, 19 -is, navigii genus, a forma -ium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti [*affert* CLOD. LIC. hist. 4 VERG. Aen. 5, 116. 10, 211]. GLOSS. -x: belua marina vel navis. -is: navis. *sim. al.*): **a** *significatur genus navigii parati ad bellum* (*cf. Liv. 32, 32, 9* nave rostrata *pro gr. πρίστιν Polyb. 18, 1, 1*): CLOD. LIC. hist. 4 quinque -is – navigium (*gen.*) ea forma a marina belua dicta est. LIV. 35, 26, 1 modicam classem ... tres tectas naves et lembos -esque (*v. p. 1382, 66; item iuxta ponuntur* 44, 28, 1). **b** *ponitur pro nomine navis Mnesthei* (*explicat* SERV. Aen. 5, 116 vel a tutela depicta vel *ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα*, id est a secandis fluctibus): VERG. Aen. 5, 116 velocem Mnestheus agit acri remige -im. 5, 154 -is Centaurusque. 5, 156. 5, 187 aemula -is. HYG. fab. 273, 14. *al.*

deriv.: 2. pristinus. *cf. Onom.* *Marchionni.*

prīsto *v.* 2. praesto, *p. 913, 38.* **pristris** *v.* pistris.

prīstus *v.* praestus, *p. 932, 31.* **prīvāns** *v.* privo.

prīvantia, -ae *f.* *a* privare. *i. q. privatio, sc. negatio*: MAR. VICTORIN. defin. p. 39, 10 octava species definitionis *κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου*, id est per -am contrarii eius, quod definitur, ut 'bonum est, quod malum non est' (*sim. antea in partitione* p. 16, 26). *inde pendent*: CASSIOD. inst. 2, 3, 14 p. 122, 14 (*sed in partitione p. 120, 9 trad.* per privationem). in psalm. 1 l. 72. 31, 1 l. 51. 85, 8 l. 166. 93, 20 l. 276 ISID. orig. 2, 29, 9.

prīvātārius, -a, -um. *a* privatus. *i. qui ad privatum pertinet, sc. ad balneum privatum* (*cf. p. 1396, 45*): EDICT. imp. Diocl. 7, 76 L. balneatori -o in singulis lavantibus (denarios) duos (*gr. τῷ βαλανεῖ πρωτοβάτου*). *abiit in sermonem gr. πριβατάριος* (*masc. pro subst. de ipso balneatore*).

prīvātē *v.* privatus.

prīvātiānus, -a, -um. *a* privatus. *i. qui ad privatum pertinet, non nisi masc. plur. pro subst. de palatinis in officio comitis rerum privatarum ministrantibus*: COD. Theod. 6, 30, 24 ut -i privilegia largitionalis officii perpetuo consequantur.

cf. Onom.

prīvātīcia: *στερητικά* GLOSS.^{L} II Philox. PR 221 (praedaticia pecunia *comparatur a Leumann, Glotta 9, 1918, 163, sed considerato gr. στ. et coll. t. t. gramm.* compositicius *cogitare maluerim de vocabulis privatione insignibus, sc. praeverbio privativo compositis*). *a* privare. *Bk.*

prīvātim *adv.* [*a* privare, *cf.* separatim *iuxta* separare; *sed v. etiam Leumann, Gramm. 1977, 501. Fo.*] *de origine*: PRISC. gramm. III 75, 8 (*inter adv.* in 'im' denominativa) a privato -m. *scribitur*: prei- CIL I^2 755; i *longa* DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1420) 23; *cum apice* -á- R. GEST. div. Aug. 24. NOT. Tir. 5, 73 public[a]e -⟨m⟩que. 5, 74 -⟨m⟩ public[a]eque. *de notione*: SYNON. Cic. p. 435, 13 nominatim. proprie. -m. singillatim. viritim. specialiter. personaliter. unicuique (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1386–1391). GLOSS. *κατ' ἰδίαν.* proprie. *legitur in versibus semel apud* PLAVT. (*loco interpol.? v. p. 1384, 36*), *in oratione soluta inde a* CATONE, *frequentant* CIC. *et* LIV. *magisque* PLIN. nat. (*fere 90^{ies}*) *nec non* SALL. (*decies in opere admodum brevi*). [*in codd. confunditur saepius c.* privatus, *v. p. 1385, 49. 58. 1386, 32, addas e. g.* CIC. Verr. II 3, 75. CAES. Gall. 5, 3, 5 de suis -m (*α*, -is *β*) rebus ab eo petere coeperunt. SEN. epist. 91, 7. PLIN. nat. 20, 175 (*restit.* CIC. Tusc. 5, 102 LIV. 36, 29, 10; *e coni. dub.* HIST. AVG. Alex. 54, 5).]

usus sub I descriptus fere respondet usui sollemni adi. (subst.) q. e. privatus, *ut saepe sit fere i. q. modo privato, ratione privata, non publice; sed sub II praevalet notio separandi adiectivo* privus *et verbo* privare *olim propria, ut sit fere i. q. separatim, per se, peculiariter sim.* (*etiam sub I nonnulla sic explicari possunt, e. g. l. 48. p. 1385, 5. 40. 43 sq.; in notionem q. e. clam, secreto vergit maxime l. 49. 50. p. 1385, 60 sqq. 67. 1386, 48, addas e. g.* AMBR. obit. Valent. 37 CASSIOD. var. 8, 20, 4). *adv. saepe non ipsam actionem vel verbum, sed alias partes enuntiati acuit vel illustrat, v. passim sub IIA, imprimis sub IIA3, sed etiam sub IA1b et IB. haud raro igitur adhibetur, ubi exspectes potius adi.* (*subst.*) privatus, *v. e. g. l. 46 sq. 51. p. 1385, 12. 49. 1386, 10. 35. 44, addas* CIC. Verr. II 4, 137 SALL. Catil. 49, 3 LIV. 42, 12, 7 VAL. MAX. 2, 7, 6. *al., audacius* TAC. hist. 4, 40, 3 insignis publica severitate dies ne -m quidem laude caruit. HIST. AVG. Aurelian. 6, 3 -m huius multa exstant egregia facinora. *vertitur adi. gr. p. 1386, 51. 1387, 30. manifesto attributive, sc. inter adi. (vel pron.) et subst. collocatur l. 62. 69. 70. p. 1386, 33* (*v. etiam l. 4, addas* CONSVLT. Zacch. 2, 19 p. 92, 19). *ponitur iuxta pron. pers.*: PS. SALL. rep. 2, 5, 5 -m sibi quisque (LIV. 5, 30, 2 ad se -m. 7, 41, 2. 8, 25, 11. *al.*), *cf. iam* CATO *l. 39 et* LIV. 2, 44, 5 cuique eorum -m (5, 8, 13. 5, 25, 5. *al.*). 4, 48, 11 singulis -m (25, 8, 2. 37, 54, 5. *al.*).

I *respiciuntur ea, quae sunt aliena a re publica, a civitate eiusve vita publica, sc. quaeritur utrum aliquid fiat ex auctoritate publica, pertineat ad rem publicam necne* (*passim opp.* publice [*infra notatur* p.], *praecipue in iunctura* p. -mque [*ordine inverso* VITR. 9 praef. 3 SEN. contr. 1, 7, 2 SEN. dial. 6, 3, 2], *alio modo e. g.* CIC. inv. 1, 5 Verr. II 2, 120. 4, 107. 5, 187 LIV. 22, 54, 3. 30, 13, 8, *per asynd. fort.* HIST. AVG. Alex. 3, 5): **A** *proprie, sc. manifesto vel latenter opp. vita publica civitatum*: **1** *in universum*: **a** *quaeritur potius, quo modo, qua auctoritate aliquid fiat, unde actio oriatur vel quis agat* (*pauca selecta inde a* CIC.): PLAVT. Bacch. 314 (*interpol.? v. post alios Zwierlein, Zur Kritik u. Exegese IV, 1992, 229*) *aurum* hic -m servaretur rectius (*opp.* publicitus, *sc. in templo*). CATO orig. 95b Rodienses ... Persen p. numquam adiuvere; cogitate, quanto nos inter nos -m cautius facimus. CIC. inv. 1, 5 *eloquentia* quidam et -m et p. abutuntur. Verr. II 2, 11 ex tota provincia homines nobilissimi ... p. -mque venerunt (off. 1, 149 [private *var. l.*]. LIV. 39, 46, 8. *cf.* CIC. Verr. II 5, 45 -m ... proficisci). 4, 25 quid ego -m negoti geram (fin. 5, 57 aliquid [*opp.* capesssunt rem p.]. div. 1, 28 VAL. MAX. 2, 1, 1. *al.*; *cf.* LIV. 4, 13, 8 eandem p. curationem agens quam Maelius -m agendam susceperat [6, 1, 11 SEN. dial. 5, 6, 3. 9, 13, 1. *al.*]). CAES. Gall. 1, 17, 1 *apud Haeduos* esse non nullos ..., qui -m plus possint quam ipsi magistratus. SALL. Iug. 32, 5 *praetor* -m ... fidem suam interponit (*opp.* publicam). LIV. 8, 25, 11 (*verba legati*) sibi -m nec pacisci quicquam nec petere; p. petere *eqs.* 37, 36, 1 legatus ... -m ... Scipionis temptare animum est conatus (*opp.* in consilio). 45, 31, 13 qui p. aut -m partium regis fuissent. VITR. 10, 16, 7 *architectus quidam* iussit omnes ⌞p.⌟ et -m ... effundere *lutum* ante murum (⌞ ⌟ *sc. per servos publicos*). SEN. epist. 95, 30 non -m solum, sed p. furimus, *sc. bella gerentes.* TAC. ann. 11, 17, 2 *homines* -m degeneres, in publicum exitiosi. *et saepius.* *opp.* in foro, *ut subluceat notio loci privati*: LIV. 23, 7, 10 *Campanus quidam* nec obviam egressus est *Hannibali* nec ... -m se tenuit: in foro ... inambulavit (privato *Gronov coll. p. 1396, 43*, in privato *Zingerle*). PANEG. 9, 1, 1 *eloquentiam* exercere -m quam in foro iactare maluerim. **b** *quaeritur potius, quis afficiatur actione, condicione quadam* (*notabiliora; cf. p. 1385, 59. 68 sqq.*): CIC. div. in Caec. 64 nulla -m accepta iniuria sociorum ... iniuriis commoveri (*cf.* Verr. II 3, 1 nulla -m laesi iniuria. 4, 20. fam. 4, 13, 2 nulla me ipsum -m pepulit ... iniuria *Caesaris.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 3 nec me meae ullae -m iniuriae umquam ⟨moverunt⟩). Verr. II 3, 75 iam -m aratores ... spoliati (5, 1 quin ... sacra profanaque omnia et -m et p. spoliarit. 5, 58. *cf.* 5, 128 hic ... non quae p. Tyndaride, non quae -m sibi eripuisti, sed ... filium ... flagitat. SALL. Catil. 11, 6 insuevit exercitus ... *artis opera* -m et p. rapere, delubra spoliare. or. Phil. 17 pecuniae p. et -m extortae). SALL. Catil. 40, 1 *Allobrogum legatos* p. -mque aere alieno oppressos. LIV. 1, 39, 3 (*de Servio Tullio puero*) materiam ingentis p. -mque decoris. 5, 30, 2 quod ad se -m attineat. 6, 39, 6 *tribunos plebis iam diu* adversus optimates maximo -m periculo, nullo p. emolumento stare. 22, 22, 13 id, *sc. obsidionum remissio*, et -m parentibus ... et p. populis gratum erit. 39, 14, 4 patres pavor ingens cepit, cum publico nomine ... tum -m suorum cuiusque vicem. VITR. 9 praef. 3 cum ... tanta munera *a scriptoribus* ... -m p.que fuerint hominibus praeparata (*cf.* SVET. Aug. 89, 2 *scriptorum* exempla p. vel -m salubria). TAC. ann. 14,

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

48, 4 *reum exulem, non capitis damnatum* -m miserior⟨em⟩ et publicae clementiae maximum exemplum futurum. *al.*

2 *speciatim; respiciuntur*: **a** *possessiones privatorum vel emptiones, impensae sim. sumptu privato factae*: CATO orat. 206 ager, quem -m habent, Gallicus, Samnitis *eqs.* (CIC. Tusc. 5, 102 quae *opera artis* qui privati⟨m⟩ habent [*sc. in villis*]. TAC. ann. 6, 12, 2 quem intra diem ... habere -m *carmina Sibyllae non iam* liceret). CIC. Verr. II 1, 16 nemini meus adventus labori aut sumptui neque p. neque -m fuit (*cf.* Att. 5, 10, 2 adhuc sumptus nec in me aut p. aut -m nec in quemquam comitum. 6, 1, 2). Flacc. 34 se -m drachmarum CCVI dedisse ([*antea*: p. data]. 40. LIV. 26, 35, 3 edixerunt consules, ut -m ex censu ordinibusque ... remiges darent). leg. 2, 45 aurum ... in urbibus et -m et in fanis invidiosa res est (*Plato leg. 955*^{e} *ἰδίᾳ*). Att. 16, 15, 6 turpius enim -m cadere quam p. R. GEST. div. Aug. 15 frumento -m coempto (*gr. ἐκ τοῦ ἐμοῦ βίου*). 24 ornamenta ..., quae spoliatis tem⟨plis⟩ ... *Antonius* -m possederat (AVG. epist. 185, 35). SEN. nat. 6, 1, 2 *terrae motu* Neapolis ... -m multa, p. nihil amisit. TAC. hist. 2, 84, 2 propriis ... opibus Mucianus bellum iuvit, largus -m, quo avidius de re publica sumeret. *al.* **b** *actiones in iure vel negotia, quae fiunt iure privato, inter privatos*: CIC. S. Rosc. 114 si hanc ei rem -m S. Roscius mandavisset (*opp.* a decurionibus p.). LEX Atest. (CIL I^{2} 600) 14 quod -m ambigetur (*cf.* LEX Irnit. 8 A 12 si -m ageretur [9 B 2 *municipes, qui inter se aliqua de re* -m ... agere ... volent. 9 B 18]). LEX. locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 8 qui supplic⟨ium⟩ de ser⟨vo⟩ ... -m sumer⟨e⟩ volet (*11* magistrat⟨us⟩ p. sumet). LIV. 3, 24, 5 multi -m ferebant Volscio iudicem. QVINT. decl. 254, 4 non miror hominem iudicia totiens infeliciter expertum ... nihil temptasse -m. 326, 5 quae -m quoque vindicari possunt. GAIVS dig. 21, 2, 57 pr. bona ... -m distrahi (*cf.* inst. 3, 154 si cuius ex sociis bona p. aut -m venierint. SCAEV. dig. 12, 6, 67, 2 -m facta venditione). PAPIN. dig. 48, 16, 10 pr. *criminis* abolitio aut p. fit ... aut -m actore postulante. *al.* **c** *sacra, caerimoniae*: CIC. Verr. II 4, 107 mira quaedam tota Sicilia -m ac p. religio est Cereris. 5, 187 *Cereris* sacra populus Romanus ... et p. et -m tuetur. leg. 2, 19 -m colunto, quos *deos* rite a patribus ⟨cultos acceperint⟩ (LIV. 10, 7, 12). 2, 20. div. 1, 3 genus ... divinationis p. -mque celebratum (LIV. 5, 13, 7 sacrum). VARRO frg. Non. p. 341, 33 et p. et -m fabatam pultem dis mactant. LIV. 2, 42, 10 p. -mque ... consulti *numinis* (*cf.* TAC. Germ. 10, 2 si p. consultetur ..., sin -m). 6, 41, 6 *ut nos patres* et -m auspicia habeamus, quae isti *plebei* ne in magistratibus quidem habent. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1420) 23 si qui -m velint manibus eius inferias mitter⟨e⟩. R. GEST. div. Aug. 9 -m ... et municipatim universi cives ... pro valetudin⟨e mea s⟩upp⟨licaverunt⟩. *al.* **d** *hospitium, amicitia vel odium, inimicitia sim.*: CIC. Verr. II 2, 155 utrum tibi Siculos p. -mque amicos an inimicos existimari velis (*cf.* CAES. Gall. 5, 55, 4 *ut legationes* gratiam atque amicitiam p. -mque peterent. SALL. Iug. 8, 2 ut potius p. quam -m amicitiam populi Romani coleret. LIV. 1, 45, 2 [*v. infra*]. 34, 31, 5 *mihi est* et p. ... vobiscum ... foedus ... et meo nomine -m amicitia et societas). Planc. 93 haec -m fortasse ... gratiam quaerunt (*cf.* CAES. *supra et* APVL. flor. 9, 32 nulla tibi -m, sed omni publicitus gratia obstrictus). BRVT. Cic. ad Brut. 24, 4 quod ... tibi cum Antonio -m odium? (privatum *var. l.; cf.* LIV. 28, 18, 3 Scipione abnuente ... -m sibi ullum cum Poeno odium esse. TAC. ann. 1, 55, 3 auctis -m odiis). LIV. 1, 45, 2 cum quibus p. -mque hospitia amicitiasque ... iunxerat (*cf.* 22, 54, 3 p. ac -m hospitaliter facta. 37, 34, 7 *si* hospitium ... -m regi cum Scipionibus esset. 37, 54, 5). 5, 8, 9 Verginius -m Sergio invisus (*cf.* 9, 38, 11 alter consul Fabius infestus -m Papirio erat. 45, 35, 8). *al.*

B *per similitudinem opp. universitas ecclesiae* (*accedit* quasi *l. 68. 70*): CYPR. epist. 14, 4 nihil sine consilio vestro et sine consensu plebis mea -m sententia gerere (privata *var. l.*). HIL. coll. antiar. p. 100, 12 singulis universisque et p. et -m in ecclesiae dominatu gravem effici. MAXIMIN. c. Ambr. fol. 337^{v}, 1 cum Palladius ... Aquileiam venisset adque -m vos intra ecclesiam apud secretarium ... vidisset. 349^{r}, 16 nec -m in domo ⟨nec⟩ in publico vel i⟨n⟩ quolibet loco di⟨s⟩putatio *habebatur*. PELAG. in Gal. 2, 14 ('dixi Petro coram omnibus') publicum scandalum non poterat -m curari (private *var. l.*, private sanari *Ps. Primas. ad l.*). in Tit. 2, 4 non in ecclesia, sed -m *docere*. NICET. in psalm. 14 l. 3 orare -m (*opp.* cum omnes oramus. *aliter p. 1386, 41*). AVG. c. Cresc. 1, 4, 6 id p. -mque agere (CONC.^{S} I 5 p. 377, 1 *si* tumultus caveat et ipse -m a. malit *episcopus* [*gr. I 1, 7 p. 79, 25 ἰδιάζειν*]). divers. quaest. 44 divina providentia quasi -m cum singulis agit (*opp.* generi universo tamquam p. consulit. *cf.* vera relig. 125 non solum singulis hominibus quasi -m, sed universo generi humano tamquam p. consulit. util. cred. 16, 34 p. 34, 28). in psalm. 3, 10 l. 33 *diabolus* in totum Christi corpus, sed etiam in singulos quosque -m *saevit*. FACVND. defens. 1, 5, 24 quod -m singulis *dixit* ([*opp.* cum tractatu ... synodi]. 10, 1, 24 et in ecclesia et -m. 10, 6, 5 verba -m dicta [*opp.* publica decreta concilia]. *al.*). *al.* *sublucet notio loci privati*: AVG. epist. 22, 3 quis ... audet vetare -m *eqs.*? (*sc. ne id fiat in domibus, opp.* in sanctis locis; *antea*: privatis parietibus). epist. Divj. 28, 3, 1 *scripta quaedam non canonica in ecclesia sic recitantur*, tamquam si -m in domo legerentur.

II *cetera exempla*: **A** *respicitur segregatio ex qualibet multitudine, exemptio ex quolibet genere; segregatur aliquis* (*aliquid*): **1** *ratione distributiva, sc. describuntur ea, quae singulis personis (rebus) accidunt similiter atque aliis accidere possunt*: CIC. inv. 1, 40 commune *est*, quod accidit omnibus ..., ut ... calor, frigus; singulare ... est, quod ... -m alicui solet accidere, ut nuptiae, ... somnus. LIV. 4, 48, 11 gratum id singulis (*sc. senatoribus*) -m, gratum id universo senatui fore. VITR. 1, 1, 14 qui *architecti* -m proprietates tenent artium, non efficiunt, ut habeant omnes *eqs.* (*postea*: singuli). VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 *quod modo narravi*, -m quoque merito veneror ... *similem* benivolentiam expertus (*sim., nisi ad 3 trahere malis*: 5, 3, 4 *Ciceronem* ⌞studio praestantis officii⌟ -m sibi *Popilio* venerandum [⌞ ⌟ *quo eum olim defenderat*]). 4, 8 ext. 2 *spectacula, epulae sim.* universis, -m alimenta inopiā laborantibus ... erogabantur. SEN. epist. 73, 6 deo -m obligatus sum (*antea*: viritim ... debere pro communibus bonis). PLIN. nat. 33, 24 omnes *digiti anulis* onerantur atque etiam -m articuli minoribus aliis. TAC. hist. 2, 52, 2 *senatores* anxii coeunt, nemo -m expedito consilio, inter multos societate culpae tutior. ann. 13, 27, 3 *ut* -m expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur; in commune nihil derogarent. *al.*

2 *ratione exclusiva*: **a** *generatim, sc. describuntur ea, quae quibusdam tantum accidunt ceterisque desunt* (*quae a singulis geruntur exclusis aliis l. 37. 47*): CIC. Quinct. 15 aut societatem sibi *Naevio* quippiam debere aut -m Quinctium debuisse (37 neque ex societatis ratione neque -m. *sim. respicitur societas negotiantium*: PAVL. dig. 17, 2, 65, 5 quod -m interest unius ex sociis [*opp.* societati expedit]). BITHYN. Cic. fam. 6, 16 si mihi tecum non et multae et iustae causae amicitiae -m essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris. LIV. 7, 41, 2 sibi se -m nihil cavere ...; militibus cavendum *eqs.* SEN. contr. 1 praef. 10 *facunde dicta*, ne ad quemquam -m pertineant, populo dedicabo (privatum *var. l.*). PLIN. nat. 7, 57 est quaedam -m dissociatio corporum, et inter se steriles, ubi cum aliis ⟨se⟩ iunxere, gignunt, sicut Augustus et Livia. 9, 171 (*170* piscium vivaria) murenarum vivarium -m excogitavit *quidam*. 10, 137 quae ... de una ave galerita -m commemorat *Democritus*. 11, 11 *apes* rem publicam habent, consilia -m ac duces gregatim (*si sic legendum*). 19, 176 alius -m cumini morbus *est* scabies. QVINT. inst. 8, 2, 5 qui iaculum emittit, 'iaculari' dicitur, qui pilam aut sudem, appellatione -m sibi adsignata caret. TERT. nat. 2, 15, 7 cum -m apud Romanos deputentur *dei quidam* ... nec facile foris cogniti. CYPR. domin. orat. 8 *Christus* singillatim noluit et -m precem fieri, ut quis ... pro se tantum precetur. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 816, 21 pressurae acciderunt vel in commune omnibus hominibus vel -m Christianis. SOL. 30, 2 Garamantici Aethiopes matrimonia -m nesciunt, sed omnibus in venerem vulgo licet (*sec. Plin. nat. 5, 45* matrimoniorum exsortes). ROMVL. fab. 66 epil. rec. vet. constat maiores et minores sequestratos -m non vivere (*cf. 66, 1* nemo aliquid sine suis valet). CONC.^{S} II 3, 1 p. 149, 6 sermocinationes ... quasdam inter se -m Eutyches ... et Iohannes ... habuerunt (*gr. II 1, 1 p. 163, 22 ἰδιαζόντως, alt. versio II 2, 1 p. 64, 6* conloquia secreta). ORIG. in Matth. 12, 40 p. 160, 4 facere tria tabernacula, unum -m Iesu, alterum Moysi, aliud Eliae (*gr. ἰδίαν*). *sim. al.*

b *speciatim pertinet ad argumenta scriptorum quae seorsum, suo loco proferuntur*: PLIN. nat. 2, 69 cuius rei ratio -m reddenda est: '...'. 5, 16 *euphorbeae* sucum ... celebrat *Iuba* ... -m dicato volumine (20, 78 cum ... Chrysippus medicus -m volumen ei *brassicae* dicaverit. *cf.* 6, 55 de iis -m condidit volumen Amometus. 10, 190 *insecta* -m dicato opere narranda [*sc. libro XI*]). 14, 120 Graeci -m ea praecepta *condiderunt*. 21, 12 apud Graecos quidam (-dem *trad.*) de coronis -m scripsere. 37, 198 quae in principatu cuiusque generis -m diximus.

3 *ratione distinctiva, elativa, qua acuitur pars orationis maxime considerandi, ut vergat in notionem q. e. imprimis, praecipue* (*saepe inducit additamenta sive asyndetice, e. g. p. 1387, l. 23, sive cum copula, e. g.* et -m *l. 65. p. 1387, l. 5. al.*, -m autem *p. 1387, 8. 12*): **a** *generatim* (*cf. l. 14*): PLIN. nat. 12, 85 cinnamomum ... fabulose narravit ... Herodotus avium nidis et -m phoenicis ... decuti. 15, 16 sale illae *olivae* -m condiuntur et, ut reliquae, amurca. 18, 280 (*de viribus siderum*) Vergiliae -m attinent ad fructus. 28, 144. 31, 95 coepit ... et -m ex inutili pisciculo ... confici *allex*. 32, 59 *ostrea* grandescunt sideris quidem ratione maxime ..., sed -m circa initia aestatis. 34, 11 -m Aegina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit. Ps. QVINT. decl. 6, 10 quod inter haec quoque mala -m doleam. TERT. coron. 7, 1 *rationes*, quae nostro (*sc. Christianorum*) capiti -m coronamentis ... interdicunt.

b *speciatim respicitur effectus medicamentorum sim.*: α *acuitur id, quod curandum est*: ① *indicatur multitudo, unde aliquid segregatur*: PLIN. nat. 20, 41 *ceparum sucus utilis est* plagis bestiarum om-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nium, -m scorpionum (*eodem opp.*: 26, 23. 26, 26 digitorum vitiis o. et -m pterygiis quinquefolium medetur. 27, 18. 117. 30, 80. 32, 37 omnia oris vitia, -m nomas ibi. 32, 44. 53. 54. 36, 139. *cf. l. 20*). 23, 15 passum *quoddam* -m e serpentibus contra haemorrhoida potens. 23, 146 vitia sedis et -m condylomata *sanari.* 24, 141 adversus serpentes et -m aspidas ... efficax (*sim.* 28, 148). *al. apud eundem.* Ⓘⓘ *cetera exempla* (*multitudo hic illic sublucet e contextu*): PLIN. nat. 17, 266 contra ... urucas et ne māla putrescant ... felle tangi cacumina iubent, -m autem contra urucas ambiri arbores *eqs.* 20, 157 *puleium silvestre* contra ... scorpiones valet -mque contra hominis morsum. 24, 36 *resinae* tussim veterem sedant, vulvae onera extrahunt ...; -m adversantur visco, panos ... sanant. 24, 180 *graminis semen* alvum ... sistit; -m autem draconum morsibus auxiliatur. 25, 73 *herba Artemisia dicta*, quoniam -m medeatur feminarum malis. 26, 35 (*inter medicamenta bibenda*) iocineri -m Teucria bibitur. 29, 42 *medicamentum* prodest et tussientibus *eqs.* ...; -m contra haemorrhoidas morsui inlinitur. 30, 50 vomicas -m sanat mel *eqs.* *et saepe apud eundem.*

β *acuitur medicamentum*: PLIN. nat. 20, 35 (*antea*: siser erraticum sativo simile est) sativi -m sucus ... sistit alvum. 20, 161 *cumino* Africano -m urinae incontinentiam cohiberi (*nisi ad p. 1386, 74 vel ad 2a*). 24, 28. 25, 99. 26, 139 panacis omnium generum radix ... inlinitur manantibus, siccat -m quam Chironiam diximus (*eodem opp.*: 31, 130 [*de spongeis*] -m Africanae *cinis* ... tumorem discutit, omnium autem cinis ... sanguinem sistit). 28, 129 *lac infunditur* potis ... *variis* venenis, -m bubulum iis, qui *eqs.* 28, 189 linguae exulcerationi ... prodest ius omasi gargarizatum, tonsillis autem -m renes vulpium (*inde* PLIN. med. 1, 16, 4).

B *respicitur separatio localis (exempla, quibus inest quaedam vis localis, occurrunt inde a* PLAVTO, *v. p. 1384, 37. 54. 1385, 75. 1386, 35. 47. 52 sqq.); describitur actio, quae fit: ? loco finito, regione quadam, non ubique*: RVFIN. hist. 5, 16, 19 nusquam prorsus vel -m vel publice bellum aliquod exortum est (*gr. οὔτε μερικὸς οὔτε καθολικὸς πόλεμος, nisi coll. 5, 16, 18 πολέμους ... καὶ ἀκαταστασίας intellegas tumultus sim. a privatis ortos, ut spectet ad I*). *loco ab altero distincto, separato*: ORIG. in Matth. ser. 7 p. 12, 11 *sec. quorundam doctrinam Christus* aliquando quidem ad dexteram sedet patris, aliquando autem dignitatem huiusmodi derelinquens ... -m sedet cum eis, quibus *sedem* paravit pater. *Kruse.*

prīvātio, -ōnis *f.* *a* privare. *de notione*: GELL. 1, 26, 11 -em ..., quam Graeci *στέρησιν* dicunt (MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 25 Ps. AVG. categ. 18, 157). *ceterum cf. l. 47. p. 1388, 14. 21. al.* *legitur apud* CIC. (*ter, v. l. 47 sq.*), PAVL. FEST. (*semel*), GELL. (*quater*) *et inde a* LACT., MARIO VICTORINO (*sc. sing.; plur. inde ab* AVG.); *frequentatur ab* AVG. *et* BOETH.; *deest nimirum in poesi.* [*e coni. dub. p. 1255, 56.*]

i. q. actus privandi vel status inde derivatus (*sc. defectus, absentia, v. e. g. l. 53 sqq. et vi meton. sub 1b*): **1** *qui fit quolibet modo* (*accedit gen. rerum incorp. passim, corp. l. 62 sqq., animantis l. 65; sine gen. l. 60. 69; indicatur mensura privandi l. 53*): **a** *usu communi*: CIC. fin. 1, 37 quoniam, cum privamur dolore, ipsa liberatione ... gaudemus, ... doloris omnis -o recte nominata est voluptas (1, 38 [*sec. Epicur. sent. 3 ὑπεξαίρεσις, ut* GELL. 2, 6, 12]. 2, 28 LACT. inst. 3, 7, 7. 3, 8, 10). PAVL. FEST. p. 110 internecio: vitae -o (Ps. AVG. hypomn. 1, 4 l. 130). GELL. 1, 26, 11 *cuiusdam* motus animi ... non -em esse utilem ..., quam Graeci *στέρησιν* dicunt, sed mediocritatem. 2, 6, 10 omnis culpae -o inculpatum facit. 7, 1, 4 quid aliud iustitia est quam iniustitiae -o? AVG. c. adv. leg. 1, 5, 7 non est ... malum, nisi -o boni (conf. 3, 7, 12 -em b. usque ad quod omnino non est. EVCHER. instr. 1 p. 69, 24 CASSIOD. in psalm. 118, 82 l. 1418. *al.; cf. e. g.* amissio *vol. I 1917, 76,* indigentia *vol. VII 1, 1172, 32 et Plotin. 3, 2, 5 τὸ κακὸν ἔλλειψιν ἀγαθοῦ θετέον*). civ. 12, 7 p. 522, 13 *silentium* nobis notum est ... *non* nisi per aures, non sane in specie, sed in speciei -e (conf. 12, 12, 15 immort. 8, 13. *al.*). 22, 22 p. 605, 23 amputatio membrorum et -o sensuum (CAEL. AVR. chron, 1, 4, 64). gen. ad litt. 11, 15 p. 347, 9 omnis ... -o minuit. trin. 2, 5, 8 -em virginitatis. Ps. AVG. hypomn. 1, 4 l. 140 silentium *est* vocis absentia, inopia -o facultatum (*cf.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 6 rerum ... aut pecuniarum -em pati [*gr. I 1, 1 p. 108, 7 ἀφαίρεσιν*]. MART. BRAC. sent. patr. 8 -o rerum materialium. *al.*). CASSIAN. inst. 7, 10 contubernii -e. AVELL. 211, 3 *episcopi* ecclesiarum suarum -e perculsi. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 22 *ut* mater ... filii -e non humana lege facta consumeretur (*gr. ἀποστέρησιν*). *al.* **b** *audacius et vi fere metonymica de ipsis potestatibus non bonis* (*sec. l. 53; non nisi apud* AVG., *pauca certiora*): AVG. gen. ad litt. imperf. p. 473, 15 quot modis lux possit intellegi, supra dictum est, quibus contrariae -es possunt tenebrae nominari (*de iisdem*: p. 475, 6 aliud est lux, aliud illae -es lucis. *al.*). p. 475, 27 *deus* species naturasque ipsas et facit et ordinat; -es autem specierum defectusque naturarum ... ordinat tantum (*cf.* nat. bon. 16 -es rerum sic ... ordinantur, ut *eqs.*). *al.*

2 *qui fit negando, sc. de modo definiendi, appellandi* (*in philosophia vel gramm.; fere sec. gr. στέρησις, quod infra neglexímus: cf.* privantia): MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 25 *deus* sine vita dicitur, non quidem per *στέρησιν*, id est non per -em, sed per supralationem. gen. div. verb. 4 *id quod non est definitur* iuxta negationem, omnino ... ut -o sit existentis. AVG. mor. Manich. 4, 6 *malum* non ... secundum essentiam, sed secundum -em verissime dicitur. MART. CAP. 5, 468 *inter laudabile et vituperabile* est ... medium nomen, quod -em placuit memorari ..., quia qui laude privatur non confestim vituperationi permittitur. BOETH. anal. pr. 52a15 similiter ... se habent ... -es ad praedicamenta hac positione: aequale ..., non aequale *eqs.* diff. top. 2 p. 1194^{D} opposita ... in contrariis, in -bus, in relationibus, in negationibus constant (*in eadem fere partitione*: in top. Cic. 4 p. 342, 44 [*cf. Cic. p. 1409, 45*]. ISID. orig. 2, 31, 6 [*syn.* orbatio]). herm. 19b24 quarum *propositionum* duae ... ad adfirmationem et negationem sese habebunt secundum consequentiam ut -es. herm. comm. pr. 2, 10 p. 132, 10 -o ... est, ut si quis dicat 'iniustus', privat enim iustitiā. in Porph. comm. sec. 4, 17 p. 283, 5 est alia ... accidentis definitio ceterorum omnium -e, ut id dicatur esse accidens, quod neque ... neque. in top. Cic. 4 p. 343, 30 -es ... non quod ipsae sint aliquid, sed ex habitus absentia colliguntur (*item opp.* FVLG. RVSP. incarn. 33. *et saepius, v. vol. VI 3, 2486, 64. 66. 69 sqq.*). PRISC. gramm. III 35, 23 *praepositio aliquando* -em, id est abnegationem, significat, ut 'impius' (*sim.* p. 35, 27). CASSIOD. inst. 2, 3, 14 *definitio* cat' apheresin tu enantiu, id est per -em contrarii. *al.*

deriv.: cf. privativus. *Brenner.*

prīvātīvus, -a, -um. *a* privatio *vel* privare. *i. q. ad privationem pertinens, privans; non nisi de particulis, verbis, enunt. quibus quid negatur* (*cf. p. 1387, 74. 1409, 34*): **1** *in arte gramm.*: GELL. 5, 12, 10 accidit, ut quaedam vocabula *cum 've' composita* ... ambigua sint ...; 'vesani' autem et 'vecordes' ex una tantum parte dicti, quae -a est, quam Graeci *κατὰ στέρησιν* dicunt. 13, 23, 19 'ne' ... particula ... plerumque ... -a est. PRISC. gramm. III 48, 19 'e' ... in compositione vel -um est ... vel intentivum (*item opp.*: 48, 22 'ex'. 49, 4 'de'. 53, 24 -a est *significatio praeverbii 'in'*). IVNIL. 1, 20 cum praepositione -a ..., ut est 'ingenitus'. Ps. ASPER gramm. V 550, 37 *pronomina* -a, ut 'nequis'. **2** *in arte logica* (*pro gr. στερητικός*): BOETH. anal. pr. 25a6 *propositionem* universalem ... -am ... necesse est terminis converti, ut si nulla voluptas bonum, et bonum nullum erit voluptas; praedicativam autem *eqs.* 25a35 *propositio* particularis ... -a non convertitur. 25b16 in -is conversionibus. 26a19 quando universale ... ponitur ad maiorem extremitatem vel praedicativum vel -um. 28b1 *terminus* -us (*opp.* affirmativus). 50b38 si -us sit syllogismus. *et saepe ibid., v. indicem ed.* *dub. trad.*: BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 280, 22 veritatem negativae simplicis non sequitur veritas ¡-ae¿ adfirmationis (privatoriae *edd. vet., quod trad. ibid. p. 280, 23. 26 et passim*).

adv. **prīvātīvē.** *i. q. ratione privativa, στερητικῶς* (*quod gr. respondet*): BOETH., *v. supra p. 548, 50 sq.*

prīvātō *v.* privatus *p. 1396, 43.*

1. prīvātōrius, -a, -um. *a* privare. *i. q. privativus, στερητικός* (*n. plur. pro subst. l. 53*): BOETH. in herm. comm. pr. 2, 10 p. 132, 8 -ae propositiones sunt quaecumque praedicant privationem. p. 132, 11 sq. adfirmatio -a est quae dicit 'est homo iniustus', negatio rursus -a 'non est homo iniustus'. p. 132, 14 -a adfirmatio, quoniam formam quidem adfirmationis tenet, sed privationem praedicat. p. 132, 24 quia ipsam privationem subtrahit, -a negatio nominatur. *al. ibid.* (*et fusius* comm. sec. 4, 10 *inde a* p. 275, 22). in top. Cic. 4 p. 343, 34 (*de generibus oppositorum, cf. supra l. 9*) neque contraria neque -a simul esse possunt; idem enim uno eodemque tempore ... videns caecumque esse non poterit. p. 344, 42 privationes tum simplicibus nominibus, tum cum -is syllabis efferri (*syn.* privantibus). *al.*

2. prīvātōrius, -a, -um, *sc. acc. plur. fem. πριβατωρίας pro subst., formam sec.* privatus *depravatam vulgo usurpari pro* probatorias (*sc. epistulas, quibus confirmatur officialium ministerium*) *testatur* LYD. mag. 3, 2 *explicans οὐδὲ γὰρ ἰδιώτου διαφέρουσιν officiales quidam ordinum inferiorum.*

πριβατούρᾳ *μό(διοι) (δύο)* PAP. Lips. I n. 97 col. 12, 23 (*a. 338; in laterculo expensarum; obscurum; vix recte πριβατωρίας l. 57 confert Mitteis ad l. p. 287*). *Bk.*

prīvātus, -a, -um. [*adi. et subst., ortum e p. p. p. verbi* privare (*de cuius notione orig. v. p. 1389, 19 sqq.*). *nota usum peculiarem sub IB descriptum, quem testatur et osc.* preivato- (*fortasse mutuatum*). *Fo.*] *scribitur*: prei- S. C. de Bacch. (CIL I^2 581) 16 preivatod. IVDICIVM Contreb. (CIL I^2 2951^{a}) 8. 13 LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 1, 12. 28, *cf. Epigraphica 52, 1990, 177 et* I *longam* CIL VI 31752 (*aet. Aug.*). X 787 (*saec. I a. Chr. ex.*). INSCR. Afr. Cagnat 353. *al.; littera Claud.* CIL VI 919 (*a. 47*). *abiit in sermonem gr., ubi scribitur πρειβατ-* (*e. g.* CIL X 6569 [*a. 217/8*]), *πρειουατ-, πριβατ-, πριουατ-, πρεβετ- sim., v. p. 1383, 55. 1394, 69 et Hofmann, Die lat. Wörter im Griech., Diss. Erlangen, 1989, 349.* *notatur*: p CIL VIII 8812 (*aet. Alex.*). VI 1133 (*saec. IV^{1}*). XV 1548. *al., saepe in* COD. Theod., *v. Mommsen, proll. p. CLI*; priv CIL III 1456 (*saec. III med.*). V 3159 SVBSCR.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verg. cod. M. *al.*; privat *saepe in inscr.* NOT. Tir. 40, 2 -us. 59, 98 rerum -arum. *abl. sg.* -od *p. 1388, 67.* *de notione, differentia*: PAVL. FEST. p. 226 -a dicuntur, quae uniuscuiusque sint: hinc ... et -us; dicimus tamen et privatum (*sc. vi verbali*), cui quid est ademptum. CHAR. gramm. p. 394, 27 proprium *est* cuiusque proprium, -um non publicum. GLOSS. *ἰδιώτης, ὁ μὴ ἄρχων ἢ στρατευόμενος. ἰδιόκτητος. ἀρχόμενος.* alienus ab aliquibus rebus vel proprius. alienatus. -a dicuntur, quae nostri iuris sunt. *sim. al.* (*v. etiam p. 1393, 20. 1398, 29*). *legitur in* COMMENT. quaestor. *et* TAB. cens. (*de legibus antiq. v. sub IA*) *et inde a* PLAVTO (*sexies*), CATONE, *frequentatur apud* CIC. (*maxime in oratt.*), *rerum gestarum scriptores* (*excepto* CVRT.), FRONTIN. aq.; *poetae vocem spernunt vel perraro admittunt exceptis* HOR. (*decies*), OV. (*octies, non in* met.), LVCANO (*duodecies, cf. Hunink, comm. 1992, ad* 3, 108). [*it. vet.* privato; *francog.* privé; *prov. vet.* privat *et var. franco-prov., prov.; cat.* privat; *hisp.* privado; *port.* privado. *cf. M.-L. 6761. Battisti-Alessio IV 3085. Wartburg IX 396 sqq. Corominas*[2] *IV 655 sq. Machado*[3] *IV 433. St.*] [*in codd. confunditur c.* privatim, *v. p. 1384, 3*; *locis dub. vel corruptis*: VARRO Men. 574. rust. 3, 2, 1 (*v. Laughton, in: Varron, Gramm. antiq. ..., Recueil J. Collart, 1978, 110 sq.*). CIC. Att. 7, 3, 6.]

e notione separandi, quae adiectivo privus *propria est ac verbo* privare *subesse videtur (cf. p. 1406, 26 sqq.), facile explicari possunt usus sub I et IIB illustrati (cf. etiam IIIB). itaque etiam usum sub IIA descriptum huic notioni tribuamus, quamquam sunt, qui illic sec. usum verbi sollemnem intellegant notionem q. e. ἐστερημένος, sc. ut* -us *sit is, cui imperium ademptum est. adhibetur saepissime pro subst., sc. masc. l. 34. 60. p. 1390, 31. 51. 1391, 50. 1392, 18. al., fem. p. 1393, 68. 1394, 55, neutr. p. 1393, 25. 1394, 68. 1395, 43. 1396, 30. al.*

I *usus prisci:* ***?A*** *fere i. q. privus, sc. de singulis*: CIC. dom. 43 vetant leges sacratae, vetant XII tabulae leges -is hominibus inrogari; id est enim privilegium (*sim.* leg. 3, 44, *ubi postea*: singulis). *forma sententiae generalis legi antiquissimae vix convenit et dubitare licet, utrum vox* -us *ipsis tabulis tribuenda an postea sensu prisco revocato substituta an prorsus interpolata sit (Scaliger utrubique coni.* privus; *ceterum cf. p. 1401, 35). vix huc trahas p. 1397, 53 aliosque locos, ubi de singulis cogitare possis, e. g. p. 1392, 25 et sim.* **B** *masc. pro subst. fere i. q. reus* (*sc. eo* -us *vocatus, quod reus in comitiis a populo separabatur? ita explicavit Lange, Kl. Schr. I, 1887, 188 sqq. conferens osc.* preivatud *'reo' [Tab. Bant.]; alii cogitant de iudiciis contra magistratus, qui non nisi imperio privati accusarentur, quod non omnibus exemplis convenit neque textu Tab. Bant. confirmatur. iuxta ponitur* reus *hic illic sub IIA, v. l. 73. p. 1390, 1. al.*): COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 *Trogum quendam capitis accusans* cornicinem ad -i ianuam et in arcem mittas, ubi canat (*cf.* 6, 92 quo die comitia erunt, ... ante -i huiusce T. Quinti Trogi scelerosi ostium canat). LIV. 8, 33, 10 (*v. Lange, loco cit., 196*). 26, 3, 8 quoad vel capitis vel pecuniae iudicasset -o (*sc. praetori anni superioris*). 35, 41, 9 (*iudicia in feneratores*) accusantibus -os aedilibus curulibus. 43, 16, 5 multam ... pro contione -o dixerunt (*antea*: appellati a -o tribuni. *v. Lange, loco cit., 194 sq.*). *plura e* LIV. *affert Lange, quae etiam aliter explicari possunt.*

II *usus sollemnis, sc. significatur is qui (id quod) segregatur, eximitur ex aliquo coetu, ordine vel ex re communi* (*opp.* publicus *passim*, sacer *p. 1391, 64. 1392, 49. 1394, 10; accedit color modestiae vel humilitatis imprimis sub B2b, ceterum e. g. p. 1390, 64. 69 sqq. 1391, 38 sqq.*):
A *de animantibus; ponitur ad indicandam eorum condicionem, fere statum civium* (*de deis p. 1391, 2. 1392, 7, de rebus pro homine positis p. 1390, 23 sq. 47. 1391, 19*): **1** *-i sunt qui publico munere vacant, imperio carent sim.*: **a** *de quibuslibet*: **α** *in administranda re publica* (*ecclesia p. 1390, 25; saepius respiciuntur homines praeclari quidam in libera re publica privatim agentes: Scipio Nasica l. 63. p. 1390, 12. 21, Pompeius l. 64. p. 1390, 18. 22 sq., Caesar p. 1390, 24 [cf. p. 1396, 7. 1397, 6. 8], Octavianus p. 1390, 19 [cf. p. 1396, 4]; ad rem v. imprimis Béranger, Principatus, 1973, 243 sqq.*): Ⓘ *usu communi* (*cf. p. 1392, 18*): Ⓐ *masc. pro subst.*: CATO orat. 163 cum essem in provincia legatus, quamplures ad praetores et consules vinum ... dabant; numquam accepi, ne -us quidem (CIC. Verr. I 37. Catil. 1, 3 *Scipio Gracchum* -us interfecit; Catilinam ... nos consules perferemus? Sest. 41 eorum *c.* fidem Pompeius implorabat neque se -um publice susceptae causae defuturum esse dicebat. *et saepe.* VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 non modo -um, sed etiam c. in rostra vocari iusserunt. *al.*). RHET. Her. 4, 18, 25 qui -us intolerabili superbia fuerit, eum ... cognoscentem sui fore in potestate qui speres? (CIC. inv. 2, 30 -us an in p. sit. Cluent. 90 *trib. pl.* -us accusare *nolebat* [*postea*: in tempore ac p. spem omnem accusatoris fuisse]. *cf.* inv. 1, 35 -us an cum potestate *sit*). CIC. Verr. I 37 aedilis, hoc est paulo amplius quam -us (VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 ae. curulis a -o ad praetorem in ius est eductus). II 3, 130 non hoc nunc primum audit *Verres* -us ..., reus ...: iam antea in sella sedens praetor *audivit* (Flacc. 77 ad Q. fr. 2, 8, 3. *al.* LIV. 32, 21, 1. 35, 2, 6. *al.; addas l. 62*). 5, 76 sit tibi illud liberum omne tempus, quoad cum imperio fuisti; etiamne -us, etiamne reus ... *piratas* -a in domo retinuisti? (Lig. 3 si illud i. esse potuit, quod ad -um ... nullo publico consilio deferebatur. Phil. 11, 19 *L. Caesar* clarissimo viro ... decrevit i., -o tamen. 11, 20. 25. *al.* CAES. civ. 2, 32, 9 proiectis fascibus et deposito i. -us et captus *eqs.* LEX VRSON. [CIL I[2] 594] 130, 45 *qui* in Italiam sine i. -us erit [*item* 131, 7]. *al.*). Mur. 85 et magistratuum consiliis et -orum diligentia (Mil. 87 off. 1, 124. *al.* VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 *quosdam* magistratus a -o in ius ... vocari est potestas. *al.* SALL. or. Cottae 4 NEP. Milt. 8, 2 LIV. 2, 56, 13. *al.*). *al.* *oppositione fere latente de senatoribus, qui non sunt magistratus, e. g.*: CIC. p. red. in sen. 31 gratias esse agendas ... de -is uni, *sc. Pompeio.* Sest. 69 in senatu -i ... flagitabant. Planc. 88 arma, quae -us P. Scipio ceperat (*cf. p. 1396, 6*). or. frg. A 8, 30 dum -i dicunt. ad Q. fr. 2, 1, 3 *trib. pl.* de -is me primum sententiam rogavit. *al.* CAES. civ. 1, 6, 5 LIV. 28, 38, 11. *al.* Ⓑ *adi.* (*nisi subst. per appositionem intellegas l. 21. 22*): CIC. Verr. II 1, 12 fateatur ... se -um hominem praedonum duces ... domi suae ... retinuisse (2, 163. 5, 77. *al.* LIV. 4, 13, 3 elatus ... supra modum -i h. 28, 27, 14 [*opp.* tribunis]. *al.*). Manil. 61 quid tam novum quam adulescentulum -um exercitum ... conficere? (*sc. Pompeium; sim. de Octaviano*: TAC. ann. 1, 10, 1 paratum ab adulescente -o exercitum). har. resp. 22 tua tum ... eadem virtus fuit, quae in -o quondam tuo proavo (*sc. in Scipione Nasica ut*: Brut. 107 quo duce -o Ti. Gracchus occisus esset). ad Q. fr. 1, 2, 15 Pompeium '-um dictatorem' appellavit *Cato.* LVCAN. 1, 324 (*loq. Caesar*) ne lassum teneat -a senectus, bella nefanda parat *Pompeius.* 3, 108 -ae curia vocis testis adest (*sc. senatus a Caesare -o convocatus*).

Ⓘ *transfertur ad eos, qui munere ecclesiastico carent*: HIL. coll. antiar. app. p. 182, 14 melius est mihi ... mori quam alicuius -i potentia dominante ... *fidem* corrumpere (*respiciuntur praesides provinciae, cf. ibid. p. 181, 14* iudices). AVELL. 2, 36 (*verba iudicis ad potentem quendam*) tunc demum, *cum reus de episcopatu deiectus est*, exequar in eum quasi -um, quod ... fieri desideras.

β *in re militari* (*masc. pro subst. praeter l. 47*): Ⓘ *de eis, qui militant, sed sine imperio sunt* (*cf. p. 1389, 75 sq.; in imag.* PLAVT.): PLAVT. Capt. 166 ut saepe summa ingenia in occulto latent; hic qualis imperator nunc -us est (*item opp.* i.: CIC. inv. 2, 92 *cum* -us essem et esset summa cum auctoritate et potestate i., qui *eqs.* off. 1, 77). NEP. Chabr. 4, 1 erat in classe Chabrias -us, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat. Epam. 7, 1 *in exercitu* erat ... -us numero militis. CVRT. 3, 6, 19 (*virtutes Alexandri militibus gratae enumerantur*) cultus habitusque paulum a -o abhorrens. Ⓘⓘ *de eis, qui non sunt milites*: TAB. cens. Varro ling. 6, 86 omnes Quirites, ⟨equites⟩ pedites, ⌞armatos⌟ -osque, curatores omnium tribuum *ad censorem vocat praeco* (⌞ ⌟ magistratos *Ursinus*). TAB. Vindol. 4, 32 aceti *aliquantum est comparatum* ... per -um (*sim.* 4, 34. 37. 41, *sed fortasse est nomen proprium*). PAPIN. dig. 21, 2, 66, 1 si -us a milite petat. CALLISTR. dig. 47, 9, 7 pr. aut militem aut -um aut libertum servumve principis. LACT. mort. pers. 18, 10 qui *Constantinus* ... a militibus amaretur, a -is et optaretur. VEG. mil. 2, 5, 4 deo ... vel -us vel militans servit. PRVD. psych. 635 *hostibus fugatis* temperat ... rapidum -a modestia gressum, *sc. militarem.* COD. Theod. 9, 14, 3 pr. quisquis cum militibus vel -is ... inierit factionem. *al.*

b *de iis, qui regis vel principis potestate, dignitate carent* (*saepe masc. pro subst., adi. e. g. l. 59. 61. p. 1391, 13*): **α** *in universum* (*fere apud exteros vel in sententiis generalibus*): CIC. Verr. II 4, 68 multi reges, multae liberae civitates, multi -i opulenti ac potentes *Capitolium ornare student* (*sim.* 4, 71). leg. agr. 2, 32 *ut* aut rex non ferendus aut -us furiosus videatur. 2, 33 non -orum insaniam, sed intolerantiam regum. Deiot. 40 quae si in -is gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. *al.* SALL. Iug. 5, 7 *Iugurtham* Masinissa, quod ortus ex concubina erat, -um dereliquerat. 110, 1 (*Bocchus ad Sullam*) numquam ... ratus sum fore, uti rex maxumus in hac terra ... -o homini gratiam deberem. NEP. Alc. 3, 4 et potentior et maior quam -us existimabatur (*antea: consensio* non ad -am, sed publicam rem *pertinens*). Timoth. 4, 2 non solum amici -ique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam ... Iason tyrannus Thessaliae. reg. 1, 2 uterque (*Cyrus et Darius*) -us virtute regnum est adeptus. HOR. sat. 1, 3, 142 (*contra Stoicos sapientem regem appellantes*) -us ... magis vivam te rege beatus. carm. 1, 37, 31 *Cleopatra noluit* -a deduci superbo non humilis mulier triumpho. OV. fast. 6, 597 solio -us in alto sederat *Tarquinius regnum usurpans.* LIV. 45, 20, 3 raro alias quisquam rex aut -us tanto favore ... est auditus *a senatu.* FEST. p. 289 regalia exta appellantur, quae potentibus insperatum honorem pollicentur, -is et humilioribus hereditates. SEN. clem. 1, 7, 3 facilius -is ignoscitur *quam principi* (*cf. 4* humili loco positis; *opp.* regi). 1, 8, 6 -os homines ad accipiendas iniurias opportuniores acceptarum patientia facit (*opp.* regibus). CVRT. 7, 7, 24 non rex, inquit *Alexander*, sed -us [sum] sacrificium ut faceres mandavi. STAT. Theb. 1, 189 hicne umquam -us erit? (*sc. Eteocles regnum fratri cedere nolens*). 2, 310 illa dies, qua sorte benigna fratris Echionia steterat -us in

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aula *Polynices* (*luditne c. sensu verbali?*). *in imagine de Iove nondum regnante*: Ivv. 13, 41 tunc, cum virguncula *vivebat* Iuno et -us adhuc Idaeis Iuppiter antris.

β *aetate imperatoria -i vocantur omnes praeter ipsum principem* (*ad rem v. Wickert, RE XXII 2059, 11 sqq. c. addendis ANRW II 1, 16 sqq.; vix huc iam* Hor. carm. 3, 8, 26, *sed hic usus fort. sublucet p. 1390, 70 sq., ceterum subest nonnullis sub B2b allatis et p. 1396, 13*): Ⓘ *exempla varia*: Plin. nat. 13, 22 aliquem e -is ... atque Gaium principem ... ac, ne principale videatur hoc bonum, ... quendam e servis Neronis *abusos esse unguentis*. Frontin. aq. 78, 2 ex quibus nomine Caesaris quinariae *tot* ..., -is quinariae *tot dividuntur* (*sim.* 79, 2 *et saepe apud eundem*). Ivv. 12, 107 *elephanti sunt* Caesaris armentum nulli servire paratum -o. Tac. Agr. 39, 2 id sibi *Domitiano* maxime formidolosum, -i hominis, *sc. leg. Aug. pr. pr.*, nomen supra principem attolli (ann. 15, 61, 1. Plin. epist. 2, 1, 2 perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium -i h. impleret, cum principis noluisset. *al.*). hist. 1, 21, 1 *Othonis* luxuria etiam principi onerosa, inopia vix -o toleranda. ann. 4, 6, 5 si quando cum -is disceptaret *Tiberius. al.* Plin. epist. 5, 3, 5 quod decuit ... Senecam, Lucanum, ... et, si non sufficiunt exempla -a, divum Iulium *eqs.* paneg. 58, 3 *Traiano consulatum recusante* contigit ... -is aperire annum. 85, 1 in -orum animis exoleverat ... amicitia (*opp.* in principum domo). *al.* Svet. Cal. 39, 2 quod principalium rerum -is copiam faceret *in auctione*. Claud. 40, 3 multa ... etiam -is deformia, nedum principi. *al.* Firm. math. 2, 30, 4 haruspices quotienscumque a -is interrogati de statu imperatoris fuerint. *al.* Ⓘⓘ *de eis, qui principes postea facti sunt vel antea fuerunt*: Tac. hist. 1, 37, 1 (*verba Othonis ad milites*) nec -um me vocare sustineo princeps a vobis nominatus, nec principem alio (*sc. Galba*) imperante. 1, 49, 4 *Galba* maior -o visus, dum -us fuit. 1, 85, 3 -o Othoni nuper. 3, 66, 2. 3, 70, 1 -o et omnem principatus speciem vitanti *Vitellio post imperium depositum*. ann. 6, 51, 3 quoad -us vel in imperiis sub Augusto fuit *Tiberius. al.* Plin. paneg. 7, 2 sub bono principe -us esse desisti. 21, 4 reversus imperator, qui -us exieras. 43, 2 nihil ... inter -um et principem interest, nisi quod nunc a pluribus amaris. Svet. Aug. 28, 1 reputans ... se -um non sine periculo fore *rem publicam retinuit*. Claud. 38, 2. Vesp. 3 *uxorem ac filiam* adhuc -us amisit (Dom. 15, 2. Amm. 22, 9, 9 dum esset a. humilis et -us. 26, 9, 1). Tit. 1 -us atque etiam sub patre principe. *al.* Paneg. 6, 10, 5 auctoritatem -i principis (*sc. Maximiani, postquam abdicavit, ut* 6, 12, 2). *al.* ⓘⓘⓘ *de principe vel suis, qui agunt tamquam homines -i* (*ponitur fere ad modestiam praedicandam; cf. p. 1390, 73*): Plin. paneg. 9, 3 *factus es* iam Caesar, iam imperator, iam Germanicus ... et post tanta nomina, quantum ad te pertinet, -us. 10, 4 iam te providentia deorum primum in locum provexerat, tu adhuc in secundo resistere ... optabas: -us tibi videbaris, quamdiu imperator et alius esset. 58, 2 nimia modestia istud (*sc. tertium consulatum*) etiam -us recusasses. 84, 5 *numquam* periclitabuntur esse -ae, quae non desierunt (*sc. uxor sororque Traiani* cognomen Augustarum *deprecatae*). Svet. Tib. 26, 1 civilem admodum inter initia *imperii* ac paulo minus quam -um egit.

2 *-i sunt qui qualibet ratione distinguuntur a populo, a re publica, ab eius negotiis sim.* (*saepe opp.* publicus, populus, res publica): **a** *cum respectu peculiari*: α *possessionis non publicae* (*masc. pro subst. praeter l. 52 et e. g.* Pavl. dig. 27, 9, 2 in -o venditore [*opp.* a fisco]; *ceterum cf. B1*): Lex agr. (cil i² 585) 63 eius agri locei hominus (*i.* -nis) -i venditio fuit. Cic. Tull. 8 (*de tumultu servili*) *cum id* non solum ad res -orum, sed ad summam rem publicam pertinere videretur. 36 rem coniunctam cum summa re publica fortunisque -orum. Verr. II 2, 47 bona -i populi nomine per summam iniuriam erepta (off. 2, 73 *ne* de b. -orum publice deminutio fiat. Att. 10, 14, 1). leg. agr. 2, 10 qui agri a -is antea possidebantur (*cf.* CIL X 1018 [*aet. Vesp.*] loca publica a -is possessa). 2, 15 *lege agraria* -orum pecunias augeri, publicas exhauriri (Att. 10, 8, 2 impetum in -orum pecunias ... et tabulas novas. Liv. 34, 6, 16). 2, 65 *non esse usitatum*, ut emantur agri a -is, quo plebes publice deducatur; omnibus legibus agris publicis -os esse deductos. 3, 3 hac lege ... minui -orum possessiones (Att. 1, 19, 4 confirmabam omnium -orum p.). dom. 128 aedes, non -orum domicilia, sed quae sacrae nominantur (*cf.* parad. 30 -orum domos, aedes sacras). Phil. 5, 20. 5, 53 (*verba senatus consulti*) qui *ager* sine iniuria -orum dividi posset *militibus* (Lex Vrson. [cil i² 594] 77, 32. 100, 15. S. C. Frontin. aq. 125 [*bis*]. Lex Irnit. 9 A 32. *al.*; *cf.* Cic. Att. 1, 19, 4 *ex lege* omnia illa tollebam, quae ad -orum incommodum pertinebant). Att. 4, 16, 8 cum -is non poterat transigi minore pecunia. *al.* Varro ling. 9, 68 -i ... balneum (*opp.* publicae balneae). Sall. Catil. 13, 1 a -is compluribus subvorsos montis, maria constrata esse. CIL VI 874 Augustus *solum* redemptum a -o publicavit (*in termino urbis ut*: Inscr. Année Épigr. 1941 n. 61). *al.* β *litis, iudicii* (*quae subeuntur a singulis nec a civitatibus sim.; masc. pro subst. praeter p. 1392, 5 et e. g.* Qvint. decl. 306, 14 mulier -a [*opp. 13* res publica]): Lex repetund. (cil i² 583) 8 *praetor facito, ut iudicatum* -o solvatur, quei ... petet. Cic. Verr. II 1, 10 sustinebunt *iudices* ... se ... tot populorum -orumque litteris non credidisse? 1, 136 *Verris amica* in iure civili -orumque omnium controversiis populo Romano praefuit. 2, 32 quod -us a populo petit aut populus a -o. Caecin. 41 de possessionis controversia et de -orum hominum contentione iuris. *al.* Lex Atest. (cil i² 600) 17 eius rei pequn⟨iaeve⟩ ... -o Romae revocatio sit. *al.* γ *cultus, sc. de deis non publicis* (*nisi ad IIIA trahas; aliter p. 1391, 2*): Varro frg. Serv. auct. Aen. 8, 275 *deos* alios esse -os, alios communes; -os, quos unaquaeque gens colit ..., communes, quos universi (Liv. 5, 52, 3 d. publicos -osque. *al.*). Liv. 6, 14, 8 penatibus publicis ac -is (*al., v. vol. X 1, 1028, 45 sq.*). Plin. nat. 21, 11 larum publicorum -orumque. δ *onerum civilium, sc. de iis, qui non sunt inter corporatos collegii cuiusdam*: Cod. Theod. 10, 19, 15 pr. *metallarii*, qui ex domibus -orum eligere maluerunt *uxorem*. 13, 7, 2 -os quoque non prohibemus habere navigia (*sc. praeter navicularios. cf.* Novell. Valent. 29, 2 -orum naves). 14, 3, 21 nulli pistori ... in -as personas ... liceat coniugii societate transire. *al.*

b *cum respectu vario* (*quaedam et ad 1a trahere possis*): α *masc. pro subst.*: Cic. Manil. 41 *in Asia* ita faciles aditus ad eum *Pompeium* -orum ..., ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur (*sim.* Att. 5, 13, 1 de concursu legationum, -orum et de incredibili multitudine *eqs.*). Balb. 25 Gaditanorum auxiliis ... uti nobis ut liceret, -us vero ne quis vir ... pro nostro imperio periculo suo dimicaret. 27 non solum in legibus publicis positum *esse ius*, sed etiam in -orum voluntate (*eodem opp. e. g.* Brut. 329 belli civilis causas in -orum cupiditatibus inclusas, pacis spem a p. consilio esse exclusam. Colvm. 1, 3, 7 -os ... detestabiles fuisse vicinos [*opp.* de p. calamitatibus *gentium finitimarum*]). Mil. 76 aequabiliter in rem publicam, in -os ... inruebat (de orat. 1, 34 -orum plurimorum et universae rei p. salutem. *al.* Liv. 33, 47, 2. 34, 61, 9 Sen. contr. 10, 4, 14. *al.*). de orat. 1, 212 *iuris consultus est*, qui legum et consuetudinis eius, qua -i in civitate uterentur ... peritus *est* (rep. 3, 34 his poenis ... elabuntur saepe -i oblata mortis celeritate, civitatibus autem mors ipsa poena est. *al.* Liv. 45, 33, 4 Qvint. decl. 265, 11. *al.*). rep. 1, 68 nimia ... illa libertas et populis et -is in nimiam servitutem cadit (3, 24. *al.* Caes. Gall. 6, 13, 6 si qui aut -us aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt *druides*. Liv. 9, 1, 7. *al.*). *al.* β *adi.*: Cic. p. red. ad Quir. 16 *Pompeius* mihi unus uni ⌞-o⌟ amico eadem omnia dedit, quae universae rei publicae: salutem *eqs.* (*'an* -us*?' Klotz*). rep. 4, 7 optimum ... et in -is familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam. Liv. 42, 19, 5 sub hospitum ... -orum custodia (*opp.* publicae ... curae). Sen. contr. 1, 7, 4 publica vindicta (*i. tyrannicidio*) cruentum gladium -o tyranno impressi (*sc. fratri, qui uxorem meam stupravit*). 10, 4, 14 an possit a -o homine laedi res publica. *al.*

3 *-ae sunt mulieres quaedam ratione parum certa v. p. 1398, 49* (*aliter p. 1391, 45. 75*).

B *de rebus* (*de servis e. g. p. 1393, 74, de filio p. 1395, 6; v. quae ad A monuimus*): **1** *pertinet ad genus possessionis proprietatisve (cf. et p. 1391, 50); -ae sunt res*: **a** *quorumlibet hominum*: α *segregantur -a a possessione publica* (*a sacra e. g. p. 1393, 10. 12. 48. 1394, 10*): Ⓘ *adi.*: Ⓐ *de rebus variis*: Plavt. Capt. 334 sq. -am servitutem servit ... an publicam? :: -am medici Menarchi (*v. et p. 1393, 37*). Cic. Verr. II 5, 136 tibi ... -a navis ... publice est aedificata (Caes. Gall. 5, 8, 6). Caecin. 75 non minus diligenter ... publica patrimonia iuris quam -ae rei vestrae retinere debetis (Flacc. frg. Mediol. -arum r. ruinas ..., domesticas labes. Mil. 76 per quos *servos* totam rem publicam resque -as omnium possideret *Clodius al.*). Cluent. 161 vilici rem domini et -am possessionem defenderunt (off. 1, 21 Apvl. Plat. 2, 26 p. 260). leg. agr. 2, 44 de -is hereditatibus ... iudicare (*opp.* populi Romani hereditatem). 3, 7 (*verba legis*) quae optimo iure -a sunt (*sim.* 3, 11). 3, 8. dom. 25 omne frumentum -um et publicum. Mil. 78 quae tenetis -a atque vestra. Att. 7, 15, 3 *pecuniam* non modo -am ..., sed etiam publicam ... reliquimus *Caesari* (8, 3, 4 Liv. 4, 13, 2. 23, 49, 3. *al.*). Caes. civ. 2, 18, 2 arma omnia -a ac publica in domum Galloni contulit. Sall. or. Lep. 26 -as opes facere (epist. Pomp. 2 omnis o. et spes -as meas consumpsi. Hor. epist. 1, 3, 16 [*in imag. opp. propriae scriptoris facultates scriptis bibliothecae publicae*]. Sen. contr. exc. 5, 1, 1 Vell. 2, 29, 1. *al.*). Nep. Att. 8, 3 excogitatum est a quibusdam, ut -um aerarium Caesaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur (*aliter p. 1394, 53*). Hor. carm. 2, 15, 13 (*si recte trad.*) -us illis *antiquis* census erat brevis (Porph.: familiarem rem angustam habebant). Liv. 27, 11, 14 equis -is (*opp.* equo publico). *al.* Ⓑ *de locis, aedificiis sim.* (*respectu possessionis minus vigente v. p. 1396, 19 sqq.*): Sent. Minuc. (cil i² 584) 5 qua ager -us casteli Vituriorum est (6 Langatium fineis agri -i: *eqs.* Lex agr. [cil i² 585] 8 utei ceterorum locorum a. aedificiorum -orum est *venditio. al.* Ivdicivm Contreb. [cil i² 2951ª] 8. 13 Cic. leg. agr. 1, 11. *al.* Caes. Gall. 4, 1, 7 -i ac separati a. apud eos *Suebos* nihil est. *et*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe, v. vol. I 1283, 61 sqq.). LEX agr. (CIL I² 585) 12 ⟨quo magis is ag⟩er locus aedificium -us siet (19. LEX Anton. de Term. [CIL I² 589] 1, 12 quei agrei quae loca ae. publica -ave Thermensium ... sunt. CIC. Verr. II 4, 119. 120 ae. omnibus publicis -is, sacris profanis. CAES. Gall. 1, 5, 2. *et saepius*). 27 quo pro agro loco ex -o in publicum tantum modum agri locei commutav⟨it: is ager locus do⟩mneis -us ita, utei quoi optuma lege -us est, esto (49. *al.* CIL I² 680 [*a. 99 a. Chr.*]. RHET. Her. 1, 12, 22. 2, 4, 7 LEX Anton. de Term. [CIL I² 589] 1, 12. 26 CIC. inv. 1, 38 har. resp. 14. *et saepe*). CIC. Verr. II 1, 147 in aedibus -is (SVET. Nero 44, 2 inquilinos -arum aedium atque insularum. AMM. 17, 7, 8 sacrarum et -arum. *v. etiam p. 1394, 10*). 5, 185 *Mercurius*, quem Verres in domo et in -a aliqua palaestra posuit. har. resp. 31 sedem maximae religionis -o dicunt vestibulo contineri. INSCR. Année Épigr. 1978 n. 90 (*Formiis; saec. I² a. Chr.*) maceria -a ex agro suo (CIL VI 29789. *cf.* paries -us: *p. 1394, 13 et vol. X 1, 388, 3 sqq.*). R. GEST. div. Aug. 21 in -o solo Martis Vltoris templum ... feci ([*gr. ἰδιωτικῷ*]. POMPON. dig. 41, 1, 30, 1. CIL V 5483 parietes -i -o solo. VIII 11775. *al.*). *al.* *de via* (*sive ad locum sive ad ius itineris referenda; cf. p. 1394, 2. 12*): CIL I² 1831 via inferior -ast T. Vmbreni C. f., precario itur (FEST. p. 371 viae sunt et publicae ... et -ae. *ibid. iterum.* SIC. FLACC. grom. p. 111, 6 VLP. dig. 43, 8, 2, 21. *al.; huc spectat* GLOSS. -a: *ἰδιωτική*). EDICT. praet. dig. 43, 19, 1 pr. quo itinere actuque ⌞-o⌟ ... usus es (⌞ ⌟ *del. Mommsen. item iuxta* actus: PAVL. dig. 43, 1, 2, 2 DIG. 43, 19 rubr.; *ceterum*: VLP. dig. 43, 19, 1, 6. CIL VI 8862 i. -um a via publica per hortum *eqs.* IX 5086 i. privat(um) fundi Nepotiani. *et saepius*).

Ⓘⓘ *neutr. pro subst.* (*sive de ipsa re possessa sive de condicione possessionis; cf.* PAVL. FEST. p. 226 -a dicuntur, quae uniuscuiusque sint): Ⓐ *sing.* -um (-o) *iungitur c. praepos.*: ① in: *c. abl.* (*cf. p. 1396, 30*): S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 16 neve in poplicod neve in -od neve exstrad urbem sacra quisquam fecise velet. OV. fast. 5, 286 in -o pascere (*opp.* populi depascere saltus). LABEO dig. 47, 10, 15, 16 *qui* in publico -ove abductus fuerit. PROC. dig. 41, 1, 55 laqueum videamus ... in publico an in -o posuerim, et si in -o posui, utrum in meo an in alieno. Ps. QVINT. decl. 13, 8 *apium fetus* natos in -o meo (13, 10). *et saepe.* *c. acc.*: LEX Vrson. (CIL I² 594) 100, 9 si quis colonus aquam in -um caducam ducere volet (*sim.* 100, 14). LIV. 38, 59, 2 *ex divitiis Antiochi* nihil in publicum relatum, omne in -um versum. 40, 51, 5 *censor tabernas* vendidit in -um. TAB. cer. Herculan. (Parola del pass. 9, 1954, 64) *puellam* in publicum -umve ob⟨lig⟩atam *non* esse. Ps. QVINT. decl. 13, 10 si in -um iura non veniant. POMPON. dig. 41, 1, 30, 3 ut ex -o in publicum addicant *fluvii inundantes* et ex publico in -um *recedentes.* *al.* ② ex -o (*cf. p. 1396, 43*): CIC. inv. 1, 11 si quis sacrum ex -o subripuerit (*sim.* 2, 55). CIL VI 1262 (*cf.* p. 3131) Augustu⟨s⟩ ex -o in publicum restituit *locum* (*sim. in aliis terminis urbanis aet. Aug. vel Tib., e. g.* 1266. 1267. 31572. *cf.* INSCR. Plin. nat. 34, 93 [*aet. Aug.*] ex -o in publicum restituisse statuam). LIV. 21, 14, 1 ex publico -oque in forum conlatum *est aurum.* 22, 60, 3 ex -o *captivos redimere* (*opp.* de publico). *al.* SEN. benef. 7, 27, 2 hic ex -o, hic ex publico, hic ex profano, hic ex sacro rapit. QVINT. inst. 7, 1, 24. decl. 252, 5 pecunia sublata ex -o furtum erit, ex sacrario temploque sacrilegium. *al.* ③ *aliis*: CIC. Caecin. 82 *deiectus* sum certe alicunde, sive de -o sive de publico (AVG. *infra l. 67*). INSCR. Année Épigr. 1990 n. 328 (*Aesi, saec. I² a. Chr.*) viam ... per suum -um ... in⟨stituit⟩ (SEN. epist. 89, 20 [*de latifundiis vastis*] inlustrium fluminum per -um decursus est. PAVL. dig. 9, 2, 31 iter *fit*). QVINT. decl. 252, 18 *divitiae vestrae* intra -um valent; cum in publicum veneritis et in campum *comitiorum*, spectabitur ... fides (Ps. QVINT. decl. 13, 4 *apes non volant* i. -um).

Ⓑ *cetera exempla* (*hucine l. 71?*): PLAVT. Trin. 287 turbant ... mores mali: ... sacrum profanum, publicum -um habent (*nisi adi.*). LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 1, 28 quae Thermensorum ... publica -ave praeter loca agros aedificia sunt. CIL I² 1606 -um; precario adeitur. CIC. Verr. II 4, 2 nihil ... neque -i neque publici neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse *Verrem.* leg. agr. 2, 57 *decemviros* posse ... -a publicare, publica liberare. off. 1, 20 iustitiae ... munus est ..., ut communibus pro communibus utatur *quisque*, -is ut suis; sunt autem -a nulla naturā, sed *eqs.* LIV. 45, 24, 12 *aurum et argentum*, quidquid publici, quid⟨quid⟩ -i est. Ps. QVINT. decl. 13, 10 ubi ... non iam divitum -um est? AVG. in psalm. 131, 5 multi ... sua quaerunt ..., -um suum concupiscunt; qui autem vult facere locum domino, non de -o, sed de communi debet gaudere.

ⓘⓘⓘ *fem. (?) pro subst. de domo, quam princeps habitaverat ante principatum* (*ni fallimur; cf.* HIST. AVG. Aur. 5, 3 *adoptatus* iussusque in Hadriani -am domum migrare): CVRIOS. (*item fere* REG.) urb. p. 93, 5 -a Adriani. REG. urb. p. 94, 6 (*additamentum codd. quorundam*) -a Traiani.

β *segregantur -a a possessione communi*: CIC. Quinct. 13 de communi, quodcumque poterat, ad se in -am domum sevocabat. 15. 85 -a P. Quincti praedia, quae numquam ausus es possidere (90). 90 servos -os Quincti. PETRON. 10, 4 communes sarcinulas partiamur ac paupertatem

nostram -is quaestibus temptemus expellere. HYG. grom. p. 91, 7 *videndum est*, ⟨via⟩ utrum publica aut vicinalis aut duum communis aut -a alterius. INSCR. Année Épigr. 1920 n. 107 (*Romae, saec. II?*) *sepulcrum erectum feminae cuidam* et libertis libert⟨abusqu⟩e -is *eius* (*sc. e peculio manu missis*). PAVL. dig. 39, 3, 11, 5 si ex -o agro in agrum communem aqua immittatur, Ofilius ait socium cum eo agere posse.

b *coloniae, civitatis, tribus sim.* (*cf.* GAIVS dig. 50, 16, 16 civitates ... -orum loco habentur. *Vlp. dig. 50, 16, 15* bona civitatis abusive 'publica' dicta sunt; sola enim publica sunt, quae populi Romani sunt. *huc fortasse* VARRO ling. 5, 81 [*inde* PAVL. FEST. p. 13] 'aedilis' qui aedis sacras et -as procuraret, *si de possessione plebis intellegere licet*): CIL I² 2993 (*fort. terminus sepulcri communis tribulium*) iter -um tribus Camilliae. X 787 (*Pompeiis in area templi, saec. I a. Chr. ex.*) *duoviri* parietem ... -um col(oniae) ... faciundum coerarunt (*-us dictus sive eo quod coloniae proprietas distinguitur a sacra [ita Mommsen ad l.] sive eo quod non cum vicino communis est* [*ita Mau apud Overbeck, Pompeji, ⁴1884, 636*]). XII 1368 praef(ecto) praesidio et privat(is) Voc(ontiorum) (*sic solvit Mommsen fundos intellegens* [*dub. an recte contulit* CIL XII 2610]; praesidio(rum) et privat(orum) *Hirschfeld ad l.*).

c *principis, domus Augustae*: α *usu laxiore*: SEN. benef. 7, 6, 3 Caesar omnia habet, fiscus eius -a tantum ac sua, et universa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. VLP. dig. 43, 8, 2, 4 res ... fiscales quasi propriae et -ae principis sunt.

β *fere technice in administratione patrimonii vel rei familiaris principis* (*de re non satis liquet, v. e. g. Bellen, ANRW II 1, 91 sqq. librosque illic laudatos; inde ab aet. Pii, v. enim l. 27. 48; tituli plerique sunt saec. III*): ① *adi.*: Ⓐ ratio -a (*plur. l. 31*): CIL VIII 8810 (*aet. Pii*) procura⟨tor ... rationis⟩ -ae (INSCR. Année Épigr. 1961 n. 280 [*Romae, aet. Comm.*]. CIL III 1456 prov. Maur. Caes. VIII 1163 per Italiam. X 6569 [*gr. ibid. λόγων πρειβάτης*]. XII 1807. COD. Iust. 2, 1, 7 [*a. 225*]. *al. in tit.*). V 7752 dispensator r. -ae. VI 8510 adiut(or) tabul(arii) r. -ar(um). VIII 8811 inter territorium Aureliese et -a⟨m⟩ r. (*in termino ut e. g.* INSCR. Dessau 9383). XV 7236 (*in fistula*) r. -ae. *al.* Ⓑ res -a *vel plur.* res -ae: COD. Iust. 3, 22, 5 (*a. 294*) ad rationalem vel magistrum -ae rei (Theod. 10, 1, 2 [*a. 319*] rationales et m. -ae rei atque officiales. *al. [de* CIL VIII 822 *v. infra l. 60]. cf.* rationalis: COD. Theod. 9, 42, 7 [*a. 369*]. NOT. dign. occ. 12, 6 rerum -arum per Illyricum. *al.*). Theod. 1, 32, 1 (*a. 333*) procurator rei -ae bafii et gynaecei (NOT. dign. occ. 12, 17 per Siciliam. *al.*). Iust. 1, 33, 1 (*a. 368*) ad officium rei -ae (Theod. 10, 3, 6 [*a. 401*]. *al.*). Theod. 4, 22, 3 (*a. 389*) ad Messianum c(omitem) r(erum) p(rivatarum) (*item plur.*: 5, 13, 4 NOT. dign. occ. 1, 12. *al.; sing.*: AMM. 15, 5, 4 Eusebio ex comite rei -ae. 22, 3, 7). Iust. 12, 59, 10, 3 (*imp. Leone*) *palatini* rerum -arum partis Augustae. *al.* (*saepius in* COD. Theod. *et* Iust.).

Ⓒ *aliae iuncturae*: CIL III 1464 proc(uratori) stat(ionis) -(ae) per Tusciam (XV 7333 [*fistula*] s. prop(r)iae -ae domini n(ostri) Alexandri Aug.). VI 2132 proc(urator) rat(ionis) summ(arum) -arum bibliothecarum. X 6657 proc(uratori) hered(itatium) patrim(onii) -(i) (COD. Theod. 10, 1, 8 [*a. 364*] quod -um nostrum est. HIST. AVG. Pius 7, 9 p. -um in filiam contulit. *al.*). COD. Theod. 1, 32, 1 (*a. 333*) -a nostra substantia tenuatur. CIL IX 5897 (*saec. IV ex.*) ex comite largitionum -arum (COD. Theod. 6, 2, 26 [*a. 428*] sacrarum et -arum. *al.*). HIST. AVG. Hadr. 7, 7 damnatorum bona in fiscum -um redigi vetuit omni summa in aerario publico recepta. Avid. 7, 6 *Avidii bona* Antoninus in -um aerarium congeri noluit (Claud. 14, 3. *al.; cf. p. 1392, 67*). *al.*

ⓘⓘ *subst.*: Ⓐ *fem.* (*sc.* res *vel* ratio; *gen. praeter l. 65*): *sing.*: CIL VIII 16542 (*a. 211/2*) *procuratori* patrimonii reg(ionis) Leptiminensis, item -ae reg(ionis) Tripolitanae (23948 p. -ae per Salariam. XI 6337 p. -ae regionis Ariminensium. HIST. AVG. Opil. 7, 1. *cf.* INSCR. graec. Rom. Cagnat I 10, 11 *ἐπιτρόπῳ πρ⟨ειβ⟩άτης*). 23948 magistro summae -ae ([*inde suppl.* 23963 = 822]. EDICT. imp. Constant. de accus. [CIL III 12043] 48. NOT. dign. or. 13, 15. *al.*). VI 1704 (*aet. Constant.*) rationali -(a)e (*i. comiti rerum -arum*). *plur.*: AMM. 15, 5, 13 Eusebius ex comite -arum (COD. Theod. 10, 3, 7 [*a. 417*] inlustris -arum c. NOT. dign. occ. 12, 1. COD. Iust. 10, 32, 64 pr. [*imp. Zenone*] c. -arum nostrae vel Augustae partis. *al.*). HIST. AVG. Opil. 2, 1 qui antea -as curabat. COD. Theod. 6, 30, 18 (*a. 405*) in officio sacrarum ⌞-arum⌟ (Iust. 12, 23, 9 largitionum vel -arum). 11, 30, 49 (*a. 389*) comitivae -arum ... examen (*al., v. vol. III 1800, 74 sqq.*). *al.* Ⓑ *neutr.* (*cf. iam* SEN. *l. 21*): COD. Theod. 11, 7, 5 (*a. 345*) -i debitor ... et fisci. *cf. plur. τὰ πριβάτα* COD. Iust. 1, 4, 20. 1, 5, 12, 16. *al.*

d *in imagine de eo, quod quis tamquam possessionem propriam tenet*: TERT. paenit. 2, 14 *si quis* non delinquit, cur paenitentiam invadit, delinquentium -um? (*neutr. pro subst. ut*: COMM. apol. 254 synagoga *non* potuit cognoscere tempus, quando et quo duce caderet de suo -o [*i. privilegio populi electi*]). Ps. TERT. haer. 6 p. 224, 4 utitur apostolo, sed Marcionis, id

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est non toto; habet praeterea -as, sed extraordinarias lectiones suas. CYPR. sent. episc. 33 p. 448, 17 *haereticos et schismaticos baptizandos esse, quia* secundum cautum Christi (*v. cant. 4, 12* fons signatus) -us fons noster est (*gr. p. 48, 9 ἰδία ἡμῶν πηγή. cf. 34 p. 449, 12* ecclesiam solam baptismum ... possidere). IVL. VAL. 1, 13 (*scurra ad Philippum*) *ex altera uxore* spero tibi -os filios atque incommunicatos alteri proventuros (privos *var. l.; gr. p. 21, 6 γνησίους*). AVG. vera relig. 309 quisquis ... angelus ... veritati esse subditus non vult et -o suo laetari cupiens a communi omnium bonorum et vera beatitudine lapsus est. *possidet res*: ZENO 1, 7, 4 (*de duobus maribus fretu conexis*) *non potest* undae dividi magnitudo ... utrisque propria, nulli -a (*ad struct. cf. p. 1398, 16*).

2 *usu vario dicuntur -a, quae aliena sunt*: **a** *a re publica* (*ab ecclesia p. 1396, 17*): α *de variis rebus* (*incorporeis praeter l. 42; sunt, quae vergant ad β, e. g. l. 18 sq.*): Ⓘ *adi.*: PLAVT. Curc. 552 quis *tabellis* res publica et -a geritur, nonne eis crederem? (*eodem opp.*: Trin. 38 remoram ... faciunt rei -ae et publicae. CIC. inv. 1, 5 quod ad omnes res et -as et p. maxime pertineat. Verr. II 2, 7 leg. agr. 2, 64. *et saepe; ceterum*: CIC. S. Rosc. 111 in -is r. si qui rem mandatam ... malitiosius gessisset. 113 in minimis -isque r. [*opp.* in re tanta, quae publice gesta ... sit]. Verr. II 2, 12 leg. agr. 2, 45. *et passim*). RHET. Her. 4, 36, 48 maximis -is et publicis calamitatibus acceptis (CIC. Catil. 1, 22 dummodo tua ista sit -a c. et a rei publicae periculis seiungatur). CIC. S. Rosc. 113 qui non neglegentia -um aliquod commodum laeserit, sed perfidia legationis ... caerimoniam polluerit (*cf.* CAES. civ. 3, 32, 4 *exactores* suo etiam -o compendio serviebant [LIV. 1, 54, 10. 8, 36, 10. *al.*]). Verr. II 4, 15 ne forte, dum publicis mandatis serviat, de -is iniuriis reticeat (CAES. Gall. 1, 12, 7 SEN. contr. 9, 4, 12. *al.*). Catil. 1, 14 quae non ad -am ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam ... turpitudinem, sed ad summam rem publicam ... pertinent. 4, 16 quos -ae fortunae, quos communis res publica ... excitavit (*al., v. vol. VI 1, 1187, 45 sq.*). Sull. 10 ratio rei publicae, religio -i officii (prov. 47. Pis. 18 [*opp.* publico consilio; *sim.* Marcell. 14]. CAES. civ. 1, 8, 2 VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 SEN. dial. 2, 19, 2. *al.*). p. red. in sen. 21 *qui* publici mei beneficii memoria -am offensionem oblitteraverunt (*al., v. vol. IX 2, 496, 54 sqq.; cf.* odia: CIC. p. red. in sen. 25 LIV. 26, 39, 15 VELL. 2, 7, 6. *al.*; inimicitiae: CAES. civ. 3, 16, 3 [*al., v. vol. VII 1, 1621, 78 sq.*]. *sim. al.*). har. resp. 49 exire domo mea ad -um dolorem (*sc. in exilium*). *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 21, 2 hoc a te vel a Cicerone ... privatim vel a consulari ... viro remota necessitudine -a debeo impetrare (CAES. civ. 1, 8, 3 LIV. 4, 5, 5. 8, 3, 3 -is hospitiis n.que coniunctos. *al.*). *al.* *in interpretatione ostentorum*: LIV. 5, 15, 6 de -i portenti procuratione ... consulere (*cf.* PLIN. nat. 11, 55 ostenta ... -a ac publica). SEN. nat. 2, 48, 1 -a fulgura ... negant ultra decimum annum, publica ultra tricesimum posse differri (*sim.* PLIN. nat. 2, 139). Ⓘ *neutr. pro subst.*: *plur.*: CIC. Att. 1, 14, 7 nunc ut ad -a redeam ([*opp. 1, 14, 6* habes res Romanas]. *cf.* 7, 3, 6 ad -a venio [*antea*: respondi tuis litteris de re publica]). 4, 18, 2 -a modo et domestica nos delectant. HOR. ars 397 fuit haec sapientia quondam, publica -is secernere, sacra profanis. SEN. clem. 1, 4, 3 sanis hominibus publica -is potiora sunt. epist. 19, 7 si te ad -a retuleris. 120, 10. *al.* *sing.*: OV. Pont. 2, 1, 18 gaudia Caesareae mentis pro parte virili sunt mea: -i nil habet illa domus (*cf. trist. 4, 4, 15* res est publica Caesar). PLIN. nat. 16, 8 vires ex publico in -um agi singulisque civium quaeri et sacrosancti omnia profana facere *coeperunt*. QVINT. decl. 252, 18 nunc in -um sibi singuli consulunt *transfugae asylum petentes. al.*

β *de actionibus, instrumentis, institutionibus sim., quae carent auctoritate publica, non fiunt consilio vel sumptu publico* (*pauca selecta post* CIC.): CATO orat. 172 fures -orum furtorum in ... compedibus aetatem agunt, fures publici in ... purpura. HEMINA hist. 13 ut convivia publica et -a ... compararentur (HIST. AVG. Pius 11, 4 c. cum amicis et -a communicavit et publica. Pert. 12, 6 Alex. 34, 8 SIDON. epist. 1, 2, 6). LEX repetund. (CIL I^2 583) 34 tabulas libros leiterasve pop⟨licas -asve⟩ (CIC. Verr. I 56. II 1, 158 Font. 5). CIC. inv. 2, 52 patria potestate, hoc est -a quadam (*opp.* tribuniciam potestatem, hoc est populi potestatem). Verr. I 20 publicae -aeque litterae (*al., v. l. 60 et vol. VII 2, 1525, 65 sq.*). leg. agr. 1, 8 (*de legatione libera*) et -i et -um ad negotium exierunt (rep. 5, 3 ut eos *reges* nulla -i n. cura a populorum rebus abduceret. fam. 5, 8, 5 [*opp.* publicis]. *al.* SALL. Catil. 48, 5 PS. SALL. rep. 2, 11, 6 LIV. 23, 7, 3. *al.*). Mur. 76 odit populus Romanus -am luxuriam, publicam magnificentiam diligit (VELL. 2, 1, 2. *cf.* CIC. Sest. 77 tam magnificum apparatum non -um aut plebeium, sed patricium et praetorium esse). Flacc. 18 egentes ... viatico publico, -a etiam benignitate prolectat (*cf.* SALL. Catil. 37, 7 *iuventus* -is atque publicis largitionibus excita). dom. 105 qui ... sacra -a coluerunt (LIV. 1, 20, 6. 10, 7, 5. *al.* FEST. p. 245 publica s., quae publico sumptu pro populo fiunt; ... -a, quae pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. *al.; cf.* CIC. har. resp. 14 religiones [leg. 2, 30. 58]. NIGID. Gell. 7, 6, 10 augurii -i. CAES. Gall. 6, 13, 4 sacrificia [FIRM. math. 2, 30, 10 SERV. auct. Aen. 3, 178]. *al.*). Sest. 26 -o consilio, quoniam publicis ducibus res publica careret, defendendum putarunt *me* (Phil. 3, 3 [*opp.* publica ... auctoritas *ut*: 3, 12. 5, 28. 10, 23]. 3, 5 -o c. rem publicam ... Caesar liberavit [*de Octaviano ut*: R. GEST. div. Aug. 1 exercitum -o c. et -a impensa comparavi, *ubi gr. ἐμῇ γνώμῃ κτλ.* VELL. 2, 61, 1]. *al.* CAES. civ. 1, 6, 5. 3, 14, 2. *et saepius*). SALL. or Phil. 6 cum -a arma opprimundae libertatis cepisset (LVCAN. 2, 533 [*Pompeius ad milites*] *vobis* a. senatus non -a dedit. *cf. p. 1390, 11. 1397, 12*). VELL. 2, 91, 3 *aedilis quidam auxit favorem populi* exstinguendis -a familia incendiis (PAVL. dig. 1, 15, 1 pr. -ae f., quae incendia vel mercede vel gratia exstinguerent [*opp.* publica]). VAL. MAX. 2, 10 pr. illa quasi -a censura, maiestas clarorum virorum. SEN. nat. 7, 32, 3 *mimorum* multi discipuli sunt multique doctores, -um urbe tota sonat pulpitum. SVET. Nero 21, 2 -is spectaculis, *sc. a magistratu, non a principe editis* (HIST. AVG. Heliog. 23, 1 [*sc. intra palatium?*]). INSCR. Année Épigr. 1989 n. 420 (*Baetica; a. 109*) publicos ludos et totidem dierum -os dedit (*cf.* CIL X 4760a, 8 ex pecunia sua diem -um *edidit quidam.* b, 15 [*ex decreto decur.*] diem -i editi ⟨muneris*?*⟩). *al.* *sim. in ecclesia*: HIL. AREL. vita Honorat. 9 l. 16 -us quidam ... episcopatus.

γ *de domo sim.* (*sc. qua homines vita publica seclusi sunt; potius c. respectu possessionis dicta v. p. 1392, 70. 1393, 73, ceterum cf. infra l. 68*): Ⓘ *adi.*: CIC. Verr. II 5, 76 hostium duces -a in domo retinuisti ([*postea*: intra moenia domi suae]. Catil. 1, 6. 3, 17. rep. 1, 67 [*gr. Plato rep. 562^e τὰς ἰδίας οἰκίας*]. VARRO frg. Non. p. 156, 15 in -is d. pueri liberi ... ministrabant. *al.*). Phil. 13, 1 nec -os focos nec publicas leges *diligere*. OV. trist. 3, 1, 80 quoniam statio mihi publica clausa est, -o liceat delituisse loco (*sc. libro ut*: Pont. 1, 1, 10 latere sub lare -o tutius esse [*opp.* publica ... monumenta]). VAL. MAX. 4, 4, 9 (*de virtutibus*) haec in foro, haec intra -os parietes plurimum poterant (QVINT. inst. 1, 2, 1 domi atque i. -os p. *studere. al.*). 9, 7, 3 populus ... *candidatum tribunicium* in aedes -as conpulit. Ⓘ *neutr. sing. pro subst.*: in -o (*hic illic vergit in notionem q. e. clam, in latenti*): LIV. 2, 54, 7 consilia inde non publica, sed in -o seductaque a plurium conscientia habuere *senatores*. 9, 7, 12 (*exercitu infami revertente Romae luctus est*) consules in -o abditi. 32, 26, 18 ut ... obsides in -o servarentur. 34, 2, 10 *feminae* blandiores in publico quam in -o (*cf.* SEN. epist. 94, 17 quomodo *quis debeat* in publico se gerere, quomodo in -o). 39, 18, 6 ut ipsi *cognati* in -o animadverterent in *mulieres* (*opp.* in publico. *cf.* SEN. contr. 9, 2, 24 praetor ... animadvertit in -o, nocte, tumultuario tribunali [*antea*: refulsit inter -a pocula publicae securis acies]). SEN. contr. 7, 1, 14 in -o latere et extra omnem invidiam secessisse (*opp.: in* rei publicae administratione). SEN. dial. 9, 3, 2 ubi se ... in -o laxe explicet magnus animus. 9, 3, 3 in -o publicum negotium agit *sapiens*. epist. 52, 8. *al.* *alia*: LIV. 2, 24, 7 undique ex tota urbe proripientium se ex -o ... concursus in forum ... fieri. frg. 3 -o nos tenuissemus (*pro adv. accipit* PRISC. gramm. III 68, 25 sqq.; *cf. p. 1384, 56*).

δ *de balneo alicui peculiariter praebendo* (*aliter, sc. de balneis privatim institutis saepius occurrit gr. πριονᾶτον, v. p. 1383, 55 et Daris, Less. lat. nel greco d'Egitto, ^{2}1991, 95*): COD. Theod. 7, 8, 12 ut infausta hospitalitatis praebitio tolleretur nec ⌞-um quisque⌟ a domino aedium postulet (⌞ ⌟ balneum quisquam *Cod. Iust. 12, 40, 6. generaliter de variis ministeriis intellegit Pharr in interpret. angl., 1952*). 7, 11, 1 nec ullas -as ... succendi balneas ad tribunorum ... usus.

b *a regibus, potentibus, principibus, sc. fere eo, quod sunt modica, humilia*: α *adi.* (*nonnulla vergunt ad IIIA*): CIC. Deiot. 26 frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum, severum ...: hae sunt regiae laudes, illa -a est (AVSON. 419, 27 p. 360, 178. *cf.* SEN. Thy. 218 sanctitas, pietas, fides -a bona sunt; qua iuvat reges eant). BELL. Alex. 67, 1 Deiotarus ... depositis regiis insignibus ... -o vestitu ... ad Caesarem venit (*cf.* VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 intra -um ... habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente Himerae [EVTR. 9, 27, 2]. LACT. mort. pers. 19, 4 vestem -am [HIST. AVG. Pius 6, 12 visus est ... ab amicis cum -is v. et domestica quaedam gerens]). HOR. ars 90 versibus exponi tragicis res comica non vult: indignatur item -is ac prope socco dignis carminibus narrari cena Thyestae (*cf. p. 1397, 8, nisi ad IIIA trahas.* PORPH.: humilibus verbis. *subest Theophrasti definitio comoediae ἰδιωτικῶν πραγμάτων ... περιοχή, quam tradit vertitque* DIOM. gramm. I 488, 3 [= SVET. frg. 3 p. 7, 9] -ae vitae civilisque fortunae ... comprehensio [*sim.* DON. de com. 5, 1]). OV. am. 2, 18, 16 risit Amor ... cothurnos sceptraque -a ... sumpta manu. SEN. dial. 11, 16, 4 potest ... *fortuna* adversus -as domos ullam aequitatem nosse, *quae principum* ... funestavit pulvinaria? (IVV. 6, 114 quid -a d., quid fecerit *uxor senatoris* ..., curas? respice rivales divorum [*sc. principes*]. TAC. ann. 15, 1, 4 sua retinere -ae d., de alienis certare regiam laudem esse. *al.; cf.* MART. 9, 43, 12 *statua offensa* terroribus aulae -os gaudet nunc habitare lares [CLAVD. 10, 257]. IVV. 4, 66 *Domitiano offertur piscis maior* -is ... focis). epist. 16, 8 ultra -um pecuniae modum fortuna te provehat (TAC. hist. 2, 5, 1. ann. 14, 52, 2 ingentes et -um m. evectas opes

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Senecae. al.). SVET. Aug. 73 (*de instrumento eius modico*) quorum pleraque vix -ae elegantiae sint. APVL. met. 2, 3, 2 nos ... dignitas discernit, quod illa clarissimas, ego -as nuptias fecerimus. CLAVD. 28, 654 -i ... anni (*sc. quibus non princeps consul praefuit*). *al.* β *neutr. pro subst.*: SEN. epist. 74, 28 *virtus* non tamen minor est, si ex altiore fastigio in humile subducitur, in -um ex regio (*v. app. crit.*). LVCAN. 2, 564 non -a cupis, ... quisquis ... Pompeium transire paras, *cui omnia praeter regnum contigerunt.* 5, 539 *Caesar* quamquam plebeio tectus amictu indocilis -a loqui (SVPPL. Lucan.: vulgaria). CLAVD. 18, 484 (*ad Eutropium, ne consulatum petat*) si nil -a movebunt, at tu principibus ... prospice ... regalesque averte notas.

c *a quolibet coetu, qualibet multitudine*: MANIL. 2, 540 *inter duo signorum genera inimicitia communis est; sed etiam* -a gerunt secretis hostibus arma. PETRON. 41, 1 interim ego, qui -um habebam secessum, in multas cogitationes diductus sum. APVL. met. 11, 19, 1 deae ministeriis adhuc -is adpositus *sum, sc. nondum initiatus.* CYPR. epist. 11, 7 non singulis -am precem mandat, sed oratione communi ... iussit orare *Christus* (37, 1 et quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus et cum in secessu -is p. oramus). ARNOB. nat. 2, 37 omnia ... *hominis* studia commoditatem semper spectare -am nec a finibus propriae utilitatis abscedere. AVG. gen. ad litt. 11, 15 p. 348, 1 duo amores, quorum alter sanctus est, alter inmundus, alter socialis, alter -us *eqs.* (*i. amor sui ut*: GREG. M. in Ezech. 1, 4, 9. *cf.* moral. 9, 53 -am dilectionem [*postea*: proprius amor]). GREG. M. moral. 8, 10 *qui* -o gaudio exsultat (*cf.* 16, 38 qui -a laetitia ... gaudet). 9, 80 ad -am fiduciam usu continuae prosperitatis elevamur.

III *usus deflexi et recentiores*: **A** *brevitate quadam vel per enallagen ponitur* -us *pro 'pertinens ad -um, res -as'* (*cf. similem usum vocis q. e.* peregrinus *vol. X 1, 1314, 61 sqq.; afferimus certiora, sc. ad ius civile pertinentia, sed similiter fortasse quaedam sub II allata explicanda sunt, e. g. p. 1392, 7 sqq. 1395, 40 sqq. 1396, 53 sqq.*): **1** *de rebus, sc. de actione, causa, iudicio sim.* (*cf.* VLP. dig. 1, 1, 1, 2 -um *ius est*, quod ad singulorum utilitatem *spectat*): RHET. Her. 1, 12, 22 in -a actione praetoriae exceptiones sunt ([*opp.* in publicis quaestionibus *ut*: VAL. MAX. 8, 2, 2]. QVINT. decl. 341, 12 [*opp.* publica]. POMPON. dig. 1, 2, 2, 6. PAPIN. dig. 47, 20, 1 [*opp.* publicis iudiciis]. PAVL. dig. 3, 3, 42 pr. [*opp.* in popularibus a.]. *al.*). CIC. inv. 1, 4 -as causas (de orat. 2, 100 neglegentiā plerasque c. et maxime -as ... videmus amitti. Brut. 178 [*opp.* publica *ut*: 238. 311 QVINT. inst. 10, 1, 119. VLP. dig. 3, 6, 1, 3 in p. vel -is vel fiscalibus c. *al.*]. 246. *al.* QVINT. inst. 6, 1, 36 GELL. 15, 28, 3. *al.*). 2, 58 conceptio -orum iudiciorum (Q. Rosc. 16 si qua ... sunt -a i. summae existimationis ..., tria haec sunt: fiduciae, tutelae, societatis. Cluent. 74 e publico i. ad -um Staieni i. profectus est. *al.* EDICT. imp. Aug. [CIL x 4842] 68. *et saepe; cf. Leonhard, RE IX 2485 sqq.*). Q. Rosc. 24 formulae, ad quas -a lis accommodatur (*al., v. vol. VII 2, 1498, 31 sqq.*). div. in Caec. 18 ereptae pecuniae civili fere actione et -o iure repetuntur (har. resp. 14 i. -o, i. hereditario *eqs.* 16. Brut. 214 non publicum ius, non -um et civile cognoverat [*item opp.* publicum: 222. *al.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 46. *al.*]. SCAEV. dig. 43, 12, 4. *al.*). Verr. II 2, 71 rei -ae iudex (de orat. 1, 202 in r. -arum causis atque iudiciis. 3, 211 r. -arum atque parvarum. *al.* LEX Irnit. 10 B 28 iudicem arbitrum reciperatores rem -am iudicare [*sim.* 10 B 40. *cf. l. 54*]. *al.*). *al.* CAES. Gall. 6, 13, 5 de omnibus controversiis publicis -isque constituunt *druides. al.* **2** *de iudice rerum -arum, sc. qui non in collegio, sed solus de iis rebus iudicat* (*ita ut iudex unicus usu laxiore appellatus sit* i. -us; *ad notionem priscam q. e. privus [v. p. 1389, 27] revocat Kaser, Zivilprozeßrecht, 34 adn. 23, vix recte, cum appellatio sollemnis sit* i. rerum -arum LEX Irnit. 9 C 18 [*cf. ibid. 10 A 14, ubi opp.* singuli iudices arbitrive *et* re⟨cipera⟩tores]): QVINT. inst. 5, 10, 115 alia apud centumviros, alia apud -um iudicem in isdem quaestionibus ratio (*al., v. vol. VII 2, 598, 29 sq.; adde e. g.* COD. Theod. 15, 14, 9 sententiae i. -orum ..., quos partium elegit adsensus). 11, 1, 43 (*masc. pro subst. per ellipsin*) apud quem dicas interest: ... nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, -um, ⌞tantum liberum⌟ ratio est (⌞ ⌟ *sc. qui non propositus est in albo iudicum selectorum, cf. e. g. Lex Irnit. 9 C 43*).

B *fere i. q. alicui (rei) peculiaris* (*notione segregandi minus manifesta respiciuntur potius, quae alicui [rei] tribuuntur, ei propria sunt vel soli vel imprimis [ita l. 72. p. 1398, 9]; cf. p. 1386, 60*): PLIN. nat. 1, 28, 42 -ae ex animalibus medicinae digestae in morbos (*opp. 1, 28, 33* medicinae communes ex animalibus). 2, 219 quorundam *aestuariorum* ... -a natura est, velut Tauromenitani euripi saepius ... reciprocantis. 5, 88 *Palmyra* velut terris exempta ..., -a sorte inter duo imperia summa Romanorum Parthorumque est. 17, 218 arborum quidam communes morbi, quidam -i generum (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 14, 2 ἴδια κατὰ γένη*). 19, 177 innascuntur ... porro (*dat.*) ... -a animalia. 20, 117 heleoselino vis -a contra araneos. 21, 2. 37, 84. TERT. nat. 2, 8, 8 *Aegyptii* bestias -as colunt, ⟨ibes, c⟩orcodrillos et anguem suum. 2, 13, 20 -o ... titulo Iovem Optim⟨um⟩ *appellant gentiles* (*sim.* ISID. orig. 8, 11, 34). anim. 8, 1 proprietatum -a discrimina. 19, 2 *anima* in homine -a res est, *sc. non competens etiam arboribus.* adv. Hermog. 6, 3 *quaero*, quid diversum et alienum a deo ac per hoc -um materia posse-derit. spect. 10 p. 12, 25 quae -a et propria sunt scaenae. *al.* Ps. TERT. haer. 7 p. 224, 22 -am ... blasphemiam *quidam* ... hanc habent *eqs.* ARNOB. nat. 6, 19 (*antea*: unus deus in conpluribus ... inesse simulacris *non potest*) quae sunt -a singulariaque naturā multa fieri nequeunt. HIL. trin. 4, 9 *ab Arianis* in confessione dei patris quaedam eius tamquam peculiaria et -a memorari. VIGIL. TRID. ad Ioh. 11 l. 297 dies quoque honorem prodidit passionis ... -us; nam *sexta feria* ... processerat, semper ... amica martyribus (*aliter sub D*). PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 335, 4 *Aristoteles elementum* quintum quasi proprium aethera addit -a mole discretum. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 126 speciali atque -a ratione. VRAN. epist. 4 p. 862^{A} (*de morte Paulini Nol.*) *terrae motus non* publicus ..., sed -us in cellula fuerat (*antea*: nihil ... scientibus his, qui pro foribus consistebant). MEROB. carm. 3, 4 (*de silva aestum arcente*) -am ... hiemem frondea tecta tenent. *al. accedit dat.* (*addas fortasse l. 3; cf. p. 1395, 11*): CAEL. AVR. acut. 1, 1, 27 potest ... soli phreniticae passioni hoc -um inveniri.

C *fere i. q. familiaris* (*usus aetatis cadentis invenitur et apud scriptores medii aevi; dub. an huc spectet locus obscurior* PAVL. FEST. p. 93 familiaris Romanus, -us Romanus): GREG. TVR. Franc. 7, 20 *clericus ad reginam interficiendam missus* coepit se etiam omnibus reddere humilem, carum, oboedientem ac reginae -um. HIST. Apoll. rec. B 3 rex ... ostendebat se civibus suis pium genitorem, intra domesticos vero ⌞et -os⌟ maritum se filiae laetabatur (⌞ ⌟ parietes *rec. A*).

D dies -us (*an* -a?) *i. q. dies profestus, operarius* (*sc. non sollemnitate publica celebrandus? aliter supra l. 8*): CAES. AREL. reg. virg. 69, 9 -is d. cum antiphonis, festis vero d. cum alleluia psallantur *matutina.* 69, 23 (*opp. 22* festivitates martyrum). BENED. reg. 13, 1 diebus ... -is matutinorum sollemnitas ita agatur, *ut eqs.* (*inde* 13 tit. *nec non* GLOSS. V 414, 24 -is: alienatis, separatis). CONC. Matisc. a. 585 p. 239 l. 31 (*opp.* die dominica). p. 241 l. 131 missas -is festisque diebus ... concelebrare. VITA Hil. abb. (BHL 3913) 6 ut ... terrae operibus in -is d. se ... occuparent.

abl. **prīvātō** *pro adv. v. p. 1396, 43.*

Ⓘ *iure, honore, potestate sim.* (*possessione v. supra*): PLAVT. Truc. 574 (*v. p. 1406, 64*) honore (CIC. Cluent. 119 [*v. infra*]. SVET. Nero 34, 1 [*v. infra*]. 43, 2 consules ante tempus -vit h. FIRM. math. 3, 5, 6 *reges.* SYMM. epist. 4, 53. 5, 41, 1 Epictetus togae forensis h. -tus est. *et saepius*). RHET. Her. 2, 12, 17 populum suffragio et magistratum consilio -asti, cum pontes disturbasti (CIC. leg. agr. 2, 17 [*bis*]. *cf. l. 9*). CIC. Cluent. 119 damnati ... honore ac dignitate -antur (Mur. 87 HIST. AVG. Hadr. 24, 7. *al.*). or. frg. A 7, 37 *virum honestum* communi et cotidiano iure (FEST. p. 177 suffragii i. COD. Theod. 3, 8, 1. *al.*). fam. 5, 2, 7 *Metellus tribunus Ciceronem* abeuntem magistratu contionis habendae potestate -vit (SVET. Iul. 79, 1 tribunos. Nero 34, 1 matrem ... honore omni et p. *al.*). *al.* VELL. 1, 6, 2 imperio vitaque (SVLP. SEV. chron. 1, 42, 4. IORD. Get. 111 ab i.). LVCAN. 8, 498 nos sceptris (*cf.* FRONTO p. 126, 9 regno [TERT. nat. 2, 12, 15. COMM. instr. 1, 5, 2 Iuppiter ... patrem de r. -vit. *al.*]). SVET. Aug. 47 *urbes* libertate -vit (PAPIN. dig. 26, 5, 13, 1 impuberem. 34, 9, 5, 15. *al.*). *et saepius.* *in ecclesia e. g.* HIER. epist. 52, 10, 3 qui ... deformis est, -etur sacerdotio (CONC.^{S} II 3, 1 p. 240, 25. *al.*). CANON. Turner I p. 115 rec. IV *clericus delinquens* -bitur a loco (cesset a clero *vel sim. aliae rec.; gr. Mansi 2, 669^{A} πεπαύσθω. similia respondent* p. 139 rec. III -bitur de l. diaconii). GREG. M. epist. 13, 9 l. 41 abbatem ... nullo modo -andum deponendumque esse censemus (*item sine abl. de eo, qui dignitate eximitur*: 13, 10 l. 38. 13, 11 l. 39). *al.*

Ⓘⓘ *vita* (*plerumque vi quadam; causa non indicata e. g.* NOVELL. Valent. 21, 2, 5 IORD. Get. 244 CE 445, 5): PLAVT. Men. 905 anima -bo virum (ENN. scaen. 197 *ferro* me a. -em. HIL. in psalm. 118 gimel 8 p. 382, 19). Truc. 574 luce ([*hyperbolice, v. p. 1406, 64*]. CIC. Quinct. 74 S. Rosc. 63 PANEG. 6, 10, 7. *al.*). RHET. Her. 4, 16, 23 maiores ... comparaverunt, ut neminem regem *captum* ... vita -rent (*al.* CIC. Verr. II 5, 103. de orat. 3, 9 se ipse [TAC. ann. 4, 30, 2]. *et decies.* LVCR. 5, 997 eos v. -arant vermina saeva. NEP. reg. 3, 4. *al.*, *cf. p. 1409, 73; apud Christianos c. respectu vitae aeternae*: IREN. 5, 14, 4 ANON. in Matth. 4 p. 27, 15). VELL. 2, 87, 2 Pompeium ... spiritu (VET. LAT. Esth. 16, 12 [cod. 151. *al., sim.* VVLG.]). *al.*

Ⓘⓥ *variis rebus*: Ⓐ *corporeis*: PLAVT. Truc. 618 donis -tus sum, *sc. quae meretrix ingrata habet.* LVCIL. 474 pane et viscere -o (*sc. populum? milites? adi.* privus *intellexit Leo, Götting. gel. Anz. 168, 1906, 851*). 787 *iudex ἀρχαῖς* hominem et stoechiis simul -bit, igni cum et aqua interdixerit (790). CIC. Verr. II 3, 48 ut ... in posterum fructu illo commodoque rei frumentariae populum Romanum -res (VITR. 8, 3, 28 frumenti f. *cf. infra l. 57*). div. 2, 37 (*ironice de victima sine corde inventa*) an quod adspexerit *taurus* ... excordem Caesarem, ipse corde -tus est? LVCR. 1, 1038 -ta cibo natura animantum diffluit amittens corpus (PS. AVG. hypomn. 5, 5 l. 275 [*in imag. de eucharistia*]. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355^{A} *mulier in equum mutata* -batur c.). BELL. Hisp. 26, 6 *adversarii* commeatu -ti necessario (NEP. Milt. 7, 2 Phoc. 2, 4). COLVM. 3, 20, 2 vindemia (-am *var. l.*). APVL. met. 1, 25, 6 et nummis ... et cena (IREN. 4, 39, 3 [*sec. Matth. 22, 3*] semetipsos ... a regia c. [*abl. nudus var. l.*]). *al.* Ⓑ *incorporeis* (*affectibus e. g. l. 47. 53. 55*): RHET. Her. 4, 37, 49 *alicuius* amicitia ... vos me -astis. 4, 39, 51 filii parvi -ti patris *damnati* auxilio (BELL. Hisp. 24, 5 *adversarii* omni a. -ti. NEP. Epam. 6, 4). CIC. leg. agr. 2, 99 Pompeium ... *populi* conspectu (Mur. 89 suorum consuetudine c.que. *cf.* fam. 4, 9, 3 *patriam* multis claris viris orbatam *non* -are etiam aspectu tuo [COD. Theod. 9, 40, 22 lucis a. IORD. Get. 207]). fin. 1, 23 quod *Torquatus* ... securi percussit filium, -visse se etiam videtur multis voluptatibus (1, 43 Cato 15. fam. 9, 24, 2 magna ... te delectatione et v. -asti. AVG. civ. 8, 14 p. 341, 28 ludorum scaenicorum v.). Tusc. 1, 82 spe beatioris vitae (VET. LAT. II Macc. 3, 29 [rec. L. *al.*] spe et salute. RVFIN. hist. 3, 36, 6 spe ... martyrii [*gr. ἀποστερήσαιεν*]). Att. 1, 5, 1 quanto fructu sim -tus et forensi et domestico Luci fratris ... morte (fam. 5, 20, 4 liberalitatis f. SALL. Catil. 35, 3 f. laboris. COD. Theod. 15, 1, 10. *al., cf. supra l. 37*). 9, 10, 1 cum me aegritudo ... somno -ret. *et saepius.* LVCR. 3, 407 *homo* magna parte animai -tus, tamen in vita ... haeret. 3, 711 neque natali -ta videtur esse die natura animae nec funeris expers (*inde* TITVLVS Lucr. *ante* 3, 711). PAVL. FEST. p. 377 vietus: ... naturalibus -tus viribus (CAEL. AVR. acut. 1, 17, 167 ut v. -et iniectio). PLIN. nat. 25, 75 eos, qui biberint *nymphaeam* ..., coitu genituraque -ari. STAT. Theb. 2, 695 *augur non est* veritus prohibere ducem, sed fata monentem -vere fide (fidem *var. l.*). GELL. 19, 12, 3 animus ... adfectionum ... adminiculis ... -tus. APVL. met. 10, 26, 3 spatio cogitandi. CYPR. epist. 73, 22 baptismi sacramento (*cf.* CONC. Carth. a. 397 p. 46 l. 264 sacramentorum purgatione -ari *infantes non baptizatos*). mortal. 17 ⌞martyrio⌟ meo -or, dum morte praevenior ([de m. *var. l.*]. PS. CYPR. tract. 20). SYMM. epist. 4, 68, 1 ut circumscriptor ... astutiae suae -etur effectu (COD. Theod. 6, 29, 2, 2 inprobi coepti). *et saepius.*

β *animantibus* (*copiis p. 1408, 13. 20*): Ⓘ *morte absumptis*: PLAVT. Poen. 1071 *patrueli* me -tum aegre patior mortuo. CIC. Verr. II 2, 80 patre ... pecuniaque patria. 5, 124 *urbes* ornamentis ... *et* viris -vit *Verres.* fam. 2, 2. FEST. p. 182 orba apud poe⟨tas significatur -ta aliqua⟩ persona cara (*suppl. e* PAVLO). PHAEDR. 3, 10, 45 orbam nato simul et -tam viro. CE 2121, 2 (*saec. I?*) o Fortuna ..., cur me -asti Iulio Fausto? FRONTO p. 236, 7 filio. APVL. Plat. 2, 22 p. 252 necessitudine (*antea*: carissimis orbatus). VET. LAT. deut. 32, 25 (cod. 104) ⌞sine filiis -bit⌟ eos gladius (*gr. ἀτεκνώσει. cod. 100. al.* s. f. faciet, *Vulg.* vastabit; *spiritaliter explicat* VEREC. in cant. 2, 26). VIR. ill. 60, 2 *hostes* duce. CONC. Carth. a. 397 p. 42 l. 179 parentibus. *al.* Ⓘⓘ *alia ratione subtractis*: PLAVT. Truc. 574 amicis (*v. p. 1406, 64*). CAECIL. com. 156 (*loq. uxor*) paelice ut meum -rem virum. AFRAN. com. 152 quod vitae studium ... mihi supponebas, me cum -res tui? (privis *trad.*). CIC. Mur. 89 parente (*v. infra l. 70*). Sest. 61 ut ... se civi rem ⟨publicam⟩ -et *Cato, sc. munus ingratum recusans.* CAES. civ. 3, 90, 2 rem publicam ... exercitu. HOMER. 72 *Agamemnon* Briseide -at Achillem. COD. Iust. 6, 1, 4, 5 (*a. 317*) *dominum delinquentem* servo. VIR. ill. 1, 1 ut eum *Numitorem* subole -ret, filiam ... sacerdotem *fecit Amulius* (*cf.* VVLG. gen. 30, 2 [*Iacobus ad Rahelem*] *deus* -vit te fructu ventris tui [fructum *var. l.*]). PASS. Theclae B 10 p. 28, 6 uxore (*gr. ἀστοχῶν*). AVG. civ. 10, 3 p. 407, 10 (*de potestate angelorum*) si ... non colit deum, misera est, quia -atur deo (13, 12 p. 571, 27 *peccato* anima -atur deo). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 214 quando ... tribus, ex qua esset *Gideon*, multitudine *militum* -retur (*i. careret, cf. gr. ὑστερεῖν*). HIST. Apoll. rec. A 7 ut *omnibus lugentibus* ... tonsores -rentur a publico (*cf. rec. B* ut ... tonsores cessarent). *al.* *absolute*: VET. LAT. iud. 11, 35 (cod. 100; *Ieptha ad filiam*) -ans facta es ante oculos meos (*sc. me prole orbans; gr. εἰς σχῶλον ἐγένου, sed interpres σχυλ- legisse et cum σχυλεύω iunxisse vid.; Vulg.* decepisti me).

b *-antur res* (*fere pro hominibus positae l. 27. 41*): CIC. Cluent. 201 ut huius ... mors sepulcro patris -ta esse videatur. LVCR. 1, 343 si *eqs.*, ... *multa* motu -ta carerent (1, 381. ARNOB. nat. 6, 23 omnia ... m. interiore -ta. *cf.* 6, 15 *quod* iners fuerit ... et sensus mobilitate -tum). 2, 841 nec minus haec, *sc. colore spoliata*, animum cognoscere posse sagacem, quam quae sunt aliis rebus -ta notare. 3, 486 ut *omnia* pereant aevo -ta futuro. 4, 366 (*de umbra*) aera ... -tum lumine ([*368* lumine cassus]. 4, 371 terra ... l. -atur solis, quacumque meantes officimus. PS. APVL. Ascl. 18). COLVM. 5, 9, 10 omni fronde -are truncum. FIRM. math. 1, 5, 12 *stellas* -are potestatibus (*cf.* 4, 19, 12 *Mars planeta* -tus licentia potestatis). 6, 31, 34 *si* sit Luna omni luminis splendore -ta (COD. Iust. 1, 5, 10, 3 [*a. 466–72?*] *ecclesiae oratoria* omni s. -ari). PS. HIL. libell. 5 p. 74, 27 nec haec quoque sunt -ta nominibus; nam congregatas aquas vocavit *deus* mare. AVG. civ. 13, 12 p. 571, 28 *morte* corpus -atur anima (*syn. postea*: separata). 19, 13 tit. *pax universalis* inter quaslibet perturbationes -ari non potest lege naturae. EVSEB. GALLIC. hom. 59, 1 *bruta pectora* sensu et ratione -ta. *al.*

2 *adimuntur mala, incommoda, ut vergat in notionem liberandi* (*liberantur res l. 48 sq. 53. 63*): CIC. leg. agr. 1, 13 hac exceptione ... unus -atur iniuria. fin. 1, 37 cum -amur dolore (LVCR. 1, 47 [= 2, 649] *deorum natura* -ta d. omni, -ta periclis. 3, 905). Tusc. 3, 44 quaerendum ..., quem ad modum aegritudine -emus eum (CASSIOD. hist. 11, 4, 4 paralyticus ... ae. repente -tus est [*Socrat. 7, 4 ἀπήλλαχτο*]). Att. 12, 26, 2 molestia. LVCR. 2, 1091 natura videtur libera ... dominis -ta superbis ... sponte omnia dis agere expers. 5, 317 quae *monumenta* ... pertolerassent omnia tormenta aetatis -ta fragore. HOR. sat. 2, 7, 77 formidine. CE 963, 9 (*a. 12 a. Chr.*) pietas ..., quae me servili nomine -at. CAPER gramm. VII 111, 2 privilegium *dicitur*, quod -et lege (legem, legium *var. ll.*). GELL. 12, 5, 10 sunt pleraque noxa ... et pernicie -ta (*syn.* carent). ARNOB. nat. 2, 14 p. 81, 24 animas *esse* ... perpetuas et ex corporali soliditate -tas (ex *del. Gelenius*). 7, 4 p. 346, 12 si *deos* mortalium volumus fragilitate -tos. 7, 28 p. 379, 2 *deus* caret re corporis atque omni sensu et contagione -tus est. PS. CYPR. tract. 25 *homo virgineus* ab operibus carnis -atur. EXVP. 4 Octavius ..., ut seditionibus -retur ..., Cinnam ... in exilium misit. CONC.^{S} I 5 p. 254, 8 ut *Christus* nos morte -ret atque corruptione (*gr. I 1, 5 p. 17, 21 ἀπαλλάξῃ*). CASSIOD. hist. 10, 31, 4 (*rex ad martyrem*) obstinatione -tus nega filium fabri (*Theodoret. 5, 39, 15 ἀπαλλαγείς*). Ios. antiq. 1, 75 *hominum* genus malignitate -tum (*gr. καθαρόν. cf.* 2, 347 hominibus ... malitia -tis [*gr. ἀπείροις*]). 4, 228 *vineae terram* laboribus aratri esse -tam (*gr. ἀπηλλάχθαι*). *al.*

B *specialia quaedam*: **1** *in sermone communi; -antur*: **a** *qui loco vel coetu quodam arcentur* (*cf. p. 1407, 18*): TER. Phorm. 517 (*adulescens ad lenonem*) Pamphilamne *peregre vendens* hac urbe -ari sines? (CASSIOD. hist. 7, 14, 3 *imperator episcopum* [*syn.* expulit]). CIC. Rab. perd. 37 patrio ⟨s⟩epulchro (LVCAN. 2, 732 *Pompeium. cf. supra l. 27*). Mur. 89 poena legis et domo et parente ... -at *Murenam* (CYPR. Demetr. 12 innoxios, iustos ... d. -as, patrimonio spolias. COD. Theod. 9, 9, 1, 1). dom. 67 *Clodius* Pompeium foro curiaque. Vatin. 24 M. Bibulum ... spoliaras consulatu, patria -are cupiebas (Lig. 11. VET. LAT. II Macc. 13, 11 [recc. L, V, P] p. et sancto templo [*rec. X* pellerentur]. *al.*). Mil. 75 ut *Clodius pariete ducto* sororem non modo vestibulo -ret, sed omni aditu et li-

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mine. CYPR. epist. 14, 3 ne ... ab eorum *confessorum* societate -entur improbi (AVG. gen. ad litt. 11, 15 p. 347, 17 sui amor -at sancta s. turgidum spiritum). 56, 2 a nostra communicatione. COD. Theod. 9, 9, 1, 1 provinciae communione -ta *mulier* (16, 5, 49 iuris c. *haeretici.* LEO M. epist. 159, 4 ecclesiastica c. PALLAD. hist. mon. I 20 [*gr. p. 97, 20 ἀκοινωνήτους*]. *et saepe*). BENED. reg. 24, 4 -ti ... a mensae consortio. *al.* **b** *qui integritatem corporis, facultates sensuum amittunt* (*transformatione l. 17. 18*): LVCR. 6, 1209 ferro -ti parte virili (*cf.* PAVL. FEST. p. 95 se ... virilitatis parte. ARNOB. nat. 4, 28 p. 235, 6 his *partibus genitalibus.* 5, 6 p. 254, 21 *Acdestis* ipse se ... -at sexu). CIC. fin. 5, 87 *Democritus* dicitur oculis se -asse (ac. 2, 33. VAL. MAX. 5, 3 ext. 2 oculo. PHAEDR. app. 28, 14. *al.; in imag.* PHILO quaest. in gen. 4, 168 *homines* minus docti et inertes animae oculi -antur [*gen. pro abl.; sec. gr.?*]. *cf.* lumine -are: OV. Pont. 1, 1, 53 -tus l. GELL. 10, 17 tit. luminibus oculorum sese. 10, 17, 1. CYPR. GALL. exod. 850 famulum de lumine. CASSIOD. inst. 1, 5, 2. *sim. al.*). VAL. MAX. 3, 3 ext. 3 parte corporis (*sc. aure*). APVL. met. 3, 25, 1 humano gestu simul et voce -tus (*gr. 13, 6 φωνὴν ... οὐκέτι εἶχον*). 6, 23, 3 puellam ... virginitate -vit (ARNOB. nat. 4, 26 p. 232, 9). 10, 29, 1 -tus humana manu, -tus digitis. ARNOB. nat. 5, 13 p. 266, 16 ut ille se viro, haec mammarum honestate[m] -ret. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 48 est *apoplexia* ... oppressio, ... quae sensibus -et corpora (3, 5, 53 chron. 1, 4, 72. *al. apud eundem*).

c *qui errando, perperam agendo declinant alicunde, finem non assequuntur (notabiliora):* *-ari* veritate: VVLG. I Tim. 6, 5 *prava docentes*, qui v. -ti sunt (a v., veritatem *var. ll.; gr. ἀπεστερημένων, Vet. Lat. cod. 89* a v. destitutorum). AVG. conf. 12, 25, 34 ut eam *v. dei, quae omnium est*, nolimus habere privatam, ne -emur ea. EVSTATH. Basil. hex. 3, 9, 1 (*gr. τῆς ἀ. ἀποσχιζόμενοι*). CASSIOD. hist. 12, 4, 39 *quidam futura praedicens* v. *non* -tus est (*Socrat. 7, 33 διήμαρτεν*). Ios. antiq. 7, 103 p. 190 non est ... historiographus a v. -tus (*gr. ut supra*). *-ari aliis rebus*: AVG. trin. 9, 10, 15 virtute -ari atque in vitium deficere damnabile est. CASSIOD. hist. 7, 2, 27 scribendo blasphemias Christianitate -tus est (*gr. aliter; antea*: Christianitatem deseruit).

2 *magis minusve technice in philosophia (rhet. p. 1388, 6) -ant, qui (quae) negant aliquid alicui contingere* (*sec. gr. στερέω*): **a** *indicatur, quo -ent*: CIC. ac. 2, 61 *Academicorum philosophia* spoliat nos iudicio, -at adprobatione omni, orbat sensibus (*nisi notione communi*). nat. deor. 1, 33 *Aristoteles* omni illum *deum* sensu -at (1, 34. *aliter p. 1408, 56*). 2, 44 *deos* omni procuratione atque actione. ARNOB. nat. 2, 26 eadem ratio ... -at immortalitate[m] has *animas.* 5, 30 quamvis eos *deos* -et sublimitate[s] caelitum, *qui terreni generis eos putat.* AVG. conf. 7, 1, 1 *deum corporeum aliquid cogitabam* per spatia locorum ..., quoniam quidquid -bam spatiis talibus, nihil mihi esse videbatur. BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 276, 29 'est iniustus homo'; haec *propositio* enim iustitia subiectum -bit, *eqs. al.* **b** *non indicatur, quo -ent* (*saepe etiam obi. deest*): CIC. top. 48 alia contraria (*sc. ἀντίθετα*), quae -antia licet appellemus Latine, Graeci appellant *στερητικά.* praeposito enim 'in' -atur verbum ea vi, quam haberet, si 'in' praepositum non fuisset, ut 'dignitas, indignitas' *eqs.* (*item part. praes. pro adi. vel subst.*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 28 p. 228, 42 -antia et negantia. p. 229, 1. 4. BOETH. in top. Cic. 4 p. 344, 43 cum -antibus ... syllabis). FEST. p. 229 *'pro' ponitur* ⟨pro -andi facul⟩tate, ⟨ut in propudio, prohibendo⟩ (*suppl. e* PAVLO). BOETH. anal. pr. 44b23 -are ... non contingit per ea, quae omnibus consequentia sunt (*gr. ἀποστερεῖν, opp.* construere). categ. 12a39 (*dat exemplum*) caecum ... esse -ari ... est (*opp.* habere habitum *ut* 12b2). in herm. comm. sec. 4, 10 p. 262, 20 *verbo finito* iuncta negatio totam propositionem -at ac destruit. *al.* (BOETH.).

II *usus peculiares, sc. pro obi. est res (raro persona), quae adimitur* (*servatur notio communis sub A1, abit in notionem tollendi, auferendi sub A2 et B1, arripiendi sub B2; usum reprobat* PS. ASPER gramm. suppl. 60, 29): **A** *indicatur etiam, cui aliquid adimitur*: **1** *per alterum acc.* (*quae struct. falso tradi vid. l. 20. 39 sq., cf. et var. ll. improbabiles l. 24. p. 1407, 44. 1408, 17. 52. al.*): NOVIVS Atell. 69 res vis hunc -ari pulchras, quas uti solet (*acc. testatur* NON. p. 500, 16). *addas fort.*: EPIST. pontif. 212 Lucif. epist. 5 l. 128 Athanasium ... ⌊communionem⌋ esse -andum (⌊ ⌋ *abl. var. l. ab edd. recepta; cf. l. 4*). INSCR. christ. urb. Rom. 4147, 4 (*e codd.*) *rex Asa* (*III reg. 15, 13*) matrem regni -vit honores (-re *var. l.*).

2 *per praepos.* ex *vel dat.*: VET. LAT. deut. 32, 26 (cod. 100) -bo ... ex omnibus memoriam eorum (*gr. παύσω ... ἐξ, Vulg.* cessare faciam. *explicat* VEREC. in cant. 2, 27 non tantum interimit peccatores, verum etiam memoriam punitorum ex hominibus -at). psalm. 20, 3 (cod. 300) voluntatem labiorum eius non -asti ei (*gr. τὴν θέλησιν ... οὐκ ἐστέρησας αὐτόν*, Aug. *ad l.* voluntate ... -asti eum, *Vulg.* voluntate ... fraudasti eum). INSCR. Dessau 9093 (= Année Épigr. 1990 n. 797; *saec. III*) cui dii nefandi parvulo ... vita(m) -verunt. christ. Diehl 1093, 7 (*a. 550*) ⌊quem sibi⌋ non sobitus -bit (*i.* -vit) transitus iste (⌊ ⌋ *antistitem miseris, si recte intellexi-mus*).

B *non indicatur, cui aliquid adimitur*: **1** *c. solo obi.*: CANON. Turner II p. 130 recc. III *et* IV cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione -ari (*gr. Mansi 2, 542^{C} ἀφιέναι, rec. II* posse dimitti). LEX Visig. 5, 4, 20 si quis rem, ... *de qua litigatur*, ita vendiderit ..., ut absque audientia iudicantis -etur ⌊dominium possessoris⌋, ipse, qui possedit, ... rem ... recipiat (⌊ ⌋ *pro persona positum, ut locus spectet ad I?*). CORIPP. Iust. 2, 231 (*inter mandata principis*) -entur caedes, populorum iurgia cessent (*item* 2, 336). **2** *accedit dat. commodi*: REG. eccl. Carth. l. 287 ut clericum alienum nullus sibi -et episcopus, praeter eius arbitrium, cuius fuerit clericus (*cf. l. 297* arripuit).

III *notione ad veriloquium revocata est fere i. q. privum et proprium assignare*: TERT. anim. 2, 2 *philosophia* formas rebus imponit, eas nunc peraequat, nunc -at (*v. Waszink, Vig. Christ. 13, 1959, 50*).

de p. p. p. privatus *v. p. 1388, 64.*

deriv.: privantia, privaticia, privatim, privatio, l. privatorius; *cf.* privativus. *Hajdú.*

prius *v.* prior.

⁸prius quam *iunctura adverbii et coniunctionis comparativae sollemnis, et inde* **⁸priusquam** *coniunctio* (*saepe ambigas, utrum compos. agnoscas necne, v. l. 34 sqq.; huc traximus ea tantum exempla coniunctionis, ubi* prius *et* quam *leguntur nulla intercedente voce, cetera v. sub* prius; *tmesin v. l. 64, de inversione* quam prius *v. p. 1343, 29*). NOT. Tir. 9, 23. *de mensura v. quae p. 1337, 69 sqq. monuimus. legitur per totam latinitatem; in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., PACVV.; *in oratione soluta inde a* CATONE, VARRONE, CIC., *sed* prius ... quam *solum habent e. g.* RHET. Her., HOR., PROP., OV., PETRON., TAC.; *de ratione, quae intercedit inter* antequam *et* -m *v. e. g. Helm, Class. Rev. 14, 1900, 262 sq., Hullihen, Antequam and priusquam, 1903, 7 sqq. et quae vol. II 154, 38 sqq. adnotavimus.* [*falso trad.* PLAVT. Asin. 439 (*restit.* prius quae); *in falsa var. l. pro* propius FRONTIN. strat. 3, 3, 4; *variat in codd. cum* priusque NEP. Alc. 3, 2, prius (*sc.* quam *omisso*) LIV. 37, 18, 8. 38, 24, 9 COLVM. 11, 2, 50, quam primum DARES 43, nusquam COLVM. 5, 9, 9; *restit. pro* priusque quam, -m quam NEP. Epam. 1, 1, quam LIV. 41, 18, 7; *loco parum perspicuo* ENN. ann. 480.]

CAPVT PRIVS: *exempla illustrantia, quatenus voces* prius *et* quam *coaluerint* (*sc. ad inducenda enunt. secund.; iuxta alias partes orationis v. p. 1343, 53 sqq.*): **I** *duas voces potius intellegas*: **A** *interpositis uno vel pluribus verbis (tamen tmesis intellegenda est l. 64): v.* prius *p. 1343, 19 et e. g. p. 1338, 40. 1339, 67. simul iteratur coniunctio* quam PACVV. trag. 167 prius data est, q. tibi dari dicta, aut q. reditum est Pergamo. LVCR. 3, 391. *al.* **B** *definito tempore priore per abl. mensurae* (*cf. supra vocibus seiunctis p. 1344, 30. 34. 36. al.*): CIC. ac. 2, 93 aliquanto. LIV. 36, 26, 1 paucis ... diebus. PLIN. nat. 35, 15 sex milibus annorum. APVL. apol. 22, 10 paulo. 44, 3 multo. met. 1, 7, 6 modico (2, 16, 3 [modicum *trad.*]).

C *praepositis vocibus apodoseos, quae facilius ad adv.* prius *referre possis: negationibus (v. p. 1413, 66 sqq.), imprimis*: non -m (*cf. p. 1341, 65*) *e. g.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 *p. 1414, 10.* LIV. 3, 52, 2 PLIN. nat. 8, 172; nec (neque) -m *e. g.* CIC. ac. 2, 116 VARRO rust. 1, 40, 2 LIV. 7, 34, 2 PLIN. nat. 18, 315; *cf.* paene -m LIV. 24, 25, 10 AVG. conf. 6, 6, 10. *particula elativa*: et SCRIB. LARG. praef. 14 MARCELL. dig. 17, 1, 38, 1 APVL. apol. 2, 8. *al.*, etiam COLVM. 3, 2, 22 AVG. civ. 11, 19 p. 487, 1 *et l. 53* (*aliter v. vol. V 2, 927, 83*), iam PLAVT. Merc. 156 (LIV. 3, 36, 1. *sed* -m ... iam: PLAVT. Poen. 919 FRONTO p. 53, 24. APVL. apol 86, 5 etiam -m ... i. tum). **D** *accedente coniunctione: v. p. 1343, 34; contextu lacunoso parum constat de* PLAVT. Most. 866 -m ut. **E** *ratione metrica*: PLAVT. Amph. 240 (*voces separantur diaeresi tetrametri cret.*). Aul. 336 (*separantur fine versus ut*: PHAEDR. 3, 10, 5 SEN. Herc. f. 215). CATVLL. 62, 29 (*intercedit caesura hexametri ut*: LVCR. 4, 837. *al.* VERG. Aen. 6, 328. *al.*).

II *unam vocem potius intellegas*: **A** *eo quod inseritur* -m *loco secundo vel posteriore enuntiati secund.*: PLAVT. Rud. 494 *p. 1415, 33.* Truc. 524 *p. 1414, 22.* TER. Hec. 744 uxorem hanc -m duxit. LVCIL. 642 ⌊nequam⌋ -m venas hominis tetigit (⌊ ⌋ *trad., def. Christes, Der frühe Lucil., 1971, 64*; neque *Iunius*). CIC. Phil. 3, 2 cui -m ... respondeo *eqs.* Att. 10, 17, 1 quam *epistulam* -m aperuissem, dixi *eqs. al. in tmesi*: LVCR. 5, 110 qua prius adgrediar quam de re fundere fata ..., multa tibi expediam ... solacia dictis. 5, 1034 cornua nata prius vitulo quam frontibus exstent, illis iratus petit. **B** *eo quod ponitur ad definiendum spatium temporis antecedentis*: TER. Hec. 287 *v. p. 1412, 66.* LIV. 39, 41, 5 quem quattuor non minus menses, -m in Sardiniam iret, quaestiones veneficii ... tenuerunt. COLVM. 2, 8, 2 ut quindecim diebus, -m conficiatur bruma, totidemque post eam confectam neque arent *eqs.* PLIN. nat. 28, 252 *p. 1413, 7. al.* (*cf. e. g. p. 1416, 19*). **C** *eo quod ponitur ante encliticum*: PAPIN. dig. 49, 14, 38 pr. -m autem (VET. LAT. Gal. 3, 23 [cod. 77. *al.*; prius a. quam cod. 75. *al.* = VVLG.]). VLP. dig. 18, 6, 1, 1 -m enim (VET. LAT. Gal. 2, 12 [cod. 77; prius e. quam cod. 75. *al.* = VVLG.]).

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT ALTERVM: *exempla* ***usum et notionem*** *illustrantia.*

significatur i. q. antequam, πρίν (ἤ) c. inf., πρό τοῦ c. gen. (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1429 -m: antequam. GLOSS. II 415, 34 *πρίν (ἤ)*: antequam, -m, ante. *iungitur vel variat in contextu c.* antequam CIC. fin. 4, 65 ad Q. fr. 1, 2, 10. SALL. Iug. 97, 4 [*verbo ἀπὸ κοινοῦ*]. PLIN. nat. 17, 189. 18, 14 QVINT. inst. 4, 1, 2 IAVOL. dig. 47, 2, 91. *al.*): **I** *mero respectu temporis posterioris* (*qui evanescit p. 1415, 64*), -m *inducit actionem* (*raro statum, e. g. l. 68. p. 1412, 56. 1414, 24. 31*): **A** *quae re vera evenit* (*adhibetur in describenda praematuritate vel celeritate e. g. p. 1412, 30. 37 [aliter p. 1414, 49], in describenda tarditate e. g. p. 1412, 39*): **1** *apodosi non negata* (*quae* -m *inducit non negantur, sed v. p. 1414, 18.* PSALT. Rom. 38, 14): **a** *pertinet ad praeterita*: α *apodosi exhibente indicat. praeteriti* (*vel praes. hist.*) -m *inducit indicat. imprimis perf.* (*imperf. l. 21, praes. hist. l. 17; huc traximus locos p. p. p. sine copula exhibentes* LIV. 9, 7, 8 iustitium ... coeptum, -m indictum. APVL. flor. 22, 5): PLAVT. Amph. 102 -m hinc abiit ..., gravidam Alcumenam fecit uxorem suam. Asin. 141 -m ... animum meum isti dedi, sordido vitam oblectabas. Curc. 637 -m moritur *pater*, mihi dedit *anulum*. Most. 221 eundem animum ... atque olim (*sc. fuit*), -m id extudi, quom illi subblandiebar. Pseud. 53 -m hinc abiit, quindecim ... minas dederat. Rud. 1131 ut -m plane aspexit, ilico eum esse dixit! Truc. 511 quid illi ex utero exitio est, -m poterat ire in proelium? *al.* TER. Hec. 294 -m hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. 744. CIC. Vatin. 4 *id* ego, simulac te aspexi, -m loqui coepisti, ... sensi atque providi. leg. 2, 5. fam. 7, 23, 4 ut redii autem, -m tuas legi ... litteras, quaesivi de mea Tullia *eqs.* BELL. Hisp. 27, 3 TIB. 1, 3, 35. LIV. 24, 25, 10 accepta ... paene -m promulgata est *rogatio. al.*

β -m *inducit coni.*: Ⓘ *imperf.; apodosis exhibet*: Ⓐ (*acc. c.*) *inf. (fere in orat. obliqua): praes. vel fut.* (*pendentem ex indicat. vel coni. praeteriti vel praes. hist.*): PLAVT. Bacch. 1030 ius iurandum ... dedi daturum id me hodie ... ante vesperum, -m a me abiret. CIC. Phil. 2, 80 cum Caesar ostendisset se, -m proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum *eqs.* SALL. Catil. 32, 1 optumum factu credens ..., -m legiones scriberentur, multa antecapere, ... profectus est. NEP. Milt. 5, 4. LIV. 23, 27, 10 *Hasdrubal* litteras Carthaginem mittit indicans ..., -m Hiberum transiret, Romanorum Hispaniam fore. 34, 14, 7. *al. perf.*: LIV. 26, 16, 4 lectum ... senatus consultum, -m securi feriret *lictor*, quidam auctores sunt. *al.* R. GEST. div. Aug. 13 cum, pr⟨iusquam⟩ nascerer, ... *templum bis* clausum fuisse prodatur (*gr. πρὸ ... ἐμοῦ*). VAL. MAX. 7, 2 ext. 5. *al.* Ⓑ *indicat. praeteriti* (*praes. hist. e. g. l. 45. 54, inf. hist. l. 47; addas* LVCIL. 952 [*si recte septenarium restit. Marx e* GELL.] hoc, -m nasceretur Theognis, omnes noverant): VARRO frg. Non. p. 529, 22 -m indicerent bellum ..., fetiales legatos res repetitum mittebant. CIC. Tusc. 4, 49 hi *heroes* collocuti inter se, -m manum consererent. CAES. Gall. 1, 19, 3 -m quicquam conaretur, Diviciacum ad se vocari iubet. 4, 21, 1 ad haec cognoscenda, -m periculum faceret, ... C. Volusenum ... praemittit. BELL. Afr. 4, 3 *cum captivus* litteras ... Considio porrigere coepisset, -m acciperet ille, ... inquit *eqs.* Alex. 61, 6. SALL. Catil. 13, 3 dormire, -m somni cupido esset. Iug. 59, 1 postero die, -m ad oppugnandum egrederetur, equitatum ... pro castris agitare iubet. NEP. Alc. 3, 2 id *bellum* cum appararetur, -m classis exiret, accidit, ut *eqs.* Dion 4, 4 puero, -m pubes esset, scorta adducebantur. Cato 1, 1 *Cato* adulescentulus, -m honoribus operam daret, versatus est in Sabinis. *al.* LIV. 3, 26, 4 -m *munitiones* ... clauderent exitus, quinque equites ... emissi Romam pertulere consulem ... obsideri. 3, 51, 9 *Icilius* -m iretur ad urbem, ... numerum ab suis creandum curat. 37, 45, 13 (*loq. Scipio*) postquam traiecimus Hellespontum, -m castra regia, -m aciem videremus, cum ... incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus quas ... ferebamus condiciones, easdem ... ferimus. 39, 5, 17 multos eo die, -m in urbem inveheretur *imperator*, ... donis militaribus donavit. *et passim* (*saepissime apud* LIV.). Ⓒ *coni.* (*fere imperf., perf. e. g. l. 67, plusquamperf. e. g. l. 64 sq.*): CIC. div. 1, 57 *petivit*, ut ... ad portam adesset, -m plaustrum ex oppido exiret (VARRO ling. 5, 106 SALL. Catil. 44, 3 Iug. 25, 10 LIV. 2, 31, 5. *al.*). CAEL. Cic. Att. 10, 9^{a}, 4 (= fam. 8, 16, 4) nisi ita faceret *Caesar*, ego, -m ad urbem accederem, ... ad te percurrissem (*cf. in protasi condicionali*: LIV. 10, 41, 13 nisi in primo pavore, -m colligerentur animi, transacta res esset. 25, 3, 15). SALL. hist. frg. 3, 98B. LIV. 24, 10, 2 ut consules sortirentur ..., uter ... comitia haberet, -m ad exercitum proficisceretur. 34, 62, 14 cuius condicionis res fuerit, -m ... amicus *Romanis* rex Numidarum esset, eius sinerent esse. *al.*

Ⓘ *plusquamperf.; apodosis exhibet*: Ⓐ *indicat. praeteriti*: CIC. Att. 10, 17, 1 quam *epistulam* -m aperuissem, dixi ei te ad me de eo scripsisse. AFRIC. dig. 39, 2, 44 pr. si ..., -m eo venissem, corruerunt *aedes*. TERT. idol. 3, 1 -m huius monstri artifices ebullissent, ... vacuae aedes erant. VLP. dig. 9, 2, 23, 3 *esse pictorem* pretio ... eo aestimandum, quanti fuit, -m artem ... amisisset. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 8 qui ab Iohanne baptizati fuerant, -m missus esset ... spiritus sanctus. *al.* Ⓑ *coni.*: CAES. Gall. 2, 32, 1 *se eos* conservaturum, si, -m murum aries attigisset, se dedissent. LIV. 2, 1, 5 quid ... futurum fuit, si *plebs coepisset* ... serere certamina, -m *liberi et coniuges* ... animos eorum *consociassent*? 22, 38, 9. 30, 31, 7 (*loq. Scipio*) *superbe facerem*, si, -m in Africam traiecissem, te ... venientem ad pacem petendam aspernarer, *eqs.* AFRIC. dig. 39, 1, 15. *al.*

Ⓘ *perf.*: CIC. Brut. 330 doleo me ..., -m confectum iter *vitae* sit, in hanc rei publicae noctem incidisse.

Ⓘ *praes.: in orat. obliqua*: CAES. Gall. 5, 56, 5 *Indutiomarus* pronuntiat *se* ... agros populaturum ac, -m id faciat, castra ... oppugnaturum. LIV. 1, 23, 5 *nuntiat*, -m dimicent, opus esse colloquio. 27, 41, 10 ut sterni ..., -m instruantur, possint. 28, 32, 10 se, -m provincia decedat, opprimendos Ilergetes duxisse. *al. cetera exempla, sec. indicat. apodoseos*: VLP. dig. 40, 12, 27, 1 *quidam* in eadem causa est ..., qua fuit, -m ... controversiam patiatur. VET. LAT. Is. 48, 5 (Filastr. 110, 6) -m veniant, adnuntiata sunt vobis (*Vulg.* antequam venirent, *gr. πρὶν ἐλθεῖν*).

b *pertinet ad praesentia vel futura* (*in oratione obliqua v. supra, e. g. l. 1. 10*): α *contextu vario*: Ⓘ -m *inducit indicat.: praes.; apodosis exhibet indicat. vel coni. vel imperat. praes.* (*fut. fort. l. 21. 24*): PLAVT. Asin. 232 est etiam, -m abis, quod volo loqui. 448 nunc adeam optimumst, -m incipit tinnire. Bacch. 382 (*loco spurio?*) nunc -m malum istoc addis, certumst iam dicam patri. 932 nunc -m huc senex venit, libet lamentari, dum exeat. Mil. 1408 obsecro ... te, ut ... audias, -m secat. Truc. 115 manedum ..., -m abis. *al.* TER. Phorm. 719. 1036 -m haec dat veniam, mihi prospiciam et Phaedriae. PACVV. trag. 207 quom, -m intereo, spatium ulciscendi danunt *di.* LIV. 2, 40, 5 (*loq. mater Coriolani*) sine, -m complexum accipio, sciam *eqs.* STAT. Theb. 12, 570. *al. fut.*: PLAVT. Pseud. 524 -m istam pugnam pugnabo, ... etiam prius dabo aliam pugnam. 885 -m ... convivae dabis, gustato tute prius. Stich. 197 auscultabo, -m colloquar (*nisi est coni. praes.*; loquor *A*). *perf.*: PLAVT. Merc. 156 quin iam -m sum elocutus, scis si mentiri volo. Poen. 919 -m unumst iniectum telum, iam instat alterum? Pseud. 818 *sinapis* illis, qui terunt, -m triverunt, oculi ut exstillent facit. *fut. exact.* (*nisi hic illic coni. perf.*): PLAVT. Epid. 271 nunc occasiost faciundi, -m in urbem adven⟨er⟩it. Pseud. 1031 metuo, ne ille ... advenat, -m ... hic ... abierit. Trin. 886 concubium sit noctis, -m ... perveneris. TER. Andr. 378 ipsus sibi esse iniurius videatur ..., -m *te* ... perspexerit. SEN. dial. 6, 11, 1 urgebunt nova incommoda, -m veteribus satis feceris. Ⓘ -m *inducit coni.: praes.*: PLAVT. Amph. 533 exire ex urbe, -m lucescat, volo. Aul. 336 (*nisi ad B2b*) *duxisti me ad senem*, ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam, -m quicquam detur (*item pendet e coni.*: Epid. 277 ut ... praestines argento, -m veniat filius. Merc. 1016 Mil. 690. CIC. Phil. 7, 26 omnia fecerit oportet, ... -m ... postulet. fam. 9, 26, 1. LIV. 22, 49, 10 nuntia ..., -m victor hostis adveniat [-it *var. l.*], ... *Romam* firment. *al.*). Merc. 601 -m recipias anhelitum, uno verbo eloquere (*item pendet ex imperat.*: CIC. Att. 5, 4, 3 -m proficiscaris, effice. LIV. 45, 12, 5 -m hoc circulo excedas, ... redde responsum). Pseud. 242 quin revocas? :: ... placide. :: at -m abeat (abiit *codd.*). CIC. ac. 2, 94 ut agitator callidus, -m ad finem veniam, equos sustinebo. Att. 13, 42, 1. LIV. 9, 9, 2 dedetis *captivos* ..., sed ... -m dedantur, hic in comitio virgis caesos. 22, 39, 6 hic ..., -m castra videat aut hostem, insanit. SEN. Med. 298 capite supplicium lues, clarum -m Phoebus attollat, nisi cedis Isthmo. *al. perf.* (*cf. l. 32*): CAEL. Cic. fam. 8, 11, 3 timet Caesarem consulem designatum, -m exercitum ... tradiderit.

β *in descriptione consuetudinis, in praeceptis plus minusve generalibus, responsis iurisconsultorum sim.* (*cf. e. g. p. 1414, 8. 11. 34. 45 sq.; saepe in periodo condicionali*): Ⓘ -m *inducit indicat.: praes.*: PLAVT. Bacch. 440 nunc, -m septuennis est, si attingas eum manu, ... puer paedagogo tabula disrumpit caput. Capt. 663 semper occant, -m sariunt rustici. Mil. 709 -m lucet, adsunt. COLVM. 4, 32, 5 tempus ... conserendi est, -m oculi harundinum egerminant. QVINT. inst. 4, 3, 6 criminum invidia pro reo est, -m probatur (-abitur *var. l.*). *fut.* (*de fut. exact. v. p. 1413, 35*): CATO agr. 72 -m *boves* in viam ... ages, pice ... cornua infima unguito. 134, 1 -m messim facies (-ias *var. l.*), porcam praecidaneam ... fieri oportet (*quae sequuntur v. p. 1413, 12*); ... thure, vino ... Iunoni praefato, -m porcum feminam immolabis. VITR. 5, 2, 2 vox ab imis morata, -m ... dissipabitur, auribus erit intellecta. COLVM. arb. 12, 1 ante meridiem, -m calere incipiet, ... fodito. *perf.*: TER. Hec. 287 quibus est ... obiectus labos, omne quod est interea tempus, -m id rescitumst, lucrost. CIC. fin. 3, 66 membris utimur, -m didicimus *utilitatem eorum*. 4, 65 catuli ... caeci *sunt*, -m dispexerunt. PVBLIL. sent. N 20 nihil non acerbum, -m maturum fuit (*Gruter*, fit *vel* sit *trad.*). PLIN. nat. 7, 6 multa fieri non posse, -m sunt facta, iudicantur. QVINT. inst. 1, 12, 8 dociliora sunt ingenia, -m obduruerunt.

Ⓘ -m *inducit coni.*: Ⓐ *praes.*: ① *pendet ex enunt. variis* (*exhibentibus indicat. praes., perf. p. 1413, 6. 9, fut.* NERAT.; *intercedit forma non finita p. 1413, 7*): PLAVT. Poen. 321 -m Venus expergiscatur, prius de-

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

properant ... sacruficare. VARRO Men. 561 -m in orchestra pythaules inflet tibias, domi suae ramices rumpit (*sc. exercendo*). LIV. 1, 17, 9 -m populus suffragium ineat, ... patres auctores fiunt. 39, 15, 1 quod *carmen* praefari, -m populum alloquantur, magistratus solent. COLVM. 4, 30, 6 satio est eorum, -m germinent. *al.* SCRIB. LARG. praef. 9. PLIN. nat. 14, 37 -m decidant, ... colore mutantur *folia*. 18, 149 si diutius *semen* retentum est terra, -m erumpat. 28, 252 equi spumā inlitā per dies XL, -m primum nascantur, pili restinguntur. *et saepe*. QVINT. inst. 4, 5, 5 qui ferrum medici, -m curetur, aspexit. *al.* NERAT. dig. 24, 1, 44 si vir rescierit suam rem esse, -m usucapiatur, vindicare ... eam poterit. *al.* ② *pendet ex enunt. iubendi, praescribendi vel iam coni. exhibentibus* (*iuxta fut. l. 31, perf. l. 15*): CATO agr. 134, 1 (*quae praecedunt v. p. 1412, 62*) Cereri porca praecidanea porco femina, *sc. fiat*, -m ⌞hasce fruges⌟ condantur, far ..., fabam ([⌞ ⌟ *v. Mazzarino, 1982, p. XLII ad l.*]. *item iuxta coni. iussivum*: 143, 2 *vilica* focum purum circumversum cotidie, -m cubitum eat, habeat. COLVM. 5, 9, 7 si tempus non largitur, -m deponantur arbores, ... incendantur scrobes. 7, 5, 12. PLIN. nat. 17, 158. *al.*). 157, 3 -m id imponas, aqua ... multa lavato (*item iuxta imperat. fut.*: COLVM. 2, 10, 12 -m luna incrementum capiat, ... conferto. *al.* PLIN. nat. 18, 176. LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 11. *al.*). CIC. Phil. 2, 81 si qui *de caelo* servavit, non comitiis habitis, sed -m habeantur, debet nuntiare (COLVM. 4, 20, 4. 5, 6, 8 aestate ... -m sol oriatur ... seminarium conspargi *debet*. 12, 4, 3 *auctoribus* placuit ... debere eos ... perenni aqua, -m penora contingant, ablui). de orat. 2, 186 medico ..., -m conetur aegro adhibere medicinam, ... natura corporis cognoscenda est (*item pendet e gerund.*: off. 1, 73. VARRO rust. 1, 4, 1 haec *principia* ... cognoscenda, -m iacias semina. LVCR. 5, 1034 *p. 1410, 66.* 6, 917 firmandumst multa, -m ... rationem reddere possis. COLVM. 4, 8, 1. *al.*). SALL. Catil. 1, 6 -m incipias, consulto et, ubi consulueris, mature facto opus est. COLVM. 4, 14, 1 malleolorum similis cura agenda est, ut ... deputati ..., -m germinent, iungentur (12, 26, 1). 4, 29, 9 *nodus vitis si paulum* a resectionibus fuerit, illigari ... eum, -m vitis findatur, conveniet (arb. 17, 4. PLIN. nat. 22, 95 itaque caveri conveniat, -m se condant serpentes). *al.* PLIN. nat. 28, 28 medicamenta, -m adhibeantur, in mensa ... deposita negant prodesse. *al.*

Ⓑ *praeteriti: perf.* (*nisi est fut. exact.; frequentant iurisconsulti*): PLAVT. Truc. 51 -m unum dederis, centum quae poscat parat *meretrix*. CIC. Flacc. 23 *testis praeparatus*, -m hoc 'te rogo' dixeris, plura ... effundet. COLVM. 11, 3, 46 vere ..., -m coeperit germinare, ... *ferramento* terra commoveatur. QVINT. inst. 4, 1, 3 prohoemium est, quod apud iudicem dici, -m causam cognoverit, possit. CELS. dig. 1, 18, 17 si ... tutorem dederit, -m cognoverit ..., erunt haec rata. 12, 6, 48. PAVL. dig. 41, 1, 26, 1 arbor radicitus eruta et in alio posita, -m coaluerit, prioris domini est. COD. Theod. 10, 8, 2. *al.* *imperf.* (*sc. sec. perf. apodoseos praeter* VENVL.): IAVOL. dig. 19, 2, 37 si, -m locatori opus probaretur, vi aliqua consumptum est, detrimentum ad locatorem ... pertinet. 33, 5, 14. VENVL. dig. 43, 24, 22, 2 *si* ego eas *tabulas*, -m tibi denuntiarem, refixero (*item iuxta fut. exact. apodoseos.* 46, 2, 31 pr.; *cf. fut. p. 1414, 34*). GAIVS dig. 46, 3, 106 PAPIN. dig. 33, 4, 7, 1. COD. Iust. 7, 21, 4, 1 (*a. 228*). *al.*

γ *in indicanda serie argumentorum oratoribus scriptoribusve tractandorum* (*cf. e. g. l. 75 et p. 1340, 47*): ① -m *inducit indicat. praes.* (*cf. p. 1414, 17*): CIC. de orat. 3, 25 -m illa conor attingere, ..., proponam *eqs. al.* SALL. Iug. 5, 3 -m ... initium expedio (-am *var. l.*), pauca supra repetam. NEP. Epam. 1, 1 de hoc -m scribimus, haec praecipienda videntur. LIV. 25, 6, 6 sine ..., -m de condicione nostra queror, noxam ... nos purgare. COLVM. 5, 11, 15 -m finem libri facimus, ... nunc ... meminerimus. PLIN. nat. 4, 93 non est omittenda multorum opinio, -m digredimur (-iamur *var. l.*). QVINT. decl. 273, 1 -m venimus ad causam, praeparare debebimus *iudicem*. *al.* ⑪ -m *inducit coni. praes.* (*nisi formas ambiguas pro fut. habeas, e. g. l. 64; cf. l. 52. 57; apodosis exhibet fut.* SVET. Iul. 44, 4): CIC. Balb. 18 -m adgrediar ad ius causamque Corneli, quiddam ... breviter commemorandum videtur. leg. 2, 8 videamus ..., -m adgrediamur ad leges singulas, vim ... legis. 2, 14 ut, -m ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam. LVCR. 5, 110 *p. 1410, 65.* COLVM. 3, 3, 1. 3, 11, 1. PLIN. nat. 6, 96 -m ... haec persequamur (-ar *var. l.*), indicari convenit *eqs. al.* QVINT. inst. 4, 3, 1. *al.*

2 *apodosis negatur* (*interrogatione sensus negativi p. 1414, l. 16. 36; cf. et p. 1415, 44 sqq. 1416, 10. 12 [litoten v. p. 1412, 69]; quae per* -m *inducuntur non negantur praeter p. 1414, 18; variat in contextu c.* nisi ... prius *l. 75, cf.* VET. LAT. Luc. 2, 26 [cod. 3. *al.* -m; *cod. 4. al. et Vulg.* nisi prius; *cod. 2* quoadusque]. COD. Theod. 9, 1, 12 -m se crimine ... exuerint *rei* [*cf. Interpr.* nisi se prius probaverint innocentes]): **a** -m *inducit indicat.*: α *fut. exact. (vix coni. perf. e. g. p. 1414, 1); apodosis exhibet: fut.* (*nisi cogites de coni. praes. e. g. l. 75*): PLAVT. Bacch. 921 *nummos* non dabo temere etiam, -m filium convenero. Mil. 214. Persa 219 (*variat 218* nisi ... prius). CIC. Sest. 5 non aggrediar ..., -m docuero *eqs.* ac. 2, 116 nec -m Archimedes ... rationes omnes descripserit ..., *sapientem* iuraturum putas? *al.* LIV. 44, 39, 9 AVR. Fronto p. 42, 17. *praes.*: PLAVT. Epid. 304 ne abitas, -m ... venero. Merc. 496 *valere* non ... possum, -m ... redieris. Poen. 1268 (*nisi c. Leo lacunam post v. 1267 praesumas*). TER. Phorm. 1045. CIC. Phil. 7, 8 *ne* id -m ... explicaro repudietis. Att. 16, 15, 6. *perf.*: LIV. 5, 53, 3 nec id mirati sitis, -m quale sit audieritis. β *perf.* (*cf. p. 1416, 10*): ENN. ann. 219 nec quisquam sophiam ... in somnis vidit, -m sam discere coepit. CIC. leg. 2, 57 -m in os iniecta gleba est, locus *cremationis* ... nihil habet religionis. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 quid horum fuit, quod non, -m datum est, ademptum sit. CATVLL. 62, 29 nec iunxere *conubia*, -m se ... extulit *Hesperus*. LVCR. 4, 837 nec *fuit* dictis orare, -m lingua creatast. VARRO rust. 1, 40, 2 *p. 1415, 66.* VERG. Aen. 6, 328 nec ripas datur ... transportare *defunctos*, -m sedibus ossa quierunt. LIV. 1, 11, 5 nec ostenderunt bellum, -m intulerunt. SIL. 16, 661 APVL. Plat. 1, 10 p. 201. γ *cetera exempla*: PLAVT. Trin. 198 numquid, -m abeo, me rogaturu's? (*item* -m *c. praes.*: QVINT. decl. 273, 3 de quo -m loquor, ... non omitto). PACVV. trag. 325 haud sinam quidquam profari, -m accepso. LIV. 7, 34, 2 nec -m recipi tuto signa non poterant ... hostem vidit (*item* -m *c. imperf.*: 38, 3, 8 *nuntios* miserunt nihil, ne bellum haberent, -m paene in conspectu hostis erat, praemeditati).

b -m *inducit coni.*: α *praes.* (*cf. p. 1415, 45. 47. 61; aliter p. 1415, 3 sq.*): PLAVT. Truc. 524 *frumento opus est*, ne, ille *nuper natus* -m spolia capiat, hi[n]c nos ⌞extinxit⌟ fames (⌞ ⌟ *i.* extinxerit). 901 manus vetat, -m penes sese habeat, quicquam credere. TER. Eun. 751 cave, ne, -m hanc a me accipias, amittas. LIV. 3, 52, 1 affirmante Duilio non -m deseri urbem videant curam in animos patrum descensuram. 29, 18, 9 -m ... scelus expietis, ... *ne* quicquam rei gesseritis. PLIN. nat. 8, 172 quae *asina* non -m dentes ... iaciat conceperit. 15, 14 similis error *est* collectam *olivam* servandi in tabulatis nec -m sudet premendi. 18, 315 uvam ... ne legito, ... -m *ros* sole discutiatur. *al.* β *imperf.*: CIC. Att. 11, 11, 2 -m id scirem, nihil sum ausus sumere. BELL. Alex. 33, 2 ne qua ... dissensio, -m ... confirmarentur ... imperia, ... nasceretur. SVET. Nero 47, 2 deterritum putant, ne -m in forum perveniret discerperetur. POMPON. dig. 41, 2, 33 -m id fieret, non recte emptor ... in possessionem veniet. *al.* γ *plusquamperf. (saepe in orat. obl.); apodosis exhibet: coni. imperf.*: CIC. Tusc. 4, 79 quomodo ... finem haberet, -m esset ulta, ulciscendi lubido? fam. 3, 7, 2. *al.* LIV. 4, 58, 2. 27, 40, 8. *al.* *indicat. vel (acc. c.) inf. inde pendentem* (*huc traxeris* LIV. 7, 6, 2 *dicitur voraginem non* expleri potuisse, -m ... coeptum, *sc. sit*): BRVT. Cic. fam. 11, 13, 1 Caesari non credebam, -m ... collocutus essem. CASS. Cic. fam. 12, 12, 1 LIV. 5, 15, 4. 22, 7, 11 circumfundebantur *nuntiis* ... neque avelli ..., -m ordine omnia inquisissent, poterant. 24, 16, 11 (*loq. Ti. Gracchus*) -m omnes ... aequassem, ... neminem ... notasse volui. 24, 18, 9 non -m pulsus ... hostis esset finitum stipendiorum tempus erat. *al.* δ *perf.* (*in apodosi praes.; cf. p. 1415, 46*): COLVM. 2, 8, 5 *auctor quidam* asseverat, -m impluverit, ... sata non infestari. 2, 17, 5 non expedit inducere maiorem vim rivorum, -m conspissatum ⌞fuerit⌟ (*omisit pars codd.*) ... solum. SCRIB. LARG. 80. *al.*

B *quae omnino non fit*: **1** *eo, quod quis eam (prudenter vel caute) impedit, praevenit ut infestam, periculosam, damnosam, temerariam sim.* (*huc pertinere videntur loci manci*: PACVV. trag. 198 *mater*, sepeli natum ⟨tuum⟩, -m ferae volucresque [*exciditne verbum an subaudias* sepeliunt?]. TITIN. com. 2 -m auro privatae purpuramque aptae simus [*sine apodosi trad. ut*: ACC. trag. 189 -m ... facinus oculi vescuntur tui]): **a** -m *inducit indicat.*: α *praes.* (*apodosis exhibet indicat., coni., imperat. praes.*): PLAVT. Capt. 832 aperite ... fores, -m pultando assulatim foribus exitium adfero (*item* -m *in circumscriptione minarum*: Curc. 567 reddin an non virginem, -m te huic meae machaerae obicio? Poen. 1399 ut minam mi ... reddas, -m in nervom abducere. Trin. 984). Epid. 616 quin tu mi adornas ad fugam viaticum, -m pereo? (TER. Andr. 311. *cf. l. 71 sq.*). Men. 921 quid cessas dare potionis aliquid, -m percipit insania? Poen. 790 quid ego dubito fugere ..., -m ... ad praetorem trahor? ENN. scaen. 162 auxilium ... peto, -m oppeto malam pestem. 286 *Iuppiter* inspice hoc facinus, -m fit (fiat *Vahlen*); ⌞prohibe prohibe esse scelus⌟ (⌞ ⌟ *cod. unus Probi, v. Lennartz, Non verba sed vim, 1994, 199 sq.; cf. Eur. Med. 1252 sq.* πρίν). TER. Andr. 558 id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur ..., -m ... lacrumae confictae dolis redducunt animum ... ad misericordiam. Phorm. 897 nunc conveniundust Phormio, -m dilapidat (-et *var. l.*) nostras triginta minas, ut auferamus. 1037 -m huic respondes temere, audi. VAL. FL. 6, 431 cum Iuno ... extremam molitur opem, funesta -m consilia ac saevas aperit rex *Aeetes* perfidus iras. β *perf.*: PLAVT. Aul. 397 sed cesso, -m prorsus perii, currere? (Most. 79 facite huc ut redeat ... senex, ..., -m omnia periere). SALL. Iug. 97, 4 -m exercitus ... sarcinas colligere ... quivit, equites ... in nostros incurrunt.

b -m *inducit coni.*: α *praes.* (*apodosis exhibet praes. vel imperat. praeter p. 1415, 6. 8*): PLAVT. Men. 846 ibo, abducam, qui hunc ... devin-

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciant, -m turbarum quid faciat amplius. Rud. 455 ut confugiamus, -m ... leno veniat nosque hic opprimat. Cato agr. 53 *fenum* secato cavetoque, ne sero seces; -m semen maturum siet, *fenum* secato (*hinc* Plin. nat. 18, 260 *fenum* ne sero seces: -m semen maturum sit). Planc. Cic. fam. 10, 21, 6 *ut exercitum submittas*, -m hostes ... corroborentur. Varro rust. 1, 27, 2 -m ex iis, *sc. quae sunt e terra enata*, quid seminis cadat, ut sint exradicata. Verg. georg. 3, 468 continuo culpam ferro compesce, -m dira per incautum serpant contagia vulgus. Aen. 11, 809 -m tela inimica sequantur, ... sese ... abdidit *lupus*. Liv. 27, 9, 5 -m ad ultimam ... egestatem perveniant *socii*, ... *negandos milites* populo Romano esse. Cels. 7, 2, 1 -m indurescant *abscessus*, cutem incidere ... oportet. Phaedr. 3, 10, 5 exploranda est veritas multum (semper *var. l.*) -m stulta prave iudicet sententia. Colvm. 2, 13, 1 *si*, quod falx reliquerit, -m inarescat, vomis rescindat atque obruat. *al.* β *imperf.* (*sec. praeteritum vel praes. hist. apodoseos*): Cato orig. 55 boves immolatos, -m caederentur, profugisse in silvam. Cic. Pis. 58 cur hunc non audistis tam doctum hominem ..., -m in istum errorem inducemini? Phil. 2, 96 non ... a te emit, sed, -m tu suum sibi venderes, ipse possedit. Pomp. Cic. Att. 8, 12^{b}, 1. Caes. Gall. 2, 12, 1 -m se hostes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessionum ... exercitum duxit. *al.* Sall. Iug. 54, 10 Numidae, -m ex castris *Romanis* subveniretur, ... discedunt. Liv. 10, 41, 7 adniterentur vincere, -m gloria alterius exercitus foret. 37, 18, 11 tempus venisse ratus, -m ... urgeretur, agendi de pace. *et saepe.* Avr. Fronto p. 73, 2 occupavi ... *scorpionem* occidere, -m supra accumberem. Svet. Aug. 19, 1 coniurationes ..., -m invalescerent, ... detectas. *al.* γ *plusquamperf.*: Caes. Gall. 7, 56, 1 ut, -m essent maiores eo coactae copiae *hostium*, dimicaret. Verg. Aen. 1, 472 avertit equos *Rhesi* in castra, -m pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.

2 *eo, quod morte, interitu sim. praevenitur* (*sc. fere naturali, aliter e. g. l. 23. 51, cf. et l. 75 sqq.*): **a** -m *inducit indicat.*: Plavt. Trin. 526 vinum, -m coctumst, pendet putidum. Cic. Mil. 99 praeclare ... vixero, si quid mihi acciderit (*sc. occidero*), -m hoc tantum mali videro. Scaev. dig. 32, 41, 7 si ..., -m ... satisfactum erit, morieris. *al.* **b** -m *inducit coni.*: Plavt. Rud. 494 utinam, te -m oculis vidissem meis, ... in Sicilia perbiteres. Cic. Phil. 5, 47 saepe magna *virtus* ..., -m rei publicae prodesse potuisset, exstincta est. Liv. 33, 42, 6 *quidam* mortuus est adulescens, -m ullum magistratum caperet. 35, 35, 19 -m ⟨a⟩ media acie succurreretur, exspiravit. Colvm. 4, 33, 3 interdum, -m enascatur, ... nux inarescit aut ... putrescit. 6, 27, 7 *fetus equae*, -m adolescat, morte absumitur. *al.*

3 *variis de causis* (*cf. p. 1339, 67 sqq.; inducit coni. praes. vel imperf., perf. l. 46. 62, plusquamperf. l. 44. 54; indicat. l. 59. 69, sine copula l. 66 sq.; exempla selecta minus dubia*): Plavt. Mil. 886 multos saepe vidi regionem fugere consili, -m reperta⟨m⟩ habere⟨nt⟩. Varro Men. 145 -m responderem, foris nescioquis occupat res indicare. Cic. nat. deor. 2, 144 *aures ita factae*, ne adiectae voces ... errarent, -m sensus ab his pulsus esset. Lent. Cic. fam. 12, 14, 5 *ne*, -m reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar. Lvcr. 1, 53 ne mea dona ..., intellecta -m sint, contempta relinquas. 3, 823 recedunt pulsa, -m, quid noceant, sentire queamus. Caes. Gall. 6, 4, 1 conantibus, *sc. in oppida convenire*, -m id effici posset, adesse Romanos nuntiatur; necessario sententia desistunt *eqs.* civ. 3, 86, 1 *Pompeius* dixerat, -m concurrerent acies, fore, uti exercitus Caesaris pelleretur. 3, 109, 5 *legatos*, -m audiret aut, cuius rei causa missi essent, cognosceret, corripi atque interfici iussit. Liv. 2, 31, 6 -m ad coniectum teli veniretur, obstupefacti ... in aversas valles desiluere *hostes* (*sim.* 7, 26, 9. 26, 40, 10). 7, 13, 6 -m expertus nos (non *var. l.*) esses, de nobis ... desperasti. 28, 15, 2 coactos ..., -m cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. 35, 28, 10 -m ... contraheretur certamen, nox intervenit. 37, 46, 5 in ripa Tiberis ... -m comprehenderetur, gladio se transfixit (*nisi ad 2*). Val. Max. 3, 3 ext. 5 tyrannus tortorum manus frustra fatigavit; rupit enim verbera, ..., lamminas extinxit, -m efficere potuit, ut ... conscios indicaret *tortus*. 6, 3, 3 -m mereri posset, expertus est *animadversionem*. Sen. nat. 5, 10, 2 brevissimis diebus sol desinit, -m frigus evincatur. Qvint. inst. 2, 11, 5 nonnulli certa sibi initia, -m sensum invenerint, destinant. Apvl. mund. 9 p. 308 (*origo nivis*) -m in aquam defluant *densae nubes*, ... *spumas* faciunt et mox gelatus umor ... inhorrescit. *al.* *respectu temporis evanescente de ea actione, quae deest, desideratur* (*ut pro* -m *exspectares* quin): Varro rust. 1, 40, 2 *sunt semina* prima, quae sine colono, -m sata, nata; secunda, quae ex iis collecta neque, -m sata, nata *sunt*. Vitr. 2, 5, 3 (*de calce exstinguenda*) liquor ... et aer cum exustus et ereptus fuerit, habueritque *lapis* in se residuum calorem latentem, intinctus in aqua, ⌞-m ex igni vim recipit⌟, umore penetrante in foraminum raritates confervescit (⌞ ⌟ prius quem [*i.* q. p.] *calorem* ex ignis vi recepit *Krohn et ante* intinctus *transp.*; -m ea *aqua* ignis vim recipit *Rose; v. quae exponam Mus. Helv. 54, 1997*).

II *praevalente respectu praeferendi, ut vergit in vim q. e. potius quam* (*cf. p. 1341, 35 sqq.; non nisi c. coni. praes. vel. imperf.; exempla certiora*): Plavt. Amph. 240 animam omittunt, -m loco demigrent (*item in praefe-renda morte*: Aul. 154. Enn. scaen. 203 mortem obpetam, -m evenat quod ... gemam [*cf. Eur. Hec. 498 πρίν*]. Cic. Tusc. 5, 77 cum exanimarentur, -m victos se faterentur *Lacedaemonii. al.*). Nep. Epam. 3, 6 -m (potius quam *Halm*) acciperet pecuniam *collatam*, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat. Qvint. decl. 328, 2 et hoc, *sc. discordiam rei cum fratre*, -m ad causas pertineat occidendi, ad crimina personae admittimus.

III *accedente respectu locali* (*sc. in descriptione motus cuiusdam*): Ter. Ad. 583 ito ad dextram; -m ad portam venias, apud ipsum lacum est pistrilla ...; ibist (Brvt. Cic. fam. 11, 13, 2 constitit nusquam, -m ad Vada venit). Nep. Dat. 9, 5 -m pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi *telis* conciderunt (Liv. 21, 31, 9 *per oram* tendit ... haud usquam impeditā viā, -m ad ... flumen p. 42, 15, 5. Plin. nat. 37, 199 -m ad oculos perveniat, desinens nitor). Plin. nat. 4, 38 in septem lacus eum *amnem* fundi, -m dirigat cursum. *al.*

***appendix grammatica et stilistica*:** **1** *pendet plerumque e verbi forma finita apodoseos* (*ex inf. hist. p. 1411, 47; iuxta ponitur aliud enunt. secund. e. g. p. 1411, 49. 55. 1412, 21. al.*; -m *occurrit iuxta indicationes temporis apodoseos vel eas explicat e. g.* Plavt. Bacch. 932 nunc. Nep. Hann. 11, 1 [*abl. absol.*]. Liv. 39, 5, 17 eo die. Qvint. decl. 264, 8 interim. *sim. al.*). *intercedit forma non finita: (acc. c.) inf. e. g. p. 1411, 27 sqq. 1412, 8 sqq., part. coni. e. g. l. 14. p. 1414, 20* (*huc traxerim et* Pomp. Trog. hist. prol. 17 repetitae ... Pyrrhi res gestae, -m in Italiam traiecit). *pendet ex abl. absol. e. g. l. 13. p. 1413, 7. al., e gerund. p. 1414, 29. 1415, 22* (*aliter p. 1411, 54*). *pendet e nomine* (*exempla certiora*): Plin. nat. 10, 20 Masurius sanqualem ossifragam esse dicit, inmusulum autem pullum aquilae -m albicet cauda (*sim.* Porph. Hor. carm. 4, 5, 30 viduas arbores dixit, -m vites adiunctas habeant). 18, 14 augurio canario agendo dies constituantur, -m frumenta vaginis exeant *eqs.* 30, 31 fimo agnorum, -m herbam gustaverint (*inde* Marcell. med. 14, 48 gustent). Psalt. Rom. 26, 1 (*rubrica*) ⌞psalmus⌟ David, -m liniretur (⌞ ⌟ *omisit* Vvlg., *Hier. psalt. sec. Hebr.* David *solum; gr. τοῦ Δαυιδ· πρὸ τοῦ χρισθῆναι*). Avg. civ. 2, 19 tit. de corruptione ... rei publicae, -m cultum deorum Christus auferret. Cod. Theod. 8, 5, 33, 2 *tales vestes*, quae, -m moventur, inspectione gravitatis tuae *non displiceant*. Sacr. Leon. 239 *Iohannes baptista*, praedicator, -m *eqs.*

2 -m *inducit*: **a** *indicat.*: *praes.*: *p. 1412, 17 sqq. 55 sqq. 1413, 50 sqq. 1414, 16 sq. al.* (*praes. hist. p. 1411, 17 et* Sil. 17, 99). *imperf.: p. 1411, 21. 1414, 18 sqq. fut.: p. 1412, 26 sqq. 60 sqq., cf. p. 1413, 59. perf.: p. 1411, 13 sqq. 1412, 29 sqq. 66 sqq. 1414, 7 sqq. 70 sqq. 1415, 59. 67. plusquamperf.: non nisi* Mart. Cap. 9, 925 (*coni. imperf. var. l.*). *fut. exact.: p. 1412, 32 sqq. 1413, 72 sqq. 1415, 31 sq., cf. p. 1413, 35.* **b** *coni.: praes.: p. 1412, 8 sqq. 38 sqq. 73 sqq. 1413, 58 sqq. 1414, 21 sqq. 74 sqq. al. imperf.: p. 1411, 27 sqq. 1413, 43 sqq. 1414, 30 sqq. 1415, 36. al. perf.: p. 1412, 6. 51. 1413, 35 sqq. 1414, 44 sqq. 1415, 40. plusquamperf.: p. 1411, 69 sqq. 1414, 35 sqq. 1415, 25 sqq. 33 sqq. 40.* **c** *inf. sec. gr. πρὶν*: Vet. Lat. act. 7, 2 (cod. 50) *deus* visus est ... Abrahae, cum esset in Mesopotamia, -m habitare eum in Charrae (cod. 51. *al. et* Vvlg. *coni. imperf., gr. πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν*).

3 *per abundantiam quandam ponuntur in apodosi:* **a** *adv.*: prius: *v. p. 1342, 51 sqq.* ante: Ter. Andr. 558. Sil. 16, 661 (*in edd. vet.*, auri *trad.*). Pomp. dig. 13, 6, 13, 1 Mart. Cap. 9, 925 Cod. Theod. 10, 8, 2. Ps. Vict. Vit. pass. 6 ante ... -m (quam *var. l.*). primum: Vet. Lat. Luc. 11, 38 (cod. 4. *al.; cf.* cod. 3. *al.* prius). **b** *verba praeveniendi:* antecapere Sall. Catil. 32, 1, occupare Varro Men. 145 (*al., vol. IX 2, 389, 45, ubi addere possis* Avr. Fronto p. 73, 2), praemeditari Liv. 38, 3, 8, praeolere Fronto p. 8, 16, praescire Avg. civ. 11, 19 p. 487, 1, praevenire Liv. 33, 41, 3.

4 *iteratur* -m Liv. 37, 45, 13 Scaev. dig. 24, 1, 66, 1. Gavdent. serm. 19, 31 (*quater*). *al.* *Terkelsen.*

? **priustina** *veriloquii gratia fictum v. p. 1377, 67.*

prīvus, -a, -um. **[**prīvus ⟨*preiu̯os; *v.* preivatod *p. 1388, 67 et cf. umbr.* prever < *preiu̯oi̯s *abl. plur. 'singulis'; ital.* *prei̯-u̯o- *fortasse derivatum est ab adv.* *prei̯, *sed parum perspicitur quomodo notio orta sit: 'seorsum stans' < 'ante stans'? v. Ernout-Meillet, [4]1959, 536a; Pokorny, Indog. etym. Wb. I 812* (*prei̯); *Brugmann, Grundriß[2] II 1, 206* (*de suffixo* *-u̯o-). *Fo.*] *compar. et superl. desunt.* *de notione*: Pavl. Fest. p. 226 -os -asque antiqui dicebant pro singulis; ... hinc et privilegium et privatus (Gell. 10, 20, 4 [*affert* Lvcil. 50]. Non. p. 159, 29 [*affert* Lvcil. 50 Lvcr. 3, 723]. *cf. l. 74. p. 1398, 54*). Non. p. 35, 17 -um est proprium uniuscuiusque, unde res privata (*affert* Lvcil. 1061. 50. *cf.* Schol. Hor. sat. 2, 5, 11 -um: *ἰδιαίτατον* [*sequuntur verba gr. corrupta*] ...; -um autem est, quod unius est [*affert* Plavt. frg. inc. 29]). Gloss. IV 273, 7 (*sim.* V 646, 12, *e* Non. *supra*) -is: singulis, privatis. *vox prisca* (*v. l. 68 et* Gell. 10, 20, 4) *legitur recte tradita vel certe restituta singulis vel binis locis apud*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT., LVCIL., SALL., HOR., OV., LIV., FEST., GELL. *al., paulo saepius apud* CATONEM, LVCR., IVL. VAL.; *coniecturarum dubiarum, quas infra exclusimus, hae sunt potiores*: QVADRIG. hist. 32 LVCR. 3, 378. 380 HOR. ars 60 MANIL. 2, 126. VITR. 8, 3, 4 (*v. p. 1142, 38*). GERM. frg. 4, 16 LVCAN. 5, 612 IVV. 8, 68 ARNOB. nat. 6, 19. *al.; v. etiam* LVCIL. *p. 1407, 34.* CIC. *p. 1389, 32* (*e legibus antiq.*). [*confunditur in codd. cum* primus, prius *sim.* HOR. sat. 2, 5, 11 LIV. 30, 43, 9. *et saepe, ceterum e. g. cum* pravus, *v. p. 1138, 46, quae infra non notavimus; restituitur haud raro, v. l. 2 sqq. 21. 23. 30. 50.*]

significatur quod separatum, discretum est: **1** *a possessione communi, ab usu aliorum sim., eo quod separatim tributum est, ad unum tantum pertinet*: **a** *vi distributiva* (*sive strictius, ut suum cuique tribui videatur, sive laxius, ut quolibet respectu singula significentur, e. g. l. 22. 23. 30; iuxta numeros distributivos l. 16. 20. 21. 26, accedit* quisque *l. 22. 23* [*cf. l. 32*]): PLAVT. Pseud. 865 *coqui furacis* discipulis -os custodes dabo. frg. inc. 29 ferte fustes -os in manu. CATO agr. 3, 5 *olearia* vasa bina esse oportet ...; trapetos bonos -os impares esse oportet; ... funes loreos -os, vectes senos, ... medipontos -os loreos. 10, 4 dolia *tot*, ... serias *tot*, ... opercula doliis, seriis -a (11, 2 o. doliorum et tectaria -a). 26 -as ... scopulas in dolia facito habeas. LVCIL. 50 *cenantibus* abdomina tunni ... -a dabo. 1061 culcitulae accedunt -ae centonibus binis. LVCR. 3, 372 corporis atque animi primordia singula -is adposita (primis *trad.*). 3, 389 *minimorum animalium* -a pedum vestigia quaeque *non sentimus.* 3, 723 *animas* -as in corpora posse venire. 4, 261 non -am (primam *trad.*) quamque ... particulam venti sentire ..., sed magis unorsum. 4, 566 *vox praeconis* in -as se dividit auris. 5, 274 *aer* -as mutatur in horas (*cf.* 5, 733 in ... dies -os). LIV. 7, 37, 2 milites ... -is bubus binisque tunicis donati (*ita fere editur deleto glossemate* singulis, *v. app. crit.*). 30, 43, 9 (*e senatus consulto*) ut -os lapides silices -asque verbenas secum ferrent *legati.* IVL. VAL. 1, 41 sibi ipsos habere -os *satrapas praedam* amicisque largiri (*gr. p. 44, 6 παρ' ἑαυτοῖς tantum*). ARNOB. nat. 5, 22 in partibus -is ([pravis *trad.; antea*: membra ... per singula]. AVSON. 300, 26 p. 171 moenium). *usu pro subst. masc. vel neutr.*: FEST. p. 371 quae *aedificia* in oppido -i (-e *edd. vet.*) in suo quisque loco proprio ... aedificat (-cant *Lindsay*). CARM. de fig. 85 (*tit. μερισμός*) cum -is propria attribuas, fit distribuela. **b** *respectu distributionis sublato fere i. q. proprius, praecipuus* (*lectione dubia* IVL. VAL. 2, 34 illud ⌞ut -i⌟ maximum testimonium [⌞ ⌟ *codd. AP*, honoris primi *T*]): HOR. sat. 2, 5, 11 turdus sive aliud -um dabitur (PORPH. privatum. *cf. p. 1416, 72*). epist. 1, 1, 93 locuples, quem ducit -a triremis (SCHOL. propria; alii -am intellegunt, quae una uni adsignatur *eqs.*). GELL. 11, 16, 1 Graeci ea dicunt -is vocibus, *quae nec pluribus latinis apte dici possunt.* IVL. VAL. 2, 30 tibi -um munus istud habebis ..., Bucephalam equum. 3, 7 *ut milites elephantorum auxilio destituti* ipsi -is (*Axelson*, -i *vel* prius *codd.*) inter sese virtutibus experirentur. AVSON. 26, 6 p. 329 *quidam* Martem ... *et* Romulum -os parentes nuncupans. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 10 -o naturae bono contentus *Plato non petivisset Pythagoreos.*

2 *a participatione rei alicuius, a relatione ad aliquid, sc. cum gen. fere i. q. alienus alicuius rei* (*structuram testatur* ARVS. gramm. 462 *allato* SALL.): *de animantibus*: SALL. hist. frg. 1, 78 *dux quidam* numero ... praestans, -us ipse militiae. APVL. Socr. 3 p. 122 philosophiae turba imperitorum, ... -a (prava *fere trad.*) verae rationis, inops religionis. *de verbis*: OV. trist. 2, 138 edictum ... lene fuit: quippe relegatus, non exul, dicor in illo, -aque ⌞fortunae⌟ sunt tibi verba meae (parvaque, parcaque *sim. var. ll.*; ⌞ ⌟ *i. bonorum, ut 5, 2, 57, v. quae exponet Beikircher, Mus. Helv. 54, 1997; ad 1b trahunt alii*).

[*adv.* **prīvē** *v. l. 32.*]

deriv.: privo; *cf.* priveras, priviclioes.

compos.: privilegium, privignus; *cf.* proprius.

prīz(i)ē *v.* pridie. *Brenner.*

1. ˢ**prō** *praepos.* (*de adv. v. p. 1418, 19*). [*cum praepositio semper vocalem longam exhibeat (cf. l. 72), in compos. occurrit etiam* prŏ-, *cf.* prŏ-ficisci *et imprimis nomina prisca* prŏ-brum, prŏ-bus. *utraque forma ipsis initiis tribuenda est, cf. in linguis cognatis e. g. osc.* pru < *prō, *gr. πρό* < *prŏ; *sed forma per* d *litteram ante vocales aucta* prōd- (prōd-esse, prōd-īre) *posterior est, cf. enim compos. prisca* prōmere < *pro-em-, prōlēs < *pro-al-. *de formis v. Leumann, Gramm. 1977, 560 sq., de notione et usu Hofmann-Szantyr 269 sqq., qui primariam esse vim localem iure contendunt. cf.* 2. prō. *Fo.*] *scribitur* por CIL III 3493 INSCR. christ. Diehl 2490[A], *cf. p. 1418, 25,* po *l. 69. abbrev.* p LEX agr. (CIL I[2] 585) 28 PROB. litt. sing. 3, 1. 5, 22. 6, 25. *al.*, p̄ CIL IX 306 (*christ.*), p′ PAP. mil. Fink 1 col. XXII 15 (*a. 219*), po INSCR. christ. Diehl 2345[A] adn. TAB. Albertini 28, 8 (*a. 494*). *al.*, pr INSCR. numm. imp. I[2] p. 67 n. 349 (*a. 16 a. Chr.*). CIL IX 4209, 5 (*aetate Tiberii*). *al.* NOT. Tir. 1, 11 -o. 23, 97 -o plebe. *sim. al. de prosodia*: VLT. SYLL. gramm. IV 255, 4 -o praepositio, cum casualis fuerit, semper producitur ..., at cum loquellaris fuerit, varie ponitur (*quaedam composita corripi testantur etiam e. g.* GELL. 2, 17, 3 PRISC. gramm. III 49, 12 *sec.* procul *vel praepos. gr. πρό*). *cum apice scribitur* R. GEST. div. Aug. 9 (*sed deest ibid.* 1 *et saepius*). CIL XIII 6703 (*saec. I*). *al. de notione* (*eius varietatem miratur* GELL. 11, 3 *non additis explic.*): VARRO ling. 6, 58 (*respiciuntur compos.* pronuntiare *et* proludere) -o idem valet quod ante (PAVL. FEST. p. 228 [-o ostio]. NON. p. 523, 6 [-o templo]. *al., e. g. p. 1420, 12*). frg. Fest. p. 246 *v. infra p. 1431, 48* (*item significari dicitur i. q. in*: PAVL. FEST. p. 226 -o sententia ac si dicatur in s., ut -o rostris. 228 [promittere barbam. *al.*]. DOSITH. gramm. VII 417, 5. *al.*; in *distinguitur p. 1419, 37*). PAVL. FEST. p. 228 -o ponitur etiam -o amplificando ac palam faciendo, ut prodi, ... propelle; alias -o privandi facultate, ut in propudio, prohibendo *eqs.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 305, 11 [19] significat ... derogationem [*ut* profanus]). CHAR. gramm. p. 305, 11 (13) significat et porro ..., *ut* provocavit, ... produxit (DOSITH. gramm. VII 416, 23 [profundum]. *al.*); ... item quod ... *ὑπέρ* dicitur, quasi -o Rabirio (DIOM. gramm. I 414, 29. *al.*); ... item quod ... *ἀντί* dicitur (DIOM. gramm. I 414, 26. *al.*); ... item quod ... *κατά* dicitur, quasi -o meis viribus (*cf.* PRISC. gramm. III 49, 17 -o viribus suis, hoc est ad v. suas). GLOSS. *ἀντὶ καὶ ὑπέρ, πρό, ἔμπροσθεν, ὡς. al. legitur praepos. inde ab inscr. legibusve antiquissimis* (*p. 1425, 19. 1428, 61. 1431, 46. 1432, 1*), LIV. ANDR. *p. 1426, 47 per totam latinitatem; adverbii vestigia inveniri possunt in vocibus* proquam, protinus, prout *ceterisque compositis* (*cf. tmesin* proque voluta LVCR. 6, 1264), *sed vix agnoscenda sunt his locis*: PLAVT. Curc. 487 (prod(e) *Lindsay, supra p. 372, 63*). POMPON. Atell. 106 (*coni.* primo, *v. p. 160, 50*). INSCR. Année Épigr. 1934 n. 164 (*Tigavae, in dolio scriptum*) ora -o i(n)scriptorem, sic (h)abes d(eu)m -o (*subaudias* te *an solvas* pro(pitium)*?*). [*sard. centr.* pro, *mer.* po; *francog.* pour; *hisp.* por, para; *port.* por. *cf. M.-L. 6762. Wagner II 312 sq. Wartburg IX 399 sqq. Corominas[2] IV 611. 388 sq. Machado[3] IV 401 sq. St.*] [*variat in codd. maxime cum* prae, *v. p. 372, 45 sqq., et* per, *v. vol. X 1, 1130, 18 sqq., ceterum e. g. cum* propter CIC. Verr. II 1, 6. *al.* (*cf. p. 1434, 50. 59. al.*), procul LIV. 6, 40, 17, prope LVCAN. 7, 298.]

sequentes potius rationem notionum explicandarum quam ordinem testium antiquissimorum, quos invenies sub III et IV (v. supra l. 18), exempla sic digerenda putavimus:

I *vi locali*:
- **A** *exempla varia significantia situm*: **1** *ante aliquem locum: p. 1419, 12* (*ita ut quis eum locum a tergo habeat p. 1419, 14; ad eum conversus sit p. 1419, 40*). **2** *in anteriore parte loci: p. 1419, 67.*
- **B** -o rostris, -o tribunali *sim.: p. 1420, 8.*

II *respicitur praesidium vel commodum*:
- **A** *strictius, sc. defendendo, succurrendo*:
  - **1** *notione originaria de eo cui favetur*: **a** *pugnando, subeundo pericula: p. 1420, 54.* **b** *sacrificiis, votis: p. 1421, 6.* **c** *dictis, scriptis: p. 1421, 62.* **d** *cautione: p. 1422, 53.* **e** *affectu animi: p. 1422, 70.* **f** *quolibet modo: p. 1423, 23.*
  - **2** *notione deflexa de malis arcendis: p. 1423, 66.*
- **B** *laxius:* **1** *cum respectu dandi, attribuendi: p. 1424, 18* (*colore commodi evanescente respicitur quo quid pertineat p. 1424, 30*). **2** *cum respectu adipiscendi, sc. de fine, effectu: p. 1424, 44.*

III *respicitur obtinendus locus alterius*:
- **A** *substitutione*: **1** *succedunt animantes: p. 1425, 15.* **2** *supponuntur res: p. 1425, 63* (*cum colore praeferendi p. 1426, 18; substituuntur verba singula p. 1426, 21*).
- **B** *compensatione*: **1** *de eo, cuius causa pretium datur: p. 1426, 45* (*in delicto expiando p. 1426, 46; in beneficio, merito remunerando p. 1427, 21; in negotiis p. 1427, 57; in variis condicionibus p. 1428, 8*). **2** *de ipso pretio: p. 1428, 42.*
- **C** *comparatione eius, quod condicionis similis vel eiusdem esse putatur*:
  - **1** *ad indicandam condicionem iuris*: **a** *hominum: p. 1428, 59* (*technice* -o consule *sim. p. 1429, 28*). **b** *rerum: p. 1430, 9.*
  - **2** *ad indicandas varias qualitates*: **a** *cum verbis aestimandi, iudicandi: p. 1430, 41.* **b** *exempla cetera: p. 1430, 60.*

IV *respicitur cui quid respondeat*:
- **A** *de mensura*:
  - **1** *usu sollemni*: **a** *secundum ius, potestatem legitimam: p. 1431, 44* (*ex auctoritate coetus cuiusdam p. 1431, 73*). **b** *secundum hominum indolem sim.: p. 1432, 24* (-o se quisque *p. 1432, 45*). **c** *secundum varias condiciones: p. 1432, 71.*
  - **2** *iuxta adi. vel adv.: p. 1433, 34.*
  - **3** *abiit in vim modalem: p. 1433, 69.*
- **B** *de causa*: **1** *generatim: p. 1434, 9* (*de causa affectuum p. 1434, 65*). **2** *locutiones*: -o re *p. 1435, 14*, -o causa *p. 1435, 20*, -o eo quod *sim. p. 1435, 35.* **3** *vi attenuata de occasione: p. 1435, 61.*
- **C** *de mera relatione: p. 1436, 1.*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

V *recentiora et singularia, sc. vi comparativa p. 1436, 33, temporali p. 1436, 34* (-o meridie *p. 1436, 49*), *instrumentali p. 1436, 67, additiva p. 1436, 71.*

appendix syntactica et stilistica: **1** *illustratur quo pertineat locutio praepos.: p. 1437, 1.* **2** *de structuris pendentibus: c. acc. p. 1437, 13, c. gen. p. 1437, 41, c. indeclin. p. 1437, 60.* **3** *de positione inversa: p. 1437, 72.* **4** *iuxta voces praeverbio* PRO *compositas: p. 1438, 6.*

I *vi* ***locali*** (*imprimis, ut significetur locus, unde quis agat [fere tuendo, defendendo, v. l. 14 sqq. et passim sub 2; nota explicationem l. 37]; subiecimus imagines quasdam, v. e. g. l. 27. 65*): **A** *exempla varia*: **1** *significatur situs ante aliquem locum* (*vel motus sim. eo [inde] factus, e. g. l. 18. 40. 65*): **a** *cum respectu directionis, ita ut qui (quod) ante stat*: **α** *eum locum a tergo habeat, in anteriora prospiciat* (*sc. locum defendens sim. vel inde exiens; indicatur directio l. 21 [cf. p. 1420, 14]; iuxta occurrit* ante *l. 31. 33; postposita fere sunt aedificia, ceterum homines vel eorum partes; exempla selecta inde a* CIC.): CATO orig. 91 proelium factum depugnatumque -o castris (CAES. Gall. 1, 48, 3 -o c. suis copias produxit et aciem instructam habuit. 2, 8, 3 loco -o c. ad aciem instruendam ... idoneo. *al.* SALL. Iug. 100, 4 equites ... mittere. *al.*). LEX Bant. (CIL I^2 582) 17 *magistratus quidam* ⟨consistunto -o ae⟩de Castorus ... in forum vorsus et ... iouranto (CIC. Phil. 3, 27 sedens. *al.*). CIC. Mil. 2 quae *praesidia* -o templis omnibus cernitis (VERG. Aen. 8, 653 custos ... arcis stabat -o templo *Iovis* [NON. p. 523, 6 *ad l.* -o et ante significat. *sed* SERV. auct. -o defensione templi, hoc est in templo; namque *eqs.*]). VERG. Aen. 10, 82 -o ... viro nebulam ... obtendere (*nisi rectius substitutionem [v. IIIA] intellexerunt alii, ut et* SERV.). OV. ars 1, 200 (*in imag.*) stabit -o signis ius ... tuis. fast. 5, 135 *lares praestites* stant ... -o nobis (*v. p. 903, 61 sqq.*). LIV. 2, 20, 10 desiliunt ex equis ... et -o antesignanis parmas obiciunt (*nisi ad III*). 2, 53, 1 *castra* -o moenibus sociorum locata erant (23, 16, 4 instrui ... acies coeptae, Romanorum -o m. Nolae, Poenorum ante castra sua. *al.; cf. l. 50*). 23, 29, 4 in cornibus ... *pedites quosdam* locat ...; *equites* peditibus ... -o cornibus apponit (28, 14, 4 -o c. ante Punicam aciem elephanti *stabant.* QVINT. inst. 2, 13, 3 equites -o c. locet. TAC. ann. 14, 34, 2 conglobatus -o c. eques adstitit [*nisi ad p. 1430, 69*]). LVCAN. 6, 201 *Scaeva fortiter pugnans* stat non fragilis -o Caesare murus (*in imag., nisi ad II; ad IIIA trahunt alii*). SCAVR. gramm. VII 32, 8 sqq. non 'in scena', sed '-o scena' ... pronuntiare actorem; nam scena significat graece domus: cum e scena actor exiit, venit in pulpitum ..., -o scena itaque actor est. APVL. met. 9, 20, 4 quo *adultero* ... -o limine liberato (*sc. dimisso sim.*). *al.* **β** *ad eum locum conversus sit, ei opponatur* (*huc pertinet p. 1420, 40*): LIV. 30, 18, 2 -o ... cornibus praetor ac proconsul milites ... hortabantur. CARM. de bell. Aeg. 8, 3 castra ... -o muris *urbis expugnandae* ... ponunt. SVET. Otho 3, 2 *exclusum amatorem* -o foribus astantem. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 200, 7 habemus ... -o oculis illam terribilem vocem (*affertur Gal. 1, 8*). VITA Caes. Arel. 1, 43 -o eadem *femina* in oratione prosternitur (*nisi ad p. 1421, 6*).

b *neglecto (vel incerto) respectu directionis respicitur quaelibet positio ante aliquid* (*exempla selecta inde a* LIV.; *vix huc p. 1433, 9*): ENN. ann. 628 (*Naevii? v. Skutsch ad l., p. 792*) apud emporium in campo hostium -o moene (*huc traximus deficiente contextu; cf. l. 31*). CATO orig. 96 urbes insulasque omnes -o agro Illyrio esse (*nisi ad p. 1428, 53, sed v. Chassignet ad l., p. 100. item in geographicis*: AVIEN. ora 705 urbis hic situs: -o fronte litus praeiacet. orb. terr. 776 -o quibus *rupibus* ingenti consistens mole per undas insula [*gr. 591 προπάροιθε*]. *al.*). SENT. Minuc. (CIL I^2 584) 16 ibi terminus stat in monte -o cavo. CIC. Phil. 2, 64 hasta posita -o aede Iovis Statoris bona *venum data.* SALL. Catil. 18, 8 -o curia signum sociis dare (*cf.* PRISC. gramm. III 49, 8 dixit -o 'ante curiam'). OV. Pont. 2, 9, 26 victima -o templo cur cadat icta Iovis? CVRT. 10, 9, 14 -o equitibus planities erat. VAL. FL. 4, 181 varii -o rupe metus *erant* (*sc. caesorum capita sim.*). SVET. Iul. 61 *equi* instar -o aede Veneris ... dedicavit. Aug. 43, 4 *mirabilia quaedam* publicare ... apud saepta, ... in scaena, ... -o comitio. IVVENC. 2, 297 urnam mulier -o fonte reliquit (*Ioh. 4, 28*). *al.* -o pedibus (*cf.* ante pedes *vol. II 132, 63 sqq.*): APVL. met. 4, 27, 4 quidam ... saxo grandi -o p. arrepto ... iuvenem ... percussum interemit. TERT. anim. 6, 8 *philosophia non* prospicere -o p. *solet* (*item in imag.*: MIN. FEL. 12, 7 -o p. aspicere. *cf. Otto, Sprichw. n. 1389*).

2 *significatur situs in anteriore parte loci cuiusdam vel motus (actus) inde profectus* (*huc partim spectant B1 et 2 et 3, fortasse et l. 22 sqq. 32 sqq.; dedimus certiora quaedam*): BELL. Hisp. 13, 6 *oppidani oppugnati* pugnare -o muro toto coeperunt (19, 2 SIL. 1, 306. *al.*). SALL. Iug. 67, 1 mulieres ... -o tectis aedificiorum saxa ... mittere. VERG. Aen. 9, 575 (572) summis stantem -o turribus Idan ([SERV. *ad IIA trahit, ut* CLAVD. DON., *vel ad IIIC; cf. p. 1431, 22*]. LIV. 21, 7, 8 *v. infra.* SEN. Tro. 1092 ut summa stetit -o turre *se praecipitaturus. al.*). LIV. 21, 7, 8 -o moenibus ... atque turri tela micare (FRONTIN. strat. 1, 5, 5 raros -o m. sagittarios reliquit). 24, 22, 1 -o Concordiae ara ... contionem ... habuit (*cf. B1*). 26, 41, 6 ut -o ripa Hiberi stantes arceamus transitu hostes (TAC. ann. 2, 9, 2 sagittarii nostra -o ripa dispositi. *al.*). 45, 1, 8 *consul in circo* -o foris publicis denuntiavit populo *victoriam.* VAL. FL. 4, 110 -o rupe iugi media aequora supra. TAC. ann. 15, 5, 3 *legiones* -o Syria paratae ultro inrumpere *in Parthos.* FRONTO p. 241, 13 *Arion* -o puppi ... constitit. APVL. Socr. prol. 3 p. 106 neque colliniato -o fronte situ *lapidum in muro structo.* *al.*

B *locutiones quaedam pertinentes ad rem publicam* (*rem militarem l. 39. 44; fere notione sub A2 illustrata praeter l. 41*): **1** -o rostris (*sc. navium, quibus ornatus erat suggestus contionantibus structus in foro Romano; cf. p. 1418, 7 et* SCAVR. gramm. VII 32, 12 sqq. [*ex Varrone?*] -o r. dici oportet, cum is qui contionatur iis dicit, qui ante rostra sunt: -o enim et ante idem significant [*sim.* CAPER gramm. VII 104, 6 rostra voca, non prorostra, nam *eqs.*]): LEX repetund. (CIL I^2 583) 36 iudices ... -o rostreis in forum ⟨vorsus iouranto *eqs.*⟩. 42 *praetor* ⟨... c⟩oram ⟨iudici⟩bus in contione -o r. sententia ita pronontiato (SVET. Iul. 17, 2 Vettium ... -o r. in c. paene discerptum. HIER. epist. 60, 1, 3. *al.*). LIV. 38, 54, 9 non laudari -o r. P. Africanum *Literni mortuum* (*non significatur tam locus quam aliquid apud populum fieri ut*: FEST. p. 201 C. Gracchus -o r. in P. Popillium. VAL. MAX. 3, 7, 8 cum -o r. accusaretur. 5, 4, 5 *tribuno* -o r. ... legem ... referenti. *al.*). SEN. contr. 9, 2, 11 -o r. ... praetorem ... cenantem. VELL. 1, 11, 7 mortui ... lectum -o r. sustulerunt ... filii. 2, 19, 1 *Sulpicii necati* caput ... ostentatum -o r. 2, 56, 4. VAL. MAX. 3, 8, 3 -o r. Piso *consul* collocatus *a tribunis.* *al.* **2** -o tribunali (*saepe ad indicandam actionem magistratus publicam; mero fere respectu loci l. 27. 31; exempla selecta. cf.* SYNON. Cic. p. 440, 17 -o t., de summo loco, de superiore): CIC. Sest. 34 servorum dilectus habebatur -o t. Aurelio. fam. 3, 8, 2 -o t. cum aliquid ageretur *a proconsule* (*in eadem re* 3, 8, 3 me ... Synnadis -o t. ... disputavisse). LIV. 3, 19, 4 *consul* adsiduis contionibus -o t. ... in plebe coercenda *vehemens fuit.* 27, 19, 11 *Scipio* quae -o t. agenda erant peragit; inde cum se in praetorium recepisset *eqs.* SEN. suas. 6, 3 videbis illum -o t. locum, quem *Antonius* ... vomitu foedaverat (*cf. Cic. Phil. 2, 63* totum tribunal implevit). VELL. 2, 117, 4 *dux* iurisdictionibus agendoque -o t. ordine trahebat aestiva. VAL. MAX. 4, 1, 10 eius in censura moderatio -o t. apparuit. PLIN. epist. 1, 10, 9 sedeo -o t. 10, 81, 2 ut cognoscerem -o t. VET. LAT. Ioh. 19, 13 (cod. 2. *al.* = VVLG.) Pilatus ... sedit -o t. (*gr. ἐπὶ βήματος*). *al.* *inde iocose* -o sede: APVL. met. 6, 23, 1 completo caelesti theatro -o s. sublimi sedens ... Iuppiter sic enuntiat: '...'. **3** -o suggestu: CAES. Gall. 6, 3, 6 hac re -o s. pronuntiata. BELL. Afr. 86, 3 praemia fortissimo cuique ... -o s. tribuit, ac ... inde digressus *eqs.* **4** -o *coetu quodam* (*vi p. 1419, 40 illustrata*): ATTA com. 21 ⟨-o⟩ populo fluctus caecos faciunt per discordiam (*si recte trad.*). CIC. or. frg. A 7, 6 codicem tribunus pl(ebis) ipse -o contione legit (*et saepe, v. vol. IV 732, 50 sqq.; aliter infra p. 1429, 27*). SALL. Iug. 29, 6 uti -o consilio *militari* imperatum erat (*antea*: praesenti consilio; *vix ad p. 1431, 73*).

II *cum respectu* ***praesidii*** *vel commodi*: **A** *strictius, sc. defendendo, succurrendo, opitulando sim.* (*de cura cessante v. p. 1423, 53; gr. respondere solet ὑπέρ, quod infra non notavimus*): **1** *notione originaria de eo, cui favetur* (*accedit gerund. e. g. p. 1421, 38. 1423, 37; opp.* contra *l. 75. p. 1422, 40. et saepe*, in *c. acc. e. g. p. 1423, 34. 57. al.*, adversus *p. 1422, 16. 1423, 14. al., distinguitur* de *e. g. l. 75. p. 1422, 19, iuxta sunt praepos. causales e. g. p. 1423, 30. 41; locos quosdam simul ad p. 1425, 16 spectare vix mireris; agentes sunt fere homines, res e. g. p. 1421, 67 sq. 75*): **a** *pugnando, subeundo pericula, mortem sim.* (*usu derivando e vi locali, v. quae monuimus p. 1419, 9; pugnatur saepe -o amicis, propinquis,* -o patria *vol. X 1, 769, 4,* -o re publica *l. 60. 66. p. 1421, 4. al.,* -o vita *l. 59. 60, -o variis rebus e. g. l. 71. 74; cf. devotiones p. 1421, 13. 26*): PLAVT. Capt. 229 -o tuo caro capite carum offerre ⟨me⟩ meum caput vilitati. ENN. scaen. 136 ut ... -o vostra vita morti occumbant *liberi nostri* (CIC. Sest. 29 -o re publica vel mortem oppetere. Tusc. 1, 116 mortem expetiverunt -o vita civium. *sim. al., v. e. g. vol. IX 2, 46, 29 sqq. 750, 22 sqq.; iungitur cum subst. e. g.* OV. trist. 5, 14, 41 morte nihil opus est -o me. LIV. 9, 4, 10 mortem -o patria praeclaram esse). LVCIL. 655 depugnabunt -o te ipsi et morientur (CIC. S. Rosc. 37 -o quo *parente.* Mil. 104 leg. 2, 5. *al., e. g. vol. X 1, 769, 14 sq.*). RHET. Her. 3, 3, 5 quodlibet -o patria, parentibus ... adire periculum (4, 44, 57 sapiens nullum -o re publica p. vitabit. *al.* CIC. div. in Caec. 63 -o sociis ... ad p. accedere. Sest. 23. *al.*). 4, 9, 13 qui *socii* -o nobis pugnare ... soliti sunt (CIC. S. Rosc. 16 -o eorum *nobilium* honestate. *al.* CAES. civ. 2, 28, 2 -o iis. *al., v. e. g. vol. VII 2, 1313, 21 sqq.*). 4, 44, 57 -o re publica perire (*ibid.* -o multis. HOR. carm. 4, 9, 51 -o caris amicis. *al.*). *al.* CIC. S. Rosc. 149 -o hac nobilitate pars maxima civitatis in armis fuit (Rab. perd. 21 *cum* -o salute communi arma cepissent. *al.* LIV. 24, 47, 7 Arpini ... -o Romanis adversus Carthaginiensem arma verterunt. *al.*). Font. 30 ceterae *gentes* -o religionibus suis bella suscipiunt, istae *Gallicae* contra omnium religiones (off. 2, 26 b. aut -o sociis aut de imperio ge-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rebantur. *al., v. e. g. vol. VI 2, 1943, 26 sq.*). Mil. 68 cum illa ... peste se ... -o ... gloria *Pompei* contendisse (fin. 3, 66 ut -o vitulis contra leones ... contendant *tauri. al.; cf.* contentio: Cic. off. 1, 68 -o qua *libertate* ... omnis debet esse c. fam. 3, 10, 10 -o Milone. Brvt. Cic. ad Brut. 15, 1 -o re publica. *al.*). *et saepe* (*e. g.* audere -o *vol. II 1257, 55 sqq.*).

b *sacrificiis, votis sim.* (*supplicatur tam -o homine, e. g.* -o se *l. 30. 56,* -o filio *l. 55 [cf. l. 12], quam -o eius incolumitate, e. g.* -o salute *l. 18. 22. 26 sq. 59,* -o reditu *l. 16. 17. 60, -o damno arcendo per gerund. l. 39 sqq.; -o fructibus sim. l. 35. 38; quaedam aegre separantur a colore vicem agendi, e. g. l. 20, vel etiam compensandi, e. g. l. 29. 54; exempla selecta inde a* Cic.): α *apud auctores*: Plavt. Truc. 423 dis hodie sacruficare -o puero *nato* volo (Varro ling. 6, 14 *anus liba vendentes et* -o emptore sacrificantes. *al., e. g. l. 38*). Enn. ann. 209 (*verba Decii se devoventis, ut vid.*) -o Romano populo ... armis certando prudens animam ... mitto (*cf. l. 27*). Cato agr. 83 votum -o bubus, ut valeant, sic facito (ind. capp. 92 v. -o bubus. Verg. Aen. 2, 17 v. -o reditu simulant. Tib. 3, 10, 12 vota ... -o domina *aegrota* ... facit. *al.; cf.* Lygd. 3, 27 -o dulci reditu quaecumque voventur. Plin. nat. 7, 158 ludis -o salute divi Augusti votivis). 131 (*sim.* tit. *ibid. et* capp. 140) dapem -o bubus facito. 143, 1 scito *vilica* dominum -o tota familia rem divinam facere (*cf.* sacra f.: Fab. Pict. Gell. 1, 12, 14 -o populo Romano. Cic. Balb. 55 -o civibus. Ov. met. 7, 596 -o me patriaque tribusque ... natis. *al.*; sacrificium f.: Cic. har. resp. 12 -o salute populi Romani. leg. 2, 21. *al.; sine obi. v. vol. VI 1, 97, 30 sqq. 43; ceterum cf. l. 15. al.*). Cic. Font. 48 quas *manus* -o vobis dis immortalibus tendere consuevit *virgo Vestalis.* p. red. ad Quir. 1 me ... -o vestra incolumitate ... devovi (Sest. 48 se ac vitam suam ... -o salute populi Romani victoriaque [*respicitur Decius ut e. g.* Cato 43. Varro frg. Non. p. 485, 21 -o exercituis salute]. nat. deor. 2, 10 -o re publica. Liv. 5, 41, 3 -o patria Quiritibusque. *al.*). Catvll. 66, 33 me (*i. crinem,* -o *trad.*) cunctis -o dulci coniuge divis ... pollicita es, si *redisset.* Varro ling. 6, 20 *Volcanalibus* populus -o se in ignem animalia mittit. R. Gest. div. Aug. 9 *cives* apud omnia pulvinaria -o vale⟨tu⟩din⟨e mea s⟩upp⟨licaverunt⟩ (Tert. apol. 30, 7 -o imperatore. *al., e. g. l. 42, v. etiam l. 75 sqq.; cf.* supplicatio: Liv. 38, 44, 7 -o valetudine populi. Tac. ann. 3, 47, 3 vota -o reditu eius *imperatoris* supplicationesque). Tib. 1, 5, 27 sq. deo ... -o vitibus uvam, -o segete spicas, -o grege ferre dapem. Ov. fast. 1, 695 haec ego -o vobis, haec vos optate, coloni (*al., v. vol. IX 2, 832, 61 sqq.*). Pavl. Fest. p. 319 mustum, quod Libero sacrificabant -o vineis et vasis et ipso vino conservandis (*item cum gerund.*: Cypr. Demetr. 20 -o arcendis hostibus et imbribus impetrandis et ... temperandis adversis rogamus. Fvlg. serm. ant. 4 *magicos ritus facere* -o pluviae commutandam inopiam. Avg. conf. 1, 9, 15 -o quibus *tormentis* effugiendis tibi, *domine,* ... supplicatur. *al.*). Tac. hist. 1, 55, 1 legiones ... kalendarum Ianuariarum sacramento -o Galba adactae (*item de sacramento militari*: 4, 59, 2 iuravere qui aderant -o imperio Galliarum). Vet. Lat. Matth. 5, 44 (cod. 1. *al., sim.* Vvlg.) orate -o eis, qui vos persecuntur (*et saepe, v. vol. IX 2, 1050, 17 sqq.; cf.* oratio *ibid. p. 890, 12 sqq.*). Marc. 14, 24 (*ibid.*) hic est sanguis meus testamenti, qui -o multis effunditur (*item respicitur sacrificium Christi*: Ioh. 6, 51 [cod. 2. *al., sim.* Vvlg.] panis ... caro mea est -o saeculi vita. Eph. 5, 2 [cod. 75. *al., sim.* Vvlg.] tradidit semetipsum -o nobis oblationem et hostiam deo. *et saepe. aliter p. 1427, 9*). Tert. castit. 11 l. 8 -o qua *uxore mortua* oblationes annuas reddis (*al., v. vol. IX 2, 77, 61 sqq.; cf.* offerre -o *ibid. p. 508, 9 sqq.*). *al.* β *in inscriptionibus* (*quaedam ab usu p. 1427, 42 illustrato aegre secerni vix est quod mireris; specimina selecta*): CIL I² 42 Turpilia ... hoce seignum -o Cn. filiod Dianai donum dedit (2231 Pamphilus ... votum quod promeisit s(olvit) l(ubens) ... -o ⟨f⟩i⟨l⟩io. *al.*). 62 dat lub(en)s mer(e)to -o sed sue(s)q(ue) (2440 *quidam* -o sed et familia soua Leibero donum dat meret(o). *al.*). 359 Iunone Locina dono -o C. Rutilio. Inscr. numm. imp. I² p. 50 n. 146 (*ca. a. 17 a. Chr.*) vot(a) p(ublica) susc(epta) -o sal(ute) et red(itu), l(ovi) ... sacr(um) (Act. Arv. Tib. [CIL VI 2027] 4 ⟨ad vota solvenda et sus⟩cipienda -o s. Ti. Caesaris. *al.*). *et saepe.*

c *dictis, scriptis* (*preces sacras v. sub b, cautiones sub d; exempla selecta inde a* Cic.): α *in structura verbali*: ① *generatim* (*sc. -o reo vel quolibet defendendo, adiuvando, eiusve factis, bonis sim.*): Plavt. Amph. 837 *innocentem decet* confidenter -o se ... loqui (Men. 586 -o illis loquimur, quae male fecerunt. Rud. 1126 [*loco varie temptato*]. Cic. Verr. II 2, 11 -o Siculis. Cluent. 139 si causae ipsae -o se l. possent. *al., cf. p. 1422, 14*). Asin. 293 lingua *ut patrona* -o illo peierat (*cf.* Cic. Att. 10, 9, 1 hominis ... -o Pompeio mentientis [*al., v. vol. VIII 778, 64 sq.; cf. etiam p. 1422, 31*]). Bacch. 420 -o tam corrupto dicis causam filio (Men. 590 -o eius factis. *al., v. vol. III 693, 35 sqq.*). Ter. Haut. 30 aequi sitis ...; ne ille -o se dictum existumet, qui *eqs.* (Rhet. Her. 1, 14, 24 -o eo. Cic. Quinct. 33 qui -o capite diceret [*i. defensor*]. Verr. II 3, 204 -o tota Sicilia. Brut. 230 -o Cn. Pompei bonis dicente *Philippo. saepe, cf. p. 1422, 6 sqq.*). Cic. Font. 41 cum tot res sint, quae vestris animis -o huius ... salute suppli-

cent, primum generis antiquitas *eqs.* (Planc. 24 -o filio. fam. 6, 14, 3 Caesari ... -o te, *Ligari,* ... supplicabo. *al.*). Ov. Pont. 4, 8, 90 *imperatorem* -o socero ... precare (*al., v. supra una cum precibus sacris p. 1159, 39 sqq.*). Labeo dig. 40, 12, 42 ab iudice ... -o eo iudicatum est (*al., v. vol. VII 2, 620, 27 sq.*). *et saepe.* ② *speciatim in re suadenda, commendanda*: Cic. inv. 2, 135 qui -o scripto dicet (*opp. 138* contra scriptum ... qui dicet. *item in causis*: de orat. 1, 240 multa ... -o aequitate contra ius dicere. 2, 118 et -o tabulis et contra tabulas et -o testibus et contra testes et -o quaestionibus et contra quaestiones ... dicere solemus. Brut. 145 contra scriptum -o aequo et bono. *al.*). de orat. 1, 60 aut contra imperatorem *praeficiendum* aut -o imperatore dici (*item in senatu, in contione sim.*: Tusc. 3, 51 *cum ab Epicureis* defendatur sententia, -o qua non in senatu ... neque ad censores dicere audeant. Cael. Cic. fam. 8, 6, 5 *Curio* transfugit ad populum et -o Caesare loqui coepit legemque ... iactavit. 8, 11, 2 -o sententia ... non pugnarunt *senatores quidam.* Liv. 4, 3, 1 -o legibus suis et adversus consules ... disseruit. *sim. al.*). ac. 2, 64 quae -o illa causa dici possent (*item in disceptatione doctorum*: div. 1, 16 -o omni ... divinatione. Varro ling. 5, 1 quae contra ea⟨m⟩ [*i. etymologiam*] dicerentur, volumine primo *exposui,* quae -o ea, secundo, quae de ea, tertio. *al.*). *al.*

β *in structura nominali* (*accedente etiam copula q. e.* esse): Plavt. Poen. 1244 -o hoc *patruo* ... patronus sim. Cic. Q. Rosc. 15 illa *oratio fuit* -o reo, haec -o Roscio (Att. 2, 1, 3 *o. consularis* quarta *est* -o Rabirio. *al., v. vol. IX 2, 882, 15 sqq.; cf.* Brut. 256 L. Crassi ... -o M.' Curio dictionem. fam. 1, 9, 21 nullum meum ... dictum ... -o Caesare [*cf. l. 14*]. 9, 12, 2 oratiunculam -o Deiotaro). Caecin. 79 cur eum auctorem vos -o me appelletis (*antea*: auctorem defensionis nostrae). Cluent. 88 *priora iudicia* partim nihil contra Habitum valere, partim etiam -o hoc esse (103). Pis. 80 *cum Pompeius* se ... supplicem -o me profiteretur (Ov. met. 11, 400. *al.*). Planc. 69 meas -o Plancio preces (Liv. 4, 44, 5. 24, 26, 11 omissis -o se p. *al.; cf.* deprecatio: Rvt. Lvp. 1, 20 Cvrt. 5, 3, 13. *al.*). Hor. carm. 4, 1, 14 *Paulus* -o sollicitis non tacitus reis. Ov. epist. 2, 11 saepe fui mendax -o te mihi. Sen. contr. 10 praef. 8 *Gallio* recitavit rescriptum Labieno -o Bathyllo. suas. 6, 15 actioni eius *Pollionis* -o Lamia (Qvint. inst. 7, 1, 43). Val. Max. 8, 7, 1 (*v. Kempf in app. crit.*) Galbae accusationi defensionem suam -o Hispania opposuit *Cato* (Facvnd. defens. 5, 1, 7 ecclesiae -o veritate defensio. *cf.* defensiuncula *e coni. dub.* Cic. Brut. 162, *v. vol. V 1, 309, 50*). *al.*

γ *in structura manca, sc. subst. vel verbo subaudiendo* (*saepe ad indicandum titulum orationis*): Rhet. Her. 1, 3, 5 *aliquid honestum* defendimus ... aut turpe oppugnabimus ..., ut -o viro forti, contra parricidam. Cic. inv. 1, 80 Curio -o Fulvio: '...' (*item afferuntur orationis verba*: Fest. p. 359 Corvin[i]us -o Liburnia. *al.* Qvint. inst. 5, 11, 23 Cicero -o Murena. *al.*). Brut. 205 *oratio* Cottae, '-o se lege Varia' quae inscribitur (*cf. etiam vol. VII 1, 1847, 11*). orat. 108 illa ⌞-o Roscio⌟ iuvenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora, ut -o Habito, *eqs.* (⌞⌟ *secl. edd. plerique*). off. 2, 50 *accusandum esse* patrocinii *causa,* ut nos -o Siculis. Sen. contr. 1, 1, 16 Latro colorem simplicem -o adulescente. Ascon. Mil. p. 30, 1 (*tit.*) -o Milone (*sed v. app. crit.*). Qvint. inst. 9, 2, 39 prohoemium -o Caelio. Svet. Iul. 55, 3 *Caesaris* '-o Quinto Metello' ... Augustus existimat ... ab actuaris exceptam. Svbscr. Schol. Cic. Bob. p. 125, 5 -o Milone exp(licit); incipit -o Sestio. Grill. rhet. p. 71, 23 Tullius in '-o Ligario' veniam deprecatus. *al.*

d *cautione, satisdatione sim.* (*sublucet hic illic respectus compensandi; cf. p. 1424, 6; exempla potiora*): Plavt. Capt. 433 mea fide mitti domum te ... et meam esse vitam hic -o te positam pignori (939 *servum* hic relinqueram pignus -o me. Poen. 1285. Cato agr. 146, 3 -o ... ea re ... pignori sunto. Ov. met. 14, 678. *al.*). Poen. 334 vel ego -o illa *Venere* spondeo (Cic. leg. agr. 2, 100 nulli populo Romano -o me maiores mei spoponderunt. Att. 12, 14, 2. *al.; cf.* sponsor: Att. 13, 10, 3 fam. 6, 18, 3. *al.*). 1359 arrabonem hoc -o mina mecum fero (Rud. 555 a. -o Palaestra acceperam. Ter. Haut. 603. *al.; cf.* Tab. cer. Pomp. [Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3 p. 27] 5, 11 pignoris arrabo⟨n⟩isve nomine). Cato orat. 80 vinum redemisti, praedia -o vini quadrantalibus sexaginta ... dedisti (*suppletur* Lex agr. [CIL I² 585] 47. *cf.* praedes dare *sim. p. 805, 71 sqq.*). Lex agr. (CIL I² 585) 73 is -o eo agro loco ... satis supsignato (74. Papin. dig. 7, 5, 8 -o legatario satisdare. *al.*). Cic. fin. 2, 79 vadem te ad mortem tyranno dabis -o amico (ad Brut. 26, 3 cum me -o adulescentulo *Octaviano* ... res publica accepisset v. Val. Max. 4, 7 ext. 1 -o reditu. *al.*). Vlp. dig. 16, 3, 1, 14 (*e Labeone*) si fide iussisti -o eo (Iavol. dig. 46, 1, 20. *al.*). *al.*

e *affectu animi, sc. studio, maerore, timore sim.* (*dedimus potiora quaedam huius usus, quem aegre separes ab ipsis causis affectuum p. 1434, 65; locutio praepos. pendet saepius e nomine, e. g. p. 1423, 3. 12*): Cic. Planc. 101 hos -o me lugere, ... hos decertare -o meo capite ... velle. fin. 1, 24 dolorem ..., quem *quis* ... -o patria et -o suis suscipit (*cf.* Sall. Iug. 39, 1 *clade comperta* pars dolere -o gloria imperii, pars ... timere libertati [*v. e. g.*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Koestermann, 1971, ad l.]). Lael. 48 *angor* -o amico saepe capiendus est (*cf.* anxius: Ov. met. 1, 182 -o mundi regno. PLIN. epist. 4, 21, 4 -o salute, -o moribus. *al.*). BRVT. Cic. ad Brut. 15, 1 -o re publica contentiones sollicitudinesque (SEN. epist. 4, 6 -o illa *vita. al.; cf.* SVLPICIA Tib. 3, 16, 5 solliciti sunt -o nobis ..., ne *eqs.* [SEN. suas. 7, 10 omnes -o libris Ciceronis s. fuerunt, nemo -o ipso. *al.*]). VERG. Aen. 6, 352 -o me ... cepisse timorem (VAL. FL. 7, 240. *al.; cf.* timere: Ov. rem. 548 -o cuius reditu *mater* ... timet. met. 9, 241. SEN. contr. 1, 8, 2 -o te nescio quid etiam lex t. *al.*; timidus: SEN. Phaedr. 308 *taurus* -o sua vector t. rapina, *sc. Europa*). Ov. am. 2, 9, 1 (*si recte trad.*) o numquam -o me satis indignate Cupido (*al., v. vol. VII 1, 1185, 29 sqq.*). met. 9, 107 *Herculem* intrepidum -o se, curam de coniuge agentem. LIV. 2, 24, 4 metum -o ... re publica (*al., v. vol. VIII 910, 2 sq.; cf.* metuere -o *ibid. p. 904, 33 sqq.*). 29, 19, 10 accensis studiis -o Scipione et adversus Scipionem (VET. LAT. II Cor. 8, 16 [Aug. c. Pelag. 2, 10, 22] studium -o vobis [VVLG. sollicitudinem]. *al.*). SEN. contr. exc. 8, 4, 2 miserere interfecti ...; huic irasceris, -o quo irasceris? (SEN. dial. 3, 12, 5. *al.*). SEN. dial. 2, 2, 1 -o ... Catone securum ... esse (TAC. Agr. 26, 2 *milites* securi -o salute de gloria certabant. hist. 4, 58, 1 aut -o vobis sollicitior aut -o me securior. *al.*). PLIN. nat. 29, 18 blanda est sperandi -o se cuique dulcedo (PS. QVINT. decl. 8, 2 *mater* -o utroque *filio* timuit, -o utroque speravit [*cf.* 8, 10 spes -o homine]). STAT. silv. 5, 1, 70 quantus -o coniuge pallor. *al.*

f *quolibet modo* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Capt. 437 ne ... des operam -o me. Pseud. 232 ego -o me et -o te curabo (*cf.* CIC. ad Brut. 20, 1 quam *curam* -o re publica suscepi. SALL. hist. frg. 1, 19 tantum ... curae ... maioribus -o Italica gente fuit. *sim. al., v. e. g. vol. IV 1459, 83. 1460, 19*). TER. Phorm. 475 Phaedria haud cessavit -o te eniti (*cf.* niti: CATO orat. 13 -o re publica. SALL. Iug. 31, 17 -o libertate. *al.*). 1002 factumst abs te sedulo -o fratre (CATO orat. 169 -o re publica. CIC. Verr. I 28 quid faceres -o innocente homine ..., cum propter hominem perditissimum ... de officio ... decedis? har. resp. 8 contra illum -o religionibus. *al., e. g. vol. VI 1, 123, 25 sqq.*). CATO orat. 87 -o scapulis atque aerario multum rei publicae profuit (*respici videtur lex l. 35*). CIC. Cluent. 151 *C. Gracchus* eam legem -o plebe, non in plebem tulit (LIV. 10, 9, 4 Porcia ... lex ... -o tergo civium lata. SEN. contr. exc. 5, 8 -o me. *al.*). dom. 30 Pompeium ... -o salute mea laborasse (*al., v. vol. VII 2, 802, 62 sqq.; cf.* off. 3, 25 -o ... gentibus ... conservandis ... labores ... suscipere). or. frg. B 10 illud scimus, ubicumque sunt, esse -o nobis (de orat. 3, 75 hoc ... non modo non -o me, sed contra me est potius. *al., cf. p. 1422, 27; sublucente imagine loci*: SEN. clem. 1, 3, 3 *principem* omnes tam supra se e. quam -o se sciunt). leg. 3, 9 (*lex*) plebes quos -o se contra vim auxilii ergo ... creassit, *sc. tribunos.* fam. 6, 12, 2 *Cimber apud Caesarem -o te* plus valuit, quam -o ullo alio valere potuisset (Ov. am. 1, 6, 21 sq. quae valuit -o te ... gratia ..., -o me nunc valet illa parum? *al.*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 115 -o ... quo datum dependsum est erit (SEN. dial. 7, 14, 3 -o ventre. GAIVS inst. 4, 22 [per *trad.*]. *al.*). PLANC. Cic. fam. 10, 11, 3 nec animo nec benevolentiae nec patientiae cuiusquam -o vobis cedam (*item respicitur virtus, quam quis tuetur*: LIV. 3, 44, 3 viro acri et -o causa plebis expertae virtutis. SEN. epist. 71, 10 popularium -o rege suo virtus obstinatissima. PLIN. nat. 8, 33 mira animalium -o se cuique sollertia est. TAC. hist. 1, 51, 5 pertinaci -o Nerone fide. *al.*). 11, 13^a, 2 ad omnia -o vobis ... paratos (*al., v. vol. X 1, 424, 3 sq. 430, 48 sq.*). Ov. ars 3, 208 non est -o vestris ars mea rebus iners (*sim. de cura remissa*: met. 13, 326 cessante meo -o vestris pectore rebus. Pont. 3, 1, 66 *uxor* est -o miseri lenta salute viri. LIV. 4, 27, 11 homines ... -o se incautos. *al.; cf. p. 1422, 31*). met. 13, 288 -o gnato ... *Thetis* ambitiosa suo fuit (SEN. dial. 12, 19, 2 -o me. PLIN. epist. 10, 41, 5. *al.*). fast. 5, 576 stet ... favor causa -o meliore (trist. 1, 2, 5 Mulciber in Troiam, -o Troia stabat Apollo. LIV. 38, 25, 8 -o iure gentium. *al., retineas* PHAEDR. 5, 5, 2 *homines* -o iudicio [praeiu- *Salmasius*] dum stant erroris sui. *cf. vi locali p. 1419, 23. 27. 28*). *et saepe.* *breviloquentia*: CIC. Att. 6, 1, 4 tutela cogito me abdicare aut, ut -o Glabrione Scaevola, faenus ... recusare. fam. 10, 5, 3 sic moneo *te* ut filium, sic faveo ut mihi, sic hortor ut et -o patria et amicissimum. SALL. Iug. 98, 2 *barbari* noctem -o se rati acrius instare. QVINT. inst. 5, 13, 18 petit accusationem ... Caecilius, quod fuerat quaestor *Verris* ...; ipsum Cicero ut -o se videretur effecit. *al.*

2 *notione deflexa de ipsis malis arcendis, sanandis sim.* (*hic illic cogitare possis de gerund. subaudiendo [cf. p. 1421, 38], nisi quaedam, maxime p. 1424, 8. 11 sq., ad IV C trahas; iuxta ipsa tuenda l. 70. 73, disting.* contra *l. 71*): CIC. Flacc. 100 quae *provincia* -o huius periculis legatos ... misit (de orat. 2, 201 me ... -o amicorum p., ... *non* -o me ipso deprecatum *esse.* part. 120 *indicia quaedam* -o p. potius quam contra salutem valere. fam. 2, 13, 2 deprecatorem me -o illius p. praebeo. 3, 10, 11 haec agimus ... magis -o dignitate quam -o p. tuo. *al.*). SALL. Iug. 102, 12 *Bocchus* pauca -o delicto suo verba facit (VET. LAT. lev. 19, 22 [cod. 104, *sim.* VVLG.] *sacerdos* exoravit ... -o d. [*gr. περί, ut locis seq.; cf. p. 1436, 24*]. Sirach 39, 7 -o d. suis deprecabitur. I Ioh. 2, 2 [Cypr. epist. 55, 18. *sim. al.*] *Christus* est deprecatio -o d. nostris [VVLG. propitiatio -o peccatis]. *al.*). Ov. Pont. 1, 2, 72 suscipe ... patrocinium ...; lenia -o misera fac ... verba fuga (*i. exilio; cf.* 3, 1, 84 -o nostris ut sis ambitiosa malis [*aliter p. 1423, 55*]). CELS. dig. 12, 4, 16 -o evictione eius *servi* promittere (POMPON. dig. 21, 2, 20 si ... satis -o e. mihi des. *al.; item in securitate praestanda e. g.* EPIST. imp. Aur. dig. 2, 15, 3 pr. cavit sibi -o oneribus hereditatis. GAIVS dig. 39, 2, 32 cavere ... -o damno ... aedium). PAVL. dig. 22, 3, 25, 3 *actore* -o calumnia iurante (*antea*: de rei veritate). VET. LAT. Sirach 3, 4 qui diligit deum, exorabit -o peccatis ([*gr. ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας*]. 28, 4 [Aug. c. Faust. 19, 28] -o p. suis deprecatur dominum [*gr. περί, Vulg.* de]. HERM. vulg. vis. 3, 1, 6 orare [*sim.* Pal., *gr. περί*]. *al.*). DIOSC. 5, 38 p. 182, 11 *herba quadam* utebantur -o laxitudine stomachi (*gr. 5, 16 ἐπὶ τῶν ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἐχόντων. item medendo*: ANTHIM. 44 -o fastidio. 57 -o renium vitia. *al.; e coni. vix recta* PLIN. nat. 22, 15 medicis ... provisum esse -o morbis [*Mayhoff*, nobis *Gronovius*, bonis *trad.*]). *al.*

i. qui in serie auctorum antecedit ipsum auctorem eius, de quo agitur (*distinguitur fere* auctor): **1** *strictius in iure de priore quodam possessore et venditore* (*cf. Venul. dig. 44, 3, 15, 1* praecedentium auctorum possessio): SENT. Helvidii Prisci (CIL IX 2827) 16 *in lite Tilli cum Histoniensibus demonstratur e vetere libello* inter auctorem Histionensium ... et ... -em Tilli ... a(ctum) e(sse) ... de controversia finium. EDICT. Theodor. 12 possessori ... auctorum -umque suorum tempora ... proficere debere (*item coniunguntur*: GREG. M. donat. Andr. p. 438, 6 sicuti ... a me, auctoribus -busque meis ... inconcusso iure possessae sunt *unciae fundorum* [*sim.* PAP. Tjäder 20, 18. 36, 3 *per asyndeton*]. *cf. l. 71*).

2 *laxius*: **a** *de antecessore, qui olim aliquid simile instituit*: SVET. Claud. 24, 1 latum clavum ... etiam libertini filio tribuit ...; reprehensionem verens et Appium Caecum censorem ⌊generis sui⌋ -em libertinorum filios in senatum adlegisse docuit (proact-, auctorem *var. ll.*; ⌊ ⌋ *gen. poss.; gen. obi. intellegentes ad b trahunt viri docti, quamquam generis auctor multo antiquior laudatur Tib. 1, 1* Atta Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno). **b** *de maioribus, a quibus quis originem trahit*: Ps. PACIAN. sim. carm. p. 133, 6 *in carne a Christo adsumpta* ⌊auctorum -umve[l]⌋ fetulentia ... purgabatur (⌊ ⌋ vel avorum vel proavorum *glossa supra lineam*). *Bk.*

***proavia,** -ae *f. a* pro *et* avia. *de notione*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 5 tertio gradu sunt supra proavus -a, infra pronepos proneptis (*sim.* PAVL. sent. 4, 11, 3). PAVL. dig. 38, 10, 10, 14 (*de tertii gradus cognatis*) -a ... quattuor personas complectitur: est enim aut avi paterni aut aviae paternae mater, item avi[a] materni et similiter aviae mate⟨r⟩nae mater. GLOSS. *προμάμμη.*

i. q. mater avi vel aviae: PAVL. FEST. p. 136 maior socrus: uxoris meae -a (*item in aliis gradibus cognationis definiendis*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 proavunculus ..., id est -ae frater [*sim.* PAVL. sent. 4, 11, 5]. PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 sqq. [*saepe*]. ISID. orig. 9, 6, 25 amitae meae -a mihi abamita est [*immo abavia*]. *al.*). *ibid.* p. 221 (*-ae comprehenduntur definitione parentum ut* GAIVS dig. 50, 16, 51, *v. vol. X 1, 359, 23 sq. 29 sqq.*). TAC. hist. 4, 55, 2 Sabinum ... falsae stirpis gloria incendebat: -am suam divo Iulio ... corpore atque adulterio placuisse. ann. 12, 69, 3 aemulante Agrippina -ae Liviae magnificentiam (*de eadem*: SVET. Cal. 10, 1 in Liviae Augustae -ae suae contubernio mansit. 23, 2). PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 p. 355, 10 -ae paternae aut maternae pater (*item c. adi. utroque vel alterutro: ibid. iterum.* COD. Iust. 6, 20, 27 [*a. 472*]. NOVELL. Iust. 18, 3 avia et -a, sive p. sive m. sint [*gr. προμάμμης*]. *al. in sermone iuris; cf. l. 20 sqq.*). EDICT. imp. Diocl. coll. Mos. 6, 4, 5 *matrimonium contrahere cum* matre, avia, -a. COD. Theod. 8, 18, 7 quidquid ⌊avus avia, proavus -a⌋ nepoti nepti, pronepoti pronepti ... contulerint (⌊ ⌋ ex materna linea venientes *additur loco gemino* COD. Iust. 6, 60, 2. *cf.* COD. Theod. 8, 19, 1 proavus -a a linea materna venientes. COD. Iust. 5, 9, 6, 3 [*a. 472*] in personis ... proavi et -ae ... ex paterna vel materna linea venientibus. 5, 9, 10, 4). COD. Iust. 6, 52, 1 (*a. 450*) legatis ... a patre vel matre, avo vel avia, proavo vel -a derelictis. LIB. geneal. chron. I p. 172, 250 Ruth, quae fuit -a David (*cf. e. g. Matth. 1, 5*). *al. in sermone iuris.*

proavītus, -a, -um. *a* proavus. *i. q. ad proavos vel proavum pertinens*: **1** *spectat ad quoslibet maiores (usu poetico, cf. p. 1444, 27): de iis, quae ab ipsis proavis facta vel posteris tradita sunt*: OV. met. 13, 416 pugnantem pro se -aque regna tuentem saepe videre patrem ... solebat *Astyanax.* SIL. 5, 79 *galea Corvini corvo ornata* ostentans ... ⌊-ae⌋ insignia pugnae (⌊ ⌋ *respicitur M. Valerius a. 349 militans*). 5, 366 *Synalus medicus* -a ferens ... medicamina (*nisi coll. 365 referas ad solum Hammonis filium, ut ad 2 pertineat*). 16, 253 -a potentia *regis.* STAT. silv. 4, 4, 83 -a ... rura *Vesuvio obruta. de iis, quae a posteris ad proavorum exemplum fiunt*: SIL. 11, 88 -a ... facta parantem *Torquatum* (*de quo 85 sq.* progenies eius, qui ... expulit *legatos Latinos, sc. a. 340; cf. ibid. 73* avum). **2** *spectat ad patrem avi vel aviae* (*cf. l. 33*): COD. Iust. 6, 52, 1 (*a. 450*) pronepotes ... -a successione fraudari aliosque adversus ... -um desiderium ... commodo ... hereditatis gaudere. 8, 47, 10, 1a *pronepos a proavo adoptatus* non patris naturalis successionem molestare concedatur, sed ... -a tantummodo reverentia protegetur (proavi, provita *var. ll.*). 8, 47, 10, 1b avita et -a adfectione.

proaula *v.* proaulium. *Vestergaard.*

proaulium, (-ī) *n., προαύλιον* (*quod occurrit e. g. Marc. 14, 68* [*Vulg.* atrium]). *scriptura codicum variat, v. infra. i. q. aedificium quoddam ante aulam structum*: PASS. Thom. 16 *palatium sic disponam*: primo -um, secundo salutatorium *eqs.* (*cod. G saec. IX*^{2}, -lum [*quod praetulit Zelzer*] *vel* -lam *plerique,* -la *cod. P saec. X [et ed. Bonnet]; gr. brevius*). *locus explicatur p. 1441, 49 et in laterculis glossarum his* (*quos edidit Huelsen, qui* PASS. Thom. *ex iis hausisse vix recte suspicatus est*; -um *exhibent codd. RF,* -lum *MCB,* proalium *PV*): GLOSS. Röm. Mitt. 17, 1902, 258 (*codd. MC*) porta prima est ab oriente (*item* GLOSS. V 525, 10, *sim. cod. Harl. 3826* GLOSS. I p. 301, *ubi* -la). *ibid.* (*cod. V*) id est prima porta, quae respicit ad orientem contra ortum solis habens ingressum. *ibid.* (*cod. F*) id est locus ante aulam. *sim. cett.*

proaulum *v.* proaulium. *v. L.*

proavunculus, -ī *m. a* pro *et* avunculus. **1** *i. q. frater proaviae* (*item* GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 INST. Iust. 3, 6, 5 GLOSS.): GAIVS dig. 38, 10, 3 pr. sexto gradu sunt ... -i ... filius, filia (*sim.* PAVL. sent. 4, 11, 6 [= LEX Visig. 4, 1, 6]). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 p. 357, 6 *avunculum maiorem* quidam appellant ita: ... -us. 38, 10, 10, 18 p. 361, 6 (*inter septimi gradus cognatos*) avi aviaeve ... -us. *peculiariter simul comprehenditur frater proavi materni* (*cf. Bush, Transact. Am. Phil. Assoc. 103, 1972, 39 sqq.; huc referam* GLOSS. frater proavi): PAVL. sent. 4, 11, 5 (= LEX Visig. 4, 1, 5) -us, promatertera, hi sunt proaviae paternae maternaeque frater et soror, proavique materni. **2** *perperam i. q. proavus*: ISID. orig. 9, 6, 26 avunculi mei avus mihi -us est, ego illi filii nepos aut neptis (*cf. Reydellet, adn. 341*).

***proavus,** -ī *m.* [*a* pro *et* avus; *similiter* *pro *et vocem, qua avus significatur, exhibent gr. πρό-παππος, sanscr.* prá-pitāmaha-. *v. Wackernagel, Altind. Gramm. II 1, 256. Risch, Kl. Schr., 16, et cf. alia compos. lat. velut* proamita *nec non* pro-nepos. *Fo.*] *de origine*: PRISC. gramm. III 49, 11 *a 'pro' temporali* -us; sed hoc quidam ab adverbio 'procul' compositum affirmant, unde et corripitur ...; alii vero ad imitationem Graecorum, apud

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quos *πρό* praepositio corripitur, nostros quoque ... hoc fecisse dicunt. ISID. orig. 9, 5, 9 -us avi pater est, quasi prope avum. *scribitur* proab- INSCR. Année Épigr. 1968 n. 124 (*Beneventi; saec. V?*) *et hic illic in codd. rec., e. g.* GLOSS. III 459, 31; *post* pro *ponitur punctum* LEX Irnit. 9 B 52 (*sed deest ibid.* C 14). NOT. Tir. 33, 51. *de formis: nom. sing.* -vos *exstat* INSCR. Année Épigr. 1928 n. 82 (*Beryti; saec. I²*), *trad. in codd.* PLAVT. Persa 57 (*deest cod. A, qui* Mil. 373 *cum cett. exhibet* -vus). VARRO rust. 2, 4, 2. 3, 2, 6, *acc. sing.* -vom SEN. dial. 7, 21, 3 (*cf. var. l.* IVV. 8, 134), *sed scriptura talium vocum et in eodem contextu variat, cf. enim e. g. l. 36 sq.; gen. plur.* -vum STAT. Theb. 10, 807. pro- *correptum testantur* SERV. gramm. IV 450, 21 *et* PRISC. *supra, quod confirmat usus poetarum.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CIC. *per totam latinitatem; vocem frequentant* SIL. (*17ies*) *et iuris consulti.*

significatur is, qui in ordine generationis est ante avum: **I** *de maioribus singulorum*: **A** *hominum*: **1** *cum respectu cognationis naturalis*: **a** *strictius significatur pater avi vel aviae* (*saepe indicatur pronepos vel proneptis per gen. vel pron. poss., per dat.* TAC. *l. 72; -us artius definitur per adi. l. 49. 57. 75. al., per appos. l. 54* [*ceterum cf. l. 48 sq. p. 1442, 19 sqq.*]). *de notione*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 5 *v. p. 1441, 75.* PAVL. dig. 38, 10, 10, 14 (*inter tertii gradus cognatos*) -us, qui quadrifariter intellegitur: est enim avi paterni aut materni pater, item aviae paternae aut aviae maternae pater (ISID. orig. 9, 5, 9 GLOSS.). ISID. orig. 9, 6, 23 patris mei avus mihi -us est. GLOSS. tertius pater. *πρόπαππος. sim. al.* *dedimus exempla inde a* CIC. *selecta.*

α *distinguuntur proximi cognationis gradus* (*saepe in serie, sc. adscendente praeter l. 31; extra seriem e. g. l. 43*): PLAVT. Mil. 373 mei ... maiores ...: pater, ⌞avos, -os, abavos⌟ (*formae traditae in* -us *terminantes corriguntur sec.* Persa 57, *ubi additur* atavos, tritavos). Trin. 967 ab avo eius *Charmidis* aut -o. ENN. scaen. 325 (*de maioribus Teucri*) Telamonis patris atque ⌞Aeaci (*sc. avi*) et⌟ -i Iovis (⌞ ⌟ faciet *trad.*). CIC. Mur. 15 et -us L. Murenae et avus praetor fuit et pater (*item in serie descendente*: LIV. 34, 58, 10 quas urbes -us *Antiochi, sc. Seleucus,* ... habuerit, avus paterque nunquam usurpaverint pro suis [*cf. l. 65*]. AVSON. 6 [320 S.], 2). Sest. 126 non patris, avi, -i, maiorum denique suorum (*sc. Ap. Claudii Pulchri*) omnium, sed Graeculorum instituto. LVCR. 4, 1219 *natos* similes exsistere avorum ... *et referre* -orum ... figuras. VARRO rust. 2, 4, 2 (*1* avus meus primum appellatus est Scrofa) itaque -os ac superiores ... nemo appellatus Scrofa (GAIVS dig. 50, 16, 51 pater, ... avus et -us et deinceps omnes s. *sim. sequuntur* maiores: VAL. MAX. 4, 1, 5 a se [*sc. Fabio Maximo*] ... et a patre, avo, -o m.que suis ... consulatum gestum. CLAVD. DON. Aen. 12, 225 p. 580, 13 [*spectat ad p. 1444, 30*] ab avis et -is ac retro m. INSCR. Année Épigr. 1968 n. 124 [*Beneventi; saec. V?*]. *al.* [*aliter l. 27. 34*]). POMP. TROG. hist. Iust. 38, 5, 3 (*verba Mithridatis VI Eupatoris*) quam *gentem* ... -o suo Mithridati (*sc. II*) Seleucus Callinicus in dotem dedisset (*errore, ut vid., cum distinguantur ibid.* patri, *38, 6, 2* avum. *an ad b?*). SEN. benef. 4, 31, 2 patri eius *Caligulae* Germanico ..., avo -oque et ante hos aliis non minus claris viris (*respicitur Augustus, -us maternus; cf.* AVR. VICT. Caes. 3, 2 per filiam -us Augustus, genere materno Agrippa, Drusus ... avi erant). ASCON. Scaur. p. 28, 11 paternus avus -usque *Scauri* (LEX Irnit. 9 B 52 [*sim.* C 14] *iis* ipsis *eorumve* ... patri avove p. -ove p.). PLIN. epist. 5, 6, 6. 8, 18, 3 patre, avo, -o (*sc. de uno quodam, qui trium graduum heredes reliquit*). SVET. Aug. 2, 2 -us Augusti secundo Punico bello ... tribunus militum *fuit* (*vix recte* -us *dicitur trib. mil. a. 205, sed ibid. disting.* patrem, avus, *ut vix ad b trahas*). EDICT. praet. dig. 37, 12, 1, 1 a patre avove paterno -ove paterni avi patre (*sim.* VLP. dig. 25, 3, 5, 2). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 (*in conspectu atavorum*) pater; avus; -us; abavus; atavus. *sim. saepe in eodem contextu.* INST. Iust. 1, 12, 8 si pater filium ... avo vel -o naturali ... in adoptionem dederit. *al.* β *exempla cetera*: CIC. Mur. 32 virtus ... M. Catonis, -i tui (*respicitur -us Catonis Vticensis, sc. Cato Censorius, ut*: 59. 66 Arch. 22. fin. 3, 37 maiorum, aut Africanorum aut ... -i mei, ceterorumque virorum fortium ... facta. VELL. 2, 35, 2 -o M. Catone, principe illo familiae Porciae. SEN. dial. 7, 21, 3). Att. 6, 1, 17. *al.* OV. epist. 16, 211 (*Paris se commendat Helenae*) *non* -o Stygia nostro captantur in unda poma (*ut Tantalo, -o mariti tui*). 17, 53 Iuppiter ... soceri, *sc. Atrei,* -us. LIV. 34, 58, 5 Seleucus, -us eius *Antiochi III* (*re vera respicitur abavus, sed coll. l. 32 vix ad b trahas*). PAVL. FEST. p. 136 maior socer: uxoris meae -us (*item in aliis gradibus cognationis definiendis*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 7. PAVL. dig. 38, 10, 10, 17 p. 358, 19 abavi abaviae per -um nepos neptis ex filio [*sim. ibid. iterum*]. *saepe in eodem contextu, v. e. g. l. 75; al.*). PLIN. nat. 36, 11 si quis horum familiam ad -um usque retro agat. INSCR. Année Épigr. 1928 n. 82 (*Beryti; saec. I²*) rex Herodes -os eorum, *sc. Iuliae Berenices et M. Iulii Agrippae II.* TAC. ann. 2, 43, 6 Druso -us eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur. TERT. cult. fem. 1, 3 l. 8 pronepotem ipsius Enoch ... Noë (*cf. gen. 5, 21 sqq.*), qui ... meminerat de -i sui penes deum gratia. PAVL. dig. 38, 10, 10, 15 (*de abavo*) -i paterni aut materni pater (*item c. adi. utroque vel alterutro: ibid. iterum.* HIST. AVG. Aur. 1, 4. *al.*). CIL VI 1490 (*saec. III*) -o ... pronepos ... domus suae conditori. *al.*

b *laxius significatur quilibet maiorum remotiorum* (*nisi suspiceris vocem hic illic positam esse errore quodam [imprimis per sing., ut p. 1443, 43. 52. 65] vel exempli gratia*): α *per sing.*: CIC. fam. 3, 11, 5 (*ad Ap. Claudium Pulchrum*) in censura ... de -o multum cogitato tuo (*respicitur tritavus*). VERG. Aen. 8, 54 urbem Pallantis -i de nomine Pallanteum *dictam* (*cf.* SERV. confundit nomina ...; nam avus fuit *Euandri*). PROP. 4, 1, 78 (*loq. Horos astrologus*) me creat Archytae suboles ... et a -o ducta Conone domus (*in stemmate ficticio, fort. in imag. de traditione artis*). 4, 11, 39 sq. (*loco corrupto*) -i ... Achilli ... -o ... Achille, *sc. Persei regis Macedoniae* (*cf.* SIL. 15, 292 *Philippus V rex Macedoniae* -o ... tumebat Achille). OV. epist. 8, 47 (*ad Oresten*) habes ⌞-um⌟ Pelopem Pelopisque parentem, *sc. Tantalum* (*si sic legendum*; ⌞ ⌟ *praedicative pertinet tam ad -um quam ad abavum, cf.* TAC. ann. 6, 18, 2 Theophanen ... -um eorum, *sc. patris et fratris Pompeiae Macrinae*). SEN. benef. 4, 32, 2 regnent hi *indigni,* quia vir bonus quidam ante -us eorum fuit. CVRT. 6, 11, 26 -um huius *Alex. Magni* Alexandrum, ... Archelaum *eqs.* (*respici vid. Alex. I, sed viri docti nonnulli nomina permutare malunt*). SIL. 2, 66 (*cf. 58 sq.* Asbyte, proles ... Hiarbae; *Iove* Hammone hic genitus) genus -umque Iovem regina ferebat. 4, 286 *Brenno* -o (*sc. ducis cuiusdam Boiorum, de quo 150* atavi Brenni se stirpe ferebat). *al.* IVV. 8, 134 (*interpol.?*) de quocumque voles -um *illustrem* tibi sumito libro. OPT. PORF. carm. 8, 11 his *Constantini filiis* decus a -o (*a nonnullis refertur ad Claudium Gothicum, ut 14* atavi). HIER. in Dan. 5, 2 l. 42 quae *poena* Nabuchodonosor -um illius *Baldasar* consecuta est (*cf. 5, 1, ubi eius abavus esse ostenditur; sim. ibid. e. g.* 5, 11b l. 115). *al.*

β *per plur.* (*usu fere poetico, saepe ad indicandam nobilitatem; distinguuntur maiores etiam longius remoti l. 41; cf. B*): Ⓘ *forma* a -is *indicat aliquid alicui ex longissimo tempore contigisse, quasi hereditarium esse* (*cf. l. 23*): VERG. Aen. 12, 225 cui *Camerti* genus a -is ingens ... erat (*cf.* CLAVD. DON. *supra p. 1443, 40*). OV. trist. 4, 10, 7 (*de se*) usque a -is vetus ordinis *equestris* heres. VET. LAT. II Tim. 1, 3 (Ambrosiast. recc. *βγ, sim.* codd. 61. 77) cui *deo* servio a (in *cod. 61*) -is in conscientia pura (progenitoribus *var. l. cod. 77* [*ubi additur* id est patriarchis], *rec. α Ambrosiast. al. et Vulg.; gr. ἀπὸ προγόνων*). AVSON. 10, 9 (168 S.), 5 nobilis a -is *uxor* (INSCR. christ. Rossi II p. 64 n. 11, 5 [= p. 90 n. 47, 1] n. a -is, procerum de stirpe creatus [nobis INSCR. christ. urb. Rom. 17106, *errore, ut vid.*]. *cf.* CIL VI 1749, 8 [*a. 421*] a -is atabisq(ue) nobilitas). RVFIN. hist. 2, 4, 2 *Philo Alexandrinus erat* genere ... ⌞a -is⌟ Hebraeus (⌞ ⌟ *gr. ἀνέκαθεν*). ARATOR ad Parth. 3 a -is atavisque potens. Ⓘⓘ *cetera exempla*: OV. am. 1, 8, 17 *anus carmine* evocat antiquis -os atavosque sepulcris (*item coniunguntur*: EPICED. Drusi 451 [*spectat ad belli Punici secundi tempora*]. MART. 5, 17, 1 -os a.que refers et nomina magna. *cf. l. 38. 39; sim. iunguntur* avi *et* atavi *vol. II 1014, 45 sqq. 62. 70*). epist. 17, 51 (*Helena ad Paridem, cf. p. 1443, 63*) genus et -os et regia nomina iactas (*item iuxta ponitur*: met. 13, 140 BOETH. cons. 3 carm. 6, 7. *cf. l. 20*). SEN. Herc. O. 226 (*ad Iolen captivam*) quid regna tui clara parentis -osque (casusque *var. l.*) tuos respicis amens? epist. 76, 12 nobilitate et avorum -orumque serie. rem. fort. 16, 5 *uxorem quaerens* ne imagines -osque respexeris. OCTAVIA 641 -os patremque *Octaviae,* nominis magni viros. LVCAN. 9, 132 *Pompeius* fretus ... munere tanto in -os cecidit (*sc. iussu Ptolemaei, cuius patri regnum restituerat; cf. 8, 448*). SIL. 5, 543 *Fontanum quendam* multiplicem -is, *i. nobilem.* STAT. silv. 3, 3, 44 non tibi clara ... gentis linea nec -is demissum stemma. 5, 2, 16. Ach. 1, 796 -is et gente superba (-bus *var. l.*) ... potens. IVV. 3, 312 felices -orum (prav- *cod. unus*) atavos, felicia dicas saecula, quae quondam sub regibus *eqs.* OPT. PORF. carm. 9, 33 -is verum ... restituit victor Caesar ... decus (*cf.* CE 1385, 8 [*a. 564/5*] ⟨or⟩nast⟨i p⟩roavos mente pudore fide). *al.*

2 *cum respectu adoptionis, sc. de Traiano, -o L. Veri et M. Aurelii*: FRONTO p. 214, 15 seu -us seu pronepos virtute praestare videbitur. p. 220, 19 Traiani -i vestri ductu. p. 229, 13 -us vester summus bellator (*cf. ibid. l. 15* avom *Hadrianum, p. 230, 2* pater *Ant. Pius*). HIST. AVG. Avid. 2, 2 -i tui, *Vere,* dictum. Pesc. 4, 3 avus meus Hadrianus, ... Traianus -us.

B *animalium*: MANIL. 5, 201 *Procyon oriens sub eo natis dabit* catulos nutrire sagacis (*i. canes venatorios alere*) et genus a -is ... numerare.

II *de quibuslibet prioribus, qui cum posterioribus coniuncti sunt vinculo*: **A** *eiusdem nationis, generis humani sim.* (*per plur., imprimis apud poetas; ad certum tempus significandum e. g. l. 73. p. 1445, 1; fere metonymice de terra, ubi -i vixerunt* VERG.): VERG. Aen. 3, 129 hortantur socii, Cretam -osque petamus (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1447 -os: antiquos, id est unde sunt -i). HOR. ars 270 vestri -i Plautinos ... laudavere sales (*cf. Brink ad l.*). OV. fast. 3, 95 -is ... Sabinis *Paelignorum* (*cf.* SIL. 2, 561 -is *Italicis Saguntinorum*). 4, 157 Roma pudicitiā -orum tempore lapsa est (QVINT. decl. 246, 7 *bella gesta* avorum -orumque temporibus. *cf.* SIL. 9, 59 olim ... -orum aetate. 10, 532 -orum ... saeclo [CLAVD. MAM. epist. 2 p. 203, 15 inde a -orum nostrorum saeculis]). PLIN. nat. 35, 199 *Publilium Syrum*

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliosque eadem nave advectos videre -i (*fere a. 83 a. Chr.; syn.* maiores). SIL. 2, 603 arma ... -is portata Zacyntho. 13, 502 dicta *sibyllina* ... servare *non* fuit -is sollertia vestris. 17, 229 (*verba Hannibalis*) *utinam Romanis* Iliacum exitium et -orum fata dedissem. *al.* STAT. Theb. 10, 807 novis -um (*gen.*) tellus effloruit armis. 11, 221. silv. 5, 1, 51 *in laudatione funebri* laudantur ⌞-is et⌟ (-i seu *M*) pulchrae munere formae, quae morum caruere bonis. IVV. 15, 152 -is *incultis rudibusque* habitatas ... silvas. Ps. APVL. Ascl. 37 -i nostri multum errabant circa deorum rationem. TERT. apol. 6, 9 *omni respectu* -is renuntiastis (*syn.* maioribus). *al.* **B** *eiusdem doctrinae* (*eiusdem artis fortasse p. 1444, 10; in imag.*): IREN. 1, 31, 3 a talibus ... patribus et -is eos *natos esse,* qui a Valentino sint.

deriv.: proavitus.

proba, -ae *f.* *a* probare *retrograde* (*ad formationem cf. Leumann, Gramm. 1977, 268*). *abiit in sermonem gr. πρόβα l. 16 sqq. 23.*

fere i. q. probatio, examinatio: **1** *proprie de actione, sc. probantur equi militares* (*cf. p. 1452, 19. 1462, 74; gr. -α significat etiam probationem annonae* EDICT. imp. Anast. [Dittenberger, Or. graeci inscr. sel. n. 521] 27. 29 *vel aurigarum* CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 78 [69] p. 142, 16 tit. *al.*): PELAGON. 292 *qui equi nimis mobiles* caudas habuerint, plerumque ⌞in -a⌟ recusantur (⌞ ⌟ *om. cod. Eins.*, improba *R*, improbi *Sarchiani; ad rem cf. Chiron 719* in castris reprobantur). COD. Theod. 6, 31, 1 (*inde restit.* COD. Iust. 12, 24, 1 pr.) *ediximus,* ut ... unus tantum solidus -ae (proprie *vel* proprio *Cod. Iust.*, -ας BASILIC. 6, 32, 1) nomine posceretur. **2** *meton. de eo, quod examinationi subicitur, fere i. q. specimen, gustus*: AMM. 21, 16, 21 *Ioviano,* ut principibus solet, annonae militaris offerebantur indicia, ut ipsi nominant '-ae' (-am *V*). *Vestergaard.*

probābilis, -e. *a* probare. NOT. Tir. 19, 98. *compar.* -ior *inde a* RHET. Her., CIC. (*cf.* magis -is *p. 1449, 26*), *superl.* -issimus *non nisi* BOETH. *p. 1449, 21. 24* (*cf.* admodum -is *p. 1446, 44,* maxime -is *p. 1446, 60. 1449, 38. et saepius,* per omnia -is *p. 1448, 4,* valde -is *p. 1447, 63; posit.* -is *iuxta superl. p. 1446, 61*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 417, 23 credibile. -e. verisimile. GLOSS. -is: doctus. -e: *εὐαπόδεικτον.* honeste (-tum?), conveniens. -ia: *εὐαπόδεικτα, πιθανά.* GLOSS. II 279, 51 *δόκιμον*: idoneum, -e. 279, 52 *δόκιμος*: probus, -is. GLOSS.^{L} II Abav. PR 185 -e: rationabile. *legitur semel apud* AFRAN. (*ceterum in versibus non nisi singulis locis apud* TER. MAVR., AVIEN., PRVD.) *et inde a* RHET. Her., CIC. (*saepe*) *eiusque familiaribus,* NEP., LIV., VITR.

significatur quod probari potest, probandum est (*hic illic cogitare possis de vi instr., sc. de eo, quo quid probari potest, maxime p. 1449, 17, fort. etiam p. 1446, 55. 1448, 24. 39. al.; haud raro variat cum formis verbi q. e.* probare, *e. g. p. 1447, 15. 1448, 44. 59. 1449, 2 [cf. versiones geminas p. 1447, 27. 56. al.], distinguitur* probatus *p. 1447, 18*). *indiculus syntacticus: indicatur cui iudicanti quid probetur per dat. p. 1447, 17. 1448, 20. 1449, 37. al. (etiamne p. 1446, 72?), praepos.* apud *p. 1447, 49. 66. al.* (*cf.* in conspectu *p. 1447, 41*), *cui fini per dat. p. 1446, 59, qua (in) re per abl. p. 1446, 36. 57. 1447, 23. 50. al., praepos.* ex *p. 1448, 33 et e. g.* CAEL. AVR. acut. 3, 14, 117, in *p. 1447, 14* (*cf.* in Christo *p. 1447, 74*), per *p. 1446, 8* (*cf. p. 1448, 4*), sub HIL. myst. 1, 6, 5. -e est (videtur *sim.*) *cum struct. verbali: inf. p. 1446, 27 et e. g.* SEN. dial. 8, 6, 2, *acc. c. inf. p. 1446, 32. 37. 1448, 34. 56. 57 et saepius,* quod *p. 1446, 2 et* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 153 (*cf. p. 1446, 44*), ut *p. 1449, 34. 40 et e. g.* VLP. dig. 45, 3, 4. *pro subst. neutr. saepius, v. p. 1446, 19. 1448, 43. 55. 68. 1449, 20, masc. imprimis p. 1447, 59.*

I *respicitur quod respondet probitati vel cuilibet normae* (*variat in contextu vel coniungitur cum* bonus *l. 70,* honestus *l. 62. 64. 69. p. 1446, 39. al.,* iustus *p. 1446, 38. 41. 1447, 59,* laudabilis *p. 1447, 73 et sim. al.; opp.* improbabilis *p. 1447, 59,* reprehendendus *p. 1447, 44,* reprobus *p. 1447, 65*): **A** *de rebus* (*cf. p. 1447, 11*): **1** *bonis vel neutris*: **a** *incorporeis, sc. fere hominum actionibus, qualitatibus, cogitatis, institutis, quae probantur*: **α** *sec. praecepta vitae probae, morum bonorum, religionis, consuetudinis sim.*: AFRAN. com. 166 retinebitur viri hac (vir ut *trad.*) voluntate un⟨ic⟩a -i, praegnatem quod non exigat. CIC. inv. 2, 106 *reum* non odio ... fecisse quod fecerit, sed ... aliqua honesta aut -i causa (div. in Caec. 64 si -is est eorum c., qui iniurias suas persequi volunt, ... quanto illa [*sc. pro sociis*] honestior c. est, quae non solum -is videri, sed etiam grata esse debet. off. 1, 101 SYMM. epist. 3, 17, 1. *al.; cf. p. 1446, 37*). Brut. 110 erat in quibusdam laudandis viris, etiamsi maximi ingeni non essent, -is tamen industria. fin. 3, 58 est ... officium, quod ita factum est, ut eius facti -is ratio reddi possit ([*sim. definitur* off. 1, 8. *gr. εὔλογος, v. Stoic. Vet. Frg. III 493 sq.*]. HIL. c. Const. 2 honestam ... ac -em. *al.; cf. p. 1446, 24. 50*). *al.* LIV. 7, 14, 1 rem bonam exemplo haud -i actam *esse* (SEN. dial. 6, 3, 3). 34, 54, 8 adeo nihil motum ex antiquo -e est. S. C. de Cn. Pisone (Vestigia 48, 1996) 148 quod filiorum ... dolor ... non excesserit (-cuss- *aes*) modum -em. SEN. contr. 2 praef. 5 minime -i more turpe erat docere, quod honestum erat discere (*paulo aliter*: COLVM. 6, 2, 14 mores huius pecudis, *sc. bovis,* -es habentur, qui *eqs.*). VAL. MAX. 4, 8, 1 cuius *liberalitatis* duo sunt maxime -es fontes, verum iudicium et honesta benivolentia. *al.* SEN. benef. 5, 11, 4 in beneficio et hoc est -e, ... quod aliquis, ut alteri prodesset, utilitatis ... suae oblitus est. *al.* COLVM. 1 praef. 8 (*7* genus amplificandi ... patrimonii, quod omni crimine caret) an faeneratio -ior sit? QVINT. inst. 12 prooem. 4 -is ... cupiditas honestorum. *al.* APVL. met. 11, 22, 1 intentus miti quiete et -i taciturnitate ... obibam culturae sacrorum ministerium. EDICT. imp. inc. frg. Vat. 113 (*respicitur dos*) vitae -is instrumentum (HIL. in psalm. 51, 23 p. 116, 1 per iustitiae operationem. PRISCILL. tract. 2, 43 -is et christianae v. amore. SYMM. epist. 9, 62. *et saepius*). *al.* *cum respectu fidei rectae*: HIL. in Matth. 5, 1 *error Tertulliani* detraxit scriptis -bus auctoritatem. CONC. Ven. a. 461/491 p. 151 l. 23 ut, si *quod sanximus* -e duxeritis, id ... et vestra auctoritate firmetur. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 231, 10 -em tuae religiositatis intentionem (*cf. Migne gr. 77, 328^{C} ἀξιαγάστῳ*). CASSIOD. inst. 1, 23, 2 -ium dogmatum decore fulgentes *viros.* *al.*

β *sec. praecepta artium*: CIC. de orat. 2, 4 Antonius ... -iorem hoc (huic *var. l., cf. p. 1447, 17*) populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse numquam putaretur. part. 19 *orationis* haec sunt quinque quasi lumina: dilucidum, breve, -e, inlustre, suave; ... -e autem genus est orationis, si non nimis est comptum ..., si est ... pondus in verbis, si sententiae ... aptae opinionibus hominum (*in eadem re* -is oratio: *ibid.* 22. 25 QVINT. inst. 8, 3, 42). CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 3 tot malis ... fractum studium scribendi quid dignum auribus aut -e potest adferre? VITR. 3, 3, 6 reddenda ... est eustyli ratio, quae maxime -is ... et ad firmitatem rationes habet explicatas (CASSIOD. inst. 2, 5, 5. *al.*). BASS. gramm. VI 258, 4 -em ... choliambum (*cf.* 269, 9 trimetrus). QVINT. inst. 6, 3, 82 in se dicere non fere est nisi scurrarum et in oratore ... minime -e. 10, 1, 52 *Hesiodi* levitas ... verborum et compositionis -is. *al.* GELL. 6, 14, 1 genera dicendi -ia sunt tria. 19, 13, 3 esset ... id *verbum e gr. sumptum* impendio -ius, quam quae a Laberio ignobilia nimis ... intromissa sunt. *al.*

γ *sec. quamlibet opportunitatem, praestantiam vel etiam sec. ius*: CIC. Scaur. 26 neque ... mihi -e neque verum videbatur me ... causam *Siciliae non in ipsa Sicilia* ... discere. rep. 2, 65 genera civitatum tria -ia (*opp.* perniciosa). leg. 3, 27 auspicia *magistratibus data,* ut multos inutiles comitiatus -es impedirent morae. *al.* LIV. 2, 13, 10 *Cloelia* elegisse impubes *obsides liberandos* dicitur; quod et virginitati decorum et consensu obsidum ipsorum -e erat eam aetatem ... liberari ..., quae *eqs.* 32, 3, 6 causam postulandae missionis -em ... videri ([*postea*: iustam]. 37, 54, 14 et honesta et -is ... c. armorum. SEN. dial. 7, 23, 5 *sapiens* donabit ex recta et -i c. PLIN. epist. 7, 17, 5. SVET. Nero 32, 2 sine -i c. CELS. dig. 45, 1, 97, 2. MARCELL. dig. 43, 16, 12 iustam et -em. *et saepius*). LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 3 (*contextu manco*) cetera quo firmiora -ioraque sint. VAL. MAX. 2, 6, 5 bonos cives corona decorandi ... consuetudinem ..., -e institutum (2, 6, 16 Persarum admodum -e i. fuit, quod *eqs.* GELL. 1, 11, 9). POMPON. dig. 39, 2, 39, 4 quae *impensa* modum -em non excedet (PAPIN. dig. 5, 3, 50, 1. *al.*). GAIVS dig. 2, 1, 11, 2 *Cassii et Pegasi* sententia -is est (EPIST. imp. Pii dig. 4, 8, 27, 2 minus -em. VLP. dig. 14, 1, 1, 5. *al.*). GELL. 20, 1, 37 edictum ... praetorum ... -ius esse *quam legem XII tab.* PAPIN. dig. 3, 5, 30, 7 sumptus necessarios ⌞ac⌟ -es ([⌞ ⌟ *om. F*]. VLP. dig. 44, 4, 4, 9). PAVL. dig. 44, 2, 6 *aliquid* -i ratione placuit (COD. Iust. 4, 35, 4 [*a. 222/35*]. COD. Theod. 13, 11, 16. *al.*). SYMM. epist. 2, 91, 2 in tam absoluto et -i petitionis genere (rel. 29, 2. *cf.* epist. 9, 146, 1 petitio ... -is visa *non* est). IVLIAN. in psalm. 9, 10^{a} ('adiutor in opportunitatibus') ⌞gratum et -e⌟ est adiutorium (⌞ ⌟ *gr. εὔκαιρος*). PRIMAS. in apoc. 20, 4 l. 100 ecclesia ... a suo rege ⌞-i⌟ meruit audire sanctione: 'quae ligaveris in terra, ligata erunt in caelo' (*Matth. 16, 19*; ⌞ ⌟ *qua confirmatur potestas ecclesiae?*). *al.*

b *corporeis*: **α** *variis*: COLVM. 4, 26, 1 sambuci -es usu statuminis (*v. app. crit.*). 5, 8, 6 non minus -e est solum, ubi *eqs.* (*antea*: aptissimum genus). *al.* PLIN. nat. 15, 85 quartum genus *sorborum* ... remedio tantum -e. 31, 38 ex quonam ... genere maxime -is continget? (*de aqua ut*: CET. FAV. 5 p. 292 si *aqua* maculam non fecerit, optima ⌞et -is⌟ erit [⌞ ⌟ *om. Vitr. 8, 4, 1; sim.* PALLAD. 9, 10, *qui om.* optima]). *al.* RVFIN. hist. 4, 15, 43 *martyris* ossa ... omni auro -iora (*gr. δοκιμώτερα*). Ps. APVL. herb. interpol. 101 l. 16 *absinthii* -ius genus est Ponticum (*Diosc. 3, 23 p. 386, 17* melior, *gr. βέλτιον*). CAEL. AVR. gyn. 1, 130 lac -e iudicamus primo, quod *eqs.* ([*gr. p. 69, 8 δοκιμάζεται δὲ πρῶτον*]. *ibid.* lac non esse -e [*cf. gr. p. 69, 12 τοῦ φαύλου σημεῖον*]). MVTIAN. Chrysost. hom. 8 p. 295 parvulus nescit probum -emque cibum discernere (*sed gr. p. 73 φαύλην καὶ ... δόκιμον, ut suspiceris* pravum -emque). *al.* **β** *de auro, argento purgato, nummis probis* (*in imag. vel comparat. praeter p. 1447, 2*): VET. LAT. psalm. 11, 7 (Aug. in psalm. 54, 22, *cf.* ORIG. in Matth. 15, 8 p. 371, 25) eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, ⌞-e⌟ terrae, purgatum septies (*gr. δοκίμιον τῇ γῇ, Vulg. al.* probatum t.; ⌞ ⌟ *om. cod. 300. al.; loco parum dilucido. pendent*: AMBR. *infra.* ORIG. in Matth. ser. 65 p. 153, 29 argentum ignitum, -e). AMBR. fid. 2 prol. 12 auro et argento -i ... eloquia domini designari

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(PAVL. NOL. epist. 23, 26 'aurum cephas' [*cant. 5, 11; v. vol. III 848, 46*], quo nomine -ius aliquod et purius aurum significari puto). PAVL. NOL. epist. 23, 26 ut ... -es domino cuderent nummos *nummularii* (*sc. fideles. cf.* ORIG. in Matth. 14, 7 p. 291, 7 quomodo unusquisque domini sui argenteis -bus et intellegibilibus pecuniis usus est [*gr. δοκίμοις*]).

2 *de ipsis malis, sc. tolerabilibus, quibus ignosci potest*: NERAT. dig. 41, 10, 5, 1 ut -is error ... usucapioni non obstet (*postea*: in alieni facti ignorantia tolerabilis error est). GAIVS inst. 3, 160 iusta et -is ignorantia. SALV. gub. 4, 12 id ipsum scelus in nobis -e esse ducimus, quod in aliis severissime vindicamus (*antea*: nos absolvimus).

B *de animantibus* (*sc. fere hominibus [de re pro homine in titulo honorifico l. 47. p. 1448, 3]; de Christo p. 1448, 7, de animalibus l. 49* [*cf. l. 25*]): **1** *qui probantur in arte exercenda, in munere administrando sim.* (*quod indicatur per abl. l. 23,* in *c. abl. l. 20 sq. 24. 36*): CIC. de orat. 1, 129 *Roscium* reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem, non quo non essent quidam -es, sed *eqs.* 2, 153 existimavi iucundiorem et -iorem huic populo oratorem fore, qui ... nullam Graecarum rerum significationem daret (Brut. 263 *Q. Sicinius,* -is o., iam vero etiam probatus. NEP. Cato 3, 1. *cf.* CIC. Brut. 168 *Q. Rubrius,* vehemens accusator, in eo genere sane -is. *sim. al.*). rep. 1, 13 cum ... alii fuissent in disputationibus perpoliti, ... alii in gerendo -es, in disserendo rudes. PLIN. nat. 34, 44 ut artificum minime -is videatur *quidam.* QVINT. inst. 10, 1, 75 Timagenes vel hoc est ipso -is, quod *eqs.* (*item in historia*: 10, 1, 103 Bassus Aufidius ... -is in omnibus). TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 25 ne tu, Euxine, -iorem feram philosophis edidisti quam Christianis (*conviciose de Marcione*). VET. LAT. II Macc. 4, 3 (rec. M) ut per quosdam, quos Symon -es asserebat, homicidia fierent (*gr. δεδοκιμασμένων, rec. L* probatos *sim. al., sed V* necessarios). RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 543^{A} mandatum, quo -es iubentur effici trapezitae, scientes quod bonum est retinere *eqs.* (*sec. dictum domini γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, e. g. Clem. Alex. strom. 1, 28, 177, ut*: Orig. in lev. 3, 8 p. 315, 6 CASSIAN. conl. 1, 20, 1. *al.*). Greg. Naz. orat. 1, 5, 1 nautae ... -i (*Migne gr. 35, 411^{B} ναύτῃ τῶν εὐδοκίμων*). CAEL. AVR. acut. 1, 17, 166 ⟨nemine⟩ eorum *empiricorum* posterior atque omnium -ior *Heraclides Tarentinus.* BOETH. top. Arist. 100b23 (*sim.* 101a13) *sapientibus* maxime notis et -bus (*gr. ἐνδόξοις.* vel praecipuis *add. codd. aliquot utroque loco, fort. e glossa*). ISID. eccl. off. 2, 12, 3 in cantandi arte. *al.* *significatur qui aptus est ad militiam*: PASS. Maximil. 1, 1 -is est (*antea*: cum bono tirone).

2 *qui probantur moribus, vita, indole, religione sim.*: **a** *vario respectu*: VAL. MAX. 9, 2, 4 Munatius ... Flaccus, Pompeiani nominis acrior quam -ior defensor. VET. LAT. Sirach 42, 8 eris ... -is in conspectu omnium virorum (*gr. δεδοκιμασμένος*). SYMM. epist. 3, 72 *quidam* -is honestate vitae et exercitatione militiae. 5, 40 Celsum atque Nicianum, -es viros *eqs.* (5, 60). HIST. AVG. Ael. 5, 2 in vita privata etsi minus -is, minus tamen reprehendendus. Valer. 8, 1 Valerianus iunior ... forma conspicuus, verecundia -is. SCHOL. Cic. Bob. p. 146, 11 factio minus -is. COD. Theod. 11, 7, 9 -is sinceritas tua (*titulus honorificus vicarii Africae*). 15, 7, 2 ex scaenicis natas, si ita se gesserint, ut -es habeantur *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 10, 251 p. 301 *Danihelem* apud Darium esse -em (*gr. εὐδοκιμοῦντι*). *al.* *de animalibus*: COLVM. 6, 1, 2 *Vmbria progenerat boves* rubios, nec minus -es animis quam corporibus. HERMEN. Celtis coll. 72 praeses equos -es *exigit* (*gr. forma corrupta δοκιμεισῃ*).

b *secundum religionem christianam*: α *perlucente respectu dei probantis vel damnantis* (*exempla potiora*): VET. LAT. II Tim. 2, 15 (cod. 78. *al.* = VVLG.) cura te ipsum -em exhibere deo (*gr. δόκιμον, var. l. cod. 77* probatum). EPIST. pontif. 216 Lucif. epist. 8 l. 8 *episcopos exilio damnatos* singularis fides ... -es deo ostendit (*antea*: acceptissimos deo). HIL. myst. 1, 6, 6 (*cf.* 5 sacrificium Abel ... -e est) *Cain* invidet ... et contra dei edictum ... -is ab improbabili interficitur. 1, 12, 4 deo -is est, ... iustus invenitur *Noe* (*gen. 6, 8* invenit gratiam). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 36, 2 -ior Pharisaeus ingressus est templum quam publicanus et tamen condemnatus exivit (*ad Luc. 18, 10 sqq.*). RVFIN. hist. mon. 1, 7, 8 sunt ... isti -es et valde -es, qui in bonis actibus placent deo (*gr. 1, 63 καλὸς ... καὶ πάνυ καλός*). OP. imperf. in Matth. 19 p. 742 qui ... faciunt voluntatem dei, illi soli -es sunt (*opp.* reprobi). MVTIAN. Chrysost. hom. 32 p. 439 (*ad Hebr. 12, 23* spiritus iustorum perfectorum) animas ..., quae apud deum -es exstiterunt (*gr. p. 221 τῶν εὐδοκίμων*). *al.* β *exempla cetera* (*saepe nimirum cum respectu fidei rectae*): TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 597, 20 eos -es intellegendos, qui haereses ut malum fugiant. praescr. 4 l. 17 haereses ... oportebat esse, ut -es quique manifestarentur (*sim.* resurr. 63, 8, *sc. sec. I Cor. 11, 19 δόκιμοι, Vulg.* probati. *cf. e. g.* praescr. 5 l. 10 *temptationes* tendere ad -es quosque manifestandos). CYPR. epist. 69, 16, 1 *ut baptizati* careant immundo spiritu ... et laudabiles ac -es in ecclesia vivant. GAVDENT. serm. praef. 53 *ut* in humilitate ... permanentes ... -iores efficiantur in Christo. COD. Theod. 16, 1, 3 ex ... consortio -ium sacerdotum (LEO M. epist. 50, 1 Conc.^{S} II 4 p. 21, 25). LEO M. epist. 72 Conc.^{S} II 4 p. 5, 29 scio te -em et sincerissimae fidei esse custodem. CONC.^{S} II 3, 1 p. 46, 25 tuam sanctitatem puritate vitae et catholica fide -em (*gr. II 1, 1 p. 71, 26 εὐδοκιμοῦσαν*). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 273^{A} Pachomium ..., ⌞-em per omnia⌟ virum (⌞ ⌟ *gr. p. 52, 6 δοκιμώτατον. cf. II 10 p. 362^{A}* probatissimum. APRING. in apoc. 20, 9 sancti et -es v. CASSIOD. hist. 8, 7, 6 [*Socrat. 4, 24, 18 δοκιμώτεροι*]). MVTIAN. Chrysost. hom. 1 p. 239 *Christus* honorabilior atque -ior *quam Iohannes* (*respicitur Ioh. 1, 15* ante me factus est. *gr. p. 16 ἐντιμότερος καὶ λαμπρότερος*). *al.*

II *respicitur quod respondet veritati vel firmae ratiocinationi, disquisitioni sim., ut credibile, veri simile, perspicuum sit* (*variat in contextu vel coniungitur maxime cum* credibilis *l. 29. 48. 58. al. et* veri similis *l. 29. 30. 69. 72. p. 1449, 9. al. [distinguitur p. 1449, 1; ad rem v. Glucker in: Powell, Cic. the philosopher, 1995, 115 sqq.], ceterum cum* apertus *l. 27. 31,* firmus *l. 24. 26. p. 1449, 41 et sim. al.; distinguuntur vel opponuntur imprimis* certus *p. 1449, 7,* incredibilis *l. 37. 49,* necessarius *l. 24. 49. 53. p. 1449, 23. al.,* perceptus [percipere] *p. 1449, 3,* verus *l. 37. 60. p. 1449, 11. 30. al.* [*aliter p. 1446, 32*]): **A** *in arte rhetorica et in re forensi*: **1** *adi.*: RHET. Her. 1, 2, 3 (*item* CIC. inv. 1, 9) inventio est excogitatio rerum verarum aut veri similium, quae causam -em reddant (CIC. Verr. II 5, 173 -is mihi et facilis. de orat. 1, 44 melior et -ior. *de c. efficiente*: RHET. Her. 2, 14, 21 negotium gestum de aliqua -i c. AMM. 15, 6, 3 c. ... -em ..., multorum testimoniis claram). 2, 7, 10 si refellemus, quae in quaestionibus erunt dicta, -i argumentatione *eqs.* (3, 10, 18 firmae et -es. CIC. inv. 1, 44 aut -is aut necessaria [*eadem partitione* IVL. VICT. rhet. p. 49, 13. *cf. p. 1449, 58*]). 3, 10, 17 si narratio parum -is, exordiemur ab aliqua firma argumentatione (CIC. inv. 1, 28 ut *n.* brevis, ut aperta, ut -is sit. 1, 29 -is erit n., si in ea videbuntur inesse, quae solent apparere in veritate. *al.* QVINT. inst. 4, 2, 31 neque ... refert, an ... pro veri simili -em credibilemve dicamus. *al.*). 4, 49, 62 *exemplum facit rem* -iorem, cum magis veri similem facit. *al.* CIC. inv. 1, 67 id, quod breviter expositum est, rationibus adfirmatum -ius et apertius fit. 1, 74 inventum aliquam in rem -e aut necessarium argumentatio vocatur. 2, 48 quae *res dubia* ex contrario quoque habeat -es rationes argumentandi (*ibid.* per aliquam -em utraque ex parte r.). Quinct. 41 utrum sit -ius, Sex. Naevium statim ... petiturum fuisse, an *eqs.* Verr. II 2, 154 an ... Siculi inviti contulerunt? non est -e. de orat. 1, 240 *adversarii* disputationem ... -em et prope veram videri. parad. 3 nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat -e. *al.* QVINT. inst. 5, 12, 11 id, quod illi *iudici* maxime -e videatur. decl. 313, 11 *accusatorem* motum esse -bus argumentis (GELL. 17, 5, 5 aut -ia esse debere aut perspicua et minime controversa. COD. Iust. 9, 41, 8, 1 [*a. 290*] verisimilibus -busque. *et saepe; fusius de* -i a. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 29 p. 234, 16 sqq. *sec.* CIC. *sub 2*). *al.* **2** *neutr. pro subst.*: RHET. Her. 2, 2, 3 *coniecturalis* constitutionis ratio in sex partes est distributa: -e, conlationem ...; -e est, per quod probatur expedisse *reo* peccare et ab simili turpitudine hominem numquam afuisse. CIC. inv. 1, 46 *in argumentatione* -e ... est id, quod fere solet fieri aut quod in opinione positum est *eqs.* 1, 47 omne ... -e, quod sumitur ad argumentationem, aut signum est aut credibile aut iudicatum aut comparabile. 1, 75 *propositio* si quid habet -e aut necessarium. part. 12 incredibilia -bus inteximus. *al.* QVINT. inst. 2, 17, 35 ut candido candidius ... non est adversum, ita nec -i -ius. *al.*

B *in philosophia*: **1** *generatim*: CIC. fin. 5, 9 ut multa non modo -i argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderent. 5, 76 quis ... potest ea, quae -ia videantur ei, non probare? (*sim.* fat. 1). Tim. 8 contenti ..., si -ia dicentur (*Chalc. transl. p. 29^{C}* consentaneas assertiones, *gr. εἰκότας*). nat. deor. 2, 43 -e est ... praestantem intellegentiam in sideribus esse. 2, 133 nihilo -ius *est* deos ... *animalium* causa tantum laborasse (*antea*: absurdum est. *postea*: fit credibile). 3, 49 quod si -e non est, ne illa quidem ... probanda sunt. *al.* CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 *ἡδονὴν* ... virtute ... parari et verum et -e est. SEN. nat. 7, 14, 4 (*antea*: quid est ..., quo probes *eqs.*) sine ullo -i argumento (ARNOB. nat. 3, 31 LACT. opif. 16, 4. *al.*). FIRM. math. 1, 8, 1 non argumentorum licentia ..., sed veritatis -i ac recto iudicio. CASSIOD. inst. 2, 3, 5 philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, -is scientia. *al.*

2 *speciatim*: **a** *in doctrina academicorum respicitur τὸ πιθανόν* (*ad rem v. von Arnim, RE X 1967, 68 sqq., Weische, RE Suppl. XI 854, 26 sqq.; passim neutr. pro subst.*): CIC. ac. 2, 32 *academici* volunt ... -e aliquid esse et quasi veri simile eaque se uti regula et in agenda vita et in ... disserendo (*cf. e. g.* nat. deor. 1, 12 multa esse -ia, quae quamquam non perciperentur, tamen ... his sapientis vita regeretur. AVG. c. acad. 2, 11, 26 id -e vel veri simile ... vocant, quod nos ad agendum sine adsensione potest invitare). 2, 33 sive ... -em visionem sive -em (inpro- *trad.*) et quae non impediatur, ut Carneades volebat (*cf. 1449, 5 et* 2, 59 -ia vos sequi, si nulla re impediamini). 2, 49 (*sorites*) si tale visum obiectum est ...,

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut -e sit, cur non etiam, ut valde veri simile, cur deinde *eqs.*? 2, 99 contra naturam esset -e nihil esse ...; itaque et sensibus probanda multa sunt. 2, 102 quod negemus rem ullam percipi posse, ... quod tamen dicimus esse quaedam -ia (*item opp. p. 1448, 71 et e. g.* 2, 110 illa habet -ia, non percepta). 2, 105 constituto -i, et eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato. 2, 124 *multa de natura animi asseruntur*; horum aliquid vestro sapienti ⌞certum⌟ videtur, nostro ne quid maxime quidem -e sit occurrit (⌞ ⌟ *opp. ad significandos stoicos ut*: Tusc. 1, 17 off. 2, 7). *al.* Avg. c. acad. 3, 15, 34 l. 18 quonam modo possit istuc -e aut veri simile actus nostros ab errore defendere. 3, 16, 35 l. 22 (*verba irridentis*) faciendum esse adulterium *non* pro vero sibi persuasit; -e occurrit, secutus est, fecit. 3, 16, 36 l. 48 sq. dicunt nihil se in agendo sequi nisi -e et quaerunt magnopere veritatem, cum eis sit -e non posse inveniri; o mirum monstrum. *al.* **b** *in arte dialectica* (*apud* Boeth. *respondet gr. ἔνδοξος praeter l. 24*): Cic. div. 2, 41 ita ... concludere solent: '... sunt ... di, est ergo divinatio'; multo est -ius: 'non est ... divinatio, non sunt ergo di'. Vita Anton. 77 p. 79, 10 vos *philosophi* ... sermonibus quasi -bus ratione[m] incumbitis (*postea*: per sermonum probationem; *gr. ἀποδεικτικοῖς λόγοις, Euagr.* observatione dialectica). Boeth. anal. pr. 24b12 rec. Flor. sumptio apparentis et -is (*item neutr. pro subst.*: elench. soph. 183b6 observemus positionem velut per -issima. top. Arist. 100a30 syllogismus, qui ex -bus est syllogizatus [*opp.* ex veris et primis]. *al.*). 70a4 rec. Flor. verisimile ... est propositio -is (70a7 rec. Flor. vel necessaria vel -is. top. Arist. 158b16 difficile -is [*gr. δυσεπιχείρητον*]). 70b4 rec. Flor. -issimum ... et maxime verum, quod est per primam figuram. top. Arist. 159a39 aut -em aut improbabilem positionem (159b16. *al.*). 159b22 quaecumque magis sunt -ia conclusione. *al. apud eundem.*

C *exempla cetera*: Cic. ac. 1, 10 *parum scripsisti*; causam ... -em tu quidem affers ...; sed eam mihi non sane probas (fam. 11, 22, 2 etsi minus veram ..., tamen vel -em aliquam. Liv. 26, 12, 15 *cum* fames ... nulli non -em c. transitionis faceret. 30, 3, 7. *al.* Cvrt. 10, 9, 11. *al.*). Att. 8, 12, 2 sapientem excusationem, non modo -em. fam. 3, 6, 4 -em materiem ... sermonis *maledici.* Q. Cic. pet. 46 hoc, *quod dixi,* -e est, illud ... subdurum *eqs.* Fest. p. 249 Verrius -ius iudicat esse, ut *eqs.* (*v. supra p. 794, 29*). Cels. 3, 4, 14 quod cum fecissent sine ulla -i ratione (Plin. nat. 6, 59 Plin. epist. 10, 67, 2. Apvl. met. 7, 1, 5 [*opp.* argumentis dubiis]. *al.*). 3, 6, 6 *metum* -i sermone lenire. Plin. nat. 2, 161 intervenit sententia quamvis indocili -is turbae (11, 46). *al.* Frontin. aq. 25, 4 maxime -e est, quinariam dictam a diametro quinque quadrantum. Svet. Iul. 30, 4 quod -ius facit Asinius Pollio *eqs.* Gell. 3, 19, 4 cur non -ius videatur, ut accipiamus 'parcum' ob eam causam dictum, quod *eqs.*? 10, 5, 3 -ius id firmiusque est, quod de 'locuplete' dixit. *al.*

adv. ⁂**probābiliter.** *compar.* -ius *saepius inde a* Cic., *superl. non invenitur.* *legitur singulis vel binis locis apud* Rhet. Her., Liv., Vell., Val. Max., Plin. nat., *decies apud* Cic. (*rhet., philos.*), *ceterum inde a saec. II* (*saepius apud* Avg.).

i. q. modo probabili (*accedit ad verba praeter p. 1450, 16. 20*): **1** *de ratione quae apta est ad demonstrandum, persuadendum, quae credi potest, veri similis est* (*opp.* necessarie *l. 58,* rationabiliter *l. 70,* vere *l. 66 [cf. l. 64]; iuxta ponitur* credibilius Avg. civ. 9, 15 p. 387, 7, dilucide Cic. part. 31, verisimiliter *l. 69 et* Avg. c. acad. 3, 16, 35 l. 27, verius Schol. Cic. Bob. p. 170, 18. *sim. al.*): Rhet. Her. 4, 46, 59 hoc ... satis plane et perspicue et -r dici potuit hoc modo *eqs.* (Cic. de orat. 2, 337 div. 1, 14. Plin. frg. Gell. 9, 16, 6 eleganter et -r. Arnob. nat. 3, 23 p. 180, 15 merito ... ac -r. Mar. Victorin. rhet. 1, 29 p. 234, 36 [*de argumento probabili*] *πιστικῶς εἰπεῖν,* id est -r ad fidem dicere. Avg. c. acad. 3, 5, 11 l. 16 acute -rque. *al.*). Cic. inv. 1, 44 argumentatio videtur esse inventum ... rem aliquam aut -r ostendens aut necessarie demonstrans (*sim.* Ivl. Vict. rhet. p. 48, 24). 2, 136 iustius et -ius accusare. ac. 2, 138 *sententias* -r posse defendi (Liv. 42, 48, 2 *crimen* minime ... -r, manifesta enim res erat, defensum). *al.* Liv. 33, 28, 8 multa ... in eam partem -r argumentatur. Vlp. dig. 50, 10, 1, 1 ante -ius impetrasset *aliquis excusationem.* Porph. Hor. sat. 1, 2, 114 satis eleganter ac -r haec inferuntur. Avg. c. acad. 2, 3, 8 tibi facile persuadebo, quod volo, -r tamen; nam ipsum verum non videbis, nisi *eqs.* (3, 5, 11 l. 10. c. Parm. 1, 4, 6 multis documentis -ius persuaderi. *al.*). Boeth. elench. soph. 175a31 syllogizare ... -r ... magis quam vere (*cf.* 175a33 solvendum ... magis -r quam secundum verum. *gr. utrobique ἐνδόξως*). Porph. isag. p. 1, 15 quemadmodum de his ... -r antiqui tractaverint (*gr. λογικώτερον. explanatur*: in Porph. comm. sec. 1, 12 p. 168, 11 '-r' ... ait 'verisimiliter', quod Graeci *λογικῶς* vel *ἐνδόξως* dicunt; ... [p. 168, 18] *non diximus 'rationabiliter', sed* '-r' ..., id est non praeter opinionem ... lectorum). *al.* *cum acumine* (*ad irrisionem academicorum; cf. l. 63*): Avg. c. acad. 3, 15, 34 ut erret ille, qui veram viam vel casu tenet, ille autem, qui per avios montes ⌞-r ductus est⌟ ..., non videatur errare (⌞ ⌟ *antea*: si quidem probabile sequitur).

2 *de varia ratione laudanda, aestimanda* (*coniungitur e. g. cum* bene *l. 10,* honeste *l. 5. 16,* iuste *l. 30,* recte *l. 7. 11. 26, opp.* improbabiliter *l. 29,* inconsiderate *l. 8. sim. al.*): **a** *illustratur potius modus actionis statusve, sc. de eo quod fit (factum est) bene, honeste, ut decet sim.*: Cic. fin. 3, 58 ut ... -r acti ratio reddi posset (*cf. p. 1445, 68*). Vell. 2, 46, 1 *consulatus* neque petitus honeste ... neque -r gestus est. Plin. nat. 28, 34 ferunt difficiles partus statim solvi, cum quis ...; -ius id facit hasta velitaris *eqs.* Gell. 1, 16, 9 id ... recte et -r dici solitum ... 'mille equitum' (6, 9, 1. Optat. 1, 8 p. 10, 7 [*postea*: inconsiderate]. *al.*). Epist. pontif. 255, 13 Migne 13, 1142^{B} si -r vixerit, ... subdiaconus esse debebit (Evseb. Gallic. hom. 39, 2 [*antea*: bene agere]. Mvtian. Chrysost. hom. 22 p. 373 -r et recte vivens *Abel* [*sed gr. p. 155 κατώρθωσεν*]). Hier. in eccles. 8, 9 l. 148 quae non -r fecerunt *episcopi.* Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 5, 1 si *nauta* ventorum -r collegerit disciplinam (*Migne gr. 35, 411*^{B} *καλῶς*). Ps. Pavl. Nol. epist. app. 2, 22 qui -r ac scienter abstinentiae virtutem tenent. Conc.^{S} II 3, 2 p. 52, 15 vers. ant. *reum* vocatum ... -r non semel neque secundo, sed tertio. *al.* *iuxta adi. vel p. p. p. pro subst.*: Novell. Anth. 1, 1 *ut* honeste ac -r constituta ... serventur. Cassiod. in psalm. 32, 19 l. 357 o fames illa *rerum caelestium* ... -r semper avida.

b *iudicatur potius de tota sententia, sc. ut quid iure, merito sim. fieri dicatur* (*exempla potiora*): **α** *sine verbo in exclamatione iudicantis*: Val. Max. 2, 8, 2 mirifice iudex, quod ..., -ius Lutatius, quod ..., sed ne Valerius quidem improbe, quia *eqs.* 5, 2, 5 errorem ... correxit; tam hercule -r quam *eqs.* **β** *in structura integra*: Afric. dig. 29, 2, 51, 1 *filius* -ius diceretur ... patrem non obligasse (Gaivs dig. 30, 68, 1 Pavl. dig. 21, 2, 71. *al.*). Cod. Iust. 4, 23, 4 (*a. 294*) praetextu debiti restitutio commodati non -r recusatur (5, 18, 8). Symm. rel. 21, 5 recte et -r iudicasti fratrem interesse debere. Avg. c. Petil. 1, 21, 23 obicitis traditionem: hanc ipsam multo -ius nos vobis obicimus (*inde* c. Cresc. 3, 72, 84. 3, 74, 86 *dixi '-ius',* non quia vos '-r', sed magis improbabiliter *eqs.*). Cod. Theod. 11, 30, 40 quidquid ... decernitur, praeiudicii loco iuste ac -r putatur. Reg. eccl. Carth. l. 761 nulla memoria martyrum -r acceptetur, nisi ubi ... reliquiae sunt. *al.* *perperam pro gr. μετὰ δοκιμασίας*: Canon. Turner I p. 132 rec. I (*sim.* II) postulantibus ... in fine suo communionem -r episcopus dare debebit (*gr. Mansi 2, 673*^{D}*; interpretem vix cogites vim activam examinandi usurpavisse, v. enim p. 218 rec. VI* probabili causa; *rectius vertitur e. g. p. 220 rec. V* cum sollicita probatione; *ceterum cf. vol. VII 1, 684, 79*).

deriv.: probabilitas.

compos.: perprobabilis; *cf.* improbabilis. *Wild.*

probābilitās, -ātis *f.* *a* probabilis. *plur. non legitur.* *i. q. status probabilis eorum*: **1** *quae veri similia, credibilia esse iudicantur* (*fere technice in doctrina academicorum [v. l. 49. p. 1448, 66] praeter l. 43. 51*): Cic. fin. 3, 72 quod *dialectica* habeat rationem, ne cui falso adsentiamur neve umquam captiosa -e fallamur (ac. 2, 75). ac. 2, 99 quidquid acciderit specie probabile, si nihil se offeret, quod sit -i illi contrarium, utetur eo sapiens. 2, 104 ut *sapiens* sequens -em, ubicumque haec aut occurrat aut deficiat, aut 'etiam' aut 'non' respondere possit. Tusc. 5, 33 (*iocose de academicis*) nos in diem vivimus; quodcumque nostros animos -e percussit, id dicimus. Avg. c. acad. 2, 9, 23 *academici* fecerunt in animo *meo* quandam -em, ut ab eorum verbo nondum recedam, quod homo verum invenire non possit. 2, 10, 24 de -e academicorum. 3, 6, 13 de -e humanae vitae (*sc. quid in ea probabile sit*). **2** *quae bona, proba esse iudicantur*: Avg. serm. 170, 7 cum *quis* vixerit ... innocenter secundum -em existimationis humanae. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 163 -e ... et ea mediocritate laudum, quae naturis debetur, etiam in nascentibus ... servata (*cf. 162* bonum esse opus dei in nascente). *loco dubio*: Avg. in psalm. 58, serm. 2, 1 l. 22 -e sanctorum morum (probitate *var. l.*).

probābiliter *v.* probabilis. *Bk.*

⁂**probāmentum,** -ī *n.* *a* probare. *legitur in oratione soluta inde a* Vet. Lat. *et script. saec. IV ex.* (*saepius apud* Rvfin.).

1 *vi activa i. quod probat* (*actio probandi fort. hic illic sub 1b; meton. de probante p. 1451, 22. accedit gen. obi. l. 65. 67. p. 1451, 9. 24. al., subi. p. 1451, 19, explic. p. 1451, 3. 29, praepos.* super *p. 1451, 19*): **a** *cum demonstratur, affirmatur aliquid; respiciuntur potius*: **α** *signa, indicia*: Vet. Lat. II Cor. 13, 3 (Rufin. Adamant. 5, 6. *al.*) -um quaeritis eius, qui in me loquitur Christus (*gr. δοκιμήν, cod. 64. al.* probationem, *75. al. et Vulg.* experimentum). Clavd. Don. Aen. 5, 640 p. 497, 16 concurrunt -a fidei et veritatis supplementa non desunt. Ps. Chrysost. hom. I 936^{B} (*Christus ad Iudaeos*) necdum vobis -a deitatis meae ostenderam (*cf. Migne gr. 55, 588 ἀπόδειξιν*). Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 19, 4 p. 378^{D} ⌞omnia, quae sunt irrationabilium -a causarum⌟, per malum (malae *trad.*) mentis usum rationabilium vitia sunt effecta mortalium (⌞ ⌟ *gr. πάντα τῆς κτηνώδους ἀλογίας ἀφορμηθέντα*). Pass. Caecil. 2 suae salutis -a per eos, qui vere sunt salvati, recognoscet *animus* (*antea*: indicia). *al.* *explicatur struct. verbali*: Anon. in II Cor. 24 F -um hoc ... magnum erat, si vi-

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

derent *eqs.* (MART. CAP. 6, 592 quod [*sc. terram planam esse*] magis indubitabilis -i fiet, si *eqs.*). OP. imperf. in Matth. 30 p. 787 non credere verbis eius *Christi* ..., nisi signorum ostenderit -a. Ps. SORAN. quaest. med. 130 dicit *Hippocrates* (*cf. Galen. def. 203*) ... -um *hemitritaei* de ipso *aegroto*, quia nullam horam quietam habet. β *testimonia, documenta: e libris prolata*: Ps. MAR. VICTORIN. phys. 18 siquis per infirmitatem animi sui ... -is istis non credit (*sc. sacrae script. ut*: PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1554. RVFIN. apol. Orig. 1 p. 552[B] omnibus adhibitis -is ex scripturis sanctis. hist. 7, 24, 2 dogmatis ⌞-a ... adserere⌟ [*gr. κρατύνειν*]. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 15 haec tam firma tamque robustissima de divinis auctoritatibus elicita -a [*cf. ibid.* probationum testimoniis, *1, 16* documentis]. *al.*). EPIST. pontif. 885 Conc.[S] IV 2 p. 209, 15 cuius rei -a ex patrum traditionibus consecuntur. VIRG. gramm. epist. 3, 11, 3 exempla proferre, quibus sententiae tuae manifestum ostendas -um. *quaelibet* (*usu fere forensi*): EVAGR. vita Anton. 65 p. 935 cum deessent -a fallacibus *daemonibus, qui Antonium accusabant* (*cf. gr. p. 936[A] μὴ ἐλεγχόντων, Vita Anton. 65 p. 70, 23* non probantibus). CLAVD. DON. Aen. 2, 430 p. 207, 27 (*l. 24 sq.* nullis ... testibus adprobare) quod deficientibus -is adseritur. COD. Theod. 13, 6, 10, 1 quem non personae alicuius super navicularia functione -a confutara⟨n⟩t. EPIST. pontif. 761 Schwartz p. 154, 19 convicia sunt ista, non criminum -a (CASSIOD. Ios. antiq. 17, 106 p. 488 *accusator Antipatri* congregabat undique criminis -a [*gr. ἀπόδειξιν*]). *al.*

b *cum examinatur, temptatur aliquid* (*cf. 2*): Ps. PACIAN. sim. carn. p. 125, 14 id (*sc. de carne domini dicere*) carnis ipsius -a desiderant (*cf. p. 118, 1* quam *carnem Christus* habuit, est quaerendum). HIER. in Is. 10, 32, 9 l. 33 (*cf. vol. X 1, 160, 26*) *voce hebr. 'been' significatur* -um et firmitas. RVFIN. hist. 7, 22, 6 *tribulationes Christianorum* exercitia quaedam virtutis et fidei -a ducuntur (*gr. δοκίμιον. cf.* Ps. AVG. quaest. test. 118, 6 in his ... laudibus [*sc. Iob 1. 8*] nulla -a tribulationum fuerunt). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 476 periculum: -um (*cf. Schol. Ter. p. 103, 13* probationem vel experimentum, *Don. Ter. Andr. 565* temptamentum). GLOSS. V 413, 32 experimento: -o (*spectat ad Bened. reg. 59, 6* quod e. didicimus). *meton. de ipso arbitro*: CHRYSOST. ad neoph. vers. W 8 quando is, qui pro nobis animam suam posuit, ipse ⌞sit -um iudiciumque⌟ certaminis *martyrum* (⌞ ⌟ *gr. κρίνῃ, vers. B* diiudicat).

2 *vi passiva i. q. pronuntiatum probandum, sc. technice in philos. pro gr. ἀξίωμα* (*cui voci resp.* propositio *Boeth. top. Arist. 110a38. al.*): BOETH. elench. soph. 179b14 oportet earum, quae secundum idem sunt, orationum eandem esse correctionem; haec autem non erit, si quis non in nosse (*ut 'si Coriscum cognosco, ignoro autem venientem'*), sed in esse ... idem -um accipiat, ut 'si hic est pater, est autem tuus'. *Vestergaard.*

probandus *v.* probo.

*?**probata** *n. plur., πρόβατα. i. pecudes*: PLIN. nat. 7, 16 familias quasdam effascinantium *tradunt* Isigonus et Nymphodorus (*Frg. Gr. Hist. 572 F 13*), quorum laudatione intereant -a, arescant arbores (*sunt qui coni.* prata, *sed cf. Gell. 9, 4, 8* pecudes; *tamen mirum vid. Plinium ab auctoribus suis mutuatum esse vocem sermonis communis*; pycta *7, 152 et* pallaca *35, 86 conferunt viri docti*).

probātē *v.* probo.

probaticus, -a, -um, *προβατικός. scribitur* prova- *e. g. cod. S* EVCHER. instr. 2 p. 153, 7. *forma gr. -ή* HIER. *l. 63.*

i. q. pecuarius (sed cum probare *coniungitur l. 58); non occurrit nisi in appellatione*: **1** *portae vel piscinae cuiusdam Hierosolymorum* (*ad rem v. Jeremias, Die Wiederentdeckung von Bethesda, 1949*): porta -a: VET. LAT. II Esdr. 3, 31 (cod. 123) usque ad p. -am (*item* 12, 38 *ibid., cf. l. 59; Vulg.* p. gregis. *huc spectat* BACHIAR. repar. laps. 18 p. 1056[B] [*inde* Ps. EPHR. paenit. p. 635], *qui per tropologiam intellegit* auditum, per quem ... comprobamus *quae audiuntur*). piscina (natatoria *l. 61*) -a: VET. LAT. II Esdr. 3, 1 (cod. 123) aedificaverunt portam ⌞p.⌟ -am (⌞ ⌟ *contra gr. insertum sec.* Ioh. 5, 2 *infra? cf. l. 55*). Ioh. 5, 2 (cod. 2, *sim.* 15) est ... Hierosolymis -a natatoria (-a p. *cod. 15*), quae dicitur hebreice Bezatha (*cod. 3. al.* est ... H. in inferiorem partem natatoria p.; *cf. l. 67. explicat* HIER. sit. et nom. p. 59 l. 22 [*inde* EVCHER. instr. 2 p. 153, 7] quae *p.* vocabatur -*ή* [-a *Eucher. et var. l. Hier.*], et a nobis interpretari potest pecualis; ... nam hostias in eo *lacu* lavari ... solitas ferunt). ITIN. Theod. 8 CASSIOD. in psalm. 25 l. 209. *fem. pro subst.* (*de porta?*): VET. LAT. Ioh. 5, 2 (cod. 6. *al.* = VVLG.) est ... super -a piscina, quae cognominatur ... Bethsaida (cod. 13 in -a, *gr. ἐπὶ τῇ -ῇ κολυμβήθρα* [*vel -θρᾳ*] *ἡ ἐπιλεγομένη κτλ.* [*v. app. crit.*]. *cf. l. 61*). **2** *verbenae herbae*: PLIN. phys. Bamb. 83, 8 herba berbenam, quam Graeci dicunt -am (*cf. Marcell. med. 23, 43* [*in eodem remedio*] hieram botanen, quae verbena appellatur. *nomen herbae* -a *alibi gr. non legitur, sed cf.* probation *infra et προβαταία*). *Bk.*

[S]**probātio,** -ōnis *f.* *a* probare (*item* PROB. inst. gramm. IV 161, 34). *scribitur* -vat- *hic illic manu pr. cod. F* DIG. *e. g.* 4, 2, 23 pr. 28, 5, 63, 1, *ceterum* GLOSS. Paul. l. 1230. *al.* *abbreviatur* prob FAST. ann. Iul. Sabin. Sept. 14 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 52). *al.* (*v. ibid. p. 510*). *producitur prima syllaba* ORIENT. carm. app. 3, 127. *de notione*: GLOSS. -o: *ἐπίδειξις. ἀπόδειξις, δοκιμασία, ἔλεγχος.* -es: *δόξαι φιλοσόφων. sim. al., v. et p. 1454, 4.* *legitur inde a* CIC., VARRONE, VITR., LABEONE, SEN. *utroque; frequentat maxime* QVINT. (*fere 150[ies]*), *ceterum* TERT., *iuris consulti, const. imp.; in versu non nisi l. 2 et* COMM. instr. 1, 22, 10; *in contextu gr. sed litteris lat. gen.* -nos SCHOL. Basilic. 48, 1, 16.

i. q. actio probandi vel status probatus (*metonymice p. 1453, 26. 1454, 66 et saepe sub IIA*): **I** *cum respectu examinandi vel approbandi, sc. probatur, quod temptatur vel quod bonum, gratum esse iudicatur* (*opp.* improbatio *l. 45* [*cf. l. 18*], reprobatio *l. 74, coniungitur vel variat in contextu cum* examen *l. 53,* experimentum *l. 47. 62. al.* [*cf. e. g. p. 1453, 14 et* experimentorum -o CAEL. AVR. acut. 2, 9, 43], expertio *l. 42,* temptatio *l. 27. p. 1453, 10. al.*): **A** *usu communi*: **1** *probant qui potestate et auctoritate praediti sunt*: **a** *in re publica*: CIC. Verr. II 1, 142 (*ad praetorem*) -o futura est tua (*operis publici ut*: II 1, 143 [*antea*: ne vitiosum opus fieret]. Font. 17 falsum est ... pretium datum *esse* ... ob -em, cum multa improbata sint. *cf. l. 45*). off. 1, 144 in athletarum -e. FAST. ann. Iul. Sabin. Sept. 14 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 52) ⟨equo⟩rum -o (*al., v. vol. V 2, 733, 82 sqq.; cf.* proba *p. 1445, 16*). PARIS 2, 2, 9 equitum -e ([*Val. Max.* equites idibus Iuliis Q. Fabius transvehi instituit]. PHILOCAL. fast. Iul. 15 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 251] e. Romanorum -o). COD. Theod. 12, 12, 12 pr. provincialium ... desideria ... *praefectis* solis agnoscere ... permittimus, nobis -em ac iudicium reservamus. CASSIOD. hist. 4, 30, 2 licet brevi tempore humana fuerit -e summissus *episcopus Athanasius* (*Socrat. 2, 23 p. 255, 17 δοκιμασίᾳ*). **b** *in ecclesia: probantur monachi*: CASSIAN. inst. 4, 6 donec ... *novicii cuiusdam* virtutem diversis temptationibus ac -bus ... agnoscant (*cf.* REGVLA mag. 90, 3 ad -em gravia proponantur. 90, 82 in ... -is anno). REGVLA mag. 7, 36 sine maiorum -bus sub proprio arbitrio militantes *monachi. al.* *probantur varii*: CONC.[S] II 2, 1 p. 46, 13 parare celerem et deliberatam a sancta synodo -em (*sim.* II 3, 1 p. 47, 17, *gr. II 1, 1 p. 72, 20 δοκιμασίαν*). II 3, 3 p. 95, 15 pauperes ..., cum proficiscuntur sub -e, epistoliis ... commendari decrevimus (*gr. II 1, 2 p. 160, 22 μετὰ δοκιμασίας*). CANON. Turner I p. 133 rec. III episcopus cum -e ei *morituro* oblationem tradat (*sim.* rec. V *et* VIII p. 220 sq., *ceterum v. supra p. 1450, 33*). EPIST. pontif. 874 Arel. 31 ad officium sacerdotale ante -em temere promoveri. *al.*

2 *probant quilibet*: **a** *res varias aut animantes*: VARRO rust. 1, 20, 1 de omnibus quadripedibus prima est -o, qui idonei sint boves, qui arandi causa emuntur. VITR. 3 praef. 3 ad falsam -em (*antea*: a veris iudiciis). 6, 8, 9 omnium operum -es tripertito considerantur, id est fabrili subtilitate et magnificentia et dispositione. 8, 4, 1 expertiones ... et -es eorum *fontium* sic sunt providendae (*cf.* PLIN. nat. 1, 31, 23 -o aquarum [*31, 38* iudicant de salubritate]). LABEO dig. 19, 2, 60, 3 domus facienda locata erat ita, ut -o aut improbatio locatoris ... esset (*cf. l. 16 sq.*). PLIN. nat. 8, 183 victimarum -o in vitulo, ut articulum suffraginis contingat *cauda.* 37, 200 limae -em *ad deprendendas falsas gemmas* (*syn.* experimentum). TEST. (CIL XIII 5708; *aet. Traiani?*) 2, 21 eorum *virorum* ... -o sit earum rerum, quas iussi post mortem meam fieri (*item respicitur testamentum*: EPIST. Secundi [CIL XII 4393] 2, 22 futurae observationis ... -o). GAIVS dig. 40, 2, 25 si tutoris habendi causa pupillus manumittat, -i esse causam Fufidius ait (-i *Mommsen,* -es *F,* probandam *cett.*). Ps. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 7 laboris -em tibi ... committo (*postea*: examine). *al.* *probant qui se exercent in palaestra*: VET. LAT. II Macc. 4, 14 (rec. B) cum -e disci (*gr. προσκλησιν, recc. LP* provocationem, *V* exercitiis). **b** *visa sim., sc. technice in philosophia i. q. συγκατάθεσις* (*quae saepius appellatur* assensio *vel* approbatio, *v. vol. II 309, 78 sqq. 851, 17 sqq.*): CIC. ac. 2, 99 *Carneadi* ita placere, tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur, ut autem -o, multa. GELL. 19, 1, 16 (= Epictet. frg. 9 Sch.) -es ..., quas *συγκαταθέσεις* vocant, quibus ... visa noscuntur ac diiudicantur, voluntariae sunt.

c *merces* (*quaedam vergunt ad IIB, ubi cf. imprimis p. 1454, 70*): PLIN. nat. 1, 13, 3 -o unguenti (*cf. 13, 19* unguenta ... meliora; ... experimentum eorum). 11, 39 sequens -o, ut sit odoratum *mel* (*antea*: primum bonitatis argumentum). 12, 46 in his *nardi fasciculis* -o una, ne sint fragilia ... folia. 12, 70 in plenum ... -o *murrae* est minutis glaebis ... utque fracta candidos ungues habeat (*opp.* secunda bonitas. *ad abl. cf. 12, 69* probatur ... pinguedine). 12, 110 -o eius *aspalathi* in colore rufo *eqs.* *al. apud eundem.*

B *usu christiano respiciuntur fideles probandi* (*fere ab ipso deo; aliter sub A 1b*): **1** *potius de actione temptandi, approbandi*: VET. LAT. II Cor. 8, 2 (cod. 75. *al.*) in multa -e tribulationis (*gr. δοκιμῇ, Vulg.* experimento. *cf.* AVG. in Rom. 46, 3 tribulatio ... accidit ... ad -em vel emendationem. *v. et p. 1453, 12*). Iac. 1, 3 (Aug. serm. 159, 8. *al.* = VVLG.) -o fidei vestrae patientiam operatur ([*gr. τὸ δοκίμιον,* cod. 66 -o vestra]. TERT. fug. 1, 3 persecutionis ... effectus *est* ... -o et reprobatio f. 2, 2 IREN. 4, 16, 5. *al.; cf. p. 1453, 17*). TERT. fug. 2, 8 ex causa -is conceditur ei *dia-*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bolo ius temptationis. paenit. 6, 5 dominum ... paenitentiae -em ... inire (*comparantur mercatores, qui* nummum ... examinant). CYPR. epist. 6, 2, 1 *tormenta* martyras dei ... passionis -e sanctificant (LVCIF. moriend. 2 l. 66). 11, 5, 3 in -bus eius *dei* ... auxilium credentibus *non* defuit. mortal. 12 conflictatio in adversis -o est veritatis. HIL. in psalm. 65, 20 quia ... temptatio -em adfert, examinantur credentes non ad cognitionem dei, sed ad sui -em. Ps. HIL. libell. 10 p. 83, 2 in die -is non gravatur compedibus facultatum *pauper.* VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 l. 56 comes in -bus fidus *erat Alexander martyr.* AVG. quaest. hept. 2, 58 (*ad exod. 16, 4* ut temptem *populum*) temptatio ista -o est, non ad peccatum seductio. *al.* **2** *potius de statu probato iustorum*: VET. LAT. Rom. 5, 4 (cod. 75, *item fere* VVLG.) tribulatio patientiam operatur, patientia autem -em, -o autem spem (*gr. δοκιμήν*). II Cor. 2, 9 (cod. 64. *al.*) ut cognoscam -em vestram, si ... obaudientes estis (*gr. δοκιμήν, cod. 75. al.* expedimentum, *Vulg.* experimentum). Phil. 2, 22 (Ambrosiast.) -em ... eius *Timothei* nostis, quod ... servivit in euangelium (*gr. δοκιμήν, Vulg.* experimentum). I Petr. 1, 7 (cod. 53. *al.*) ut -o fidei vestrae multo praetiosior auro ... inveniatur ([*gr. τὸ δοκίμιον, Vulg.* probatum]. HIL. in psalm. 128, 5 haec vera f. -o est, ut *adversarii numquam* ... praepotentes sint *fidelium. al.; cf. p. 1452, 73*). IV Esdr. 16, 74 parebit -o electorum meorum ut aurum, quod probatur ab igne (*cf. l. 17*). TERT. virg. vel. 13, 5 gloria ... inlicitum est eis, quorum -o in omni humiliatione constat. CASSIAN. inst. 6, 20 hic est integritatis finis ac perfecta -o, si quiescentibus nobis titillatio voluptatis nulla subrepserit (*nisi ad IIB*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 151, 5 (*ad* Rom. 5, 4 *supra*) est ... patientia ... iter ad bonam -em (*Rustic.* professionem; *gr. I 1, 2 p. 100, 18 εὐδοκίμησιν*). *al.* *metonymice et collective de numero probatorum*: VERAN. Migne 72, 702^{A} utilior est ... in ecclesia paucorum bonorum electa -o quam erraticae multitudinis praesentia conglobata.

II *cum respectu demonstrandi, confirmandi, sc. probatur aliquid ita esse, verum esse*: **A** *ratiocinatione, argumentatione, documentis scriptis* (*saepe metonymice de ipso argumento, quo aliquid demonstratur; opp.* assertio *p. 1454, 56,* refutatio *p. 1454, 45,* suspicio *l. 63. sim. al.; distinguitur* argumentum *l. 58. p. 1454, 10 et* EVGRAPH. Ter. Andr. 693 [*voces variant in contextu l. 46 et e. g.* Ps. QVINT. decl. 2, 6], cautio *l. 67,* documentum *l. 70. sim. al.*). *aliter ac sub I accedunt saepe adi., imprimis* aperta VLP. dig. 4, 2, 23 pr. MOD. dig. 28, 5, 63, 1 CLAVD. DON. Aen. 2, 75 p. 157, 21. *al.,* certa *vol. III 919, 76 sq.* (*adde* FILASTR. 111, 4. *al.*), difficilis VENVL. dig. 46, 5, 11 GAIVS inst. 2, 151 LACT. inst. 4, 27, 3. *al.,* evidens *vol. V 2, 1036, 53 sqq.,* firma *vol. VI 1, 816, 42 sqq.,* idonea *vol. VII 1, 234, 69* (*adde* LACT. inst. 1, 5, 1 COD. Theod. 16, 10, 25. *al.*), legitima PAVL. dig. 22, 3, 25 pr. 29, 1, 40 pr. COD. Iust. 4, 19, 4 (*a. 222*). *al.,* liquida *vol. VII 2, 1487, 16* (*adde* OROS. hist. 3, 8, 7. *al.*), manifesta QVINT. decl. 325, 2 APVL. met. 10, 6, 3 CALL. dig. 49, 14, 3, 3. *et saepe,* necessaria COD. Iust. 6, 44, 3 pr. (*a. 223*). 7, 16, 17, 2 (*a. 293*). SACERD. gramm. VI 469, 11. *al.*

1 *in re iudiciaria et usu inde derivato*: **a** *exempla varia* (*selecta inde a* CELS. dig.): SEN. contr. 7 praef. 1 *Albucius* argumenta ... argumentis colligebat et ... omnes -es -bus aliis confirmabat. 7, 3, 6 cum alterum *crimen* probamus, ut id alterius fiat -o (QVINT. decl. 309, 16 quae -o huius c. mei, quis testis? 322, 1. *al.* TAC. hist. 2, 63, 1 APVL. met. 10, 7, 9. *al.*). SEN. benef. 3, 10, 2 maxima beneficia -em non habent, saepe intra ... conscientiam latent (*i. instrumento carent; postea*: sine teste). SENT. procos. Sard. (CIL x 7852) 16 dilationem -i dari. QVINT. decl. 269, 1 depositum peto; scio hunc esse ordinem -is, ut primum ostendam habuisse pecuniam, quam deponerem. 338, 17 nullum onus -is ad me pertinere (*v. vol. IX 2, 650, 37 sqq.*). *al.* TAC. dial. 39, 3 frequenter -bus et testibus silentium ... indicit *iudex.* ann. 3, 7, 1 quod *Piso* ... subdola mora scelerum -es subverteret. PLIN. epist. 6, 31, 5 Caesar excussis -bus centurionem exauctoravit. *al.* EPIST. imp. Hadr. dig. 48, 18, 1, 1 *cum reus* aliis argumentis ita -i admovetur, ut *eqs.* CELS. dig. 22, 3, 12 ab utro ... -o eius rei exigenda est? (VENVL. dig. 22, 5, 22 *ut* -o rerum salva sit. EPIST. pontif. 349 Migne 20, 757^{B} in -em obiectae rei. *al.*). 22, 3, 17 heredis -o est locum habere legem Falcidiam. IVLIAN. dig. 32, 59 quarum *actionum* -o tabulis continetur. APVL. met. 10, 7, 5 veritatem criminum ... -bus certis instrui (*opp.* suspicionibus). PAPIN. dig. 22, 3, 3 -o mutatae voluntatis (VLP. dig. 32, 11, 12). COD. Iust. 4, 19, 10 (*a. 293*) natales tui ... idoneam -em pro filiae tuae ingenuitate *non* continent. EDICT. imp. Constanti (CIL III 12134) 19 ⟨ex manifesti⟩s -bus (pro ra- *lapis*) et cautionibus rite conscripti⟨s⟩ (*gr. ἀποδείξεων*). LACT. mort. pers. 15, 2 *rei* sine ulla -e aut confessione damnati. COD. Theod. 10, 10, 20 vel impletis -bus vel desertis. 16, 2, 41 *accusatorem* docenda -bus, monstranda documentis ... debere inferre (*in iudicio ecclesiastico ut*: CONC.^{S} II 3, 3 p. 97, 19 sine -e ad accusationem recipi [*gr. II 1, 2 p. 162, 10 ἀδοκιμάστως*]. GREG. M. epist. 3, 8 l. 10 canonicis -bus [l. 17. 4, 24 l. 27]. *al.*). EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5 l. 153 remotis ... omnibus -bus, certum est in die illa *iudicii novissimi* ... ipsam sibi animam in cordis speculo demonstrandam (*sim.* 42, 9). *al.* *de ipsa parte iudicii* (*exempla certiora*): QVINT. inst. 6, 4, 7 alios ... ad actiones advocari, alios ad -em. PLIN. epist. 2, 11, 18 in tertium diem -es exierunt.

b *in doctrina rhetorum* (*definitur l. 21 et* SACERD. gramm. VI 468, 30 [*inter tropos*] -o est rei factae vel non factae ratio confirmatione dictionis ad persuasionem deducta): α *vario usu*: QVINT. inst. 3, 5, 3 alia in rhetorice esse, quae -em desiderent, alia quae non desiderent. 5, 10, 8 haec omnia (*sc. enthymema, epichirema, apodixin*) generaliter *πίστεις* appellant, quod etiam si ... dicere 'fidem' possumus, apertius tamen '-em' interpretabimur. 5, 10, 10 -em, indicium, fidem, adgressionem eiusdem rei nomina facit (*Celsus? Valgius?*). 5, 10, 11 cum sit argumentum ratio -em praestans, qua colligitur aliud per aliud *eqs.* (*cf.* 5, 14, 1 argumentum ..., id est rem, quae -i alterius adhibetur. SACERD. gramm. VI 469, 11). 5, 14, 5 (*inter quinque partes epichirematos*) adsumptio et eius -o (*sec. Cic. inv. 1, 67* approbatio). *al.* FORTVN. rhet. 2, 29 quae sunt partes -is? propositio, exsecutio eius, conclusio (*cf. e. g. Cic. inv. 1, 67* partes ... argumentationis). SVLP. VICT. rhet. 25 p. 325, 26 -um expetitione *in coniectura* (*al., v. vol. V 2, 1691, 36 sq.*). *al.* -o *est pars orationis* (*quae saepius appellatur* confirmatio, *e. g. Rhet. Her. 1, 3, 4 et l. 23*): SEN. contr. exc. 4, 3, 3 plus *coloris* ... ponere, quam narratio desiderasset, et minus quam -o. QVINT. inst. 3, 9, 1 (*partes generis iudicialis*) prooemium, narratio, -o, refutatio, peroratio. 4, 2, 79 narratio est -is continua propositio, rursus -o narrationi congruens confirmatio. 4, 3, 5 nihil ... tam est consequens quam narrationi -o (*cf. 4, 3, 1* narrationem sequitur confirmatio). *al.* β *de generibus -um* (*cf. l. 50*): QVINT. inst. 5, 1, 1 alias esse -es (propositiones *var. l.*), quas extra dicendi rationem acciperet orator, alias quas ex causa traheret ipse ...; illas *ἀτέχνους,* id est inartificiales, ⟨has *ἐντέχνους,* id est artificiales,⟩ vocaverunt ([*sec. Arist. rhet. 1355b35 τῶν δὲ πίστεων αἱ μὲν ἄ. κτλ.*]. *al., v. vol. VII 1, 835, 38 sqq.; cf.* QVINT. inst. 6, 4, 4 solis extra artem -bus). 5, 9, 1 omnis ... -o artificialis constat aut signis aut argumentis aut exemplis (IVL. VICT. rhet. p. 44, 7. *adde l. 26 et cf.* QVINT. inst. 12, 8, 14 artificiale -is genus). 5, 12, 12 altera ex adfirmatione ⌞-o est⌟: 'ego hoc feci' ([⌞⌟ *om. cod. A*]. 5, 13, 55 ex adfectibus atque ex a.). 5, 12, 13 illae firmiores ex sua cuique persona -es (7, 2, 15 interim ex persona -o rei petitur. *ibid.* plures in p. -es). *al.* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 4 p. 260, 26 a facto -es. SVLP. VICT. rhet. 25 p. 325, 28 veri simili -e (26 p. 327, 3 v. -o est locus ex re ipsa oblatus, cum verisimiliter reus dicit *eqs.* 27 p. 327, 27. *al.*). *sim. al.*

2 *in philosophia, artibus et vario usu*: SEN. benef. 4, 16, 2 fixum illud est, a quo ... -es nostrae exeunt, honestum ..., quia honestum sit, coli. nat. 1, 4, 1 temptemus alias -es. epist. 83, 8 rerum maximarum -es levissimas et perplexas ..., quae ut sint verae, tamen mendacio similes sunt. 95, 61 (*opp.* admonitionem). *al.* QVINT. inst. 2, 17, 38 haec non opinari, sed propter vim -um scire (*cf.* LACT. epit. praef. 3 in quibus *argumentis et exemplis* lumen est -um). 5, 10, 57 species firmam -em habet generis, infirmam refutationem (*56* ad probandam speciem). 12, 2, 25 adiciunt loco -is, quod *eqs. al.* SVET. Aug. 7, 1 Thurinum cognominatum *Augustum* satis certa -e tradiderim nactus ... imagunculam ... hoc nomine inscriptam. GELL. 15, 9 tit. Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum -e et cum analogia appellavit (*respiciuntur* veterum auctoritates *ibid. 4*). Ps. APVL. herm. 12 p. 277 -o ..., quae dicitur 'per impossibile' (*de genere syllogismi*). TERT. nat. 2, 8, 3 cum ... *dei paganorum* excidant -i verae divinitatis. carn. 8 l. 3 ad -em carnis humanae in Christo per defensionem nativitatis. CYPR. epist. 55, 27, 2 cum constet de ⌞apostolica -e⌟ moechos ... idolatras esse (⌞⌟ *i. testimonio Eph. 5, 5*). NOVATIAN. trin. 11, 4 -o ... ex infirmitatibus Christi illuc proficit, ut homo ... comprobetur. Ps. VARRO sent. 71 (*opp.* simplex ... assertio). PROB. inst. gramm. IV 105, 38 hac de causa, quoniam *eqs.*; item et alia -o, qua docentur *eqs.* (*sim.* 108, 5. 112, 21. *al.*). RVFIN. hist. 5, 13, 4 *haeretici* absque ullis hoc -bus confirmantes (*gr. ἀναποδείκτως*). CASSIOD. inst. 1, 1, 4 quaestiones *difficillimas* ... necessaria nimis et syllogistica -e declaravit *Augustinus.* *al.* *-es geometricae, quae simul spectant ad B*: QVINT. inst. 1, 10, 38 -um, quae sunt potentissimae, *γραμμικαὶ ἀποδείξεις* vulgo dicuntur. 1, 10, 49 *quasdam* quaestiones ... linearibus illis -bus solvi solere. CHALC. comm. 11 geometricis ... -bus. 355 certas et inexpugnabiles ... -es.

B *ipsa specie, ipso facto sim.* (*exempla potiora, cf. l. 60. p. 1453, 22; quaedam vergunt in vim meton. q. e. signum, e. g. p. 1455, 11*): PLIN. nat. 2, 5 *mundum in speciem globi formatum esse* argumenta rerum docent, non solum, quia *eqs.,* sed oculorum quoque -e (EVSTATH. Basil. hex. 3, 10, 1. *cf.* PLIN. nat. 2, 7 terrenorum argumentis ..., praeterea visus -e). 19, 46 (*antea*: adulteratur) -o sinceri *laserpicii* prima in colore modice rufo *eqs.* (21, 32 -o s. *croci,* si imposita manu crepitet ...; altera -o, si *eqs.; cf.* 32, 27 inter -es falsi *castorei. de -e mercium v. et p. 1455, 9, cf. 1452, 61*). *al.* QVINT. inst. 9, 4, 15 (*9 compositionem* valere ... plurimum) hac sumus -e contenti, quod in scribendo, quae se nobis solutiora obtulerunt, componimus. VET. LAT. II Cor. 13, 3 (cod. 64. *al.*) -em quaeritis eius, qui in me loquitur Christus (*v.*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1450, 66; *explicat* AMBROSIAST. ut ... intellegatur esse fidae auctoritatis). TERT. coron. 15, 4 numquam coronatur *miles Mithrae,* idque in signum habet ad -em sui. pudic. 22 p. 272, 28 dominus ... de potestatis suae -e curavit (*Marc. 2, 10* ut ... sciatis *eqs.*). CYPR. Demetr. 3 occasum sui rerum labentium -e testatur *mundus.* epist. 51, 2, 1 exempli sui fide et -e. NOVATIAN. trin. 18, 14 cuius *Abrahae* filiorum pedes ad -em, quod ipse esset, abluit *Christus.* AMBROSIAST. in II Cor. 8, 7 haec est ... -o emendationis eorum, si prompti sint ad ministerium. DIOSC. 1, 12 p. 10, 29 haec est ... -o cinamomi, si *eqs.* ([*cf. gr. 1, 14, 1 ἡ τοῦ ἀρίστου χρίσις*]. p. 10, 34 [*gr. 1, 14, 2 δοκιμασία*]). EVSTATH. Basil. hex. 5, 6, 2 (*de creatione arborum*) singula cum sui proprietate surgebant, alterum ab altero manifestissima -e discretum (*gr. διαφοραῖς*). *al.*

appendix syntactica et stilistica: **1** *structurae indicantes*: **a** *quid probetur: gen. obi. passim inde a* CIC., *pron. poss. pro gen. p. 1453, 13; praepos.* de MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 22 THEOD. MOPS. in Eph. 1, 6. *al., cf. iam* VARRO *p. 1452, 39,* pro *p. 1453, 65 et* NOVELL. Iust. 117, 2, *cf.* in *e. g. p. 1452, 46; acc. c. inf.* (*ad locutionem* -o est) *p. 1453, 61 et* Ps. APVL. herm. 12 p. 277 EVGRAPH. Ter. Andr. 838; *enunt. secund., sc. interrog. p. 1452, 39 et* VENVL. dig. 46, 5, 11 TERT. nat. 2, 4, 4 PROB. inst. gramm. IV 129, 6, quod *l. 6* (*cf. versionem pravam* NOVELL. Iust. 84, 1, 2 -o erat eo quod [*gr. ἀπόδειξις ἦν τοῦ κτλ.*]). **b** *quid (quis) probet: gen. subi. l. 4. p. 1452, 47. 1454, 68. al., adi. pro gen. p. 1454, 53; v. etiam l. 26. 38.* **c** *experimentum, argumentum sim., quo quid probetur (prope accedit ad b): praepos.* ab *p. 1454, 34,* de LACT. inst. 1, 5, 1, ex *p. 1454, 31 sqq. 54,* in *p. 1452, 67. 1454, 34. 70 et* PLIN. nat. 36, 155, per *p. 1454, 50; abl. nudus p. 1452, 65; gen. respectus (nisi trahas ad b) p. 1452, 54. 70. al.; enunt. secund., sc.* quod *p. 1453, 15,* si *l. 9. p. 1454, 71* (*cf. p. 1453, 13. 23*), ut (ne) *p. 1452, 46. 63 sq. 1453, 18 et* PLIN. nat. 12, 106. *al.* **d** *gradus bonitatis approbatae per locut. adv.* in plenum *p. 1452, 65* (*cf. adi. p. 1452, 63*).

2 *iuncturae verbales potiores* (*adi. v. sub IIA*): -em adferre QVINT. inst. 5, 10, 44. COD. Iust. 4, 20, 7 (*a. 293*). HIL. in psalm. 65, 20. *al.*, adhibere QVINT. inst. 2, 10, 8. COD. Iust. 7, 19, 6 (*a. 293*). 7, 33, 9 (*a. 294*), dare EPIST. imp. Aur. dig. 22, 3, 29 pr. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 13 Lex Sal. Merov. 76. *al.*, desiderare SEN. epist. 95, 61 QVINT. inst. 3, 5, 3. 3, 7, 4 decl. 312, 9. *al.*, exigere SEN. epist. 95, 61 CELS. dig. 22, 3, 11 sq. VLP. dig. 22, 3, 18 pr. *al.*, habere SEN. benef. 3, 10, 2 QVINT. inst. 5, 10, 57 GAIVS dig. 20, 1, 4. *et saepe,* praestare QVINT. inst. 5, 10, 11 PAVL. dig. 22, 3, 5, 1. 22, 3, 25 pr. Ps. CYPR. rebapt. 8. *al.* -o est *alicuius p. 1452, 16. 45. 1453, 61. al.*, incumbit *alicui* SCAEV. dig. 37, 10, 14 PAPIN. dig. 22, 3, 3 VLP. dig. 27, 8, 1, 13. *al.* sufficere ad -em CALL. dig. 11, 1, 1, 1 TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 447, 1. *al.* *coniungitur cum verbis eiusdem stirpis*: -bus approbare GAIVS dig. 36, 1, 65, 4 VLP. dig. 40, 9, 14, 5 PAVL. dig. 22, 3, 25 pr., comprobare COD. Iust. 2, 3, 17 (*a. 286*). CONSVLT. Zacch. 2, 5, 1, probare COD. Iust. 3, 37, 4 pr. (*a. 294*). 4, 21, 11 (*a. 294*). Theod. 11, 36, 4; -es improbare CONSVLT. Zacch. 2, 5, 1.

deriv.: cf. probativus. *Hajdú.*

probatīon *n., προβάτειον.* *nomen herbae*: Ps. APVL. herb. 1 l. 69 *plantago* a Graecis dicitur arnoglossa, alii arnion, alii -on (*inde* GLOSS. III 573, 50 probacion i(d est) plantago. *cf. et* DIOSC. gr. Vind. 2, 126 *οἱ δὲ προβάτειον*).

probātīvus, -a, -um. *a* probatio *vel a* probare. *i. q. ad probationem pertinens, ad probandum aptus*: QVINT. decl. 299, 1 speciales quaestiones, utrum lex ... parricidam prohibeat sepeliri, an ille parricida fuerit; in hoc -ae duae, altera pathetice, altera pragmatice, id est adfectus et iuris quaestiones. *Bk.*

probātor, -ōris *m.* *a* probare (*item* PROB. inst. gramm. IV 161, 34). *de notis* pr *et* pro *v. p. 1456, 27 sqq.* *legitur paucis locis apud* CIC. (*bis*), OV. (*semel*) *et inde ab* APVL.

i. qui probat (*fere de hominibus, sed de deo, Christo p. 1456, 3. 35. al., daemonio l. 67, somno p. 1456, 48; indicatur quod probatur per gen. saepe, acc. [struct. quasi verbali] p. 1456, 10, pron. poss. p. 1456, 39 [cf. praepos. p. 1456, 2. 11], cui quid probatur per dat. p. 1456, 37; figura etymol.* -r probat *p. 1456, 23. 27*): **1** *notione communi -r est*: **a** *qui laudat, approbat* (*cf. p. 1456, 18*): CIC. Caecin. 85 huius rationis (*sc. causam agendi sim.*) non modo non inventorem, sed ne -em quidem esse me. Phil. 2, 29 quid ... interest inter suasorem facti et -em? (*opp.* qui ... improbarit). OV. Pont. 2, 2, 104 ingenii *mei* ... saepe -r eras. APVL. Socr. 16 p. 156 (*de daemonio*) malorum improbator, bonorum -r. SYMM. epist. 1, 31, 1 (*ad Ausonium*) si plura de te praedicem, videbor ... magis imitator tui esse alloquii (*sc. quo me laudavisti*) quam -r. MACEDON. Aug. epist. 152, 2 non minus auctorem quam -em teneri in omnibus, quae peccantur (*inde* AVG. epist. 153, 1). CARM. cod. Petav. 14, 11 (*de mortuo*) servator recti semperque -r honesti.

b *qui examinat, iudicat, temptat* (*cf. p. 1456, 40. 50*): α *homines et res ad eos pertinentes*: Ⓘ *c. respectu morum sim.* (*usu christ. praeter* APVL.): *de hominibus*: APVL. apol. 16, 11 tibi umbra ignobilitatis a -e obstitit (*i. fere -em a te prohibuit*). VVLG. Ier. 6, 27 (*deus ad Ier.*) -em dedi te in populo meo robustum (*quasi in examinanda massa argenti, cf.* HIER. *ad l.*). *de deo* (*vix agnoscas* TERT. *supra p. 392, 24*): IREN. 3, 25, 2 *si deus bonus Marcionis* non et -r *sit eorum,* in quos immittat bonitatem. 3, 25, 3 quemadmodum ... sapientem dicunt patrem omnium, si non et iudiciale ei adsignent? si enim sapiens, et -r est; -i (probari *cod. unus*) autem subest iudiciale. HIER. psalt. sec. Hebr. 7, 10 -r cordis et renum (*Vulg.* scrutans. *cf.* VVLG. Ier. 20, 12 domine exercituum, -r iusti, qui vides renes et cor [*in simili contextu e. g. 17, 10* scrutans ... et probans]. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 6, 20 *ignis natus est Christus* quasi conflator auri et argenti, ut ⌞corda⌟ iustorum -r sit [⌞ ⌟ cordium *rec. II,* circa corda *cod. O*]). SALV. gub. 1, 36 deus ... est et inspector ... et -r ...; -r *est,* quia *electum quemque* temptare asperis voluit. Ⓘⓘ *vario respectu*: DON. Ter. Eun. 565, 2 ('elegans formarum spectator') spectator: -r, ut 'pecuniae spectatores' dicuntur. AMM. 24, 5, 11 inter primos dimicans *Iulianus fuit* ... spectator -rque gestorum. SCHOL. Hor. ars 345 'Sosiis', id est bibliopolis; alii emendatores et -es carminum volunt intellegi. BOETH. arithm. praef. 4 laboris mei primitias doctissimo iudicio consecrabis et non maiore censebitur auctor merito quam -r (*ad 1a trahit Guillaumin, 1995*).

β *nummos, materiem* (*in imag.* HIER.; *cf. l. 14. huc traham* GLOSS. *δοκιμαστής* [*quod* III 201, 27. 271, 30 *exhibent in capite περὶ τεχνιτῶν*]): INSCR. Dessau 8720 (*a. 206; in marmore e Graecia Romam advecto*) Epictetus Augus⟨ti lib(ertus)⟩ -r pro⟨bavit⟩ *eqs.* HIER. in Zach. 4, 8 l. 203 (*in imag.*) ut ... dominus verus -r et *χωνευτὴς* ab auro et argento bonorum operum aes vitiorum plumbumque secernat (*cf. l. 2. 10 et usum proprium, si recte legitur et solvitur*: INSCR. Moes. Sup. I 165 [*in massa plumbea*] i(ustum) p(robavit) Aur(elianus?) pr(obator), Aug(usti) *servus* [*vix* pr(ocurator) Aug.]. *addas fort.* INSCR. Dac. III 4, 320 [*in latere aureo; saec. IV ex.*] Fl(avius) Flavianus pro(bator) sig(navit) ad digma [pro(bavi) sig(navi) *ed.*, pro(curator) *Mommsen, Zeitschr. Numism. 16, 1889, 354*]). CONC.[S] IV 1 p. 96, 29 solidorum -es imitari festinantes illa quidem, quae sunt ... reproba dogmata, reprobamus.

c *qui testificatur, demonstrat, confirmat (sc. sive probitatem sive veritatem): ipsa actione, re* (*cf. l. 50*): TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 6 quem se praestat *Christus, cuius adventus calamitatibus praenuntiatur*? destructorem an -em creatoris? AVG. serm. 15A, 6 permisit temptatorem (*i. diabolum*) -r, -r autem non sibi, sed nobis, ut nobis manifestaret, quid imitari debeamus (*cf. p. 1470, 46*). serm. 113A, 12 coll. Morin p. 153, 7 si malus vult perseverare in malo, non est socius tuus, sed erit -r tuus (*postea*: tolerando malum probaris bonus. *an colore examinandi ad b?*). *verbis*: COLLECT. Arian. c. haer. 2 *quaedam* non nostro argumento ..., sed divinis scribturis ... docemus, habentes ... Paulum apostolum praedicatorem et -em (*affertur Eph. 1, 19 sq.*). TRACT. in Luc. 1, 6 a foris bonum testimonium, ab intus praeclaram laudem habebant *Zaccharias et Elisabeth,* qui -em evidentissimum d(omi)n(u)m possidebant (*antea*: teste d(omi)no). IVLIAN. in Iob 5, 1 vide, utrum dictorum tuorum -r accedat.

*?***2** *notione (sec. veriloquium verbi primitivi) deflexa -r est, qui probum reddit*: TERT. anim. 43, 7 (*de somno*) recreatorem corporum, redintegratorem virium, -em valetudinum *eqs.* (prolatorem *vel* prorogatorem *coni. Latinius; alii locum trahunt ad 1b vel c*).

probātōrius, -a, -um *a* probare. *legitur inde a saec. V* (*contempto testimonio l. 72*). [*e coni. vix apta* INSCR. Année Épigr. 1980 n. 961 (*Mauret. Caes.; saec. I?*).]

i. q. ad probandum pertinens, sc. de eo quo quid probatur: **1** *temptatione, experimento*: AVG. serm. 113A, 4 coll. Morin p. 145, 7 flagellum aut emendatorium aut -um (*postea*: probatur ... fides, qua tolerantia *quis* ... sub *dei* flagello ... permaneat).

2 *approbatione, confirmatione, i. non nisi technice pro subst. de epistula e scriniis ipsius imperatoris (regis l. 75 sq.) emissa, qua quis in numerum officialium (militum l. 69. 71) adsciscitur* (*ad rem v. Enßlin, RE XXIII 39 sq.*): **a** *fem.* -a (*abiit in sermonem gr. προβατωρία* [*vel προι-, cf.* 2. privatorius; *vix addas p. 1388, 62*]): COD. Theod. 8, 7 rubr. de diversis officiis et apparitoribus et -is eorum (*item c. gen. militantium l. 71. p. 1457, 1 et e. g.* COD. Iust. 12, 59, 10, 3 [*a. 457/474*] -ae agentium in rebus). 8, 7, 21 nemo ... ad *praefecti praetorio* ... admittatur officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis -a consecrarit (8, 7, 22 sq.). COD. Iust. 12, 20, 3, 2 (*a. 457/474*) nemo ... sine divali -a, quam codices *scrinii nostri* ... debeant inserendam accipere, ... stipendiis *agentium in rebus* ... potiatur (12, 35, 17 pr. [*a. 472?*] in ... numero equitum ... s. nostri numinis sacra -a sociari. 12, 59, 10 pr. [*a. 457/474*]. *al.*). 12, 35, 17 pr. (*a. 472?*) consuetudine ... antiquata, quae ducibus -as militum facere ... tribuebat. 12, 57, 2 pr. (*a. 358*) nullus iudicum quemquam ⌞sine sacra -a⌟ probare audeat ([⌞ ⌟ *om. Cod. Theod. 8, 7, 7*]. 12, 59, 9 pr. [*a. 470?*] ex authenticis ... s. -is manu nostra subscriptis [*opp.* solis auctoritatibus vel s. litterarum exemplaribus]. *al.*). LEX Burg. Rom. 30, 1 per principes *quidam* apparitorum officii -a ordina-

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus. CASSIOD. var. 7, 43 tit. formula -ae chartariorum (*in ipsa epist.*: ut ... documentis laudabilibus approberis). NOVELL. Iust. 24, 1 p. 190, 9 ex -is hinc competentibus facto officio (*sim.* 24, 4 p. 193, 11, *gr. utrobique ἐκ -ῶν*). *al.* (*in* COD. *et* NOVELL. Iust.). *?***b** *neutr. plur.* -a: NOVELL. Iust. 27, 1 *administrationem* uno utentem officio comitiano appellando et accipientem -a[m] militiae a sacro libellorum scrinio (*ita edd. sec. plur. gr.; maluerimus*: accipiente[m], *sc. officio,* -am, *cf. enim gr. ἀρχὴν ... χρωμένην τάξει ... κομιζομένη* [*-ην var. l.*] *τὰ σύμβολα κτλ.*). *Hays.*

probātum, probātus *v.* probo. **probē** *v.* probus.

*?***probellātor:** pugnator GLOSS. *corruptum; exspectes* -r: ⟨pro⟩pugnator, *ut explicetur compos. a* pro *et* bellator, *nisi intellegas* pro 'bellator' p., *sc. usurpatur*; proeliator: p. *Heraeus.*

probellis NOT. Tir. 23, 54[a]. *additamentum cod. Vat. et ed. Gruteri ad continuandam seriem fictum* (*antecedunt* inbellis, rebellis), *nisi latet* perduellis; *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 62.*

probeo *v.* prohibeo. **prober** *v.* probrum.

prōbibo, -ere. *a* pro *et* bibere. GLOSS. II 420, 4 *προπίνω*: propino, -o. *falso trad.* (*vel ed.*) -ere *pro* prohibere VET. LAT. act. 11, 17 (Ps. Cypr. rebapt. 2). *Bk.*

probitās, -ātis *f.* *a* probus. *de scriptura* prov- *v. infra p. 1459, 26.* NOT. Tir. 19, 96. *de notione*: SYNON. Cic. p. 438, 14 pudor. rubor. verecundia. -s. modestia. continentia (*sim.* p. 440, 12). GLOSS. *εὐδοκιμία.* probata sapientia. iustitia, bonitas. -em: honestatem. IV 420, 27 -s: sanctitas, relegio (*pro* reli-; sanctitate legis *var. l., cf.* GLOSS.[L] Corp. P 732 -s: sanctitas legis). *sim. al.* *legitur non nisi sing. inde a* PACVV., CIC. (*plus 40[ies]*), CASS., *inscr. p. 1458, 57,* SALL., OV. [*vix recte trad.* GRILL. rhet. frg. Courc. l. 34 -e (*fort. legas* pro pravitate, *opp. enim ibid. l. 35* pro virtute. *cf. p. 1458, 25*).]

i. q. status vel qualitas proba (*cum acumine quodam de malis p. 1458, 6. 1459, 9; meton. de eo, qui -e insignis est, p. 1459, 11* [*cf. l. 55*]): **I** *animantium* (*et rerum ad eos pertinentium, e. g.* animi MART. 11, 103, 1 COD. Theod. 2, 17, 1 pr., morum LAVD. Turiae 1, 1 [*si recte suppl.*]. SEN. dial. 6, 3, 4 PLIN. epist. 6, 21, 3. *al.* [*cf. l. 63*], vitae HIL. in Matth. 31, 3 SYMM. epist. 9, 38. *al.*): **A** *spectat ad homines* (*deum l. 57. p. 1458, 48; non nisi sensu morali*). *pro syn. sunt vel iuxta ponuntur (sed saepe in serie virtutum, quas vix scias quatenus distinguantur) e. g.* constantia CIC. Deiot. 16. *al.* PLIN. epist. 6, 11, 2, fides CIC. Vatin. 38. *al.* SALL. Catil. 10, 4 PS. SALL. rep. 2, 7, 8 OV. trist. 5, 5, 45. *et saepius* (*disting.* f. *christiana* LEO M. serm. 47, 2), humanitas CIC. fin. 2, 58. *al.* QVINT. inst. 6 prooem. 10, industria SALL. Iug. 1, 3. 4, 7. 63, 2 PS. SALL. rep. 1, 7, 2. *al.,* integritas CIC. Planc. 62 PLIN. epist. 10, 26, 2 AMM. 27, 9, 8, modestia CIC. fam. 9, 25, 2. 13, 63, 1 LVCAN. 8, 156. *al.,* pudor CIC. de orat. 1, 122. *al.* PS. SALL. rep. 2, 7, 8 RVT. LVP. 2, 4. *al.,* verecundia SEN. dial. 6, 3, 4 QVINT. inst. 6, 3, 35. *al.* (*disting.* QVINT. inst. 12, 5, 3), virtus CIC. Planc. 62 Lael. 27 sqq. fam. 4, 4, 5. *al.* FRONTO p. 53, 19 (*disting.* OV. Pont. 3, 1, 94).

1 *respectu peculiari (exempla potiora); de virtute, qua quis*: **a** *obligationem suscipit, necessitudinis vinculum tuetur, sc. de fide, constantia, integritate sim.*: α *quorumlibet*: PACVV. trag. 189 concorditatem hospitio adiunctam perpetem -e[m] conservetis (*respici vid. pactum inter civitates*). CIC. Att. 12, 33, 2 et paedagogi -s et medici adsiduitas et tota domus in omni genere diligens. QVINT. decl. 388, 6 libertus notae -is ... peregre negotiandi causa profectus est. TRAIAN. Plin. epist. 10, 48, 2 remuneranda est ... -s eorum *Apamenorum, qui privilegio frui noluerunt.* COD. Theod. 1, 9, 1 *adiutor magistri officiorum* idoneus -e morum ac bonis artibus praeditus. *al.* *vergit in metonymian de ministro fideli*: MART. CAP. 1, 92 (vers.) pietas ... recenseat, quae pārens -s munera pensitet (*sc. Mercurius nuntios perferendo*). β *coniugum* (*fere uxorum; hic illic sublucet respectus pudicitiae, cf. bβ*): CIC. fam. 14, 1, 1 (*ad Terentiam*) te ista virtute, fide, -e, humanitate in tantas aerumnas propter me incidisse! OV. epist. 17, 174 *Menelaum* securum -s *Helenae,* forma timere facit (*cf. 172* moribus et vitae). trist. 1, 6, 19 *non* -e ⌞tua⌟ prior est aut Hectoris uxor aut ... Laodamia (⌞ ⌟ *uxoris ut*: 5, 5, 45 *die natali tuo* nata pudicitia est, mores [morum *al. var. ll.*] -sque fidesque. *al.*). 5, 5, 49 adversis -s exercita rebus (*exemplo sunt Penelope, Laodamia, aliae*). OCTAVIA 547 -s fidesque coniugis, mores pudor placeant marito. 587 merita ... aetasque ... coniugis, -s pudor (*Octaviae ut*: TAC. ann. 13, 12, 2 uxore ab O., nobili quidem et -is spectatae, ... abhorrebat). LVCAN. 8, 156 tanto devinxit amore hos pudor *Corneliae,* hos -s castique modestia vultus. STAT. silv. 5, 1, 117 -s ... secundis *non* intumuit: ... mores ... modesti fortuna crescente manent. CIL II 2215 (*si recte intelleximus; saec. I*) *coniuges* frugi, summa qum -e, fide magna concordes (*item in titulis sepulcr.*: INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 129 [*loco mutilo*]. CE 1429, 3 [*christ.*] te pudor et -s caram fecere marito conservansque toros inviolata fides. *al.*). *al.*

b *se continet, coercet, sc. de verecundia, pudore, modestia, innocentia sim.*: α *exempla varia*: CIC. Planc. 31 o vocem duram atque indignam tua -e! de orat. 1, 122 fuit ... mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen ... eius orationi ... ⌞-is commendatione⌟ prodesset (⌞ ⌟ *eadem iunctura* 2, 211; *item respicitur -s oratoris e. g.* 3, 55 quo maior est vis *eloquentiae,* hoc est magis -e iungenda summaque prudentia. QVINT. inst. 6, 3, 35 nimium ... risus pretium est, si -is inpendio constat. 6, 4, 11 *in altercatione* fallit ... plerumque, quod -s vocatur, quae est inbecillitas. *al.*). Lael. 28 *a Pyrrho* propter -em eius non nimis alienos animos habemus (*opp.* crudelitatem *Hannibalis*). CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 quanto sit omnibus odio crudelitas et quanto amori -s et clementia. SALL. or. Lep. 1 clementia et -s vostra, Quirites, quibus per ceteras gentis ... clari estis. SEN. dial. 6, 3, 4 quam in omni vita servasti morum -em et verecundiam, in hac quoque re praestabis; est enim quaedam et dolendi modestia. QVINT. inst. 4, 5, 19 (*antea*: si de pudore agetur) defensionem -is ac dignitatis. TAC. dial. 29, 2 ipsi parentes ⌞non -i⌟ neque modestiae parvulos adsuefaciunt, sed lasciviae et dicacitati (⌞ ⌟ (nec) improbitati *vel* nec -i *codd.*). 40, 2 non de ... quieta re loquimur et quae -e et modestia gaudeat, sed est ... eloquentia alumna licentiae. hist. 2, 64, 2 ⌞Triariae⌟ licentiam modestum ... exemplum onerabat, Galeria ..., et pari -e ... Sextilia, antiqui moris (⌞ ⌟ *de qua cf. 63, 2* ultra feminam ferox). APVL. met. 2, 2, 8 *cuiusdam* matris generosa -s *etiam in filio apparet* (*antea*: rubore suffusus deiecto capite). TERT. apol. 46, 12 si de -e defendam: ... Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat; Christianus ⌞contumeliosus⌟ (*rec. Φ; om. vulg.*) nec in pauperem superbit (*disting. e. g. 10* pudicitia, *13* modestia). MART. CAP. 8, 812 verecundae ... -is. COD. Theod. 12, 1, 49 pr. eorum *presbyterorum sim.* vitam insignem atque innocentem esse omni -e (pravitate *Mommsen*). CARM. Inscr. christ. urb. Rom. 5745, 5 (*e codice*) *primiscrinius* bonus (bonis *cod.*) prudensque, simul -e modestus. *al.* β *cum respectu pudicitiae* (*cf. p. 1457, 58*): STAT. silv. 1, 2, 12 *nuptam* lumine demissam et dulci -e rubentem. 2, 1, 40 modestia praecox et pudor et tenero -s maturior aevo (*pueri pudici ut*: MART. 8, 46, 1 tua ... -s ..., Ceste puer, puero castior Hippolyto. *ceterum spectat ad mares*: MART. 11, 103, 1 tanta tibi est animi -s orisque ..., ut mirer fieri te potuisse patrem. QVINT. decl. 309, 5). 3, 5, 67 ingenium -s *virginis* artemque modestia vincit. QVINT. decl. 270, 27 (*de virgine rapta, quae manum sibi intulit*) quo magis placet filiae verecundia, quo magis -s *eqs.* TERT. cult. fem. 2, 13 l. 43 ⌞vestite vos serico -is⌟ (*om. cod. A*), byssino sanctitatis, purpura pudicitiae. INSCR. christ. urb. Rom. 24 ⟨Cari⟩tosa, quae bixit annis XVII ...; ⟨...⟩a in -e habuerunt parentes. *al.*

2 *vario respectu et usu generali* (*exempla pauca selecta; saepe opp. bona externa acquisitave, velut divitiae, nobilitas, scientia sim.*): CIC. Planc. 62 virtus, -s, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. rep. 3, 28 si pudor quaeritur, si -s, si fides, Mancinus (*procos. a. 136*) haec attulit, si ratio, consilium, prudentia, Pompeius (*cos. a. 141*) antistat. fin. 2, 99 convincuntur ... scripta eius *Epicuri* -e ipsius ac moribus (*item philosophi*: ac. 1, 33 *Theophrastus* ita moratus, ut prae se -em quandam et ingenuitatem ferat). *ibid.* innatam esse homini -em gratuitam, non ... mercedibus evocatam. Tusc. 1, 2 gravitas, ... constantia, magnitudo animi, -s, fides *veterum Romanorum* (*opp.* doctrina *Graecorum*). Tim. 9 *opifex mundi* -e ... praestabat (*gr. 29[E] ἀγαθὸς ἦν*). Lael. 28 cum propter virtutem et -em etiam eos, quos numquam vidimus, quodam modo diligamus (*item -s affertur inter causas amicitiae e. g.* 32 natura gigni sensum diligendi ... facta significatione -is. fam. 9, 14, 5 semper amavi ... M. Brutum propter eius summum ingenium, ... singularem -em atque constantiam. OV. Pont. 1, 9, 40). fam. 13, 10, 3 de -e eius et moribus dicturus (*commendandi cuiusdam ut*: 13, 17, 3 eos esse M'. Curi mores eamque cum -em, tum etiam humanitatem, ut *eqs.* 13, 23, 2 *in eo* hominem ... summa -e humanitate observantiaque cognosces. *et saepius.* PLIN. epist. 4, 15, 7. 10, 26, 2 FRONTO p. 168, 19. *al.*). CARM. CIL I[2] 3339 (*fere saec. I med. a. Chr.*) hic fuit ille bonus multa, multa -e. SALL. Catil. 10, 4 avaritia fidem, -em ceterasque artis bonas subvortit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere edocuit. Iug. 1, 3 *fortuna* -em, industriam aliasque artis bonas neque dare neque eripere quoiquam potest (*quippe quae animo insita sint; cf.* SEN. benef. 4, 8, 3 iustitia, -s, prudentia, fortitudo, frugalitas unius animi bona sunt. TERT. anim. 40, 4 quid caro sine anima perinde in operatione -is, iustitiae, tolerantiae, pudicitiae?). 4, 7 divitiis ..., non -e neque industria cum maioribus suis *contendere* (*cf.* PS. SALL. rep. 1, 7, 2 iuventus -i et industriae, non ... divitiis studeat. TAC. hist. 2, 95, 2 nemo in illa aula *Vitellii* -e aut industria certavit). 63, 2 *Mario ad consulatum* capiundum ... omnia abunde erant: industria, -s, militiae magna scientia *eqs.* LAVD. Turiae 1, 1 ⟨mo⟩rum probit⟨ate⟩ (*si recte refertur ad mortuam; item -e commendantur feminae*: PAVL. FEST. p. 96 *Gaia Caecilia* tantae -is fuit, ut *eqs.* [*postea*: quam summam asseverant lanificam fuisse]. VELL. 2, 75, 3 Livia ..., genere, -e, forma Romanarum eminentissima. *al.*). SEN. contr. 7 praef. 7 homo summae -is, qui nec facere iniuriam nec pati sciret. CVRT. 4, 1, 20 causa ei paupertatis sicut plerisque -s erat (*cf.* LAVS Pis. 121 -s *humilis clientis* cum paupertate iacebit.

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ivv. 1, 74 -s laudatur et alget. Clavd. 22, 130 quod ... inops iaceat -s [*opp.* inertia]. *cf. Otto, Sprichw. n. 1474*). CIL IV 768 *candidatum duumviratus quendam* ob merita eius et -em dignum rei publicae. Qvint. inst. 6 prooem. 10 me in illo *filio mortuo* vidisse virtutes, non ingenii modo ..., sed -is, pietatis, humanitatis, liberalitatis. Plin. epist. 6, 21, 3 *comoediarum auctor* -e morum, ingenii elegantia ... monstrabilis. Fronto p. 53, 19 *Orphea* sectatores suos ita instituisse, ut ... vitia insita exuerent, virtutem sectarentur, -em condiscerent *eqs.* Vlp. dig. 50, 9, 1 *ut eligantur medici* de -e morum et peritia artis. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 48, 11 (*ironice*) *discordias serere,* tamquam non esset occasio altera -is (*gr. I 1, 1 p. 74, 3 εὐδοκιμήσεως*). *al.* *in appellatione honorifica*: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 86, 37 (*ad episcopum*) rogo ..., ut mihi tua -s indicet, quae oportet dicere.

B *spectat ad animalia:* *bonis moribus praedita*: Plin. nat. 8, 1 *elephantis est,* quae etiam in homine rara, -s, prudentia, aequitas *eqs.* Avian. fab. 7, 7 -s simulata *canis mordacis* (gravitas *cod. unus*). *habilia, idonea*: Chrysost. hom. V 753^{A} nonne in eo omnis -s *iumentorum sim.* habebitur, si ... ferre onera fortiter ... possunt? (*cf. Migne gr. 52, 463 ἀρετήν*).

II *rerum, sc. fere idonearum* (*cf. p. 1457, 31*): Colvm. 1, 8, 18 diligens dominus ... ipse panis potionisque -em (*codd. SA,* bonitatem *recc. plerique*) gustu suo explorat. Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 103, 2 morum emendatio et eruditio rerum ac -s disciplinae (*cf. p. 100, 17 sq.* institutio probabilis). Marcell. med. 20, 1 conpositio mirifica ... non ignorata ... antiquioribus medicis propter ⌞effectuum -em⌟ (⌞ ⌟ effectus *Scrib. Larg. 97*). *loco dubio*: Cassiod. compl. in act. 16, 1 iter ... ⌞-e⌟ rerum divinitus ordinatum *esse* (⌞ ⌟ prov- *cod. unicus saec. VII* [*v. Stangl, Cassiodoriana, 1898, 9*], prob- *Maffei,* pro v⟨er⟩itate *Stangl, loco cit., 61*).

cf. Onom.

probiter *v.* probus. *Vestergaard.*

?**prōbīto,** -ere. *a* pro *et* baetere (bitere), *si recte restituitur. i. q. prodire, progredi*: Non. p. 154, 2 ⌞-ere: promovere⌟ (*inde* Gloss. V 645, 49), ecferre; Pacvvivs Teucro (trag. 341): aut me occide, ill[ah]inc si[ne] usquam -am gradum (providere *et* provideam *trad.*; probit- *coni. Stewech, receperunt Ribbeck, Klotz, D'Anna; ita autem minus apta videtur explicatio Nonii* [*exspectes* prodire *coll. Non. p. 153, 12* perbitere: perire] *nec alibi usquam verbum* baetere *eiusque compos. regunt acc. obi., ut per acc. fort. mensuram indicari putes,* gradum *sc. unum*; provigere *et* provigeam [*cf.* vegeo] *temptavit Guietus, quem secutus est e. g. Lindsay in ed. Nonii*).

probitus *v.* probo. *Bk.*

⁂**problēma,** -atis *n.* (*f. l. 45. 61*), *πρόβλημα.* *scribitur in codd. rec. saepius* -lism- *e. g.* Ps. Anatol. pasch. 1 p. 317, 2 Virg. gramm. epit. 15, 1, 1. *cf. l. 67.* *trad. litt. gr.* Cic. Att. (*v. sub 1a*). Hier. in Ezech. 25, 12 l. 269. in Hab. 2, 5 l. 227. *al., etiamne* Vvlg. iud. 14, 12 sqq.*?* (*v. p. 1460, 41*). Not. Tir. 32, 69^{a} -am. *de formis: sing. sequitur decl. tertiam praeter formas fem. dubiae fidei l. 44. p. 1460, 41.* *plur.: nom. et acc.* -ta *saepius,* -tae *l. 61, gen.* -to⟨n⟩ Gell. 1, 11, 17, -torum Gell. 2, 30, 11. 3, 6, 1, -tum Hier. in eccles. 8, 1 l. 10 Boeth. top. Arist. 104b5. *al., dat. et abl.* -tis Gell. 19, 6, 1 Apvl. apol. 51, 4, -tibus Hier. adv. Pelag. 3, 7 Ps. Anatol. pasch. 1 p. 318, 7 Boeth. top. Arist. 109a27. *al.* *de prosodia: corripitur syllaba secunda* -blĕ- Ven. Fort. Mart. 3, 44 (*cf. ibid. 2, 80* emblĕma). *de notione* (*cf. p. 1460, 36*): Fvlg. serm. ant. 16 -a dicta est propositio in capite libri quaestionaliter posita (*affert p. 1460, 13 et frg. dub.* Tert.). Avg. in psalm. 77, 1 (*antea definitur* parabola *et additur* pro latino *vocabulo* usurpatur) propositiones ..., quae graece appellantur *-τα,* quaestiones sunt habentes aliquid, quod disputatione solvendum sit (*inde* Isid. orig. 6, 8, 13 sq.). Boeth. top. Arist. 101b29 differunt ... -a et propositio modo; sic enim dicto 'putasne animal gressibile bipes diffinitio est hominis?' ... propositio fit: si autem, 'utrum animal gressibile bipes diffinitio est hominis vel non?', -a (*gr. distinguuntur -α et πρότασις*). Gloss. -a: propositio. parabola (*sec. p. 1460, 30. vol. X 1, 289, 63 sqq.? cf.* Gloss. -a: similitudo). -ta: provisa. -tae: quaestiones. Gloss.^{L} I Ansil. pr 1524 -a: enigma. 1527 questiuncula. III Abstr. pro 3 -ta: quaestiones. *legitur apud* Cic. Att. (*fere iuxta gr., ut* Sen. *rhet.,* Svet.) *et inde a* Gell. (*formis etiam lat., v. p. 1460, 5*), *frequentat* Boeth. top. Arist. (*fere 45 ies*); *in versibus non nisi p. 1460, 38. 45.* [*e coni. dub.*: Hier. epist. 53, 8, 3 dialecticae proponit -ta legis (*Löfstedt, Arctos 9, 1975, 59, λήμματα Hilberg*; proponit prolismata *cod. vet., om. cett.*). *loco corrupto*: Canon. Turner I 2, 1 p. 335.]

i. q. *πρόβλημα* (*quod gr. resp., nisi aliud indicavimus*): **1** *i. quod proponitur, quaestio sim.* (*id de quo quaeritur indicatur per gen. p. 1460, 46, enunt. interrog. l. 72 et* Hier. in Ezech. 25, 12 l. 269; *iungitur saepius c.* proponere, (dis)solvere): **a** *c. acumine quodam respicitur, quomodo agendum sit* (*huc vergit e. g. p. 1460, 17*): Cic. Att. 6, 5, 3 *ἄλλο -α,* quem praeficiam *provinciae.* 7, 1, 2 illud meum proprium *-α* ... suscipe. 7, 9, 2. 12, 2, 2 explicandum est *-α.* 12, 4, 2 de Catone, *-α Ἀρχιμήδειον* est; non adsequor ut scribam *apte de eo* (13, 28, 3. *cf. Otto, Sprichw. n. 158*).

b *usu sollemni respicitur potius aliquid explicandum, investigandum:* *α strictius sec. leges variarum disciplinarum:* Ⓘ *philosophiae* (*v. et p. 1459, 65*): Sen. contr. 1, 3, 8 quod *Albucius* haec non tamquam particulas incurrentes in quaestionem tractasset, sed tamquam -ta philosophumena. Gell. 1, 11, 17 Aristoteles in libris -o⟨n⟩ scripsit (*de libris eiusdem*: 19, 6, 1 in -is. 20, 4, 3 *-τα ἐγκύκλια. al.* Apvl. apol. 36, 5 -ta innumera eiusdem. 51, 4). Boeth. anal. pr. 26b31. top. Arist. 104b1 -a ... dialecticum. 108b37 sunt ... -um alia ... universalia, alia ... particularia. *et saepe ibid.* (*sec. gr. πρόβλημα, quod rarius vertitur* propositio, *e. g. 158b16*). Ⓘⓘ *artis gramm. vel cuiuslibet*: Svet. gramm. 4, 7 genera meditationum ad eloquentiam praeparandam, ut -ta, paraphrases, *eqs.* Gell. praef. 7 sunt ..., qui *πανδέκτας* ... et *-τα inscripserint libros suos.* Fvlg. serm. ant. 16 ⌞ait⌟ ...: -is autenticum gradum tradamus *audientibus* (⌞ ⌟ *quidam initio orationis?*). Virg. gramm. epist. 7, 2, 2 vir in solvendis -bus admodum eruditus. epit. 15, 1, 1 -ta proponebat *quidam grammaticus* dicens: '...' (*spectat etiam ad β*). Ⓘⓘⓘ *doctrinae christianae*: Tert. fug. 12, 1 quod pertineat ... ad tuum -a, habes sententiae nostrae responsionem (*cf. 1, 1* quaesisti ..., fugiendum necne sit in persecutione). resurr. 36, 1 *Sadducaei quoddam* argumentum -i suo accommodaverunt (*respicitur Matth. 22, 23 sqq. ut*: Hier. hom. Orig. in Luc. 39 p. 217, 16 -a ... proposuerunt [*syn.* quaestionem]). Gavdent. serm. praef. 44. Hier. epist. 36, 1, 5 -bus, quae epistulae tuae subieceras (*cf. 35, 1, 1* quaestiunculis). 36, 12, 1 puto -a dissolutum. 49, 2, 2 si bene -is memini, inter Iovianum et nos ista contentio est, quod ille exaequet virginitati nuptias, nos subiciamus. 69, 2, 1 nosti -a tuum: ... *episcopus* alteram ..., priore mortua, duxit uxorem. adv. Pelag. 3, 7 argumentationi ... et -bus respondere. Ps. Anatol. pasch. 1 p. 317, 2. p. 318, 7 consurgentibus undique quaestionibus ac -bus intumescentibus. Cassiod. hist. 8, 1, 14 gnostica -ta, id est cognitionales propositiones. *al.*

β *laxius de aenigmate:* *spiritali* (*de mysteriis sim.*): Vet. Lat. psalm. 77, 2 (Tert. adv. Marc. 4, 11) aperiam in parabolam os meum, eloquar -ta (*cod. 300. al. et Vulg.* propositiones, *Hier. psalt. sec. Hebr.* enigmata. *explicat* Tert. *ibid.* id est edisseram quaestiones). Hier. in eccles. 8, 1 l. 10 ('quis novit solutionem verbi') -um solutiones (*ibid. l. 20* scripturarum ... occulta). hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 424, 11 pro ... 'narra narrationem' (*Ezech. 17, 2 διήγησαι διήγημα*) alius ... transtulit 'propone -a', alius 'profer -a', alius 'significa aenigma' *eqs.* Colvmb. Hyens. fabric. 20 *sidera antea memorata* sumpta in -bus tropicis intellectibus (*si recte huc traximus*). *al.* *quolibet* (*adde l. 15*): Schol. Hor. sat. 2, 3, 248 ('ludere par impar') pueri ... proponunt sibi -a. Vvlg. iud. 14, 12 (*Samson ad Philistinos*) proponam vobis -a (*cod. T. al.,* -a *πρόβλημα A, πρόβλημα* quaestionem *V,* -ae quaestionem *C, al. var. ll.; sim. variant codd.* 14, 13. 14, 19 [*syn.* propositionem]. *al.*). Cassian. conl. 5, 21, 1 *rem* sub hoc -is figurans colore eleganter expressit (*5, 21, 2* propositae quaestionis). Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 19, 14 inexsolubilia Thebani monstri -ta. Ven. Fort. Mart. 3, 44 *archidiaconus* -a *non* solvit egeni, *quem nominavit Martinus* (*antea*: aenigma).

2 *i. quod emittitur, probole* (*cf. p. 1477, 70*): Iren. 1, 2, 6 *Pleroma Aeonum* emisisse -a ..., perfectum fructum Iesum (*gr. προβαλέσθαι πρόβλημα*).

?**problēmaticus,** -a, -um, *προβληματικός.* *i. q. ad problemata pertinens* (*usu pro subst.*): Cael. Avr. chron. 3, 3, 46 (*loco corrupto*) in -is (*latere vid. titulus libri, cf. l. 5. 12; aliter Drabkin ad l.*).

problīsma *v.* problema. *Parker.*

⁂**probo,** -āvī, -ātum, -āre (-ere *v. p. 1461, 2*). [*verbo* *probā- *utuntur etiam Osci, sc. perf.* prúfa-tted, -ttens *'proba-vit, -verunt', eodem usu ac p. 1461, 66 sqq. illustrato.* *probā- *fort. non ab adi.* *probo- *derivatum est, sed a locutione* probe (est)! *sim., cf. enim Plaut. Mil. 1146 et umbr.* prufe si *'probe sit' (Campanile, Osk.-Umbr., 1993, 31 sq.); de aliis verbis q. d. delocutivis cf. Leumann, Gramm. 1977, 547. Fo.*] *de origine*: Martyr. gramm. VII 197, 1 -o ... puto dici per detractionem r litterae, cum contrarium eius exprobro nuncupatur. *scribitur* prov-: CIL V 896 (*saec. III ex.?*) provitu(s) (*item* III 7547. VI 2977, 4. *al.*). Gaivs inst. 2, 78 (*V*) *et saepius in codd. rec. (cf. p. 1474, 52); litteris graecis p. 1465, 41.* *abbreviatur* p *supra p. 1456, 27 et* CIL I^{2} 1711 (*in formula* f(aciendum) c(uravit) i(dem)q(ue) p(robavit) *ut* 1804. II 3425. *al.; sim.* CIL I^{2} 2537), pr CIL I^{2} 765 (*a. 55 a. Chr.*). Inscr. Dessau 8718 (*a. 132*), pro CIL I^{2} 1625. 1629 (*cf. p. 1456, 29*), prob CIL I^{2} 24. 759. 1628. 3198. *al.* (*usu militari* CIL III 10507 [*saec. III in., ut* Epist. Chart. lat. ant. VI 313, 3]. *al.*). *de formis* (*notabiliora quaedam; exemplum est flexionis* Prob. inst. gramm. IV 160, 6 sqq.; *improbantur formae perf. breviores* -ai, -aisti *sim. ibid.* 160, 14 sq.): *praes.* -aat (*disyll.*) *pro* -at *e rhetore quodam affert* Virg. gramm. epit. 10, 3, 3; *part. praes. gen. plur.* -antum Avson. 27, 3 (398 S.), 17; *p. p. p.* -itus *sim.* CIL V 8278, 6 (*non post saec. III*). XIII 6823, 11 (*saec. II^{2}/III; lapis non exstat* [-ittus *legit Accursius*]). *al., fere in titulis militaribus (addas l. 61 et cf. p. 1474, 54); verbum III^{ae} coniug.* -o, -is *agnoscitur p. 1461, 2.* *de notione*: Synon. Cic. p. 422, 26

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*v. vol. VII 1, 1151, 25*). VIRG. gramm. epit. 8, 1, 5 '-o -as' alicuius rei examinatio est, at '-o -is', cum manus medicorum aegrescentium corpora contractant. GLOSS. -o: *δοκιμάζω. ἀποδέχομαι.* -at: *δοκιμάζει, στρατεύει* (*cf. p. 1466, 49*; *σταθμεύει var. l.*). manifestat. -asti: *ἤλεγξας. al.; ceterum cf. e. g. p. 1465, 3. 41.* *legitur iam in inscr. antiquissimis (v. l. 68 sqq.), apud scriptores inde a* NAEV. *p. 1466, 5,* PLAVTO, ENN., TER.; *vocem frequentant* CIC., VITR. *al.* [*it.* provare; *sard. centr.* probare, proare, *mer.* proai; *raet. or.* prová, *occ.* provar, prover; *francog.* prouver; *prov. vet.* provar, proar *et var. francoprov., prov.; cat.* provar; *hisp.* probar; *port.* provar. *cf. M.-L. 6764. Battisti-Alessio IV 3121. Wagner II 313. Wartburg IX 403 sqq. Corominas*[2] *IV 657 sq. Machado*[3] *IV 449. St.*]

exempla sic digerenda esse censuimus:

CAPVT PRIVS: *respicitur quod bonum, gratum, rectum, idoneum est; dicitur -are*:

I *qui aliquid probum esse affirmat, declarat*:

A *usu fere technico sec. normas legum vel artium sim.*: **1** *in vita publica vel re militari: l. 64* (*-antur e. g. aedificia sim. l. 66, candidati p. 1462, 42, milites p. 1462, 53*). **2** *in artibus et doctrinis: p. 1463, 9.*

B *usu communi sec. quaslibet normas:* **1** *notione sollemni approbandi: p. 1464, 3.* **2** *notione deflexa experiendi, cognoscendi sim.: p. 1465, 30.*

II *qui aliquid tamquam probum commendat, acceptum facit*:

A *vario usu -atur*: **1** *verbis, argumentis: p. 1465, 42.* **2** *quolibet modo: p. 1466, 4* (*refl. vel mediopass. p. 1466, 29*).

B *forma 'aliquid* mihi -atur*' i. q. mihi placet: p. 1466, 57.*

III *qui, utrum quid probum sit necne, examinat, excutit*:

A *variis modis*: **1** *usu communi: p. 1467, 7* (*-antur res variae p. 1467, 8, metalla, nummi p. 1467, 49, animantes p. 1467, 62*). **2** *usu iud. et christ. temptantur fideles vel fides: p. 1468, 19.*

B *gustando: p. 1468, 35.*

C *agendo, conando: p. 1468, 41.*

CAPVT ALTERVM: *respicitur quod verum est, tale est, quale appareat sim.*:

I *notione originaria cum respectu veritatis assequendae sim.; dicitur -are*:

A *qui aliquid verum esse ostendit*:

1 *vi plena demonstrandi*: **a** *verbis, argumentis sim.: p. 1468, 47.* **b** *quolibet modo: p. 1470, 3* (*indicatur quale quid -etur p. 1471, 12*).

2 *vi demonstrandi evanescente*: **a** *forma* '*aliquid* mihi -atur' *fere i. q. mihi manifestum, verum videtur: p. 1471, 41.* **b** *fere i. q. docere, praecipere sim.: p. 1471, 47.*

B *qui aliquid verum esse asserit, credit*: **1** *vi plena approbandi: p. 1471, 72.* **2** *vi approbandi attenuata -atur quod tamquam verum cognoscitur, colligitur: p. 1472, 47.*

C *qui, utrum quid verum sit necne, examinat, exquirit: p. 1473, 5.*

II *notione deflexa dicuntur -ari, quae omnino sunt, apparent*: **A** *c. praedic.: p. 1473, 29.* **B** *c. solo inf.: p. 1473, 51.*

appendix syntactica et stilistica: **1** *struct. pro obi. adhibitae: p. 1473, 64.* **2** *additamenta varia potiora: p. 1474, 7.* **3** *stilistica quaedam: p. 1474, 29.*

part. praes. probans *pro subst.: p. 1474, 44* (*? adv.* probanter *p. 1474, 46*).

p. p. p. probatus, -a, -um *pro adi. vel subst.: p. 1474, 51* (*adv.* probate *p. 1477, 20*).

gerund. probandus, -a, -um *pro adi.: p. 1477, 37.*

CAPVT PRIVS: *respicitur quod bonum, gratum, rectum, idoneum est (quod tolerari, concedi potest e. g. p. 1463, 47. 50); dicitur -are*: **I** *qui (fere captis experimentis, habita deliberatione sim.) aliquid probum esse affirmat, declarat* (*vi decernendi, eligendi hic illic sub A1αγ et b; -atur fere verbis vel cogitatione, sed aliter e. g. p. 1464, 23 sq. 27*): **A** *usu magis minusve technico secundum leges publicas, doctrinas artium sim.*: **1** *in vita publica vel ecclesiastica et in re militari* (*in collegio p. 1462, 3*): **a** *-antur res vel minus definita*: **α** *aedificia vel quaevis opera publica, sc. a magistratu sim.* (*inscr. afferimus selectas, cf. minus technice p. 1463, 11 sqq.*): CIL I[2] 18 P. Corn⟨elios⟩ ... co(n)so⟨l⟩ (*a. 236 a. Chr.?*) proba⟨vit⟩ Mar⟨te sacrom⟩. 22 (*saec. III a. Chr.?*) *quidam* (*censores?*) -vero(nt). 24 (*eiusdem fere aet.?*) aid(ilis) cur(ulis) Ve⟨l⟩iternus (*an* Ve⟨l⟩itern(i)s*?*) lo⟨c⟩avit, eisdem aid(ilis) pl(ebis) prob(avit) (694 cos. pavimentum ⟨faciendum locavi⟩t eisdemque -vit. *et saepius*). 610 *quidam* praitor ... didit, eisdim cons(o)l -vit (1563. 3368 [*si recte suppl.*]. *al.*). LEX par. fac. Puteol. (CIL I[2] 698) 3, 11 (*opp.* inprobarint, *v. p. 1484, 39*). 3, 16 altera pars dimidia *pretii* solvetur opere effecto -toque. CIL I[2] 2949a (*sim.* b. *fere a. 100?*) heisce mag(istreis) (*nom.*) hoc opus faciundum couravere eisdemque -ver(e) (737 *quidam* cos. ... tabularium de s(enatus) s(ententia) faciundum coeravit ⟨ei⟩demque pro⟨bavit⟩. 745. *et passim, cf. p. 1460, 64; in collegio*: CIL I[2] 1274 *curator collegii cuiusdam* monumentum aedificandum ... curavit socīsq(ue) -vit. 2519). CIC. Font. 18 *de via munienda legati* imperaverunt ..., quod visum est, et -verunt (*opp. 17* improbaret; improbata). orat. 157 in templis (*sc. legitur sim.*): 'idem -vit'. Ov. fast. 6, 212 si titulum *templi* quaeris: Sulla -vit opus. LIV. 4, 22, 7 censores villam publicam in campo Martio -verunt. *al.* **β** *-atur materies, frumentum, vectigal sim.*: CIC. Verr. II 3, 73 ut -ret Apronius *decimanus* hoc triticum, quod ei dabatur (*cf.* frumentum: *ibid.* ut -etur f. [*opp.* improbare, *ut fere locis sequentibus*]. 174 f. -to et accepto. *al. ibid., cf. p. 1466, 62; ceterum*: CIC. Verr. II 3, 173 ex quo *frumenti acervo* partem ... -aris. 175 potestatem -andi improbandique. *aliter p. 1467, 28*). 4, 52 *argentum caelatum* (*opp.* improbant). VITR. 2, 3, 2 Vticenses laterem, si sit aridus et ante quinquennium ductus, cum arbitrio magistratus fuerit ita -tus, tunc utuntur. *al.* **γ** *cetera exempla potiora*: CIC. inv. 2, 134 *ne commutetur lex,* cum populo cognoscendi et -andi aut improbandi potestas nulla fiat. Verr. II 1, 99 omen magis patribus conscriptis quam causa placuit: -verunt. Catil. 1, 21 egredere ex urbe, Catilina! ... ecquid animadvertis horum *senatorum* silentium? ... de te ..., cum quiescunt, -ant, cum patiuntur, decernunt. prov. 36 sententiae *senatorum quorundam* ... minime -andae sunt (*item in senatu Romano*: Phil. 11, 16 duae dictae sunt s., quarum neutram -o. FEST. p. 210. *apud exteros*: CAES. Gall. 7, 15, 1 omnium consensu hac s. -ta. 7, 77, 6). Phil. 10, 3 (*ad senatorem quendam*) ea -as, ea decernis, ea sentis, quae *eqs.* 12, 2 qui consul! ... qui nullam pacem -ret nisi cum ... victo. leg. 1, 43 si haec ... scitis multitudinis -rentur (*antea*: si populorum iussis ... iura constituerentur). Att. 7, 14, 1 -ta condicio est (*sc. a Pompeio*), sed ita, ut *Caesar* ... praesidia deduceret (c. *pacis ut*: 8, 8, 1 c. p. nullam -arat *Pompeius*). fam. 12, 1, 1 quae ipse ille *Caesar,* si viveret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo -amus. SALL. Iug. 30, 1 patres solliciti erant: -rentne tantum flagitium (*sc. pacem inhonestam*) an decretum consulis subvorterent, parum constabat. 83, 3 *Marius* contra postulata Bocchi nuntios mittit; ille -are partim, alia abnuere. NEP. Dat. 11, 1 -ta re (*sc. bello suscipiendo*). OV. trist. 2, 89 (*ad Augustum*) vitamque meam moresque -bas (*sc. recensens equites equo publico, ut significetur fere i. q. non notare*). *al.* *in ecclesia*: SVLP. SEV. chron. 2, 37, 7 *episcopum quendam* in Photini ... damnationem praebere consensum, de Athanasio non -are (praebere *Giselinus*). CONC.[S] II 2, 2 p. 91, 11 -ti synodici conventus episcoporum (*cf. e. g. ibid. p. 38, 12* secundum canones constitutae, *p. 58, 28* statuta, *gr. II 1, 2 p. 161, 29 κεκανονισμέναι*). NOVAT. 77 (*ad monachos*) si sic iubet abbas, si sic -vit, sic habete, quasi deus iusserit. *al.*

b *-antur animantes*: **α** *quilibet, sc. fere candidati muneris publici, iudices sim.* (*hostiae l. 49; cf. discipulos Christi p. 1464, 62 et fort. monachos p. 1468, 15*): RHET. Her. 4, 35, 47 populi est officium res optumas et homines idoneos maxime suis sententiis deligere et -are (*cf.* CE 2051 [*Pompeis*] aedilem Proculam [*pro* -lum] cunctorum turba -vit [*inde restit.* CIL IV 7066]). CIC. Verr. II 5, 173 quos *iudices* ego -arim atque delegerim (Ps. SALL. rep. 2, 7, 11 i. a paucis -ari regnum est, ex pecunia legi inhonestum). leg. agr. 2, 93 *hostiae* ab his praetoribus *urbanis* de tribunali, sicut a nobis consulibus de consilii sententia, -tae. CAES. Gall. 6, 23, 7 *apud Germanos* ubi quis ... in concilio dixit se ducem fore ..., consurgunt ii, qui et causam et hominem -ant. 7, 63, 6 *Galli in concilio* Vercingetorigem -ant imperatorem. *al.* **β** *milites (equi militares l. 74), sc. qui a ducibus sim. (civitate l. 58) idonei habentur ad militiam subeundam* (*cf. p. 1466, 49. 1467, 65; indicatur qua aetate vel quando -entur l. 63. 65. 68 [cf. p. 1466, 56], quo duce l. 61 sq. 68. p. 1463, 1. al., cui adiudicentur quove admittantur per dat. p. 1463, 3. 5, praepos.* ad *l. 73,* in *l. 61. 64. 70* [*cf. p. 1466, 51 sq. al.*], inter *l. 63,* sub *l. 73*): TAC. Germ. 13, 1 arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum -verit (*item apud exteros: ibid.* 13, 2 robustioribus ac iam pridem -tis [*vix ad p. 1475, 53*]). EPIST. praef. Aeg. (Chart. lat. ant. III 215) 4 tirones sexs -tos a me in coh(orte), cui praees (CHART. lat. ant. X 411, 1, 31 [*a. 156*] t. -ti voluntari a ... praef(ecto) Aeg(ypti). CIL V 8278, 6 [*non post saec. III*] t. -tus ann(orum) XVI. VEG. mil. 1, 5, 1 inter alares equites vel in primis legionum cohortibus. 1, 7, 7. *al.; apud exteros*: VVLG. IV reg. 25, 19 Ier. 52, 25). TRAIAN. Plin. epist. 10, 30, 2 dies, quo primum -ti sunt, veritatem ab iis *servis inter tirones repertis* originis suae exegit. CIL III 8110, 6 (*a. 155/6*) ⟨vet(erani) le⟩g(ionis) VII ⟨Cl(audiae) p(iae) f(idelis) pr⟩obati ... *quibusdam* co(n)s(ulibus). 10507 qui est prob(atus) in leg(ione) II a Cornel(io) Plotiano leg(ato) (*sc. aet. Comm.*). XIII 6823, 11 (*saec. II*[2]*/III*) mil(itavit) ann(os) XXIIII -tus hic in leg(ione) VII Cl(audia). VEG. mil. 1, 5 tit. qua statura iuniores -andi sint (COD. Theod. 7, 13, 1 [*rubr.* de tironibus] quotiens i. exhibendi sunt, non ante -entur, nisi *eqs.* [*postea*: ad militiam eligantur]). PAVL. MED. vita Ambr. 31 clericos sub armis *-are* (*cf.* ad militiam EVSEB. EMES. serm. 6, 20, in m. *p. 1466, 52*). *al.* *-antur equi militares* (*cf. p. 1445, 16. 1452, 19 et usu communi p. 1464, 58*): EPIST. Chart.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lat. ant. IX 397, 3 (*a. 139*) ⟨acce⟩pi a te pretium equ⟨i ... -ti ab⟩ Avidio Heliodoro pra⟨ef⟨ecto⟩ Aegypti⟩. EPIST. leg. pr. pr. (Chart. lat. ant. VI 311a; *a. 208*) 6 ecum quadrimum ... -tum a me Iulio Basso eq(uiti) coh(ortis) XX Palm(yrenorum), c(ui) p(raees). CHART. lat. ant. VI 321, 12 (*a. 216*) eq(uitem), qui desidera⟨t ... e⟩quum sibi -andum. VII 352, 2 (*a. 251*) eq(uum) quadrimum ... prob(atum) a tunc pr(a)ef(ectis) (*deinde indicantur dies annusque; sim. saepius ibid.; cf. 15* aestimatum). AMM. 29, 3, 5 ad quos *equos* -andos *strator quidam* missus est in Sardiniam. *al.*

2 *in variis artibus vel philos. -antur quae respondent earum rationi, doctrinae sim.*: **a** *exempla varia selecta*: PLAVT. Most. 103 aedes quom extemplo sunt ... factae probe examussim, laudant fabrum atque aedes -ant (*cf.* CIC. fam. 5, 6, 3 domum tuam atque aedificationem omnem perspexi et vehementer -vi. ad Q. fr. 3, 1, 1 cameras quasdam non -vi mutarique iussi. *cf. usum techn. sub 1aα*). ENN. ann. 613 ab laeva rite -tum (*sc. omen sim. an pass. impers.?*). CIC. Q. Rosc. 29 qui admirabantur hunc *Roscium,* illum *eius discipulum* -bant. orat. 5 ut, cum summa (*sc. artificia Graeca sim.*) miraremur, inferiora tamen -remus. VITR. 7, 5, 4 picturae -ari *non* debent, quae non sunt similes veritati (*postea*: 'recte' iudicari). 7, 5, 5 id opus, *sc. scaenam,* -are (PAVL. FEST. p. 131 -tum o. [*sc. ancile*] est maxime Mamuri Veturi. PLIN. nat. 35, 133 Praxiteles interrogatus, quae maxime opera sua -ret in marmoribus). *al.* **b** *in arte rhet. et poetica* (*exempla selecta*): RHET. Her. 4, 2, 3 *imperiti* cum legunt orationes bonas aut poemata, -ant oratores et poetas neque intellegunt, qua re commoti -ent (4, 5, 7 licet ... eligerent et -rent quemlibet, qui sibi ... subpeditaret exempla, vel p. vel o. *cf. p. 1475, 48. 1477, 43*). 4, 17, 24 illud quoque -andum est genus sententiae, quod *eqs.* ([*opp.* improbandae]. CIC. Pis. 74 g. *locutionis.* de orat. 3, 37 in dicendo. *al.* GELL. 9, 10, 6 figurae. *cf. p. 1466, 63*). CIC. de orat. 1, 149 -o ista ..., quae vos facere soletis, ut ... *in exercitatione* dicatis ... ad veritatem accommodate. 3, 183 -atur ... ab eodem illo *Aristotele* maxime paean, qui est duplex (*sc. rhet. 1409a3 sqq.; cf.* orat. 214 quem *pedem* Aristoteles ut optimum -at). Brut. 328 Hortensium magnum oratorem semper putavi maxumeque -vi pro Messalla dicentem. orat. 172 qui hos auctores (*sc. praeceptorum de numeris*) non -ent. HOR. sat. 1, 10, 82 -et haec *carmina mea* Octavius (*syn.* laudet). SEN. contr. 1, 1, 20 Buteonis colorem non -bat Latro (1, 1, 24 hunc c. tam strictum. *al. apud eundem*). 9, 4, 17 illud non -vi, quod multa in re severa temptavit salse dicere *rhetor quidam.* QVINT. inst. 4, 2, 86 me ... fecisse hoc in foro ... -antibus et eruditis et iis, qui iudicabant, scio. *al.* **c** *in philos.* (*cf. p. 1472, 13*): CIC. rep. 1, 45 quartum quoddam genus rei publicae (*sc. mixtum*) maxime -andum esse sentio (1, 54 e tribus istis quod *g.* maxime -as? *cf. p. 1476, 12*). 1, 60 ergo non -res, si ... libidines ... tenerent omnia? fin. 1, 6 quae dicta sunt ab his, quos -amus (*-antur philosophi ut*: 1, 14 quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis ..., sed certe non -es. ac. 2, 117 quem unum e physicis potissimum -bit *sapiens*? *ibid.* de principiis *naturae* ... videamus, quem -et. *al. apud* CIC.). Tusc. 5, 1 quam *rem* tu ex omnibus maxime -as (*sc. doctrinam Stoicorum de virtute*). Cato 65 ea vitia ... habent aliquid excusationis, non illius quidem iustae, sed quae -ari posse videatur. HOR. epist. 1, 17, 16 utrius horum *Diogenis et Aristippi* verba -es et facta, doce, vel iunior audi, cur sit Aristippi potior sententia. SEN. dial. 7, 10, 3 *virtus* voluptates aestimat, antequam admittat, nec, quas -vit, magni pendit (8, 7, 1 [*de Epicureo*] qui voluptatem -at. 8, 7, 2 v. inertem). epist. 5, 1 quod ... hoc unum agis, ut te meliorem ... facias, et -o et gaudeo (*cf.* 124, 1 illud -o, quod omnia ad aliquem profectum redigis). 88, 5 Stoicum illum *Homerum* faciunt, virtutem solam -antem et voluptates refugientem. *al.* **d** *in re rust.*: VARRO rust. 1, 18, 6 magis in hoc Saserna -andus *est,* qui ait *eqs.* 3, 2, 10 si propter pastiones tuus fundus ... -andus sit. COLVM. 2, 14, 1 *inter stercoris genera* maxime ... columbinum -amus ...; secundum deinde, quod homines faciunt. 6, 37, 6 *asinus* ab aspectu non aliter -ari debet, quam ut sit amplissimi corporis *eqs.* 7, 3, 1 non solum ea ratio est -andi arietis, si vellere candido vestitur, sed etiam si *eqs.* 7, 6, 4 capella praecipue -atur simillima hirco, quem descripsimus, si etiam est uberis maximi. 7, 9, 1 in suillo pecore -andi sunt ... corporis amplitudine eximii, sed qui *eqs.* 7, 9, 2 scrofae -antur longissimi status, sed ut sint *eqs. al.* **e** *in medicina*: CELS. 1 prooem. 62 si quis non omnia tenet, quae rationalis alius -at. 3, 15, 3 quo minus ... -ari curatio Heraclidis ... debet. 4, 9, 2. SCRIB. LARG. 21 hoc maxime -o ad recentes epiphoras (*inde* MARCELL. med. 8, 2 quam *compositionem*). PLIN. nat. 20, 244 Castor marrubii duo genera tradit, nigrum et, quod magis -at, candidum. 23, 9 cinis eius *oenanthes* ad collyria et ad ulcera purganda ... -atur. *al.* **f** *in iure*: PROC. dig. 32, 86 Labeonis distinctionem valde -o, qui scripsit *eqs.* (AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. quae *d.* a Servio introducta et ab omnibus fere -ta est). IAVOL. dig. 32, 30, 5 (*e Labeone*) *videamus, an quaedam* scriptura pro supervacuo debet haberi; quod non -o. VLP. dig. 5, 1, 18, 1 (*antea*: Iuliano placet *eqs.*) unde ego semper -vi, ut ... debeat filius agere utili iudicio. Ps. DOSITH. frg. iur. 12 lex Iunia ... non pertinet ad peregrinos manumissores, sicut et Octavenus -at (*cf.* GLOSS. III 53, 5. 105, 33 *δοκιμάζει*). *al.*

B *usu communi secundum quaslibet normas*: **1** *notione sollemni*: **a** *accedunt struct.*: **α** *acc.*: Ⓘ *rei* (*exempla inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Trin. 1148 conlaudo consilium et -o. Ps. PLAVT. Cas. 14 quam *comoediam iam antea editam* vos -astis, qui estis in senioribus (*aliter p. 1472, 11*). RHET. Her. 4, 51, 64 *hospes* perspicit argentum ..., visit triclinium stratum; -at. CIC. div. in Caec. 44 ingenium *Hortensii* ita laudo ..., ita -o, ut *eqs.* (de orat. 1, 221 si *auditores* valde -ent i. [*syn.* admirentur]). 60 *num iudices* statuent hanc causam, quam ne in alio quidem -rent, in te iustam ... videri? (*respicitur c. efficiens; aliter*: Sest. 37 cuius *Metelli consulis* c. ... omnes boni -bant). Att. 13, 22, 4 lucum ⌞hominibus⌟ non sane -o *monumentum Tulliae erecturus* (⌞ ⌟ ⟨in⟩ h. *Shackleton Bailey*). fam. 9, 5, 1 mihi ... ad Nonas bene maturum videtur fore (*sc. ad proficiscendum*) ...; qua re istum diem -o. BALB. Cic. Att. 9, 7ᵃ, 2 hoc non dubitamus quin Caesar ... maxime sit -turus (*sim. ibid. iterum et* 9, 7ᵇ, 2). CAES. Gall. 6, 32, 5 impedimenta ... Atuatucam contulit; ... hunc ... locum -bat *variis causis* (OV. met. 5, 271 [*Musa ad Athenam*] merito ... -as artesque l.que, *sc. Helicona*). HOR. epist. 2, 1, 263 meminit ... libentius illud, quod quis deridet quam quod -at et veneratur. PROP. 3, 1, 38 Lycio vota -ante deo (AVSON. 10, 8 [167 S.], 13 v. -ant superi). OV. epist. 3, 123 (*Briseis ad Achillem*) an tantum, dum me caperes, fera bella -bas? ([*cf. 121* placebant]. SIL. 5, 196 conducta ... b.). 20, 20 (*sim.* fast. 2, 846) *Dianae statua* visa est motā dicta -asse comā ([tulisse *codd. potiores*]. met. 1, 244 d. Iovis ... voce -ant *dei.* 4, 42. *aliter p. 1472, 8*). ars 2, 300 gausapa si sumpsit *puella,* gausapa sumpta -a (*syn. 303* lauda). 3, 137 nec genus ornatus *capillorum* unum est: ... longa -at facies capitis discrimina puri. met. 7, 20 video meliora -oque, deteriora sequor (SEN. benef. 4, 17, 2. QVINT. inst. 6, 5, 8 ut m. -antis peiorum paeniteret). SCRIB. LARG. praef. 13 diligentiam meam ... non verbis, sed re -asti, *sc. eo, quod scripta mea Caesari dedisti.* SIL. 16, 575 clamor plaususque -vit honores, *sc. praemia ludorum.* STAT. silv. 5, 1, 42 amor *coniugalis* a domino *Domitiano* meritus censore -ari. QVINT. inst. 1, 2, 21 *in schola* multa cotidie -ari, multa corrigi. 2, 5, 18 *quidam instituentes pueros ad legendum* -verunt ... floridius genus ut ... magis accommodatum. 11, 3, 31 illud, quod Ennius (*ann. 303 sq.*) -at, cum dicit 'suaviloquenti ore' Cethegum fuisse (*opp.* reprehendit). *al.* Ⓘⓘ *animantis* (*sc. hominis praeter* SIL.; *reflexive l. 48. 55*): GRACCH. or. frg. Cic. orat. 233 improbos (*v. p. 1486, 13*). CIC. inv. 2, 110 quicquid ... de homine -ando aut improbando dicitur ..., iudiciale est habendum (Att. 10, 17, 1 hercule h. -o; nam et doctum et probum existimo). leg. 3, 22 in ista quidem re vehementer Sullam -o, qui tribunis plebis ... iniuriae faciendae potestatem ademerit (*syn.* effero laudibus; laudare). Att. 6, 4, 1 nihil minus -ari poterat quam ⌞quaestor⌟ Mescinius (⌞ ⌟ *an praedicative, ut ad l. 65 pertineat?*). fam. 12, 5, 3 non nulli invident eorum laudi, quos in re publica -ari vident. PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1 non minus ... a te -ari quam diligi semper volui. SALL. Iug. 22, 2 ab adulescentia ita se *Iugurtham* enisum, ut ab opturno quoque -retur; ... P. Scipioni, summo viro, placuisse. HOR. sat. 1, 1, 109 ⌞nemo est, ut avarus⌟ (*Shackleton Bailey; aliter alii*) se -et ac potius laudet diversa sequentis (*cf. 1, 1, 3 ut sorte sua* contentus vivat). OV. am. 1, 14, 48 empta nunc ego merce (*sc. crinibus alienis*) -or ([*cf. 49* laudat]. *item venustatis causa*: 2, 4, 47 puellas. epist. 16, 87 ex aequo donis formaque -ta *Venus* [*sc. a Paride*; -tis *Heinsius, ut ad l. 4 pertineat*]. met. 3, 425 *Narcissus* se cupit inprudens et, qui -at, ipse -atur. 12, 224 quam quisque -bant ..., rapiunt *Centauri.* STAT. silv. 1, 2, 106 [*loq. Venus*] quos *viros* ipsa -vi. *al.; reflexive*: CLAVD. 10, 109 *Venus in speculo* singula cernit seque -at). Pont. 1, 2, 137 hanc *uxorem meam* -at ... Marcia ... inque suis habuit *Atia Minor* ...; (140) quarum iudicio siqua -ta, proba est (*cf. 141* laudantibus istis). SIL. 16, 165 quem ceperat ipse *Scipio pugnans* ... animique -arat, cornipedem. PLIN. paneg. 83, 6 (*ad Traianum uxoremque*) idem estis invicem, quod fuistis, -ti ex aequo *eqs.* (-ti *Perizonius*; -tis *trad., ut p. p. p.* [*sc.* vobis] *vel verbum finitum* [*sc.* vos] *intellegere possis*). VET. LAT. Luc. 10, 1 (cod. 6) *Iesus* -vit ... septuaginta duos et praemisit eos ... in omnem locum ..., quocunque venturus erat (*gr. ἀνέδειξεν, cod. 2. 3* elegit, *cod. 10. al. et Vulg.* designavit; *ad usum cf. A1b*). HIST. AVG. Ael. 3, 8 *Aelium* non multu⟨m⟩ ad rem publicam regendam -arat *Hadrianus. al.* **c** *acc. praedic.* (*cf. l. 34. 43*): CIC. Q. Rosc. 45 eumne testem improbabit, quem iudicem -arit? Brut. 294 Catonem tuum ut civem, ut senatorem ... -o; orationes autem eius ... valde laudo. NEP. Them. 10, 4 *de Themistoclis morte alii aliter scripserunt,* sed nos ... Thucydidem auctorem -amus, qui illum ait *eqs.* STAT. silv. 3, 4, 19 *puer,* placida quem fronte ministrum ... aspiciunt et uterque -ant *Domitianus uxorque.* CLAVD. 17, 24 sq. te pars Libyae moderantem iura -vit, quae nunc tota -at.

β (*acc. c.*) *inf.* (*copula supplenda* VITR., *per ellipsin verbi* CIC.): CIC. Att. 12, 16 nec tuae domi -batur nec meae poteram (*sc. degere, esse sim.*). CAES. civ. 1, 29, 1 Caesar etsi ... maxime -bat coactis navibus mare transire

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., tamen eius rei moram ... timebat. VERG. Aen. 4, 112 si Iuppiter unam esse velit Tyriis urbem Troiaque profectis miscerive -et populos (*huc spectat* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1518 -et: rectum iudicet). HOR. carm. saec. 15 sive tu Lucina -as vocari seu Genetyllis. OV. ars 3, 216 nec coram dentes defricuisse -em. VITR. 6 praef. 5 tenuitatem cum bona fama ... sequendam -vi. SIL. 4, 44 non et rerum curas consultaque belli stare -at *Hannibal.* 13, 369 *non* occuluisse -arim (-tum *al. var. ll.*) spectatum vel in hoste decus. *al.*

γ *enunt. secund. per* quod *inductum*: CIC. nat. deor. 3, 28 mihi placebat oratio *tua* ..., *sed* illud non -bam, q. negabas *eqs.* Att. 10, 4, 11 *Dolabella scripsit,* q. me cuperet ad urbem venire, illum *Caesarem* quidem ... non modo -are, sed etiam gaudere. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 7 quem *Octavium* q. laudas ob ea, quae adhuc fecit, plane -o: sunt enim laudanda. PHAEDR. app. 9, 7 q. te laudas, vehementer -o. TAC. dial. 14, 4 -ari video in te ..., q. ... spem hominibus fecisti plurium ... librorum.

δ *aliae*: CIC. Att. 13, 26, 1 de Vergili *heredis* parte valde -o (13, 44, 2 de Attica -o. AVG. serm. 15, 3 *deus* alios coronat, alios damnat ...; alios -at, ⌞de aliis -at⌟, omnes ordinat [⌞ ⌟ alios de aliis -at, alios reprobat *var. ll.; fort. corruptum, sed conferre possis p. 1462, 20*]). 15, 4, 1 rescripsi ita, ut te -turum existimo.

b *absolute vel obi. supplendo* (*notabiliora quaedam*): CIC. har. resp. 17 -antibus et vobis, *patres conscripti,* et equitibus Romanis (*item abl. absol.*: HOR. carm. 1, 2, 19 Iove non -ante. SEN. Herc. f. 492. *al.*). Brut. 187 *auditor* credit eis, quae *a summo oratore* dicuntur, ... vera putat, adsentitur, -at (*nisi ad p. 1471, 74*). Att. 12, 21, 2 ad hortos, quoniam -as, effice aliquid (de h., ad hortis *var. ll.*). 13, 21^{a}, 4 propenso animo ad -andum. 15, 25 an -as (*sc. de meo itinere*), si *eqs.*? DICTVM imp. Tib. Suet. Tib. 59, 2 oderint, dum -ent (*huc alludit* SEN. dial. 3, 20, 4). TERT. fug. 1, 6 totum, quod agitur in persecutione, gloria dei est, -antis et reprobantis, imponentis et deponentis. *al.*

2 *notione deflexa non tam approbandi quam experiendi, cognoscendi, colligendi*: PVBLIL. sent. C 35 cave amicum credas, nisi ⟨si⟩quem -veris. COLVM. 9, 4, 1 per has notas *quasdam* ... -tis apibus. IREN. 3, 20, 2 (*antea: ut homo* intellegat ... virtutes dei ... in semetipsum ostensas) quemadmodum medicus in his, qui aegrotant, -atur, sic et deus in hominibus manifestatur. SER. med. 198 *ad oculorum dolorem mitigandum* ex folio caulis cineres *aliaque* ... desuper induces atque una nocte -bis. PALLAD. 12, 7, 18 *castaneas* in aquam frigidam mittis; quae sanae sunt merguntur; ... quas -asti, ... post triginta dies aeque ⌞-as⌟ (⌞ ⌟ *spectat ad III*). 12, 7, 22 castanea inseritur, sicut -vi ipse, ... mense Martio.

II *qui (persuadendo, demonstrando) aliquid tamquam probum commendat, acceptum facit* (*cf.* LYD. mag. 3, 2 *προβᾶρε· ... τὸ μετὰ δοκιμῆς ἐπιδεῖξαι τὸ ὑποκείμενον*): **A** *vario usu -atur*: **1** *verbis, argumentis*: **a** *absolute vel obi. supplendo* (*cf. p. 1469, 63*): PLAVT. Rud. 1017 *praedam tecum partiri nolo.* :: non -are pernegando mihi potes; nisi pars datur, ... ad arbitrum reditur. CIC. div. in Caec. 65 an quod ad commemorandum est honestius, id ad -andum non multo videri debet aequius? de orat. 2, 333 honesti et diserti *est,* ut mente providere, auctoritate -are, oratione persuadere possis.

b *accedunt struct.*: **α** *acc.* (*obi. int. l. 65*): Ⓘ *rei*: RHET. Her. 2, 25, 39 deprecationes *pravae* si -buntur. 3, 6, 12 nos facile iis *auditoribus* ... huius *hominis praestantis* facta -turos *esse* (CIC. inv. 2, 71. *al.* OV. Pont. 2, 6, 18 Caesaribus ... tua f. -es. PLIN. epist. 10, 3^{a}, 3 f. dictaque mea -are sanctissimis moribus tuis, *sc. Traiani*). 4, 25, 34 hoc ... *non* perfeci et non -vi. CIC. inv. 2, 160 res et ab natura profectas et ab consuetudine -tas legum metus et religio sanxit. Quinct. 81 hoc consilium Aquilio *iudici* et talibus viris ... -bitur? (Verr. II 1, 31. Sest. 96 *optumates* ita se gerebant, ut sua consilia optumo cuique -rent. PETRON. 141, 9 exemplis). 92 nos nostram *causam* perfacile cuivis -turos *esse* (*item -are c. suam*: Verr. II 4, 28 facile, cui velles, tuam c. et factum -res. Balb. 49. *al.* OV. met. 11, 449. *et saepe, imprimis apud iuris consultos; c. efficientem e. g.* CIC. ac. 1, 10 *v. p. 1449, 28.* IVLIAN. dig. 30, 102. VLP. dig. 40, 2, 16, 1 c. manumissionis). Verr. II 1, 14 *testis* -bit fidem et auctoritatem et religionem suam (II 1, 22 quod -are populo Romano f. vestram et r. non potueritis, *iudices*). leg. 1, 12 arbitrabar posse id populo nostro -ari, si te ad ius respondendum dedisses. *al.* *obi. int. pro adv.*: CIC. fam. 1, 9, 18 ⌞iubet ... Plato⌟ ... tantum contendere in re publica, quantum -are tuis civibus possis (⌞ ⌟ *respicitur Crito 51^{B}, ubi πείθειν*). Ⓘⓘ *personae*: Ov. trist. 1, 6, 17 (*ad uxorem*) teste *me* -aris. APVL. apol. 1, 3 mihi copia ... te iudice obtigit purgandae ... philosophiae et -andi mei.

β *aliae*: CIC. inv. 2, 105 semper animo bono se in populum Romanum fuisse non tam facile -bat *Syphax* ..., quam ut propter posterius beneficium sibi ignosceretur. Tull. 4 ut, quod antea nihil in istum *Fabium* dixi, -ar⟨e possi⟩m. Att. 10, 18, 2 ex Balbi ... sermone, quem tecum habuit, non -amus de Melitta (*i. consilium eo proficiscendi Caesari non -amus, ut ex B. sermone colligo*). VERG. Aen. 12, 814 (*loq. Iuno*) Iuturnam ... succurrere fratri suasi et ... maiora audere -vi (*cf. 12, 159* auctor ego audendi. *item c. inf., nisi ad IA2d trahere malis*: COLVM. 3, 15, 5 *Mago* -at vinacea ... in scrobe ammovere).

2 *quolibet modo*: **a** *exempla varia* (*obi. suppl. e contextu l. 8. 18*): **α** *-ant animantes*: NAEV. com. 72 quae ego in theatro hic meis (*i. mihi oblatis*) -vi plausibus, ea non audere quemquam regem rumpere (*ad l. cf. Barchiesi, La Tarentilla rivisitata, 1978, 50 sqq.*). PLAVT. Bacch. 704 *aurum* dabo; quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis -o? (*sc.* nomen; *an subaudias totum acc. c. inf., ut ad p. 1470, 47 pertineat?* PRVD. apoth. 606 *Emmanuel* adstat nobiscum n.que -at. *cf. l. 26*). CIC. Att. 4, 14, 1 quos *de re publica libros,* ut spero, tibi valde -bo (*cf. e. g.* PROP. 2, 13, 12 *me* auribus ... puris *puellae* scripta -asse mea). 6, 1, 2 quod meam *βαθύτητα* in Appio tibi ... -o, vehementer gaudeo. CASS. PARM. Cic. fam. 12, 13, 2 animum tibi nostrum fortasse -vimus ([-bimus *trad.*]. SYMM. epist. 6, 48 natalicio munere ... nostrum hilarastis a., vestrum -astis. *cf. l. 28*). CAES. civ. 1, 57, 4 pastores ... sub oculis domini suam -are operam studebant. VITR. 7 praef. 13 singulis frontibus *Mausolei* singuli artifices sumpserunt certatim partes ad ornandum et -andum. 7, 5, 7. LABEO dig. 19, 2, 62 si rivum, quem faciendum conduxeras et feceras, antequam eum -res, labes corrumpit, tuum periculum est. *al.* **β** *-ant res*: CIC. rep. 4, 11 numquam comoediae, nisi consuetudo vitae pateretur, -are sua theatris flagitia potuissent. VITR. 2, 7, 5 *saxa* ab natura rerum -ta, *sc. non vitiata tempestatibus.* STAT. Ach. 1, 502 *contemnuntur heroes Graeci,* sed Mavors et Troia abrepta (arr- *var. l.*) -bunt (*cf.* CLAVD. 26, 415 accurrit ... manus, quam Raetia nuper ... defensa -vit). TAC. dial. 39, 2 ⌞nobiles⌟ equos cursus et spatia -ant (⌞ ⌟ *vix praedic.*). CE 1035, 1 (*saec. I/II*) Calliste mihi nomen erat, quod forma -vit. SYMM. epist. 8, 33 ut *epistulae amicorum* adsiduitate illorum animos -ent.

b *reflexive vel mediopassive*: **α** *vario usu*: CIC. Lig. 2 *Ligarius* in legatione et civibus et sociis ita se -vit, ut *eqs.* Brut. 199 cum oratores ... populi iudicio -antur (Tusc. 2, 3 quas *orationes* nos multitudinis i. -ari volebamus. HIRT. Gall. 8 praef. 5 *commentarii Caesaris* adeo ... -antur omnium i., ut *eqs.*). fin. 2, 80 multis se -vit *Epicurus.* Cato 70 histrioni, ut placeat, *non* peragenda fabula est, modo, in quocumque fuerit actu, -etur. fam. 7, 33, 2 *placet* deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi *Caesari* -vi, ac me totum in litteras abdere. BRVT. Cic. ad Brut. 3, 6 filius tuus sic mihi se -at industria ..., ut *eqs.* PLANC. Cic. fam. 10, 18, 1 ut consilium sequerer periculosum magis, dum me -rem, quam tutum *probrosumque.* VITR. 2, 8, 19 (*antea*: si *testa* sit optima seu vitiosa ..., statim nemo potest iudicare) in tempestatibus ..., si est firma, -atur (*syn.* se ostendet). 7, 14, 3 qua ratione *aqua* ducatur quibusque rebus, ⌞si erit salubris et idonea⌟, -etur (*sunt qui enunt. interrog. intellegant, ut ad p. 1470, 66 pertineat*). LVCAN. 8, 621 *Pompeius* nullo gemitu consensit ad ictum ... seque -at moriens (*sunt qui ad IIIA 1b trahant*). FRONTO p. 175, 7 *quidam tum demum contentus,* ubi se tibi -arit. TERT. virg. vel. 9, 6 *tales mulieres,* ut ... ea decucurrerint, per quae femina -ari potest (*cf. I Tim. 5, 9 sq.*). CYPR. domin. orat. 26 potestas ... dupliciter adversum nos datur *diabolo*: vel ad poenam, cum delinquimus, vel ad gloriam, cum -amur. *al.* **β** *usu magis minusve technico in re militari se -visse dicuntur tirones ad militiam admissi* (*usu a p. 1462, 53 derivando, ut vid.*): EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 250) 12 *quidam* p⟨ro⟩b⟨ave⟩r⟨e⟩ se in cl⟨as(se)⟩ A⟨u⟩g(usta) Alex(andrina). 16 per eos (*sc. sponsores?*) me -vi in classe. 22 antequam me pr⟨o⟩barem in militiam. VET. LAT. II Tim. 2, 4 (Ambrosiast., *sim. al. et* VVLG.; *in imag.*) nemo ... militans deo obligat se negotiis saecularibus, ut placeat ei, cui se -vit (Cypr. Fort. 8. *al.* ei, qui se -vit, *gr. τῷ στρατολογήσαντι. pendet* AMBROSIAST. in II Tim. 2, 5). CIL VI 2839 *cuidam* ex evokat(o), qui se -vit ann(orum) XVII.

B *forma 'aliquid* mihi -atur' *i. q. aliquid mihi placet, gratum est* (*sc. respectu persuadendi fere evanido, nisi hic illic* mihi *sim. pro dat. auctoris accipere malis vel usum mediopass. agnoscas; formam 'aliquid* mihi -tum est' *v. p. 1475, 1. 1476, 23*): RHET. Her. 3, 12, 21 *cura vocis pronuntiationem suavem facit,* ut, quod nostrae voci prosit, idem voluntati auditoris -etur. CIC. Verr. II 3, 172 frumentum eiusmodi ..., ut neque tibi neque populo Romano posset -ari (*ad rem cf. p. 1462, 10*). de orat. 3, 37 quod *genus dicendi* maxime mihi ipsi -retur (*sim.* Brut. 241 multis gratum erat et -batur). Brut. 184 disputationem hanc ... malim ... Bruto placere, eloquentiam autem meam populo -ari velim. *ibid.* necesse est, qui ita dicat, ut a multitudine -etur, eundem doctis -ari. 199 illud, quod populo non -atur, ne intellegenti quidem auditori -ari potest. 262 orationes ... eius *Caesaris* mihi vehementer -antur. off. 2, 43 *Ti.* Gracchus (*cos. a. 177 et 163*) ... *semper* laudabitur ..., at eius filii nec vivi -bantur bonis. Att. 9, 10, 10 scribis Peducaeo ... -ari, quod quierim. fam. 13, 1, 2 *Phaedrus* nobis ... *principio* valde ut philosophus, postea tamen ut vir bonus ... -batur. ad Brut. 23, 9 suspicor illud tibi minus -ari, quod a tuis familiaribus ... non -batur, quod ut ovanti introire Caesari liceret decreverim. CAES. civ. 3, 10, 11 haec (*sc. proposita Caesaris*) quo facilius Pompeio -ari possent. S. C. de Cn. Pisone (Ves-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tigia 48, 1996) 151 equestris ordinis curam ... unice (-ci *aes*) senatui -ari. PETRON. 123 vers. 218 huic fuga per terras, illi magis unda -atur. AVSON. app. A 5, 1 (310 S.), 9 bono -ari malo quam multis malis. *al.*

III *qui, utrum quid probum sit necne, examinat, excutit, experitur* (*quae et examinantur et approbantur v. sub I; abundanter* experiendo -are *p. 1468, 37. 43*): **A** *variis modis, sc. fere usu, cogitando, inspiciendo sim.*: **1** *usu communi*: **a** *-antur res* (*ipsis rebus e. g. l. 15 sq. 51 sq., reflexive [fere pro pass.] l. 23*): **α** *variae*: PLAVT. Persa 212 puerum peiorem quam te novi neminem. :: ... tuo ex ingenio mores alienos -as (*cf.* Trin. 1049 eorum ex ingenio ingenium horum -ant). frg. inc. 15 perfidiose captus (captas *Leo dubitanter*) ... nervo cervices -at. BALB. Cic. Att. 9, 7ª, 1 consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque -ari solent (STAT. silv. 5, 1, 83 ferrique togaeque c. atque ipsam mentem -at *Domitianus*). CVLEX 59 omnia ⌞luxuriae pretiis⌟ ([spretis, pretus *var. ll.*]. *si ⌞ ⌟ recte iunxit Helm, Hermes 81, 1953, 57; alioquin pertinet ad p. 1464, 4*). OV. epist. 2, 85 exitus acta -at (*cf. Otto, Sprichw. n. 614*). Pont. 2, 3, 8 vulgus amicitias utilitate -at. VITR. 8 praef. 4 (*sim.* 8, 6, 15, *paulo aliter, ni fallimur, p. 1466, 42*) quibus ... rationibus ducatur et quemadmodum ante -etur *aqua* (PALLAD. 1, 4 tit.). PETRON. 70, 3 ut mucronem ad buccam -remus (*cf.* RVFIN. hist. 3, 6, 14 aciem gladiorum ... in cadaverum obtruncatione [*syn.* examinandus; *gr.* *ἐδοκίμαζον*]). TAC. Germ. 18, 2 dotem ... uxori maritus offert; intersunt parentes et propinqui ac munera -ant. TERT. nat. 1, 6, 5 suspecta lex est, si -are se non vult (-ari *Gothofredus sec. locum geminum* apol. 4, 13). coron. 7, 3 de suis ... instrumentis saecularia -ari necesse est. VLP. dig. 2, 12, 2 (*ex orat. imp. M. Aur.*) *praetorem adire, ut* aetates -entur (*sc. an legitimae sint*). 40, 2, 16 pr. illud in causis *manumissionis* -andis meminisse iudices oportet, ut ... ex affectu descendentes causas -ent (prohibent F^2). MACER dig. 49, 16, 12, 2 officium tribunorum est ... frumentum -are, mensorum fraudem coercere. VET. LAT. Matth. 16, 3 (Aug. gen. ad litt. 2, 4) faciem caeli potestis -are (*gr.* *διακρίνειν, cod. 2. 9* discernere, *3. al.* aestimare, *cett. et Vulg.* (di)iudicare. *sim.* Luc. 12, 56 [cod. 2. 4. *al. et* VVLG.; *gr.* *δοκιμάζειν*]). I Thess. 5, 21 (Ambrosiast. = VVLG., *sim.* cod. 77. *al.*) omnia ... -ate; quod bonum est, tenete (retinete *var. l. Ambrosiast.; gr.* *δοκιμάζετε, Tert. praescr. 4. al.* examinate). RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 544ᴬ *Origenes lectori* praecipit ... -are de singulis, quae dixerit, et, quod rectius ... iudicaverit, obtinere. *al.* **β** *opera artis sim.*: CIC. opt. gen. 11 ad picturam -andam adhibentur etiam inscii faciendi cum aliqua sollertia iudicandi. Att. 2, 1, 1 *librum meum* tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose -vissem. TIB. 1, 6, 25 (*inde* OV. trist. 2, 451) velut gemmas eius *puellae* signumque -rem (*nisi ad p. 1463, 10*). VITR. 1, 1, 1 *architecti* iudicio -antur omnia, quae ab ceteris artibus perficiuntur, opera. 7 praef. 5 iudices litterati, qui ea (*sc. quae scriptores in ludis recitabant*) -rent. 7, 5, 4 iudiciis ... infirmis obscuratae mentes non valent -are, quod potest esse cum auctoritate et ratione decoris. FRONTO p. 56, 17 *indoctos* ea *verba* ... male -are et temere existimare (p. 57, 29 cura in v. -andis adhibenda). MAR. VICTORIN. gramm. 1, 7 *artis grammaticae* praecipua officia sunt quattuor, ut ipsi *Varroni* placet: scribere, legere, intellegere, -are (*sc.* *κρίσις, cf. Dionys. Thrax gramm. gr. 1 6, 2; sim. in eadem re*: MART. CAP. 3, 230 erudite intellegere -areque). **γ** *metalla, nummi* (*nisi sec. p. 1470, 24 explices e. g. l. 51. 56; in sacris script. comparantur homines deo temptandi, cf. p. 1468, 22; ad rem cf. p. 1476, 56*): SEN. dial. 1, 5, 9 (10) ignis aurum -at, miseria fortes viros (VET. LAT. IV Esdr. 16, 74 quod *a.* -atur ab igne. *al., v. e. g.* VVLG. *l. 58 sq.*). PLIN. nat. 33, 132 miscuit denario triumvir Antonius ferrum ...; igitur ars facta denarios -are. AFRIC. dig. 46, 3, 39 si ... eam *pecuniam* apud nummularium, quoad -retur, deposuerim (*ibid. iterum; cf. p. 1476, 64*). VET. LAT. Sirach 31, 31 ignis -at ferrum durum. Zach. 13, 9 (Tert. fug. 3, 3. scorp. 7, *sim.* VVLG.) uram illos, sicut uritur ⌞aurum, et -bo illos, sicut -atur argentum⌟ ([*gr. utroque loco resp.* *δοκιμάζειν.* ⌞ ⌟ argentum ... aurum *Vulg.*]. VVLG. prov. 17, 3 igne -atur a. et aurum camino. *al.*). LEX Sal. Merov. 44, 2 (rec. A, *sim. al.*) qui solidos (illius *add. A1*) pensare vel -are debent. *al.*

b *-antur animantes (sc. homines praeter l. 70. 73) vel partes eorum* (*reflexive p. 1468, 4 [cf. p. 1446, 43], obi. suppl. p. 1468, 7; -at res l. 68*): **α** *exempla varia*: CIC. Caecin. 61 non ... reperies quemquam iudicem ..., qui, tamquam si arma militis inspiciunda sint, ita -et armatum (*cf. p. 1462, 53*). ad Q. fr. 3, 1, 5 Nicephorum, vilicum tuum, sane -vi quaesivique ex eo *eqs.* SEN. dial. 1, 5, 9 *v. l. 51.* 6, 5, 5 adversi aliquid incurrat oportet, quod animum -et (*paulo aliter p. 1470, 29*). epist. 9, 9 inde amici fugiunt, ubi -antur (19, 11 errat ..., qui amicum ... in convivio -at). COLVM. 9, 8, 5 quae *apes* dono ... contingunt, minus scrupulose -antur. SIL. 3, 378 Vettonum alas Balarus -at (*cf.* SVET. Iul. 65 militem neque a moribus neque a fortuna -bat, sed tantum a viribus). TERT. nat. 1, 10, 18 cum vix hostias -ret *Gabinius consul* prae popularium coetu (apol. 30, 6 hostiae -antur penes vos *gentiles* a vitiosissimis sacerdotibus [*syn.* examinantur]. *cf. p. 1462, 49*). 1, 10, 47 *in ludis gladiatoriis Mercurius* (*sc.* *ψυχοπομπός*) corpora exanimata ... e cauterio -at (*cf. apol. 15, 5* examinantem). VET. LAT. Luc. 14, 19 (cod. 4. *al.* = VVLG.) iuga boum emi quinque et eo ⌞-are illa⌟ (*gr.* *δοκιμάσαι αὐτά, cod. 3* ⟨ex⟩perimen⟨tum⟩ acci⟨pere⟩ illo⟨rum⟩). I Cor. 11, 28 (cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.) -et ... se ipsum homo et sic de pane *dominico* manducet (*gr.* *δοκιμαζέτω. pendet* HIER. epist. 14, 9, 1. 49, 15, 7). IREN. 3, 25, 3 probatori (-ari *cod. unus*) ... subest iudiciale, iudiciale autem adsequitur iustitia, ut iuste -et. *al.* **β** *in ecclesia -antur qui ad munus quoddam (ad monasterium l. 15) admitti volunt*: VET. LAT. I Tim. 3, 10 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *diaconi* -entur primum et sic (scit *cod. 75 errore*) ministrent nullum crimen habentes (*gr.* *δοκιμαζέσθωσαν*). CYPR. epist. 29, 2 quando ... cum presbyteris doctoribus lectores diligenter -remus (*postea*: examinantes). CONC. Carth. a. 397 p. 39 l. 122 ut nullus ordinetur nisi -tus vel episcoporum examine vel populi testimonio. SVLP. SEV. dial. 1, 17, 8 neque aliter adveniens a monasterii abbate suscipitur, quam qui temptatus prius fuerit et -tus (*nisi ad IA1b. item -atur novicius*: 1, 18, 3 professionem *oboedientiae* ubi magister accepit, non cunctatus *est* -are profitentem. REGVLA mag. 88, 5 ut et mores monasterii -et et a monasterio ipse -etur. *al.*).

2 *usu iud. et christ. temptantur fideles vel fides sim.* (*fere a deo, in ecclesia v. 1bβ; cf.* AVG. quaest. hept. 1, 57 locutione scripturarum solet dici 'tentat' pro eo, quod est '-at'. 7, 17, 2 tentandis, id est -andis. *saepe comparatur probatio metallorum*): TERT. anim. 33, 11 ut pendula expectatione sollicitudo fidei -etur. castit. 3 l. 1 cum ... in hoc -etur nostra erga deum mens, an ea velimus, quae *eqs.* patient. 6, 1 fidem eius *Abraham* patientia -vit ..., ad fidei non temptationem dixerim, sed typicam contestationem (*al.; cf. l. 23. 32*). VET. LAT. psalm. 16, 3 (cod. 300. *al.* = VVLG.) -asti cor meum, *domine* ...; igne me examinasti (*gr.* *ἐδοκίμασας*). 25, 2 (*ibid.*) -a me, domine, et tempta me (*gr.* *δοκίμασον*). 65, 10 (cod. 304. *sim. al. et* VVLG.) -asti nos, deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum (*gr.* *ἐδοκίμασας*). sap. 3, 6 tamquam aurum in fornace -vit illos *iustos* (*syn. 3, 5* tentavit). Zach. 13, 9 (Tert. fug. 3, 3, *sim. al. et* VVLG.) -bo illos, sicut -atur argentum (*gr.* *πυρώσω. explicat* TERT. *ibid.* -amur de fidei tenore). CYPR. epist. 11, 5, 3 persecutio ista examinatio est ...; excuti nos deus voluit et -ari, sicut suos semper -vit. *al.*

B *gustando*: GAIVS dig. 18, 6, 16 sive non degustavit sive degustando male -vit *emptor vinorum.* AVSON. 2, 6 (156 S.), 4 an vegeto madeant condita obsonia gustu, ... experiundo -a. ROMVL. fab. 70, 12 rec. vet. (*sim.* rec. gall.) ignota est, inquit *leo,* mihi caro simiae; vellem hanc -are, ⌞si bene verteretur⌟ (⌞ ⌟ *om. rec. gall.*). ORIENT. comm. 1, 106 *dei gratia* aure audis, sentis naribus, ore -as.

C *agendo, conando*: PRVD. c. Symm. 2, 78 (*sec. Symm. rel. 3, 8* de ... documentis rerum secundarum cognitio venit numinum) secundi per documenta boni, si sint felicia, quae quis experiendo -et.

CAPVT ALTERVM: *respicitur quod verum est, tale est, quale appareat sim.*: **I** *notione originaria, sc. vigente respectu veritatis assequendae, percipiendae sim., is dicitur -are*: **A** *qui aliquid verum esse ostendit, demonstrat*: **1** *vi plena demonstrandi*: **a** *verbis, argumentis, ratiocinando sim.* (*-ant fere homines vel ipsa argumenta sim.*): **α** *accedunt struct.*: Ⓘ *acc.*: Ⓐ *simplex:* *-antur res, sc. fere eventus vel status aut ea, quae de iis proferuntur*: PLAVT. Aul. 828 quid faceres, si *aurum* repperissem? :: non potes -asse nugas (*item pro vero -antur falsa*: OV. met. 13, 59 *Palamedem* prodere rem Danaam finxit *Vlixes* fictumque -vit crimen et ostendit, quod iam praefoderat, aurum). Trin. 813 iam dudum ebriust: quidvis ⌞-are⌟ poterit *deceptor* (⌞ ⌟ -ari ei *Ritschl*). CIC. Quinct. 75 non ad obtinendum mendacium, sed ad verum -andum (QVINT. inst. 1, 10, 37 dialectice). S. Rosc. 72 tanti maleficii crimen ... -are te ... censes posse talibus viris? (Flacc. 93. OV. met. 13, 59 *v. supra.* 15, 37 sine teste -tum. SEN. contr. 7, 3, 6 cum alterum *c.* -amus, ut id alterius fiat probatio. *al.*). Q. Rosc. 4 qui ..., quod sibi -are non possit, id persuadere alteri conetur. de orat. 2, 293 si nostra -ari facilius quam illa *adversarii* redargui possunt (*syn.* confirmandis). Tusc. 5, 1 quod etsi difficile est -tu ..., tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius -etur. QVINT. inst. 1, 6, 4 *analogiae* haec vis est, ut ... incerta certis -et (1, 10, 37 ex prioribus geometria -at insequentia et certis i. TERT. adv. Marc. 1, 9 p. 302, 1 ad ... formam et regulam certorum). 2, 21, 20 quod *dictum* ... -at etiam sermo communis. *al.* *-atur deus, Christus* (*cf. p. 1470, 20*): TERT. apol. 21, 14 *ostendere,* quomodo Christus -etur. carn. 7 l. 66 deum praedicans et -ans Christus (adv. Marc. 1, 2 p. 292, 15 [*opp.* negare]. 1, 17 p. 312, 6 per quae d. -ari oportet, per opera, ... per beneficia). Ⓑ *c. praedicativo* (*p. p. p. v. p. 1469, 4*): CIC. inv. 1, 88 *in argumentando* saepe obscurius positum vitium pro vero -atur. fam. 7, 32, 2 *advocatus* tam eloquens, ut possit -are se liberum. SEN. contr. 2, 1, 33 ridiculum est adfectari, quod falsum -ari non possit (*velut somnia*). 7, 1, 9 ut -em me parricidam. *al.* SEN. nat. 1, 3, 10 quem *solem* toto terrarum orbe maiorem -at ratio. epist. 85, 1 quae ... dicuntur, ut -etur virtus ad explendam beatam vitam sola satis ef-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ficax. PLIN. nat. 2, 22 *ut sors* ipsa pro deo sit, qua deus -atur incertus. SCAEV. dig. 48, 10, 24 -are falsum testamentum (*sim.* PAPIN. dig. 37, 1, 14). *al.*

Ⅱ *acc. vel nom. c. inf. (inf. solus l. 7, copula suppl. l. 16. 19. 25, acc. subaudiendo l. 15. 28), qui pendet*: Ⓐ *e formis pass. (non indicato -ante praeter l. 9): acc. c. inf.*: RHET. Her. 2, 2, 3 probabile est, per quod -atur expedisse peccare et ab simili turpitudine hominem numquam afuisse. CIC. inv. 2, 131 quo magis -etur eum *legis scriptorem* fuisse excepturum, si *eqs.* Verr. II 5, 155 Herennium Sertorianum fuisse abs te demonstrari et -ari volo. fam. 1, 9, 16. *al.* LVCR. 2, 94 *spatium* patere in cunctas undique partis pluribus ostendi et certa ratione -tumst. S. C. de Cn. Pisone (Vestigia 48, 1996) 66 quod ... -tum⟨...⟩ sit frequenter[q] convivia habuisse eum. SEN. nat. 6, 7, 3 non est diu -andum ibi multas aquas esse, unde omnes sunt. TERT. nat. 2, 12, 37 satis de Saturno et prosapia eius ⟨probat⟩um est homines fuisse. *nom. c. inf.* (*e suppl. dub.* LEX repetund. [CIL I² 583] 59): CIC. or. frg. A 5, 1 hoc ... vix ... a Q. Muttone factum -ari potest. LVCR. 1, 513 nec res ulla potest ... -ari corpore inane suo celare. SEN. contr. 7, 1, 5 *frater* bono argumento -atur vivere. PLIN. epist. 10, 58, 3 recitata est sententia ..., qua -batur *quidam* ... damnatus. *al.* Ⓑ *e formis act.* (*sc. acc. c. inf.*): CIC. inv. 2, 105 *v. p. 1465, 70.* Tull. 53 hoc -bis viris talibus ... te tuo iure potuisse occidere *servos Tullii*? (*item c. pron. praepar.*: Verr. II 3, 91 id, quod maxime vis. 3, 164. *al.* LVCR. 2, 934 illud ... planum facere atque -are *eqs. al.*). Verr. II 1, 11 quibus (*sc. iudicibus*) -emus istum ... pecuniam publicam ... avertisse, quibus persuadeamus *eqs.* Caecin. 45 ut vim factam -es (*sim. ibid. iterum*). Lig. 16 si -are Caesari possemus in Africa Ligarium omnino non fuisse. fin. 3, 16 id ita esse. *al.* LVCR. 2, 528 id, quod non esse -vi. 6, 33. LABEO dig. 16, 3, 33 si tuam esse -asses (*sc. pecuniam*). *al.*

Ⅲ *enunt. secund.* (*c. pron. praepar.* CIC. fin., BOETH.): CIC. fin. 2, 108 qui id (quid (id) *var. ll.*) -ari potest, ut is, qui propter me aliquid gaudeat, plus quam ego ipse gaudeat? (Tusc. 3, 5 qui ... -ari potest, ut sibi mederi animus non possit?). SEN. epist. 88, 27 magnum esse solem philosophus -bit; quantus sit, mathematicus (*item c. enunt. interrog.*: 108, 23. QVINT. decl. 252, 10 qualis sit *reus,* ... quam luxuriosus ac perditus. *al.*). CHALC. comm. 61 quod omnia ... festinent ad medium, sic -atur, quod *eqs.* (AMBR. in Luc. 6, 104 [*ibid. iterum accedente acc. c. inf.*]. SALV. gub. 3, 4 [*syn.* comprobatur; adprobamus]. BOETH. cons. 3, 10, 11 vide, quam id ... inviolabiliter -es, q. boni summi summum deum diximus esse plenissimum). AVG. in epist. Ioh. 6, 2 p. 2020^A unde -amus, quia talia multa fiunt ab his, qui fratres non amant? ORIG. in Matth. 17, 7 p. 597, 24 *nos* -antes de scripturis, quoniam 'vinea' appellatur populus (*gr.* παροιστήσαντες).

Ⅳ *praepos.* de (*cf. l. 14*): CIC. Att. 16, 7, 5 flentes ..., quibus de meo celeri reditu non -bam. AFRIC. dig. 39, 1, 15 hactenus is, qui rem non defenderet, punietur, ut ⟨de⟩ iure suo -are necesse haberet (PAVL. dig. 7, 1, 60, 1 MACER dig. 49, 8, 1, 2). SCAEV. dig. 4, 4, 39 pr. apud praesidem ... minores *quidam* ... de aetate sua -verunt (MACER dig. 49, 8, 1, 2 eum de a. sua aut de numero liberorum -asse. COD. Iust. 4, 19, 9 [*a. 293*]. *aliter p. 1473, 19*). 45, 1, 135, 4 filia ... apud praefectum ⌞de falso testamento⌟ egit nec -vit (⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ*). PAVL. dig. 40, 12, 39 pr. necessitas -andi de ingenuitate sua.

Ⅴ *adv.*: QVINT. inst. 5, 10, 71 argumentorum ... invicem -antium. decl. 321, 5 si venenum, ut -bo, dedit *medicus* (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 11 sicut in euangelii vestri retractatu -tum est. OPTAT. 1, 5 p. 7, 5 sicuti -turi sumus. *sim. al.*).

β *absolute vel obi. supplendo*: RHET. Her. 3, 10, 18 *argumentationes* necessarias ad -andum. 4, 45, 59 *similitudo* sumitur aut ornandi causa aut -andi *eqs.* CIC. Verr. II 2, 48 non quaesivit procul alicunde – neque enim -ret –, sed proximum, *quem furti argueret.* Sull. 21 *non est* hoc regnare, cum verum iuratus dicas, -are. Cael. 6 accusatio crimen desiderat, ... *ut* argumento -et, teste confirmet (*cf.* EPIST. imp. Hadr. dig. 22, 5, 3, 3 *accusator* non -bat [*sc. crimina*] nec testes producebat). de orat. 2, 163 omne, quod sumatur in oratione aut ad -andum aut ad refellendum. orat. 69 *eloquens erit* is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut -et, ut delectet, ut flectat (*nisi ad p. 1465, 43*). 146 possem ... dissimulare me didicisse? quid erat, cur -rem (*sc. me non didicisse*), nisi quod parum fortasse profeceram? (*ita cod. L, def. Yon; locum varie traditum alii aliter sanare temptaverunt*). Ov. met. 15, 499 mirabere, vixque -bo, sed tamen ille ego sum (*sc. quem mortuum credis*). SEN. dial. 4, 29, 4 *delator* desinet dicere, si -are debuerit (*cf. e. g.* HIST. AVG. Opil. 12, 11 delatores, si non -rent, capite affecit). STAT. silv. 5, 3, 131 Maeoniden (*sc. Homerum*) aliae ... aliis natalibus urbes diripiunt cunctaeque -ant. QVINT. inst. 2, 17, 6 quod indocti ... narrent, -ent, refutent *eqs.* 5, 13, 56 in his ⌞-andi refutandi⌟que ratio est (*abl. plur. var. l.*). APVL. apol. 54, 6 *si delatori* nulla necessitas sit -andi (PAVL. dig. 12, 2, 30 pr. [*e Pedio quodam*] exonerare petitorem -andi necessitate. *al. in sermone iuris; cf. l. 49*). TERT. nat. 1, 7, 16 mirum, si ... ille, qui ... prosiluit deferre, non et -are gestit. apol. 7, 9 *fama* tamdiu vivit, quamdiu non -at; ... ubi -vit, cessat esse. *al.*

b *quolibet modo, sc. ipsa re, specie, actione sim.* (*forma* re -are *vel* res -at *e. g. l. 9 sq. 16 sq.*): α *exempla varia*: Ⓘ *c. acc.* (*supplendo l. 45*): Ⓐ *vario usu*: PLAVT. Pseud. 101 quod tu istis lacrumis te -are postulas, non pluris refert, quam *eqs.* CIC. ac. 2, 88 *Ennio* dormienti ... ⌞aeque ac vigilanti⌟ -bantur *somnia* (⌞ ⌟ *i. quasi vigilasset*). 2, 130 *Aristo* re -vit ea, quae ille *Zeno* verbis, nihil esse bonum nisi virtutem. nat. deor. 2, 10 haruspicum disciplinam ... res ipsa -vit. Lael. 24 hoc (*sc. vim amicitiae sim.*) ... omnes mortales et intellegunt et re -ant (*nisi ad B1a*). LEP. Cic. fam. 10, 35, 1 *nihil antepono communi saluti ac libertati*; quod vobis, *patres conscripti,* brevi -assem, nisi *eqs.* PLANC. Cic. fam. 10, 17, 3 in ea re studium mihi suum L. Gellius ... -vit. CAES. Gall. 5, 44, 3 (*clamor pugnantis*) quem locum -andae (pro laude *trad.*) virtutis tuae exspectas? CIRIS 388 capitur Megara et divum responsa -antur. Ov. met. 3, 350 vana diu visa est vox auguris *Tiresiae,* exitus illam resque -at. 9, 127 *Hercules sua* ultima dicta re (res *var. l.*) -at et *Nessum occidit* (PAVL. PETRIC. Mart. 3, 141 eventu celeri). Pont. 3, 4, 114 di, quorum monitu sumus eventura locuti, verba, precor, celeri nostra -ate fide (SEN. epist. 20, 1 v. rebus -a). MART. 1, 12, 12 *porticu collabente patronus incolumis evasit*; stantia non poterant tecta -are deos. AVSON. 21 (419 S.), 7 imperatori ... consultissimo – -at hoc ... oriens ordinatus (*ibid.* testis est; ostentat; docet; testimonium est). ARATOR act. 1, 539 *post resurrectionem Christus* exhibuit pro teste *naturae humanae* latus ... vulneribus sua membra -ans. *al.* Ⓑ *-atur id ipsum, quod detegitur, proditur, convincitur* (*sc. fere pro obi. est, quod sub β praedicative ponitur; exempla selecta, vix ad l. 5 trahenda*): SEN. Herc. f. 36 (*loq. Iuno*) dum nimis saeva impero *Herculi, eius* patrem -vi, *sc. Iovem* (*cf.* SIL. 4, 361 Marte -are genus factisque ... parentem ardebant). epist. 13, 1 sic (*sc. difficultatibus*) verus ... animus ... -atur; haec eius obrussa est. 71, 19 qua *regula* rectum -ari solet. Ps. SEN. mor. 51 amicos secundae res optime parant, adversae autem certissime -ant. COLVM. 9, 10, 2 hinc (*sc. ex specie nitida*) maxime -atur *apium rex,* qui est melior. PLIN. nat. 12, 69 -atur Trogodytica *murra* pinguedine et, quod aspectu aridior est (*sim.* 35, 192 *terra quaedam* -atur mollitia et, quod *eqs.*). STAT. Theb. 2, 284 quae pessima ceston *Veneris* vis -at (*cf.* SCHOL. quae, cuius sit potestatis, ostendit). MART. 4, 75, 8 meruisti ..., ut tibi non esset morte -andus amor. 10, 34, 6 ut – liceat tantum vera -are – potes. PLIN. paneg. 31, 1 cum secunda felices, adversa magnos -ent. TERT. apol. 9, 15 -rentur sanguinem humanum appetendo ⌞Christiani⌟ (*om. rec. vulg.*) ...; alioquin negandi, si non gustassent. orat. 8 p. 186, 17 Abraham non temptandae fidei gratia sacrificare de filio iusserat *deus,* sed -andae, ut per eum faceret exemplum *eqs.* (CYPR. epist. 58, 5, 2 hoc est ... robur virtutis et fidei ..., mortem non timere nec cedere, ut -ari fortius fides possit. *al.*). PAVL. dig. 4, 4, 32 post -tam aetatem, *sc. a praeside* (26, 7, 46 pr. aetate -ta). GAVDENT. serm. praef. 35 iustos ..., sicut sanctum Iob, ... hac de causa deus ... temptari permittit, ut -et; -et autem non sibi ..., sed angelis et hominibus, ut eos ex factis probos noverint. *al.*

Ⅱ *c. acc. vel nom. c. inf. (subaudiendo, nisi suppleas* id *sim., l. 49. 53 et fort. p. 1466, 9), qui pendet*: Ⓐ *e formis act.* (*sc. acc. c. inf., acc. subaudiendo l. 51*): Q. CIC. pet. 40 si -are poteris, te in ... competitores tuos benevolo esse animo ostendito. CIC. ac. 2, 130 *v. l. 7.* BALB. Cic. Att. 8, 15ᵃ, 3 quae ... Caesar scripsit, ⌞scio, re⌟ tibi -bit ... verissime scripsisse (⟨se⟩ scripsisse *Shackleton Bailey dubitanter*; ⌞ ⌟ scire, si ire, si re *codd.*). MAT. Cic. fam. 11, 28, 4 id ... me cupere, nisi ... vita *mea* ... tacente me -at, dicendo vincere non postulo. LVCR. 4, 477 *ab eo, qui nil sciri putat,* quaeram ..., unde sciat ..., dubium certo quae res differre -arit? Ov. Pont. 2, 11, 18 (*ad uxoris avunculum*) se ... tui vitā sanguinis esse -at *uxor.* VITR. 7, 2, 2 *calx ad asciam* haerens omni ratione -bit ⌞se⌟ (*om. pars codicum*) esse temperatam. LVCAN. 7, 629 *pudet quaerere, quis filius* nimia ... -et spectantibus ira, quem iugulat, non esse patrem. STAT. silv. 5, 3, 110 *v. p. 1471, 23. al.* Ⓑ *e formis pass.: nom. c. inf.*: Ov. met. 2, 92 (*Sol ad Phaethontem*) patrio pater *tuus* esse metu -or. VITR. 7, 9, 5 si *minium calefactum postea* restituatur in pristinum colorem, sine vitio esse -bitur (-bit *var. l.; postea*: significabit). *acc. c. inf.*: PLIN. nat. 34, 139 aliquot experimentis -tum est posse innocens esse ferrum. TAC. ann. 15, 20, 3 usu -tum est ... leges egregias ... ex delictis ... gigni.

Ⅲ *c. enunt. secund.: interrog.* (*cf. p. 1466, 42*): Ov. Pont. 1, 1, 56 ut, sua quid valeant numina, teste -ent *dei.* SEN. contr. 10, 4, 11 an laesa sit res publica, non solet argumentis -ari. PHAEDR. 1, 13, 13 hac re -atur, quantum ingenium valet (*epimythium ex alia fab. interpolatum?*). SEN. epist. 24, 15 an vere dixeris, effectu -a (LVCAN. 8, 626 [*Pompeius secum*] ignorant populi, si non in morte -aris [*i.* -veris, *vix mediopass.*], ⌞an scieris adversa pati⌟ [⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ*]). 52, 8 qui, cum dixerunt, quid faciendum sit, -ant faciendo; qui docent, quid vitandum sit. LVCAN. 7, 259 haec *est illa dies,* fato quae teste -et, quis iustius arma sumpserit. STAT. silv. 5, 1, 69 non adversa -arunt, quae tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor. MART.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 54, 3 quid de te ... suspicetur uxor ..., certis indiciis satis -vit, custodem tibi quae dedit spadonem. Tac. ann. 2, 45, 4 *proeliorum* eventu et ... eiectis Romanis satis -tum *est,* penes utros summa belli fuerit. Plin. paneg. 43, 3 tene ... hunc cursum et -bitur experimento, sitne feracius *eqs.* Scaev. dig. 48, 10, 24 *quendam* -turum, quemadmodum falsum sit factum testamentum. Tert. apol. 39, 18 *in cena quisque* provocatur ... deo canere; hinc -atur, quomodo biberit. *al.* quia: Salv. gub. 4, 7 quod *Christianus sine operibus bonis* -are non valeat, q. sit (*sc. Christianus*).

Ⓘⅴ *c. adv.* (sic)ut: Lvcan. 9, 352 *Libya* proxima caelo est, ut -at ipse calor. Ivv. 7, 204 paenituit multos vanae ... cathedrae, sicut Tharsymachi -at exitus. Pallad. c. Ambr. fol. 337ᵛ, 47 ut exitus ipse -vit.

β *indicatur quale, cuius vice quid -etur* (*obi. supplendo e contextu l. 14. 26*): Ⓘ *praepos.* pro: Ter. Eun. 375 forma et aetas ipsast, facile ut ⌞pro eunucho⌟ -es (*explicat* Don. *ad l.* 3 '-es' nunc 'fingas' aut 'persuadeas', ut in consuetudine dicimus 'homo sacrilegus pro innocente se -vit' ...; deest 'te', quod subaudiemus. 6 honeste non dixit, quod erat rectum, 'ut eunuchum -es', sed 'pro eunucho', ne esset contumeliosum in Chaeream. *an ⌞ ⌟ i. q. 'eunucho convenientes', sc. formam et aetatem?* [*cf.* Don. *ad l.* 2]). Cic. Verr. II 5, 78 *aliquem* suppositum in eius *archipiratae* locum, quem pro illo -are velles. Ⓘⅱ *acc.* (*cf. l. 15*): Planc. Cic. fam. 10, 24, 1 malo praesens observantia ... memorem me tibi -are *quam verbis gratias tibi agere.* Stat. silv. 1 praef. timeo, ne verum istuc (*sc. celeritatem componendi*) versus ... ipsi de se -ent. 5, 3, 110 *Parthenope,* te *patre meo* cive -bas Graiam atque Euboico ... sanguine duci. 5, 3, 129 te, *pater,* de gente suum ... refert Hyele ...; maior at inde suum longo -at ordine vitae ⟨Parthenope⟩ (*obi. supplendo ut*: Plin. paneg. 11, 3 non alio magis ... deum et facis et -as [*sc. Nervam*], quam quod ipse talis es. Tert. nat. 2, 8, 15 exitus rerum ... prudentem ... -v⟨it⟩, *sc. Ioseph somnia Pharaonis explicantem.* Vlp. dig. 12, 2, 13, 2 [*e Iuliano*]). Ach. 1, 639 (*Achilles secum*) te ... marem ... nec amore -bis? Qvint. inst. 10, 1, 70 *Menander* mihi longe magis orator -ari in opere suo videtur *quam in orationibus ei adscriptis.* Plin. paneg. 2, 5 dignos ... nos illis *bonis nostris* usu -emus. Apvl. Socr. prol. 4 p. 111 ut se vocalem -ret *corvus in fabula.* Tert. scorp. 1 p. 146, 12 alios ignis ..., alios bestiae Christianos -verunt. Pavl. dig. 4, 4, 32 minor *natu* ... ex aspectu corporis falso -vit perfectam aetatem (*cf. p. 1470, 43*). Don. Ter. Andr. 1, 2 ut quam maxime modestum minimeque errantem Terentium -et *prologus. al.*

Ⓘⅲ *adv.*: Vitr. 6, 2, 4 cum ..., quae sunt vera, falsa videantur et nonnulla aliter, quam sunt, oculis -entur. Ⓘⅳ *acc. resp.* (*fere pro praedic.*): Tert. anim. 28, 1 *Moses* satis -tus divinitatem operis ex divinatione vocis (*i. fere ea, quae M. divinabat, opus eius divinum -verunt*).

2 *vi demonstrandi evanescente*: **a** *forma* '*aliquid* mihi -atur' *fere i. q. mihi manifestum, verum videtur* (*accedit inf.* Cic. inv.): Cic. inv. 2, 19 nihil factum esse cuiquam -atur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur. Quinct. 65 quod si -ari nemini potest, illud certe -ari omnibus necesse est defensum esse iudicio absentem Quinctium. Verr. II 3, 137 quemadmodum hominum existimationi te atque innocentiam tuam -ari velis. ac. 1, 139 quid Carneadi -retur. **b** *fere i. q. docere, praecipere sim.* (*nisi quod praecepta quaedam aliis pro argumento sunt*): Tert. fug. 6, 2 *Matth. 10, 23 ad apostolos tantum pertinet,* sicut subsequentes sensus -bunt ([*affertur Matth. 10, 5 sq.*]. adv. Marc. 3, 15 p. 402, 6 s. euangelium -bit. Cypr. epist. 63, 4, 2 s. ... Paulus -at dicens '...'. *al.*). adv. Marc. 5, 19 p. 643, 2 hoc (*sc. haereses recentius emersisse*) nunc -bit et apostolus dicens '...' ([*Col. 1, 5 sq.*]. Cypr. epist. 55, 18, 1. *al., e. g. supra l. 51*). Ter. Mavr. 2057 apelassonos ... ratione qua regatur, ... satis -vi. Cypr. domin. orat. 25 *diabolus tantum potest, quantum deus ei permiserit*; -at scriptura, ⌞quae dicit⌟ '...' ([*Dan. 1, 1 sq.*; ⌞ ⌟ dicens *var. l.*]. *sim. e. g.* unit. eccl. 25. Optat. 2, 1 p. 34, 4 hoc -at deus, qui ait *eqs.*). eleem. 2 hic (*sc. Sirach 3, 33*) ... ostenditur et -atur, quia ... eleemosynis ... delictorum flamma sopitur. Ser. med. 472 deus *Aesculapius* haec mihi certa -vit (*sc. ad lumbos sanandos*). Optat. 3, 8 p. 90, 2 hoc -at deus, dum ... loquitur *eqs.* Serv. Aen. praef. p. 5, 6 sola superest explanatio, quae in sequenti expositione -bitur (*cf. ecl. praef. p. 3, 25* comprobabitur). Ambr. apol. Dav. I 13, 60 -asti, domine Iesu, quia numquam tua verba praetereunt (*cf. Matth. 24, 35*). Romvl. fab. 33, 10 rec. vet. fabula -at nobis, ⌞ut, qui bene agit iuvenis, senex ne contemnatur⌟ (⌞ ⌟ rec. gall. quod ... ut senex non c.). Conc.ˢ I 3 vers. Tur. p. 97, 7 evocari *quosdam* ... ⌞-turos ..., quae gesta sunt⌟ (⌞ ⌟ *gr. I 1, 3 p. 11, 33 συστησομένους τοῖς πεπραγμένοις*). II 3, 3 p. 68, 5 iubete me -are paululum (*gr. II 1, 3 p. 60, 9 διδάξαι*). *al.* *n. plur. gerund.* -anda *pro subst.* (*si locum recte explicavit Thiele ad l.; cf. etiam l. 64*): Romvl. epist. Romul. 5 rec. gall. *Aesopus* inducit aves, arbores *aliaque* ... loquentes -anda cuiuslibet fabula⟨e⟩ (rec. vet. -anda ⌞cuiuslibet rei⌟ fabula [cuilibet *cod. E*]).

B *qui aliquid verum esse asserit, credit, discit*: **1** *vi plena approbandi, affirmandi*: **a** *c. acc.* (*supplendo p. 1472, 4; cf. p. 1470, 10*): α *exempla varia*: Ⓘ *-atur quidlibet* (*cf. p. 1465, 24*): Cic. Phil. 2, 100 si *acta Caesaris* sunt falsa, cur -antur? (*antea*: confirmata sunt). ac. 2, 99 contra naturam esset, ⟨si⟩ probabile nihil esset: sequitur omnis vitae ... eversio; itaque et sensibus -anda multa sunt (*respicitur τὸ πιθανὸν Academicorum ut*: 2, 109 ne id quidem, quod -et *aliquis,* posse percipi. 2, 111 -andi species est, percipiendi signum nullum habemus. *cf. p. 1448, 66*). phil. frg. V 59 soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula -asti, summam, quae ex his confecta est, non -are? (*in imag. spectare vid. ad argumenta et id, quod ex his colligitur*). Sall. epist. Mithr. 13 *Tigranes* mea dicta sero -at (Ov. met. 8, 616 talia d. *non* -arunt. *cf. l. 24; aliter p. 1464, 23*). Phaedr. 4, 13, 2 -anda cunctis est ... sententia *supra dicta* (*cf. l. 21*). Gell. 3, 3, 3 praeter illas *comoedias Plauti Varronianas q. d.* ... quasdam item alias -vit *Varro* (*ibid.* Plauto vindicavit). Lact. inst. 1, 5, 2 ex his *poetis et philosophis* unum deum -emus necesse est. Ⓘⅱ *-antur doctrinae sim.* (*laxius sub p. 1463, 38*): Cic. leg. 1, 21 dasne ... hoc nobis ... deorum ... numine ... naturam omnem regi? nam si hoc non -as *eqs.* (*syn. 1, 22* concessi). fin. 1, 13 qui eam disciplinam *Epicuri* -ant (ac. 2, 7 si quisquam ullam d. philosophiae -ret praeter *suam*). 3, 11 si ullam aliam *philosophiam* -vissent *viri in re p. praestantes* praeter eam, quae *eqs.* ac. 2, 67 conclusionem *quandam* Arcesilas -bat (2, 96 vide ... hanc c. -turusne sis: '...'; qui potes hanc non -are, cum -veris ... superiorem? [*syn.* concedere; adprobare]. div. 2, 103 c. ... rationis ea -anda est, in qua *eqs.*). 2, 139 sententiam *Calliphontis* Carneades ita studiose defensitabat, ut eam -are etiam videretur (Sen. nat. 1, 5, 11 s. *Posidonii*). Lvcr. 3, 47 magis omnia, *quae de non timenda morte proferuntur,* laudis iactari causa quam quod res ipsa -etur. Ov. fast. 5, 53 dicta *Polyhymniae disserentis de origine nominis Maii* -arunt Clio ... et ... Thalia (*cf. 5, 107* laudata est). *al.*

β *accedit praedic.*: Ⓘ *praepos.* pro: Cic. inv. 2, 27 *reum* id, quod falsum fuerit, ... pro vero -asse (*sim.* ac. 2, 66 pro veris -are falsa [*syn.* adprobem]. 2, 135 illa ... pro veris -are [*seq. acc. c. inf.*]. Avg. c. acad. 3, 12, 28). Mil. 65 mirabar ... volnus ..., quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris -ari. Regvla mag. 28, 15 necessitas visa et pro certo -ta. Ⓘⅱ *acc.*: Tert. scorp. 10 p. 166, 9 nostrates ... nec ipse demiurgus constanter homines -bat, quos ... pulverem *sim.* ... deputavit. Vet. Lat. II Cor. 3, 6 (Faust. Aug. c. Faust. 15, 1) sufficientia nostra ex deo est, qui nos ⌞idoneos -vit⌟ ministros novi testamenti (⌞ ⌟ *Ambrosiast. al. et Vulg.* idoneos ... fecit *sim. sec. gr. ἱκάνωσεν*). Amm. 20, 8, 12 quae cum ratione poscuntur, ... cupio ... a te utilia -ari et recta.

b *c. variis struct.*: Cic. Cluent. 107 ne ex facto solum sapientes illos iudicetis, sed etiam ex hominibus ipsis, quod hi fecerunt, ... sapientissime factum *esse* -etis (*item c. [acc. c.] inf.*: 128 illud ... minime -andum est *eqs.* ac. 2, 100 ut albam esse nivem -et. Att. 9, 7, 5 de triumpho tibi adsentior ...; egregie -o fore, ut *eqs.* Ov. Pont. 3, 1, 126 femina ... princeps [*sc. Livia*], in qua Fortuna videre se -at. *cf. l. 28*). ac. 2, 113 utrumque verum puto, nec dico temporis causa, sed ita plane -o (*item c. adv.*: Boeth. top. Arist. 163a17 si quis ⌞universaliter -ans⌟ particulariter petierit contradictionem [⌞ ⌟ *gr. τὸ καθόλου ἀξιώσας*]). Avell. 77, 9 *Arius* -ans (-at *cod.*), quia maior *deus* pater est *quam filius.*

2 *vi approbandi attenuata significantur potius qui aliquid verum cognoscunt, experiuntur, colligunt* (*exempla potiora*): **a** *c. acc.* (*intellegendo ex enunt. relat. l. 51*): α *exempla varia*: Ov. met. 14, 323 ficta ... -es ab imagine (*sc. statua Pici*) veram (verum *var. l.*). Vitr. 6, 8, 10 omnes homines, non solum architecti, quod est bonum, possunt -are. CIL IV 597 (*commendantur candidati*) Verum aed(ilem), Celsum collegam rog(amus), quorum innocentiam -astis. Vet. Lat. II Macc. 1, 34 *v. p. 1473, 13.* CE 1830, 7 (*a. 315*) *primam quamque versuum litteram legendo* ingenium nomenque -bis (*sc.* Vitalis). Pallad. 11, 12, 5 huius arboris facilitatem (*sc. nascendi*) -vi. Clavd. Don. Aen. 1, 520 p. 104, 9 *Ilioneus* senserat ... et -verat hominum ... inhumanos mores. β *accedit praedic.*: Vitr. 1, 4, 9 cum *maiores* pluribus *hostiis* experti erant et -verant integram et solidam naturam iocinerum (*postea*: si autem vitiosa inveniebant). Cet. Fav. 5 p. 292 si corporibus valentibus *erunt accolae* ..., purgatos salubresque fontes -bis (*Vitr. v. p. 1476, 43*). Symm. epist. 1, 16, 2 si me sui amantem usu rerum -vit *frater.* Vvlg. eccl. 9, 13 vidi ... sapientiam et -vi maximam. Orient. comm. 1, 313 haec si falsa putas, merito post vera -bis.

b *c. variis struct.*: α *acc. c. inf.* (*acc. suppl.* Arator): Vet. Lat. II Cor. 8, 22 (cod. 75, *item fere al. et* Vvlg.) misimus ... fratrem nostrum, quem -vimus (-bimus *cod.*) in multis saepe sollicitum esse (*gr. ἐδοκιμάσαμεν*). Rvf. Fest. 15 virtute semper Romanos -bis exstitisse victores, *sc. eorum bella recensendo* (*syn.* invenies). Qvodv. prom. 1, 30, 42 (*sec. gen. 42, 15; Ioseph ad fratres*) in hoc ... -bo (-bitur *var. l.*) exploratores vos non esse, si frater vester iunior venerit vobiscum. Soran. p. 92, 17 quomodo -amus mortuum esse infantem? ex eo, quod *eqs.* (*gr. p. 142, 1 συμβάλλομεν*). Arator act. 1, 474 praemia vitae dat medicina latens ..., quam nescit adesse, qui venisse -at. *al.* β *cetera exempla*: Clavd. Don. Aen. 10, 480 p. 353, 16 (*10, 481* aspice, num *eqs.*) -a ... exitio tuo, cuium magis sit penetrabile telum. Vvlg. gen. 28, 8 *Esau* -ans ..., quod non libenter aspiceret

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

filias Chanaan pater suus ([*cf. 28, 6* videns ..., q.]. 42, 33 ait nobis: 'sic -bo, q. pacifici sitis' [*cf. l. 18*]. DIOSC. 4, 111 p. 56, 3 [*gr. 4, 15 ἱστοροῦσι*]). AVG. civ. 18, 54 p. 344, 5 *Christus* resurrexit tertio die, sicut apostoli suis etiam sensibus -verunt.

C *qui, utrum quid verum sit necne, examinat, exquirit* (*quae et examinantur et approbantur v. sub B*): **1** *c. acc.* (*subaudiendo* IREN.; *addas l. 22*): RVT. LVP. 1, 6 *prudens debet* amicitiam -tam (appr- *var. l.*) appetere, non: appetitam -are (*sec. Theophr. frg. 74 Wi. = Plut. fratr. am. 8 p. 482*^{B} *χρίνειν, cf. Cic. Lael. 85* iudicare). APVL. met. 9, 6, 5 *emptor* descendit in dolium ... soliditatem eius -turus. VET. LAT. sap. 2, 19 tormento interrogemus eum *fidelem,* ut sciamus reverentiam illius et -emus patientiam ipsius (*gr. δοκιμάσωμεν*). II Macc. 1, 34 (rec. B, *sim.* M) rex templum fecit ..., ⌞ut -ret hoc, quod factum est (*sc. miraculum*), et -vit⌟ (⌞ ⌟ rec. P -ta hac re, *L* re examinata, *V* rem diligenter examinans, *gr. δοκιμάσας τὸ πρᾶγμα*). CET. FAV. 5 p. 292 his experimentis utilitas eius *aquae* -anda erit (*Vitr. v. p. 1452, 42*). IREN. 1 praef. 2 qui potest -are (*sc. smaragdos*) et artificium arguere, quod subdole sit factum (*gr. δοκιμάσαι*). VVLG. gen. 42, 20 (*Ioseph fratribus*) *Beniamin* ad me adducite, ut possim vestros -are sermones. **2** *c. praepos.* de: MARCELL. dig. 4, 4, 43 de aetate eius, qui se maiorem annis viginti quinque dicit, ... -andum est (*sc. a praeside*). **3** *c. enunt. interrog.*: VET. LAT. I Ioh. 4, 1 (Lucif. non parc. 24. *al., sim.* VVLG.) nolite omni spiritui credere, sed -ate spiritus, si ex deo sunt ([sint *Vulg.*]. *gr. δοκιμάζετε*). CONC.^{S} II 2, 1 p. 47, 37 -are, si *ea* consona sunt his *iam pridem statutis* (*sim.* II 3, 1 Rustic. p. 62, 28 [*vers. ant.* adprobare]; *gr. II 1, 1 p. 87, 3 δοκιμάσαι*). COMMON. patr. 4, 7 (*sim.* VITAE patr. 5, 10, 10) -are, si vere humilitatis patientiam possideret *Agatho* (*gr. Cot. p. 374*^{A} *δοκιμάσαι*).

II *notione deflexa per pass. -ari non tam respicitur aliquid verum demonstrari, cognosci sim. quam omnino esse, apparere* (*cf.* cerni, nosci *sim.*): **A** *cum praedicativo*: **1** *nom.*: AVSON. 27, 10 (408 S.), 19 qui (quot *trad.*) telios primus numerus solusque -atur (*sc. numerus VI*). CE 1423, 3 (*saec. IV ex./V in.*) terram repetens, quae nostra -atur origo, hic tumulor. CANON. Turner I p. 271 rec. IX *diaconi* scientes, quod episcoporum quidem ministri sunt, presbiteris autem inferiores -entur (*cf. p. 138 rec. I. al.* sunt, *ibid. rec. II* existunt, *p. 271 rec. X* habeantur, *gr. Mansi 2, 676*^{D} *τυγχάνουσι*). CASSIOD. hist. 7, 12, 6 ⌞fidem ..., quae⌟ ... fuerat promulgata et ⌞exposita ... -batur⌟ (⌞ ⌟ *Sozom. 6, 7, 5 πίστιν ... τὴν ... ἐκτεθεῖσαν*). 7, 16, 8 ⌞cuius rei hoc -atur indicium⌟: cum enim *eqs.* (⌞ ⌟ *Theodoret. 4, 15, 1 ἐρῶ δὲ καὶ τούτου τεκμήριον*). inst. 2 praef. 1 *liber primus* triginta tribus titulis noscitur comprehensus, qui numerus aetati dominicae -atur accommodus. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iac. 1, 1 p. 1, 17 sicut ... Petrus, cum eorundem -etur apostolus, Iudaeis scribit. *al.* **2** *quolibet*: ROMVL. fab. 26a, 1 rec. gall. omne genus fabularum -atur contra homines (rec. vet. -atur editum esse [*ut ad B pertineat*]; *cf. Phaedr. 2 praef. 3* corrigatur error ut mortalium). CONC.^{S} I 5 p. 177, 1 hoc arbitrari extremae -atur amentiae (*gr. non exstantis aliam versionem tradit Facund. defens. 9, 3, 9* e. est a.; *item gen. qual.*: ORIGO Const. 6, 31 Sarmatas ..., qui dubiae fidei proba⟨ba⟩ntur). p. 178, 27 eum, qui ex David -atur (*sc. Iesus; gr. Zeitschr. Neutest. Wiss. 42, 1949, 56 τὸν ἐκ Δαβίδ*). CASSIOD. inst. 1, 9, 1 nonus ... codex actus apostolorum et apocalypsin noscitur continere, quoniam et haec quoque apocalypsis ... -atur Iohannis apostoli.

B *cum solo inf.* (*per abundantiam quandam, sc. '-atur habere' fere pro 'habet'; per ellipsin inf. q. e. esse l. 57 sq.*): PS. AMBR. epist. 2, 15 *idola* ventrem absque interioribus -antur habere et sine flatu esse noscuntur. ANIAN. Chrysost. hom. 1, 4 ⌞quae⌟ naturam nostram longe ⌞-antur excedere⌟ (*gr. p. 18 ὑπερβαινόντων*). *ibid.* quod ... contra naturam -entur esse, quae dicunt, poterit nobis esse testis ipsa natura (*gr. p. 19 per ellipsin verbi*). CLAVD. 18, 323 gens nulla -atur, eunuchi quae sceptra ferat. EPIPHAN. Avell. 244, 66 undecima ... divisio -atur, quando *eqs.* (*syn. e. g. 65* est, *68* occurrit). CANON. Turner I p. 263 recc. IX, X ne in una civitate duo episcopi ⌞-entur existere⌟ (⌞ ⌟ *cf. e. g. p. 124 rec. I* esse videantur, *ibid. rec. II* sint, *p. 206 rec. V* consistant, *gr. Mansi 2, 672*^{D} *ὦσιν*). CASSIOD. inst. 1 praef. 1 p. 3, 17 ad hoc divina caritate -or esse compulsus, ut *eqs. et saepius.*

appendix syntactica et stilistica: **1** *structurae pro obi. adhibitae* (*absolute vel obi. supplendo p. 1465, 20. 43. 1469, 55 et ceterum e. g. p. 1462, 13. 17. 19. 1471, 12; cf. praepos.* de *e. g. p. 1462, 20. 37. 1465, 15. 74. 1469, 42, iuxta obi. p. 1471, 23. al.*): **a** *acc. (vel nom. in struct. pass.): passim* (*obi. int. p. 1465, 65. 1471, 67; refl. vel mediopass. p. 1464, 37. 1465, 69. 1466, 29. 1467, 23. 1468, 4. 1471, 29. 31 sq.* [*cf.* invicem *p. 1469, 51*]). *accedit praedic.: acc. vel nom. (hic illic inductus per* ut, *per* quasi *p. 1462, 30): l. 29. p. 1462, 52. 1463, 54. 1464, 65. 1468, 72 sqq. 1471, 20. 1472, 32. 57. al. (cf. p. 1474, 13), praepos.* pro: *p. 1468, 71. 1471, 13. 1472, 26, alia e. g. l. 41. p. 1462, 71. 1463, 63.* **b** *struct. verbales: (acc. c.) inf.: l. 51. p. 1464, 73. 1466, 2. 1469, 6. 20. 1470, 48. 63. 1472, 39. 64. al. nom. c. inf.: p. 1469, 15. 1470, 60.* quod (*partim c. pron. praepar.*), quia, quoniam: *p. 1463, 36. 52 sq. 1465, 8. 1466, 71. 73. 1469, 35. 39. 41. 1471, 7. 62. 1472, 75. al.* ut: *p. 1463, 28. 74. 1465, 71. 1469, 30. 1471, 64. al. enunt. interrog.: p. 1468, 36. 38. 1470, 66. 1472, 74.* **c** *adv., imprimis* (sic)ut, *v. e. g. p. 1464, 1. 1465, 19. 39. 1469, 52 sqq. 1471, 9, ceterum e. g.* partim *p. 1462, 33,* sic *p. 1462, 41,* invicem *p. 1469, 51,* ita *p. 1472, 43.*

2 *additamenta varia potiora (cf. quae collegimus p. 1462, 55 sqq.); indicatur*: **a** *cui iudicanti -etur: per dat. passim (refl.* -are sibi *p. 1468, 59. 1470, 46; dat. rei pro persona p. 1466, 12. 21. 1471, 38. 46), per praepos.* apud *p. 1469, 45. 48; cf.* sub oculis *alicuius p. 1466, 16 et abl.* iudicio *p. 1464, 57. 1466, 31. 1467, 40. al.* **b** *quatenus, qua in re, quo respectu -etur (cf. condiciones -ando positas, imprimis p. 1463, 59 sqq. et e. g. p. 1462, 26. 28. 1464, 22): per acc. p. 1471, 38 (sc. acc. resp.; praedic. e. g. p. 1463, 32. 1464, 65), gen. p. 1464, 58, praepos.* in *c. abl. p. 1463, 55. 1464, 40. al., e. g.* CIC. off. 1, 71. **c** *quo indicio probatio nitatur vel quam normam respiciat: per abl. p. 1467, 14. 16. 1468, 63 sq. 1470, 29, per praepos.* ab *p. 1463, 58. 1467, 71 sq. 1472, 50,* de *p. 1467, 24. 1469, 41,* ex *p. 1467, 9. 12. 1468, 63. 1471, 34. 39* (*cf. p. 1465, 73*), in *c. abl. p. 1465, 34,* per *p. 1465, 32. 1468, 68, per adv.* hinc *p. 1470, 31. 1471, 6.* **d** *quo adiumento, quid faciendo sim. -etur: per abl. saepe inde a* NAEV. *p. 1466, 6 (gerund. p. 1465, 44. 1467, 5. 1470, 73. al.; abl. absol. p. 1464, 23 sq. 1471, 2 sq. al.), per praepos.* ad *p. 1467, 19,* ex *p. 1468, 1,* in *c. abl. p. 1466, 30. 40. 1467, 20. 1468, 30. 1470, 71. 1472, 69. al.,* per *p. 1466, 46. 51. 1469, 6, ceterum e. g. per enunt. secund. p. 1462, 20. 1464, 35. 1470, 26 sq. 33 sq. et part. praes. p. 1466, 43. 1471, 52.* **e** *ad quid, cui bono -etur: per dat.*: PLIN. nat. 35, 170 aedificiis non nisi bimos *lateres* -ant. *per praepos.* ad: *p. 1462, 73. 1463, 66. 69. al., imprimis apud* PLIN. nat., *v. e. g.* 14, 127 ad vasa vino condendo. 17, 32 ad pabulum.

3 *stilistica quaedam*: **a** *vox in eodem contextu iteratur (haud raro struct. vel sensu variante) p. 1464, 53. 1465, 17. 1466, 67 sq. 73. 1467, 26 sq. 1469, 36. al., iungitur cum vocibus eiusdem radicis (cf. infra p. 1483, 57 sq.): p. 1461, 74. 1463, 11. 1464, 36 sqq. 57. 1468, 6. 1469, 6. al.* **b** *per adv. indicatur gradus -andi*: maxime RHET. Her. 4, 1, 2. 4, 35, 47 CIC. inv. 1, 25 de orat. 3, 37 rep. 1, 45. *al.* BALB. Cic. Att. 9, 7^{a}, 2 CAES. civ. 1, 29, 1. *al.* (*saepius apud* COLVM., PLIN. nat.), minime CIC. Verr. II 1, 60 Cluent. 128 ac. 1, 17. *al.* COLVM. 3, 17, 1. 4, 20, 4 PLIN. nat. 19, 137. *al.,* plane CIC. ac. 2, 113 fam. 16, 4, 1. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 7 (planius TER. MAVR. 2928), satis CIC. Sull. 39 div. 1, 124 LIV. 28, 8, 6 MART. 2, 54, 3. *al.,* valde CIC. Phil. 11, 25 de orat. 1, 221 Att. 4, 14, 1 fam. 13, 1, 2. *et saepius.* CAES. Cic. Att. 9, 7^{c}, 1 SEN. contr. 2, 5, 19 PROC. dig. 32, 86. *al.,* vehementer CIC. Brut. 262 leg. 3, 22 fam. 5, 6, 3. *al.* (*non in orationibus*). PHAEDR. app. 9, 7 (vehementissime CALV. or. frg. Char. gramm. p. 289, 14). *sim. al.*

part. praes. probāns, -antis *pro subst.: masc. e. g.* COLVM. 6, 36, 3 (*cf. p. 1464, 28*), *? neutr., sc. plur.* -ia *fere i. q. probationes, v. l. 50.*

? adv. **probanter.** *i. q. modo probandi, sc. facta demonstratione sim.* (*si recte trad.*): PRAEF. bibl. cod. 10 (Streitberg, Got. Bibel, ^{2}1919, p. XLIII) haec res (*sc. fides versionis sim.*) fecit -r publicare propter aliquos, qui falsa adsertione ... mendacia ... posuerunt (*respici videntur adnotationes versioni insertae*; probantia *coni. Dräseke, ne* publicare *careat obi.*).

p. p. p. ⁂**probātus,** -a, -um *pro adi. vel subst. notatur* p CHART. lat. ant. III 199 (*fere a. 600*). NOT. Tir. 19, 97 -as. *scribitur* prov- CIC. Scaur. 18 (*cod. A saec. V*). CE 1361, 1 (*a. 498*). CIL XIII 7636 (*christ.*). *al.* (*cf.* prav- CIL III 2007). *forma* probitus *trad.* CHART. lat. ant. XX 706, 42 (*a. 539*). III 181, 29 (*a. 572*). *al.* (*cf. p. 1460, 72 et* provetus *pro* probatos PAP. Tjäder 42, 5 [*fere a. 600*]); *compar.* -ior *inde a* CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 (*cf. p. 1475, 4*). LIV. 27, 8, 6, *superl.* -issimus *inde a* RHET. Her. 4, 1, 2 CIC. Verr. II 2, 23 (*cf. posit. fere pro superl. p. 1475, 60. 1476, 7 et e. g.* maxime -us LVCIL. 617 CIC. fam. 6, 11, 2 COLVM. 1, 3, 5. *al.,* tanto opere -us CIC. Verr. II 3, 155, valde -us CIC. Brut. 98 fin. 5, 76, vehementer -us CIC. Att. 13, 19, 4 fam. 13, 70). *de notione*: SYNON. Cic. p. 443, 1 summus vir. ... ornatus. -us. honestus. honoratus. spectatus. -us. celeber *eqs.* GLOSS. *δεδοκιμασμένος καὶ ἐξητασμένος. εὐδόκιμος πάνυ.* III 413, 64 -um est: *δόκιμόν ἐστιν.* V 323, 53 probi: -i. *sim. al. legitur inde a* CARM. evoc. (*v. p. 1475, 3*), LVCIL., GRACCHO, ACC., RHET. Her., CIC. [*e coni. dub.* HOR. carm. 2, 15, 13 (-us *Nisbet,* privatus *trad.*).]

I *cum respectu probitatis fere i. q. bonus, gratus, rectus, idoneus sim.* (*saepe de iis, quae examinatione experimentisve factis proba habentur, ut adhuc subluceat vis verbalis*). *indicatur quo respectu vel qua in re per abl. p. 1475, 53, per praepos.* in, ab *p. 1475, 28. 36. 44. 1476, 7, quo iudicante per dat. passim, per praepos.* per *p. 1475, 74 (cf. abl.* iudicio *p. 1475, 18. 20. 28), ad quid per dat. p. 1476, 18. 45, per praepos.* ad *p. 1476, 20. iuxta ponitur e. g.* acceptus *p. 1475, 5. 22,* carus *p. 1475, 16 et* CIC. rep. 1, 23. *al.,* gratus *p. 1475, 22. 1476, 27. al.,* spectatus *p. 1475, 35. 51. 1476, 10; disting.* probabilis *p. 1475, 49.*

A *de animantibus* (*sc. fere hominibus [de civitate p. 1475, 5. 54], de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

equis l. 56): **1** *adi.*: **a** *praedicative*: α *forma 'aliquis* mihi -us est*' fere i. q. mihi placet, carus, acceptus sim. est* (*cf.* mihi probatur *sim. p. 1466, 57; per ellipsin verbi q. e.* esse *l. 16*): CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 (*spectat ad bella Punica, sed vix traditum est ad verbum*) *ut* vobis, *di Carthaginienses,* ... urbs *Roma* acceptior -iorque sit. LVCIL. 462 paucis ... ac sapientibus esse -um (*cf.* ACC. trag. 314 probis -um potius quam multis fore). GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 270, 14 si vobis -i essent homines adulescentes. RHET. Her. 4, 2, 4 qui *artis inventores* ... vetustate iam satis omnibus -i sint. 4, 37, 49 ut vobis essem -us. CIC. Planc. 27 fuit ... miles ... Q. Metelli; cui cum fuerit -issimus hodieque sit, omnibus esse se -um debet sperare. *al.* Q. CIC. pet. 21 *quosdam,* si ... tibi non satisfecerint, ... -os nemini umquam fore. NEP. Them. 1, 2 cum minus esset -us parentibus ..., a patre exheredatus est. LIV. 27, 8, 6 ut nemo ... -ior primoribus patrum, suis pariter alienisque, esset. S. C. de Cn. Pisone (Vestigia 48, 1996) 138 qu⟨o⟩i *Augusto* fuisset -issuma *Agrippina.* QVINT. decl. 388, 21 quid si *ancilla* frugi, -a (-(a)e *trad.*) domino? PLIN. paneg. 45, 5 huic *principi* ... cari, huic -i esse cupimus. *al.* β *cetera exempla*: CIC. Cael. 73 *Caelius* decessit illinc (*sc. ex Africa*) Pompei iudicio -issimus. Brut. 190 hoc adfirmo, qui volgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intellegentium quoque iudicio fuisse -issimos. *al.* STAT. silv. 5 praef. Priscilla ... amando fecit mihi illam *uxorem* -iorem. FRONTO p. 81, 18 plurimos natales dies ... ut celebres parentibus gratus, populo acceptus, amicis -us *eqs. al.* *subi. infinitivi subaudiendo*: PRVD. perist. 10, 367 hanc disciplinam *christianam* quisquis ... vetat, vetat ⌞-um⌟ vivere (⌞ ⌟ *masc. intellegimus, neutr. pro adv. Lavarenne, Étude, 1933, 345*).

b *attributive de iis, qui praestant*: α *in qualibet re*: CIC. S. Rosc. 152 -um suis filium. Verr. II 2, 102 Theodorus, homo et Cn. Pompei ... iudicio plurimis ... in rebus -issimus et omnium existimatione ornatissimus (fam. 13, 23, 1 Anchialus, h. et patrono et patroni necessariis ... -issimus. *al.* CIC. FIL. Cic. fam. 16, 21, 5 h. et doctis et illi *Cratippo* -issimis. *al.*). 4, 99 sacerdotes Cereris ..., maiores natu, -ae ac nobiles mulieres. Flacc. 89 libertum seni illi Flacco -issimum. Sest. 114 vir et bonus ... et bonis viris semper -us (Scaur. 18 bonis v. ac -is [*minus valet* notus, *ut* Lig. 33]. off. 2, 71 bono v. pauperi an minus -o diviti [*cf. in eadem re l. 38*]. *al.* VAL. MAX. 7, 2, 4. *al.*). Phil. 2, 69 (*ironice de M. Antonio*) quam ... spectatus civis, quam -us! 13, 8 -issima uxor, optatissimi liberi. *al.* VITR. 6 praef. 6 a genere -is ... architectis. VAL. MAX. 7, 2 ext. 9 utrum eam *filiam* pauperi, sed ornato, an locupleti parum -o conlocaret (*cf. l. 34*). CE 968, 3 (*saec. I*[1]) coniuge ... uno vixit *quaedam* contenta -o. SVET. Nero 44, 1 -issimos, *sc. servos.* VLP. dig. 26, 2, 17, 1 bene -i et idonei atque honesti tutores. *al.* *cum respectu fidei christianae*: VET. LAT. act. 6, 3 (cod. 55) homines -os ... plenos sp(irit)u s(an)c(t)o et sapientia d(omi)ni (*gr. μαρτυρουμένους, cod. 5* testimonio bono, *sim. al. et Vulg.*). AVG. c. Pelag. 4, 11, 29 (*de Ambrosio*) vir sanctus, Pelagii quoque testimonio in fide catholica -issimus. COMMON. patr. 4, 2 l. 29 factus est *quidam* -issimus monachus ([*gr. Nau 1907 p. 398 n. 77 sine adi.*]. CASSIOD. hist. 8, 1, 80 [*Sozom. 6, 29, 23 εὐδοκιμώτατος*]. *al.*). *al.* β *in arte quadam*: RHET. Her. 4, 1, 1 ab oratore aut poeta -o sumptum ... exemplum (*sim.* 4, 1, 2 *exempla* a -issimis o. aut poetis sumpta. CIC. Brut. 98 valde -um o. 263 probabilis o., iam vero etiam -us. *cf. l. 71*). CIC. de orat. 1, 124 ceterarum homines artium spectati et -i. COLVM. 1, 1, 8 Athenae ... scriptorum frequentiam peperunt, e qua -issimi auctores Chaereas, Aristandros *eqs.* 11, 1, 6 operum -issimi artifices. *al.* γ *in re militari*: RHET. Her. 4, 53, 66 viribus -a Numantia *bellum Romanis inferens.* SIL. 7, 298 lecta manus, iuvenes in Marte -i (*cf.* 13, 699 vestro Marte, *sc. in Cn. Scipionis exercitu,* -us ... Marcius). VEG. mil. 3, 6, 11 dux ... *exploratores* cum equis -issimis mittat. 3, 10, 7 -os equites sive pedites cum tironibus aut inferioribus mittat *dux* (3, 20, 21). *al.* δ *in muneribus publicis vel ecclesiasticis* (*saepius pro appellatione honorifica*): TERT. apol. 39, 5 *Christianis congregatis* praesident -i quique seniores. SYMM. rel. 34, 7 a v(iro) c(larissimo) ac -issimo Anicio Basso (*sc. praefecto urbi*). COD. Theod. 11, 28, 13 spectabiles ac -issimi nobis viri. EPIST. pontif. 374 Conc.[S] I 2 p. 7, 24 (= IV 1 p. 155, 23) sancti fratris et coepiscopi mei Cyrilli -issimi sacerdotis ([*gr. I 1, 1 p. 78, 12 δοκιμωτάτου*]. AVELL. 59, 7). AVELL. 198 tit. domino beatissimo atque apostolicae sedis -issimo pontifici Hormisdae papae patri. ENNOD. opusc. 3, 46 p. 342, 16 (*presbyteri ad episcopum*) have, pater -issime, have, pontifex singularis! 3, 154 p. 371, 2 -issime princeps (*ad regem, cf.* 3, 164 p. 373, 22 rex -issimus. *in eodem contextu variat cum* eminentissimus, praestantissimus *sim.*). *al.*

2 *masc. pro subst.* (*cf. p. 1462, 60*): RHET. Her. 4, 1, 2 non ... oportet hoc *exemplum sim.* nisi a -issimo sumi (*nisi coll. l. 48 sq. subst. subaudias*). CIC. top. 73 et ingeniosos et opulentos et aetatis spatio -os dignos, quibus credatur, putant. PVBLIL. sent. S 46 suspicio -is tacita iniuria est. CAES. civ. 1, 85, 9 ne ex praetura et consulatu ..., sed per paucos -i et electi in provincias mittantur. *ibid.* superioribus bellis -i. SYMM. epist. 5, 48 bene cognitis ac -is commendatio prompta debetur (*cf.* 7, 102 pro cognitis et -is pauca dicenda sunt). AVG. epist. 60, 1 ex his, qui in monasterio permanent, non ... nisi -iores atque meliores in clerum adsumere. *al.* *in titulis sepulcralibus* (*cf. p. 1475, 38*): CE 12, 2 (*saec. I*[1] *a. Chr.*) Protymus, ⟨ameiceis su⟩mma qum laude -us (*nisi adi.*). 363, 2 (*saec. I a. Chr.?*) hic situs est ille -us iudicieis multeis cognatis atque propinqueis. INSCR. Rendic. Accad. Napoli 40, 1965, 141[a] (*saec. II*) *quidam* sui temporis -us in arte librar(ia) (*in latere altero*: professor artis librar.). *al.*

B *de rebus*: **1** *generatim*: **a** *adi.*: α *attributive*: LVCIL. 617 tuam -am mi et spectatam maxume adulescentiam. CIC. Verr. II 1, 101 (*ironice de Verre*) homo ... aut industria aut opera -a aut frugalitatis existimatione praeclara. leg. 3, 15 regale civitatis genus -um quondam postea ... regis vitiis repudiatum est (COLVM. 3, 4, 1 g. surculi -issimum. 3, 5, 4 stirpis). Att. 13, 19, 4 *de oratore libri* mihi vehementer -i (SEN. epist. 2, 4 -os ... semper lege [*si* libros *subaudiendum*]. *cf. l. 39*). VITR. 1, 2, 5 operis ... -is rebus compositi. PLIN. nat. 14, 64 *vina* convalescentibus maxime -a propter ... salubritatem. 15, 14 -issimum ... oleum. 34, 95 *aeri* Campano ..., utensilibus vasis -issimo. VET. LAT. cant. 5, 5 (Apon. 8, 14 = VVLG.) digiti mei pleni murra ⌞-issima⌟ (⌞ ⌟ *om. aliae vers. et gr.*). II Tim. 2, 21 (Ambr. inst. virg. 17, 114) vas ... utile domino, ad omne opus bonum -um (*gr. ἡτοιμασμένον, cod. 75. al. et Vulg.* paratum). COD. Theod. 8, 18, 3 donec minores -a (*i. legitima*) aetate esse videantur. *al.*

β *praedicative*: Ⓘ *forma 'aliquid* mihi -um est*' fere i. q. mihi placet, gratum est sim.* (*cf. supra p. 1475, 1; per ellipsin verbi q. e.* esse TAC.): CIC. Q. Rosc. 3 quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum; quod tibi fuerit -um, huic erit -um. Balb. 59 *spero,* quae ab hoc *reo* ... facta sunt, et grata esse vobis et -a. Tusc. 3, 1 cur ... animi ... medicina nec tam desiderata sit ... nec tam multis grata et -a, pluribus etiam suspecta et invisa. *al.* MARCELL. Cic. fam. 4, 11, 1 gratulatio tua etsi est mihi -issima ..., tamen hoc mihi multo iucundius est et gratius, quod *eqs.* SEN. dial. 7, 2, 2 quaeramus ..., quid optimum factu sit, ... non quid vulgo ... -um sit. COLVM. 8, 8, 8 plumae color non semper nec omnibus idem -us est. 11, 3, 8 haec ... claudendi horti ratio maxime est antiquis -a. TAC. ann. 5, 1, 3 (*de Livia*) comis ultra quam antiquis feminis -um. *al.* *pro subi. est struct. verbalis*: SIL. 13, 473 *rege mortuo* -tum est Hyrcanis adhibere canes (*sc. pro funere*). PLIN. epist. 7, 11, 2 cupio ... et tibi -um et coheredibus meis excusatum esse, quod me ab illis *agris* ... secerno (*vix subaudias acc. subi.* me, *ut ad p. 1475, 1 pertineat*). Ⓘⓘ *cetera exempla selecta*: CIC. fin. 1, 2 qui liber cum ... tibi -us videretur (ac. 2, 143 *Xenocratis* libri sunt de ratione loquendi multi et multum -i). off. 2, 49 *in iudiciis* etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio -a persaepe est. VITR. 6 praef. 4 quae *ars* non potest esse -a sine ... doctrinarum omnium disciplina. 8, 4, 1 si *accolae* erunt corporibus valentibus ..., *fontes* erunt -issimi (*cf. p. 1472, 60 et* aqua -a: *ibid. quaedam a.* optima est; ... ea a. erit item -a. COLVM. 1, 3, 5 eam *a.* maxime -am haberi. 1, 5, 3 hanc *a.* potui -issimam diximus). COLVM. 7, 1, 3 qualis ... species eius *aselli* vel cura -issima sit. 12, 49, 7 est et illa -a compositio, ut *eqs.* (*nisi attributive*). PLIN. nat. 9, 48 vilissima ex his *thynnis sunt ea,* quae caudae proxima, ... -issima, quae faucibus (*postea*: exercitatissima). 28, 236 id *glutinum* ... quo candidius, eo -ius (*sc. est*). GELL. 13, 21, 18 huius ... vocis *'peccatu'* cum elegantior hoc in loco (*Cic. Verr. II 2, 191*) sonus est, tum ratio certa et -a est. *al.*

b *fere pro subst.*: *fem.*: COLVM. 9, 4, 3 arborum ... -issimae. *neutr.* (*cf. l. 70*): QVINT. inst. 10, 3, 5 *in scribendo* adhibeatur iudicium inventis, dispositio -is. AVSON. 1, 4 (471 S.), 17 *is, cui versus meos mitto,* ignoscenda teget, -a tradet.

2 *speciatim de nummis metallisve* (*saepius in imag. vel comparat.; cf. p. 1467, 49. 1483, 72*): VET. LAT. gen. 43, 23 (Aug. quaest. hept. 1, 143) argentum ... vestrum -um habeo ([VVLG. pecuniam ... -am; *cf. p. 1484, 11. allegorice explicat Aug. ibid. locum seq. comparans*]. psalm. 11, 7 [Aug. *ibid.* = VVLG.] eloquia domini, eloquia casta, a. igne examinatum, -um terrae, purgatum septuplum [*gr. δοκίμιον τῆ γῆ, om. cod. 300. al.; loco obscuro, sunt qui intellegant sec. Cyrill. Migne gr. 69, 797*[C] *τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. aliter* HIER. psalt. sec. Hebr. igne -um, separatum a terra]. *al.*). HIER. hom. Orig. in Luc. 34 p. 194, 10 sq. *Samaritanus* de -o argento suo, de -a pecunia sua 'tollit duos denarios' (*Luc. 10, 35*) et honorat stabularium (*in interpr. allegorica sec. Matth. 25, 14 sqq.*: ORIG. in Matth. ser. 65 p. 153, 27. 68 p. 161, 10 -a illa p. dominicorum verborum [*gr. ἀργυρίου tantum*]; *proprie* VVLG. *l. 58*). CHART. lat. ant. XX 706, 42 (*a. 539*) auri sold(os) dominic⟨os, pr⟩obitos, ... optimos (*sim.* III 181, 29 [*a. 572*]. XXI 181, 29 [*saec. VI ex.*]. *al.*). *al.* *inde de fide -a* (*n. pro subst.*): VET. LAT. I Petr. 1, 7 (Aug. spec. 44 p. 262, 4 = VVLG.) *temptamini,* ut -um vestrae fidei multo pretiosius sit auro (*cod. 53. al. et var. l. Vulg.* probatio, *gr. τὸ δοκίμιον*).

II *cum respectu veritatis fere i. q. certus, compertus, notus, manifestus sim.* (*indicatur quo iudicante per dat. p. 1477, 3. 10. al., per praepos.* apud *p. 1477, 6. iuxta ponitur* notus *p. 1477, 4. 7,* manifestus *p. 1477, 10. 12,* verus

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 12 sq.): Ⓐ *adi.* (*de rebus; praedicative praeter l. 10; exempla pauca certiora*): -um est *cum struct. verbali* (*cf. p. 1476, 35*): VAL. MAX. 5, 8, 3 *cum* filium meum pecunias a sociis accepisse -um mihi sit. PLIN. epist. 7, 9, 16 qui sint hi *auctores,* adeo notum ⌞-umque⌟ est, ut demonstratione non egeat (⌞ ⌟ provocat- *var. l.,* pervagat- *Otto*). HIST. AVG. Alex. 17, 1 tantum odium eum tenebat eorum, de quibus apud se -um, quod fures fuissent. OPTAT. 2, 25 p. 65, 3 multis notum est et -um ... episcopos aliquos ... turificasse *lapsos.* *exempla cetera*: SEN. dial. 7, 2, 2 quid vulgo, veritatis pessimo interpreti, -um sit. PANEG. 10, 1, 3 *non* fabula est ..., sed manifesta res et -a, sicut ... testatur *eqs.* GAVDENT. serm. praef. 36 hominibus ... -am vult *deus* esse perfectionem iustorum. AVG. un. eccl. 18, 47 p. 293, 10 quicquid ... quamvis verissimum, quamvis manifestissimum, quamvis -issimum diceretis (*cf. ibid.* l. 16 quidquid de peccatis hominum et verum et -um obicitur). Ⓑ *neutr. pro subst.*: CIC. Tusc. 5, 18 geometrae cum aliquid docere volunt, ... id, *quod antea docuerunt,* sumunt pro concesso et -o. TERT. scorp. 11 p. 171, 23 -a non credere, non -a praesumere. ARNOB. nat. 2, 7 p. 72, 2 suspiciones suas ⟨pro⟩ -is et comprehensis ... tutari. CLAVD. DON. Aen. 8, 185 p. 143, 7 *non* dubiis adsertionibus ducimur, ut colamus incognita aut minus -a persequamur: vidimus *eqs.*

adv. **probātē.** *fere exstat superl.* -issime, *sed posit. l. 35, compar.* -ius *l. 32.* *i. q. modo probato, sc.*: **1** *recte, bene, apte* (*hucine l. 32?*): CASSIAN. conl. 2, 13, 2 *seniores* laudabiliter vitam suam ac -issime ... in iuventute signasse. EMPOR. rhet. p. 567, 8 qui praecepta dicendi -issime consecuti sunt (-issimae *cod. Paris.*). CASSIOD. hist. 1, 11, 34 audivi -issime philosophatum Eutychianum (*Sozom. 1, 14, 9 εὐδοκίμως*). 7, 7, 2 *Valentinianus* ⌞-issime⌟ militarem ⌞noverat disciplinam⌟ (⌞ ⌟ *Socrat. 4, 1 πολλὴν ἐπεδείξατο ... ἐπιστήμην*). Ios. antiq. 7, 301 p. 208 -issime dimicavit *quidam in exercitu David* (*cf. gr. σφόδ' ἠὐδοκίμησε*). in psalm. 72, 24 l. 400 -issime atque expresse ... ait *quidam*: '...'. **2** *certe, manifesto*: Ps. ANATOL. pasch. 5 XIII. et XIIII., ... XX. et XXI. lunam posse -issime in uno die inveniri. Ps. MAX. TAVR. 7, 1 potuissent ... praedicare haec *merita Eusebii Vercellensis* sancti praecessores mei usu facilius, experimento -ius, doctrina praeclarius (*nisi ad 1*). CASSIOD. in psalm. 62, 10 l. 189 in quo *Christo* omnes sanari, omnes vivere -issime comprobantur. THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 14 p. 149, 13 mirum -e datum ipsum (*sc.* 'gratiam, quae in te est') augere cupiens ... adicit: 'quae data est tibi *eqs.*'.

gerund. ⁂**probandus,** -a, -um *pro adi.* (*sed vi verbali nondum penitus detersa*). *gradus comparationis desunt, sed cf.* valde -us CIC. Brut. 262 (*ceterum ponitur posit., ubi exspectes compar.*, STAT. silv. 4, 4, 21).

i. q. dignus qui probetur, probabilis, laudabilis sim. (*exempla afferimus potiora nec ea omnino certa; cf. e. g. supra p. 1463, 56. 1471, 68. 1472, 9. 20. accedit acc. resp. l. 47, abl. causae bis l. 52*): **1** *adi.*: **a** *attributive*: CIC. Brut. 193 volgus interdum non -um oratorem probat. 262 *Caesar* commentarios quosdam scripsit rerum suarum. :: valde quidem ... -os. ad Q. fr. 1, 2, 9 legi epistulam ... non -am, legi non nullas iracundas. CVLEX 80 mente ... pura sensuque -o. OV. fast. 6, 266 formae *templi rotundi* causa -a ⌞subest⌟ (sua est *Heinsius*). PLIN. nat. 37, 89 *sardonyches* cetera -ae, sed pallidā zonā. *al.* **b** *praedicative*: CIC. ac. 2, 133 non posse illa, *sc. quae docent Stoici,* -a (probata *Lambinus*) esse sapienti (*cf. 2, 134* probabilius). NEP. Con. 5, 2 plura concupivit quam efficere potuit; neque tamen ea non pia et -a fuerunt. STAT. silv. 4, 4, 21 Gallus ... – dubium, morumne -us ingeniine bonis. PLIN. epist. 7, 31, 6 pulchrum istud et raritate ipsa -um *est,* cum *eqs.* CE 1033, 5 (*saec. I*) aetas prima fuit, mores sine fine -i, forma decens (*an subaudias dat. 'ei' sim., ut ad a pertineat?*). *al.*

2 *neutr. pro subst.*: SEN. epist. 94, 32 adfectibus inpedimur, quominus -a faciamus. QVINT. inst. 2, 2, 11 *vultum praeceptoris intuendo* -a atque improbanda discernent *discipuli.* 5, 11, 7 et -orum et culpandorum ... confirmatio *exemplis usa.* 10, 1, 131 multa ... -a in eo *Seneca,* multa etiam admiranda sunt (*nisi ad 1b, sed cf. 128* cuius et multae ... et magnae virtutes fuerunt; *129* multae in eo claraeque sententiae).

deriv.: proba, probabilis, probamentum, probatio, probator, probatorius; *cf.* probativus.

compos.: ap-, com-, per-, reprobo; *cf. p. 1490, 37.*

cf. Onom. *Spoth.*

probola, (-ae) *f., προβολή.* *nom. sg.* -a *p. 1478, 1, pl.* -ae *p. 1478, 8, ceterum acc. sg.* -en (*litt. gr. l. 69. p. 1478, 12, ?* -em *p. 1478, 3. 10*), *pl.* -as.

term. techn. gr.: **1** *sermonis pugilum ad significandum habitum eorum, qui alte proiectis bracchiis consistunt ad vitandos ictus* (*cf. Gell. 13, 28, 4*): CIC. Att. 13, 21, 3 Carneades -ἠν pugilis ... similem facit *ἐποχῇ.*

2 *sermonis theologorum ad significandam generationem Aeonum vel verbi dei, i. q. prolatio, emissio* (*v. infra sub* prolatio *et vol. V 2, 499, 11 sqq.*): **a** *potius de actione proferendi*: TERT. adv. Prax. 8 p. 237, 19 (*antea*: quod ex ipsius *dei* substantia emissum est) -en aliquam introducere, id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus ... Aeonem de Aeone producens. *ibid.* p. 237, 26 si prolatus est *sermo dei,* cognosce -en veritatis ([*sc. non haereseos*]. *ibid.* p. 238, 16 -a v. ..., qua prolatum dicimus filium ..., non separatum [*cf. l. 11*]). IREN. 2, 13, 10 genesim et -en (-bolem, -bulen *var. ll.*) quinto loco verbo dei enarrantes *gnostici.* HIER. in Eph. 3, 14 p. 490[A] saeculorum ... -as (parab- *fere trad.*) atque coniugia (*sec. Valentinianos*). **b** *potius de ipso prolato*: TERT. adv. Prax. 8 p. 238, 2 Valentinus -as suas ... separat ab auctore ..., ut Aeon patrem nesciat. *ibid.* p. 238, 20 sicut radix *protulit* fruticem, ... sol radium; ... istae species -ae sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt. Ps. TERT. haer. 1 p. 214, 21 infinitas angelorum editiones et -as. ARIVS ad Euseb. vers. *α* 3 dicunt filium alii *haeretici* eruptionem, alii -em (*edd.,* probatem *cod.*), hoc est prolatum (*vers. β l. 31* emissionem, *vers. γ l. 21* propositionem). HIER. adv. Rufin. 2, 19 l. 10 *Candidus filium -ήν,* id est prolationem, adserit. *Bk.*

⁂**proboscis,** -idis *et* promoscis (-musc-), -idis *f., προβοσκίς.* *de origine et notione v. l. 33 sqq. 59. 63.* *scribitur* -bosc- *apud* VARRONEM, BELL. Afr., PLIN. nat. *al.* (*nota* FLOR. epit. 1, 18, 9, *ubi pro* -bosc- *posuit* -musc- *corrector cod. B); apud scriptores recc. praevalent formae* -mosc-/-musc- (-sch-) *explicandae sive per dissimilationem sive per confusionem quandam cum aliis vocibus, e. g.* promere, musca, *προμυκτήρ. codd. potioribus vel omnibus trad.* -mosc- SOL. 25, 14 AMBR. Hel. 17, 65 hex. 6, 5, 35. *al.*, -musc- EPIST. Alex. p. 206, 9. LACT. opif. 5, 12 (*codicis B corr. saec. V/VI pro* -rosc-). VEG. mil. 3, 24, 7 CASSIOD. var. 10, 30, 4 GLOSS. *al.* NOT. Tir. 108, 24 -s (-it *cod. Cassel.*). *excipitur pronomine vel part. generis masc. l. 42. 44* (*vix addas l. 49*). *de formis: nom.* -idis *l. 37* (*cf. l. 35*), -ida *l. 43 (ex acc. gr. formatum, qui restit. l. 45 et exstat hic illic in var. l. latetque fort. l. 35. 37), acc. pl.* -as CASSIOD. hist. 5, 45, 11 (*forma potius lat. quam gr., cum apud Theodoret. 2, 30, 13 respondeat προνομαίας*). *syllaba prima producitur* (*intercedente praeverbio lat.* prō-) ANTH. 195, 3. 196, 1. *legitur paucis locis inde a* VARRONE, BELLO Afr. (*in versibus non nisi l. 28*); *sermoni vulgari tribuit* DIONYS. EXIG. *sub 2.* [*a* promuscis, *promuscida: *francog. vet.* premoiste. *cf. Wartburg IX 408. St.*]

significatur os prominens animalium, rostrum: **1** *elephantorum* (*sc. manus, cf. vol. VIII 366, 25 sqq.*): **a** *testimonia notionis*: VEG. mil. 3, 24, 7 centurio ... manum, quam -em vocant, ... abscidit (GLOSS. I p. 163 -is [-es *Goetz Gloss. VII p. 143; an pro* -a*?*] ali⟨i⟩ narem eius esse dicunt, alii m. tam longam, ut cum ea fenum collegere potest *eqs.* GLOSS.[L] Corp. P 699 -is [*pro* -a *vel* -s*?*] quasi anguil⟨l⟩a; unde manus bestiae dicitur). AMBR. hex. 6, 5, 31 *elephantus* prominentem -em habet, quia ... inclinare se ad pascendum non potest (*cf. gr. p. 201[A] τὴν προνομαίαν,* EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 10 habet ... -em ministerium sibi colli longioris explentem). EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 13 *elephantum* ministerio ... -is cibum sibimet ... admovere, qui velut serpens quidam sinuosus ... flectitur (*gr. p. 201[B] ἡ προνομαία*). ISID. orig. 12, 2, 14 rostrum ... -a (-ae *var. l.*) dicitur, quoniam illo pabulum ori admovet; et est angui similis (*inde formam acc. gr. restituunt glossae Salomonis, v.* GLOSS. promuscida rostrum elephantis dicunt *eqs.*). **b** *cetera exempla*: BELL. Afr. 84, 1 *cum elephans* innixus pondere suo -e erecta vibrantique ... premeret *lixam* (EPIST. Alex. p. 206, 9). 84, 2 militem -e circumdat (84, 3 gladio -em, ⌞qua erat circumdatus⌟, caedere [⌞ ⌟ *interpol.?*; quo *trad., sc.* gladio*?*]. *cf.* IVL. VAL. 3, 36 corpora ... innexa -bus [*gr. p. 120, 7 προβοσκίσιν*]. AMBR. hex. 6, 5, 35 -e *involvere* [*ibid. iterum*]). PLIN. nat. 8, 18 -em eorum facillime amputari Pyrri proeliorum experimentis patuit (*sim. in elephanto impugnando l. 34. 48 nec non* FLOR. epit. 1, 18, 9 -e abscisa [*inde* IORD. Rom. 155]). 28, 88 -is tactu capitis dolor levatur; ... dextra pars -is ... inpetus libidinum stimulat. SOL. 25, 14 is tantum locus (*sc. aures*) defendi non potest -e (*cf. Plin. nat. 8, 34* manu). ANTH. 195, 3 licet immani pugnet -e barrus (*I* rostro). *al.*

2 *quorumlibet animalium* (*usu generali praeter* VARRONEM): VARRO Men. 490 *dormientem in somnio* esse factum ericium e (cum *Riese*) pilis albis, cum -e (prov- *var. l.*). NON. p. 49; 4 -s graecum nomen est, dictum quod ante depascat; et est porrecta corporis pars inhaerens naribus, quae excepto homine in aliis animalibus invenitur (*affertur* VARRO *supra*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 7, 1 p. 354[D] tauro cornua sunt ... et aliis animalibus magnitudo et ceteris ⌞prominens oris officium, quod -em vulgus appellat⌟ (⌞ ⌟ *gr. ἡ προνομαία*).

probōsus *v.* probrosus. *Vestergaard.*

probrachys *adi., πρόβραχυς* (*quod in gr. non legi videtur*). *nomen est pedis metrici, qui a syllaba brevi incipit*: DIOM. gramm. I 481, 19 -s ex brevi et longis quattuor, temporum novem.

[probriperlecebra *v. p. 1482, 37.*]

[probritās *vix recte trad. p. 1483, 9.*]

probro, -āre. *potius retrograde ab* ex-, opprobrare, *quam a* probrum. GLOSS. II 384, 4 *ὀνειδίζω*: exprobro, -o, opprobro (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. PR 233a -a: *ὀν⟨ε⟩ίδισον*). NOT. Tir. 42, 69[a] -at (*add. cod. Gotvic.*).

probrōsē *v.* probrosus. *Bk.*

probrōsitās, -ātis *f.* *a* probrosus. *i. q. status probrosus, de-*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

decus, infamia sim.: Ps. Cypr. singul. cler. 39 lorica pudoris et spolium -is (*inde* Caes. Arel. epist. ad virg. 2, 9, 15). 41 -um tenebris obscurare *claritatem vitae.* Salv. gub. 3, 46 morum -em. 3, 50 vitiorum -em (*cf.* 6, 18 turpitudinum -e).

probrōsus, -a, -um. *a* probrum. *scribitur in codd. hic illic* probo-, *e. g.* Apvl. met. 10, 5, 4. Not. Tir. 92, 50 -us. *compar.* -ior Plin. nat. 22, 15 Avr. Vict. Caes. 9, 9, *cf.* magis -us Ambr. *l. 70, superl.* -issimus Tert. nat. 1, 5, 1 Paneg. 3, 19, 4 Hist. Avg. Heliog. 18, 2. *de notione*: Gloss. -us: *ἐπονείδιστος, ἀπόῤῥητος.* -a: turpia. Gloss.^{L} I Ansil. pr 1568 -us: libidinosus. *al.* (*cf. l. 63*). *legitur singulis vel binis locis inde a* Cic. (*v. l. 19*), Hor. (*ceterum in versu apud* Sil., Avson. *al.*), Sen. *rhet., paulo saepius apud* Tac.

i. q. probri plenus (*opp. e. g.* magnificus *l. 25,* pudicus *l. 60, coniungitur imprimis cum* infamis *l. 41. 72. 75* [*cf.* infamia *p. 1480, 1*], inhonestus *l. 44,* turpis *l. 33. 57, sim. al.; usurpatur pro subst. neutr. l. 31. 53, masc. l. 65*): **1** *de rebus*: **a** *de conviciis, verbis infamantibus* (*cf. var. l. p. 1481, 3; pendere videntur praepos.* adversus, in *c. acc. l. 21. 27. 28, sed potius ad verbum spectant l. 26. 32. al.*): Cic. Font. 37 de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum -um non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis (probrorum *coni. Clark coll. p. 1481, 49*; fictum *pro subst. accepisse vid. Schoell*). Sen. clem. 1, 10, 3 *Augustus* -is in se dictis adrisit (*antea*: contumelias). dial. 2, 19, 3 contumelias et verba -a et ignominias et cetera dehonestamenta. Plin. nat. 14, 125 *mustum depravatum* vappae accipit nomen, -um etiam hominum, cum degeneravit animus (Serv. auct. Aen. 4, 214). Tac. hist. 3, 73, 2 edicta ... pro Vespasiano magnifica, -a adversus Vitellium iecerat *consul.* ann. 2, 50, 1 quia -is sermonibus divum Augustum ... inlusisset. 4, 31, 1 *quendam* -i in se carminis convictum Caesar precibus fratris ... concessit (14, 48, 1 -a adversus principem c. factitavit. *al.* Porph. Hor. carm. 1, 16 pr. epod. 3, 7). Amm. 20, 4, 17 contentionis fragore -is conviciis mixto (30, 1, 16 Avg. civ. 2, 14 p. 69, 7). *al.* *neutr. pro subst.* (*cf. l. 19*): Tac. ann. 14, 50, 1 *quidam reus,* quod multa et -a in patres et sacerdotes composuisset. Cypr. epist. 59, 2, 1 *ut* multa turpia ac -a ... proferrent. Amm. 15, 7, 4 *praefectus urbi* perpessus ... multa dici -a.

b *de flagitiis variisque rebus turpibus* (-um est *c. inf. l. 41*): α *quolibet respectu*: Hor. carm. 3, 5, 39 (*verba Reguli*) o pudor, o magna Carthago, -is altior Italiae ruinis (Porph. dedecore et damnis). Val. Max. 9, 11, 1 tam impia tamque -a festinatione (*non impedita patris cadavere*). Plin. nat. 22, 15 quo nihil ... -ius duco, vivimus aliena fiducia (*sc. medicorum*). Sil. 11, 35 consumptus ... pudor ... unisque relictus divitiis -us honor lacerabat ... populum. Tac. Germ. 14, 1 infame ... ac -um *est* superstitem principi suo ex acie recessisse. Svet. Cal. 11, 1 *Gai* naturam ... saevam atque -am. Gell. 6, 12, 6 *virorum* tunicas ... quasi femineas -as. 20, 4 tit. artificum scaenicorum studium amoremque inhonestum -umque esse. Tert. patient. 16, **1** *paganorum* patientia ... falsa ⟨et⟩ -a (*sc. flagitiis dedita*). Porph. Hor. carm. 3, 24, 42 ('magnum pauperies opprobrium') coepit paupertas -a esse et crimini dari. Amm. 22, 4, 4 -is quaestibus (Novell. Marc. 4, 2). Ambr. Iac. 2, 3, 12 -a insipientia. CE 908, 9 (*saec. IV*^{2}*?*) *in baptisterio* -a⟨e⟩ crimina vitae ponere. 701, 7 (*a. 523/4*) inlicitos -i criminis actos (Cassiod. in psalm. 21, 3 l. 106. *cf. l. 49*). Mvtian. Chrysost. hom. 28 p. 411 (*ad Hebr. 12, 2* sustinuit crucem confusione contempta) -am ... sustinuit mortem ([*gr. p. 194 ἐπονείδιστον*]. *item respicitur Christus*: Greg. M. past. 1, 3). *al.* *neutr. pro subst.*: Avg. civ. 2, 19 p. 76, 30 *ne dei* ab illo *populo R.* -a et ignominiosa deposcerent. Max. Tavr. 35, 3 quidquid in nobis -um ... perspexerit *Christus.* Cod. Iust. 6, 41, 1, 1 aliquid facere vel legibus interdictum vel alias -um. β *respicitur stuprum, impudicitia* (*cf. l. 62*): Sen. contr. 1, 2, 20 fuit in loco turpi, -o (*sc. in lupanari*). Val. Max. 9, 1, 8 -ae patientiae corpora, ludibrio temulentae libidini futura. Plin. nat. 28, 106 qui *viri* sint -ae mollitiae (*opp.* severos, non modo pudicos mores). Apvl. met. 10, 5, 4 -ae libidini *privigni* (Ps. Hil. hymn. 1, 25). Avson. 2, 8 (157 S.), 15 -a ... culpa tori. *al.*

2 *de hominibus* (*deis l. 73; cum respectu impudicitiae imprimis l. 66 sq. et sub b; cf.* Synon. Cic. p. 417, 25 corruptor. famosus. adulter. obscenus. impudicus. incestus. vitiosus. -us. perditus): **a** *de viris vel de utroque sexu* (*passim masc. pro subst.*): Plin. nat. 5, 134 *urbs,* quae vocata est Cinaedopolis, -is ibi relictis a rege Alexandro. Paneg. 3, 19, 4 sordidissimum quemque ... et -issimum (*sc. eunuchum*) adulabant. Avr. Vict. Caes. 9, 9 censu ... senatu motus -ior quisque. Amm. 26, 3, 5 inter multos -os solus vacuus ab omni delicto. Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 41, 3 multi ... volunt inferre obprobrium servis tuis, sed ipsi sunt -i magis. Hier. epist. 45, 2, 1 ego -us, ego versipellis et lubricus *eqs.* Avg. civ. 2, 11 p. 65, 29 *cur* scaenicos -os haberent. Cod. Theod. 16, 5, 3 *haereticis* ut infamibus atque -is a coetu hominum segregatis. Cassiod. in psalm. 86, 4 l. 89 -is idolis ... serviebant. Mvtian. Chrysost. hom. 1, 4 p. 241 *opinio bona* si ... absit, facit -um totum hominem, facit infamem (*gr. p. 17 tantum ἐπονείδιστον*). *al.* *cum abl. causae*: Tac. ann. 3, 69, 1 ne quis vita -us et opertus infamia provinciam sortiretur (6, 29, 3). Tert. nat. 1, 5, 1 pessimi et -issimi avaritia luxuria improbitate. Hil. in Matth. 4, 9 *beati,* qui ... damnis rerum praesentium iacturisque -i *sunt.* **b** *de feminis impudicis*: Svet. Dom. 8, 3 -is feminis lecticae usum ademit iusque capiendi legata hereditatesque. Gell. 4, 3, 3 paelicem ... -am ... habitam *esse.* Hist. Avg. Heliog. 18, 2 mater Symiamira, -issima mulier et digna filio.

adv. **probrōsē.** *i. q. ratione probrosa, sc.: conviciose*: Gell. 17, 21, 31 cum ... -e obiceretur *Demostheni fuga.* Amm. 28, 1, 4 -e monendi *gratia.* *turpiter*: Afric. dig. 34, 6, 1 *si quid testamento* illicite vel -e datum est. Porph. Hor. sat. 1, 6, 83 ('ab ... opprobrio') ita vivere, ne -e in te aliquid admittas. Mvtian. Chrysost. hom. 28 p. 411 ut -e moreretur *Iesus* (*gr. p. 194 ἐπονειδίστως*).

deriv.: probrositas.

probrum, -ī *n.* [probrum < *prŏ-bhr-ŏ-m; *-bhr- *radix est verbi q. e.* ferre, *quam vocali omissa exhibet etiam δί-φρ-ο-ς et fortasse etiam* manubr-ium; *notionem vocis q. e.* -um *nonnulli explicant coll. gr. προ-φέρω 'crimini do' (Hom. Γ 64. al.), sed conferendum videtur etiam* 'proferre aliquid in medium' *sim.; de subst. priscis similiter formatis ac* -um *v. Wackernagel/Debrunner, Altind. Gramm. II 2, 1954, 75; usus adi., si quidem agnoscendus est (v. p. 1483, 4), certe posterior est. Fo.*] *de origine*: Cassiod. in psalm. 30, 12 l. 235 contra probum dicimus -um, id est inhonestum atque indecorum (*cf. vol. IX 2, 796, 35*). Not. Tir. 42, 68 -um. *prior syllaba brevis, saepius in fine versus posita apud scaen., producitur autem in dactylis* (*praeter* Catvll. 91, 4) *et e. g.* Sen. Phaedr. 126; *cf.* opprobrium *vol. IX 2, 796, 47 sqq.* *de notione*: Vlp. dig. 50, 16, 42 -um et obprobrium idem est (*quae sequuntur v. p. 1481, 58*). Prob. app. gramm. IV 201, 27 inter probum et -um hoc interest, quod probum iustum significat, -um vero ignominiosum esse demonstrat (*cf. l. 22; sunt qui de adi.* prober *cogitent [v. p. 1483, 4], sed cf. ibid. e. g. 200, 22* inter acerbum et acervum, *201, 1* inter criminosum et criminatorem). Synon. Cic. p. 439, 24 -um. vitium. flagitium. dedecus. *eqs.* Gloss. -um: *αἰσχρόν, ὄνειδος.* vitium vel flagitium. crimen est, opprobrium maius crimen. imputatio mali. -a: convicia. dedecora. *al.; v. etiam p. 1482, 28.* *legitur in poesi fere binis vel ternis locis apud* Naev. (*v. sub II*), Plavt. (*27*^{ies}), Caecil., Ter., Acc., Catvll., Prop., Ov. (*octies*), Sen. (*sexies*), Sil. (*semel*), Mart. (*semel*). *al., in oratione soluta fortasse in lege antiqua p. 1482, 49 et inde a* Catone, Scip. min., Cic. (*28*^{ies}), Sall. (*quinquies*), Liv. (*21*^{ies}); *saepe apud* Tac. (*34*^{ies}). [*confunditur in codd. maxime cum* probus, *e. g.* Plavt. Amph. 492 Sen. Thy. 177 (*restit.* Plavt. Mil. 396 Truc. 763. *al.; cf. l. 27. p. 1483, 8*). *e coni. dub.* Pvblil. sent. V 34 Liv. 45, 19, 15. *al.*]

i. q. actio obiciendi, criminandi sim. vel id ipsum, quod obicitur: **I** *potius de vituperatione, contumelia sim.* *indicatur qui (quod) vituperat per gen. l. 60. p. 1481, 21, qui (quod) vituperatur per gen. l. 58. 60. al., praepos.* in *l. 55. 62 sq.,* adversum *l. 63, enunt. secund. p. 1481, 10* (*cf.* id quod *p. 1481, 16 et orat. obliq. l. 62*). *coniungitur cum syn.* (*maxime plur.*) maledictum Cic. Flacc. 48 Plin. nat. 19, 120. *al.* (*cf. l. 56*), crimen Liv. 45, 37, 6 Tac. ann. 5, 7, 2, convicium Sen. dial. 2, 18, 4 Tac. hist. 1, 47, 1 ann. 16, 26, 1. *al.* (*cf. l. 54*), contumeliae Tac. hist. 4, 45, 1, compellationes Gell. 1, 5, 2 Amm. 17, 9, 3. 23, 2, 4; *opp.* laus *p. 1481, 8. 18.*

A *generatim*: **1** *exempla varia*: Plavt. Bacch. 620 omnibus -is, quae improbis viris digna sunt, dignior nullus est homo. Truc. 280 (*interpol.?*) rus tu mi opprobras? ut nacta es hominem, quem pudeat -i! Cic. Font. 40 -a non audienda (rep. 4, 12 Liv. 23, 3, 13. Cypr. patient. 7 conviciorum -a). off. 1, 61. Att. 11, 9, 2 epistulas ... plenas omnium in me -orum. Sen. benef. 3, 16, 1 desinet esse -i loco commune maledictum. dial. 2, 18, 4 *Gaius nomen* Caligulam convicium et -um iudicabat. 7, 27, 6 in -a meliorum agitare linguam. Plin. nat. 19, 120 cum maledictis ac -is. 36, 114 *Roma* sex Hymettias *columnas domum Crassi adornantes* non tulerat sine -o civis amplissimi. Mart. 10, 3, 2 foeda linguae -a circulatricis. Tac. hist. 4, 45, 1 cum contumeliis ac -is. ann. 1, 59, 2 -is *non* temperabat: ⌞egregium *esse* patrem *eqs.*⌟ (*ironice*). 1, 77, 1 -a in magistratus ... prohibent *milites.* 4, 34, 5 falsa ... in Augustum -a. 5, 5 repetitis adversum nepotem ... -is. 14, 17, 1 *Nucerini Pompeianique* -a, ⌞dein saxa, postremo ferrum⌟ sumpsere. *al.* Paneg. 3, 5, 1 hae voces fuerunt ad inflammanda odia -is omnibus potentiores. Cod. Iust. 2, 6, 6, 1 (*a. 368*) si quis *advocatus* adeo procax fuerit, ut non ratione, sed -is putet esse certandum. *al.* **2** -is *lacessere, onerare sim.*: Plavt. Bacch. 567 etiamne ultro tuis me prolectas -is? Acc. trag. 458 me spernens, incilans -is, sermone indecorans. Cic. Flacc. 48 optimum virum ... -is omnibus maledictisque vexa⟨vi⟩t (Liv. 38, 53, 7). Liv. 23, 45, 5 gravioribus -is increpabat *milites* (32, 7, 7 Tac. ann. 11, 37, 4). 26, 3, 5 omnibus -is onerabatur. 31, 6, 5 laceratus ... -is ... tribunus (*al., v. vol. VII 2, 827, 61 sq.*). Sen. Ag. 980 nata genetricem impie -is lacessit (Svet. Tib. 61, 3 Clavd. 22, 83). Tac. hist. 3, 24, 1 *dux* alios pudore et -is, multos laude et hortatu ... accendens. ann. 5, 7, 2 ne-

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que Caesar ullis criminibus aut -is defunctum insectatus est (FLOR. epit. 4, 4, 2). SVET. Cal. 56, 2 denotare omni -o. GELL. 1, 5, 2 *Hortensius* maledictis compellationibusque ⌞-is⌟ iactatus est (⌞ ⌟ *cod. rescr. A,* probrosis *cett.; tricolon huius formae defendi posse coll. vol. V 2, 878, 34 sqq. putaverimus, de adi.* prober *cogitant alii* [*v. p. 1483, 4*]). 10, 22 tit. de falsae philosophiae -is, quibus philosophos temere incessunt (AMM. 17, 9, 3. 24, 2, 11). *al.* **3** -a *iacere sim.*: OV. ars 3, 49 -a ... qui dixerat *Helenae* ..., mox cecinit laudes (rem. 698 LIV. 45, 37, 6 CVRT. 8, 8, 7. *al.; aliter infra l. 51*). LIV. 28, 24, 8 ab custodibus -a in ... tribunos iacta (*al., v. vol. VII 1, 41, 3. 23 sqq.*). 41, 10, 6 *cum consul* ingessisset -a M. Iunio, quod se dedecoris socium ... fecisset (*al., v. vol. VII 1, 1552, 52 sqq.*). SEN. dial. 2, 11, 3 *servi,* qui -a meditate effundant. TAC. ann. 3, 36, 1 licentia impune -a et invidiam in bonos excitandi. 3, 36, 3 ubi ... -a sibi et minae intendantur. 16, 21, 2 -a in Neronem composita. *al.* SVET. Tib. 54, 2 congestis ... -is (HIST. AVG. Maximin. 22, 7). *al.* **4** *dat. fin.* -o dare: GELL. 1, 5, 1 *Demostheni vestimenta delicata sunt* ab aemulis ... -o data. 6, 12, 4 id ... -o dedit, quod *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 33 inliberalem figuram -o dedit. 104, 27 ut avaritiam -o illi daret. AMBR. off. 1, 18, 68 (*opp.* laudi ducitur).

B *speciatim respiciuntur*: **1** *verba ante pugnam habita ad hostes lacessendos* (*cf. p. 1480, 64*): LIV. 2, 45, 10 *hostes* occursant ..., ingerunt -a (*in eadem re*: FRONTIN. strat. 1, 11, 1 donec milites -is hostium coacti pugnam deposcerent). 2, 45, 15. 25, 18, 8 increpare ... et ... -a in insontem iacere (*detrectantem certamen singulare*). 42, 54, 1 *incolae oppidi* -is ... in ipsum *regem oppugnantem* ... procacibus iaculati sunt (*sunt qui acc.* -a *restituant, sed v. supra p. 765, 73 sq.*). PAVL. FEST. p. 369 velitatio dicta est ultro citroque prob⟨r⟩orum obiectatio. *al.* **2** *carmina obscena, maledica* (*minus probabiliter addas* AVSON. Mos. 167; *v. etiam p. 1487, 50*): OV. fast. 3, 676 cur cantent, superest, obscena puellae, dicere: nam coeunt certaque -a canunt (*cf. Bömer, 1958, ad 3, 675 et 695*). PORPH. Hor. carm. 1, 16, 27 recantari prob⟨r⟩a dicuntur, cum contraria -is carmina fiunt in eum, cui maledixeris.

II *potius de ipsa re vituperanda, flagitiis sim. vel statu inde nato, dedecore, infamia sim.* (*locos quosdam etiam ad I trahere possis, e. g. l. 67. 74; accedit gen. poss.* PLAVT. Aul. 75 PROP. 4, 5, 41. *al. [gen. rei* TAC. ann. 6, 24, 1 -a corporis, *sc. impudici], gen. explicat. l. 52. 60. 63. 73, ceterum cf. enunt. secund. e. g. p. 1482, 4*). *coniungitur cum syn.* dedecus PLAVT. Amph. 882 CIC. S. Rosc. 68 Phil. 11, 36. *al.,* flagitium PLAVT. Bacch. 378 Curc. 198 SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 CIC. Verr. II 1, 82. *al.,* vitium PLAVT. Mil. 423 Rud. 319 CIC. Verr. II 3, 162, crimen CIC. S. Rosc. 48 SEN. Oed. 87. *al.,* facinus CIC. Font. 37 Ps. SALL. rep. 2, 3, 4, *sim. al. (cf. p. 1482, 29); opp.* laus *p. 1482, 18,* gloria *l. 71,* honor *p. 1482, 24.*

A *notione communi*: **1** *generatim*: **a** *quaelibet exempla; respicitur potius*: α *facinus, flagitium sim.* (*exempla selecta inde a* SALL.): NAEV. com. 93 domi (domos *trad.*) patres patriam ut colatis potius quam peregri -a. PLAVT. Curc. 198 flagitium -umque magnum ... expergefacis. Poen. 1241 filias meas celavistis ... :: numquam ... reperies tu istuc -um penes nos. Truc. 763 tua prob⟨r⟩a aperibo omnia. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 omnia mala, -a, flagitia, quae homines faciunt. CIC. Font. 39 in falsam ... -orum insimulationem vocabatur. Verr. II 1, 82 cum ... imperii ... famam tuis -is flagitiisque violaris. SALL. Catil. 37, 5 qui ubique -o atque petulantia ... praestabant. Iug. 44, 5 quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque -a. PROP. 4, 4, 36 (*verba Tarpeiae*) valeat -o Vesta pudenda meo. LIV. 7, 4, 4 iuvenem nullius -i compertum. CVRT. 4, 6, 6 lingua gravius *apud Persas* castigatur quam ullum -um. SIL. 2, 505 (*loq. Fides*) vis colitur ... et -is cessit virtus. QVINT. inst. 1, 3, 17 in quae -a nefandi homines isto caedendi iure abutantur. TAC. ann. 3, 26, 1 vetustissimi mortalium ... sine -o, scelere eoque sine poena ... agebant. VLP. dig. 50, 16, 42 -a quaedam natura turpia sunt, quaedam civiliter; ... furtum, adulterium natura turpe est, ... tutelae damnari hoc non natura -um est *eqs.* CYPR. ad Donat. 10 post libidinum -a. *al.* β *dedecus, ignominia sim.*: PLAVT. Bacch. 378 (*interpol.*) *amicos* ad -um, damnum, flagitium appellere. 974 *filios Priami* omnes lectos sine -o (TAC. ann. 3, 32, 2. TERT. pudic. 18 p. 260, 22 s. macula fornicationis ..., s. -o vilitatis). Mil. 423 te adloquor, viti -ique plena (Rud. 319. *cf. p. 1482, 61*). Truc. 459 lucri causa avara -um sum exsecuta (*v. vol. V 2, 1854, 42*). TER. Andr. 881 ut praeter civium morem ... hanc *feminam* habere studeat cum summo -o. Phorm. 825 quin, si hoc ... patefit, in -o sim (PLIN. nat. 6, 35 *apud Arimphaeos* capillus ... in -o existimatus). CIC. S. Rosc. 68 sumptus effusi cum -o atque dedecore. Verr. II 3, 162 *filium* ex paternis -is ac vitiis emergere. dom. 87 tuum scelus meum -um putas esse oportere? Pis. 32 *discessus meus* cum gloria potius esse coniunctus, quam cum -o putaretur, atque ille dolor meus ... vestrum ... dedecus haberetur (Cato 42 quae *libido* cum -o privato coniungeret imperii dedecus). SEN. Oed. 87 abest pavoris crimen ac -um procul. Thy. 177 ignave ... et, quod maximum -um tyranno ... reor, inulte. PLIN. nat. 6, 90 *reo per appellationem liberato iudicibus prioribus* nullam esse dignationem, gravissimo -o. 18, 13 in quas *tribus urbanas* transferri ignominia esset, desidiae -o (*abl. causae; vix ad l. 5*). 28, 56 ultimo ... -o (*postea*: pudenda re). TAC. hist. 1, 48, 3 *Titus Vinius* servili ... -o respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio ... furatus. *al.*

b *locutiones notabiliores*: α *dat. fin.* -o, *sc.* -o esse, haberi *sim.* (*vix huc l. 2; accedit saepe alter dat.*): PLAVT. Curc. 29 ne id, quod ames, populus si sciat, tibi sit -o (CIC. S. Rosc. 48 *vitam rusticam* -o et crimini putas esse oportere. dom. 87. SEN. epist. 115, 11 ut paupertas maledicto -oque sit. FRONTO p. 238, 9. *al.; pendet struct. verb.*: CIC. Vatin. 5 quanto illis -o futurum sit, si te defenderint. or. frg. A 3, 5 parum potuisse [*opp.* honori]. AVG. civ. 1, 15 p. 27, 18 -o non fuit, quod *eqs.*). SCIP. min. or. frg. Macr. Sat. 3, 14, 7 discunt cantare, quae maiores nostri ingenuis -o ducier voluerunt (*v. etiam l. 34, cf.* in -o *l. 59*). SALL. Catil. 12, 1 paupertas -o haberi ... coepit (SVLP. SEV. chron. 2, 51, 10 -o atque ludibrio). β *variae*: PLAVT. Truc. 160 qui alterum incusat -i, sumpse enitere oportet (*cf. l. 35*). CIC. Font. 37 ut nullum -um, nullum facinus, nulla turpitudo ... obiceretur (*al., v. vol. IX 2, 56, 41. 76; addas* LIV. 23, 3, 11). dom. 76 in isto tuo maledicto -um non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem inlustras meam (*al., v. vol. IX 2, 62, 23 sq.*). SVET. Aug. 65, 1 Iulias filiam et neptem, omnibus -is contaminatas (Vit. 4 Ps. AVR. VICT. epit. 23, 3 EVTR. 8, 22). -um est *c. inf.* (*copula suppl.* TAC.; *cf. l. 10*): ACC. trag. 149 vinci a tali *viro* nullum ⟨mi⟩ est -um. TAC. Germ. 22, 1 diem noctemque continuare potando nulli -um. SOL. 15, 15 numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud Scythas -um est (*sec. Melam 2, 12* inter opprobria vel maximum).

2 *speciatim*: **a** *respicitur stuprum, adulterium, incestum sim.* (*strictius e. g. l. 34. 36, sed saepe a notione generali flagitii, dedecoris sim. distingui non potest; cf.* FEST. p. 229 -um: stuprum, flagitium [*affert* ACC. trag. 384 CAECIL. com. 26. *cf.* -um *iuxta* stuprum *infra l. 36. 44, iuxta* adulterium *l. 44 et* GELL. 10, 23, 3]. MARCELL. dig. 23, 2, 41 pr. -um intellegitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viverent volgoque quaestum facerent, etiamsi non palam): NAEV. trag. 5 eam (*sc. Danaen*) ... esse inventam -is compotem (propri(i)s *trad.*). PLAVT. Amph. 477 *Amphitruo* insimulabit eam *uxorem* -i (*al., v. vol. VII 1, 1912, 4 sq.*). 492 nemo id -o profecto ducet Alcumenae. 869 quam vir insontem -i ... accusat (LIV. 25, 2, 9). 882 me -i, stupri, dedecoris a viro argutam meo. Aul. 75 quo pacto celem erilis filiae -um, propinqua partitudo cui appetit. Bacch. 1166 ⌞-i perlecebrae⌟ et persuastrices, *meretrices* (⌞ ⌟ *sunt qui compos. intellegant; vix recte*). *al.* CAECIL. com. 26 ea tum compressa parit huic puerum, sibi -um (*v. vol. X 1, 401, 55 sq.*). 223 per mysteria hic inhoneste ⟨honestam⟩ gravidavit -o (*nisi rectius ipse fetus intellegitur vol. VI 2, 2268, 84*). CATO orat. 200 si *mulier* cum alieno viro -i quid fecit, condemnatur. ACC. trag. 384 qui, nisi -um, omnia alia indelicta aestimant (*huc traximus sec.* FEST. *l. 28*). CIC. Flacc. 34 cuius de -is, adulteriis ac stupris exstant Acmonensium litterae. Cael. 42 ne *iuventus* -um castis, labem integris, infamiam bonis inferat. CATVLL. 61, 103 in mala deditus vir adultera -a turpia persequens (91, 4). OV. am. 3, 14, 44 *si* fuerint oculis -a videnda meis (*item fere* ars 3, 716). met. 10, 695 vetito temerat sacraria -o *Hippomenes. al.* FEST. p. 241 -um virginis Vestalis ut capite puniretur (*respicitur lex antiqua, quam memorat Cato orat. 199*). VAL. MAX. 6, 1, 2 ne -o contaminaretur domus *Verginii. et saepius.*

b *in vita publica respiciuntur flagitia, dedecora, quae infamia notantur*: α *a iudice* (*cf. partitionem* VLP. *p. 1481, 58*): CIC. Quinct. 9 *praetor* iudicium prius de -o quam de re maluit fieri (*sc. de infamia eius, qui solvendo non est; item*: 46 sponsionem de -o facere). LIV. 40, 46, 14 in -um suum sponsionem factam *esse ab inimico* (LEX Irnit. 9 B 12 *iudicium non dandum* d⟨e spo⟩nsione, quae in -um facta esse dicatur [dicetur *aes*]. *huc spectat fort.* LEX Vrson. [CIL I² 594 add. p. 917] frg. 8 prob⟨rum⟩, *nisi fuit* probr⟨osum⟩). β *a censore*: CIC. rep. 4, 10 cum *Romani* artem ludicram scaenamque totam in -o ducerent, genus id hominum ... tribu moveri notatione censoria voluerunt (*cf. Mommsen, Staatsrecht II 382 sq.*). leg. 3, 7 *censores* mores populi regunto, -um in senatu ne relinquonto. SALL. Catil. 23, 1 Q. Curius ... facinoribus coopertus, quem censores senatu -i gratia moverant. PLIN. nat. 18, 11 agrum male colere censorium -um iudicabatur (*e Catone, cf. Gell. 4, 12, 1* opus censorium). TAC. ann. 11, 25, 3 famosos -is quonam modo senatu depelleret *Claudius.* SVET. Cal. 16, 2. Claud. 16, 1 recognitione equitum iuvenem -i plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit.

B *metonymice* (*cf. etiam l. 41*): **1** *conviciose de ipsis hominibus probrosis*: CIC. Phil. 11, 36 an Antonios potius ornarem, non modo suarum familiarum, sed Romani nominis -a atque dedecora. SEN. rem. fort. 16, 2 quam multae *uxores* ... inter -a matronalis ordinis esse coeperunt. GELL. 9, 2, 9 dolori mihi ... est, quod istiusmodi animalia spurca atque -a nomen usurpant sanctissimum *philosophorum* (*adi. q. e.* prober *agnovit Hertz, Vindiciae Gell. alterae, 1873, 29 sq. multique alii, non maiore necessitate quam supra p. 1480, 29. 1481, 5*). ?**2** *de excrementis*: PLIN. nat. 33,

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

152 *cum* eadem ... materia (*i. argentum*) et cibis et -is serviat (*v. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 244; sed lavantes post concubitum fort. respici monet Jocelyn in plagulis coll. Cic. Cael. 34*).

? inde adi. **prober,** -bra, -brum *notione q. e. probrosus. exempla certa desunt, sed viri docti plerique agnoscunt adi. apud* GELL. *p. 1481, 5. 1483, 73,* PROB. *p. 1480, 29; ceterum sunt qui adi. sec. var. l. vel e coni. restituant locis his*: PLAVT. Most. 407 (408) patronus an cliens -ior siet (*Ritschl, 1893, 178 sec. B man. pr.*; -pior *B man. alt.*, proprior *cett.*; probior *edd. plerique*). IVL. VAL. 1, 8 *mater Alexandri* -am rem fecerat (*duo recc.*, probritatem *T saec. VIII,* -i rem *epit.*). HIST. AVG. Opil. 5, 5 odio Macrini ... propter vitam -am (*Σ,* probam *P,* improbam *P corr.*). SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 176, 11 nonnulla ... -ae narrationis arte composita (probae *var. l.*, probra *edd. vet.; fuitne* prorsae *?*).

deriv.: probrosus; *cf.* probro.

compos.: ex-, opprobro; *cf.* 1. impropero *et p. 1490, 37.* *Brenner.*

[probruunt claustris GLOSS. *corruptum et explicatione carens fortasse pro* proruunt c.: ⟨procurrunt⟩ (*cf. Rufin. hist. 8, 7, 2 p. 753, 27 et Gloss. V 538, 64*).**]**

[probūlus, -ī *m., πρόβουλος, e coni. dubia* IVST. 41, 2, 2 proximus maiestati regum ⌞-orum⌟ ordo est; ex hoc duces in bello ... habent *Parthi* (⌞ ⌟ *v. Gutschmid,* populorum *vel* ipsorum *trad., coni. alii alia*).**]** *Bk.*

probus, -a, -um. [*adi. ital. est: paelign.* pros (< *profs) = probus, *umbr.* pruſe = probē, *cf. etiam osc.* am-prufid = im-probē. *ital.* *probo- *proxima cognatione, fort. etiam communi origine, coniunctum est cum vet. ind.* pra-bhú- (pra-bhŭ-) *'excellens'; vox utraque continet* *prŏ (*v.* 1. prō) *et radicem* *bhu̯ *'fieri'* (*ital.* *fū, *vet. ind.* bhū); *notio originaria fuit fere i. q. 'secunde progrediens (crescens)', cf.* prō-fu-ī. *proƀo- *e* *pro-bhu̯-o- *videtur prodiisse*; *u̯ post consonantem labialem* bh *evanuit*; *-bhu̯-o-, *quod apparet etiam in* super-b-o-, *tribuendum est priscae iam linguae indogerm., cf. enim vet. ind.* á-bhv-a- *'monstrum ingens'. v. Benedetti, I composti radicali latini, 1988, 45 sqq. Fo.*] *de origine*: FEST. p. 229 -i (probri *trad.*) velut prohibi, qui se deli⟨n⟩quendo prohibent. *scribitur* prop- *p. 1484, 3, superl.* -isimus CIL I² 1809 INSCR. reg. Mars. Letta-D'Amato 31; *errore ed.* provus *pro* pronus CE 1389, 6, *v.* INSCR. christ. Gall. XV 101. *notatur* p *vel* pr *saepius in formula iuris p. 1484, 26 et in programm. Pomp. p. 1486, 39 sq., ceterum* pro CIL IX 3876; *de* prb- *v. p. 1484, 2.* NOT. Tir. 19, 92 -us. *de formis: nom. sing. neutr.* -om *vel* -oum *v. p. 1484, 2. compar.* -ior *inde a* PLAVTO, *superl.* -issimus *inde a* CIL I² 1809 (*cf.* prime -us NAEV. com. 1, adprime -us PLAVT. Rud. 735 Trin. 373). *de notione* (*differentiam c.* probrum *v. p. 1480, 22. 28*): GLOSS. -us: *αἰδήμων, δόκιμος, καθήκων, ἐλεύθερος, εὐδόκιμος.* bonus, optimus vel iustus. bonos mores habens. -um: idoneum. -i: probati. *al.* *legitur in nummis antiquissimis (v. p. 1484, 1) et inde a* NAEV.; *frequentat* PLAVT.; *deest e. g.* LVCR., *corp. Caes.,* VERG. (*ut aliis carminibus heroicis*), IVV. [*confunditur in codd. e. g. cum* bonus PLAVT. Pseud. 1144 MART. 3, 44, 18; *falsa var. l. pro* probrum *v. p. 1480, 39* (*restit. l. 31. p. 1484, 53 et e. g.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 28); *e coni. dub. pro* pronus ARNOB. nat. 7, 43 p. 398, 12; *perperam ed. pro* pravus *v. p. 1446, 69.*]

significatur, qui (quod) cui videtur ita esse, ut debeat, sc. fere i. q. bonus, rectus sim. (*cf.* VLP. dig. 21, 1, 19 pr., *qui affert inter ea* quae ad nudam laudem pertinent). *coniungitur vel variat in contextu saepe cum aliis epithetis laudandi, e. g.* bonus (optimus) *p. 1485, 46. 1486, 2. 3. 56. 75. al.,* fidelis *p. 1484, 35. 1485, 44,* frugi *p. 1485, 64. 1486, 75 sq.,* pudicus *p. 1486, 60 sq.,* verus *p. 1484, 65 sq.; opp.* improbus *p. 1484, 39. 41. 1486, 11 sqq. et passim (oxymoron* -a improbitas *p. 1485, 25), ceterum e. g.* infidelis *p. 1485, 36,* malus *p. 1485, 16,* reprobus *p. 1484, 16. 1486, 47; ponitur negatum pro* improbus *e. g. p. 1485, 38. 53. 1487, 3, ironice adhibetur p. 1484, 36. 1485, 37. 1487, 4. al.; occurrit saepius iuxta* probatus, probare, *v. p. 1484, 38. 1486, 4. 13. 1487, 1. 5. al.; in lusu cum nomine proprio* Probi *exstat* HIST. AVG. Prob. 4, 4. 10, 4. 21, 4. INSCR. christ. urb. Rom. 4220 sq. (*v. comm. ad l.*); *haud raro in homoeoprophoris, v. imprimis p. 1484, 58. 1486, 2 sqq. determinatur per abl.* (*cf. p. 1485, 14 et* de *c. abl. p. 1484, 51*): PLIN. epist. 8, 18, 8 moribus (SIDON. epist. 3, 13, 11 PALLAD. hist. mon. I 2 p. 262[A] INSCR. christ. urb. Rom. 4895). DON. vita Verg. l. 36 et ore et animo. INSCR. christ. urb. Rom. 4220 nobilitate (4221). *ceterum accedunt praepos.* ad *p. 1485, 11. 25,* in *c. acc. p. 1486, 57, c. abl. p. 1486, 43* (*vix etiam versu corrupto* PLAVT. Amph. 838), *supin. p. 1485, 13. 1487, 47.* *usurpatur saepius pro subst.: masc. v. p. 1486, 1, fem. p. 1486, 73, neutr. p. 1484, 59. 68 (etiamne 53?). 1487, 23.*

I *vario respectu* (*luditur cum notione morali p. 1485, 10. 25, quae sublucet etiam p. 1484, 35. 51*): **A** *de rebus, quae usui bene accommodatae, bene factae, idoneae sim. sunt*: **1** *corporeis* (*de qualitate p. 1484, 13. 46 sq.*): **a** *manu hominum factis*: **α** *de nummis eorumque materia, specie* (*explicat* FEST. p. 250 '*auri* -i' [*p. 1484, 18*], quod recte excoctum purgatumque sit): Ⓘ *formae dubiae, quas exhibent ipsi nummi aenei antiquissimi Suessanorum et Beneventanorum* (*si quidem huic voci tribuendae sunt*): INSCR. numm. (CIL I² 2, 2 p. 744) n. 24[c] probom (*in aliis legitur* prbom *et* prboum; *de* ou *v. Lindsay-Nohl, Die lat. Sprache, 1897, 283*). *ibid.* 28 propom (*nisi legendum* pompro).

Ⓘⓘ *exempla certa*: Ⓐ *generatim* (*e coni. dub.* PLAVT. Most. 241 Rud. 1313): PLAVT. Bacch. 882 ducentos nummos aureos Philippos -os dabin? (Persa 438 -i numerati. *al., v. l. 15*). Persa 526 -um et numeratum argentum ut accipiat (Rud. 1387. LIV. 32, 2, 2 *a.* -um non esse quaestores renuntiaverant. 38, 38, 13 [*verba foederis*] a. -i talenta. VET. LAT. gen. 23, 16 [cod. 91. *al.; gr. δοκίμου, Vulg.* probati]. *al., e. g. l. 29*). 683 -ae ... argenti ... minae *tot.* MARCELL. dig. 13, 5, 24 quinquaginta (*subst. subaudiendo*). VET. LAT. gen. 43, 23 (cod. 100) pecuniam ([*gr. εὐδοκιμοῦν, Vulg.* probatam]. *al., v. l. 16. 29*). COD. Iust. 11, 11, 1 (*a. 364/67*) ut debiti ponderis sint *solidi veteres* et speciei -ae. *in allegoriis christ.*: HIER. in Eph. 4, 31 p. 517[B] in lege domini meditandum *est* ..., ut ⌞probati trapezitae⌟ sciamus, quis nummus -us sit (⌞ ⌟ *cf. p. 1447, 29*). RVFIN. Orig. in lev. 3, 8 p. 314, 28 *pecunia* quaedam '-a', quaedam vero 'reproba' dicitur *eqs.* (*explicatur sec. Matth. 25, 14 sq. 20, 8 sq.*). Ⓑ *speciatim in formulis iuris: variis*: FEST. p. 250 (*inde fort. suppl.* p. 158) 'puri, -i, profani, sui auri' dicitur in manumissione sacrorum causa. TAB. cer. Herculan. 59, 9 *tot* HS ... numer⟨atos⟩ ⟨prob⟩os ⟨accepisse⟩ et habere se dixit (*suppl. sec.* CHART. lat. ant. III 200, 13 [*a. 166*] *tot* denarios ... -os recte n. a. et h. dixit). GLOSS. III 229, 8 sicut accepisti, -um redde (*gr. δόκιμον, sed δοκίμως ibid.* 213, 14): -os recte dari *nummos* (*denarios sim.*): TAB. cer. Pomp. (Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3 p. 26) 2, 9 (*a. 37*) sester(i)a decem milia ... ⌞p(roba)⌟ r(ecte) d(ari) stipulatus est (⌞ ⌟ *vix adv.* p(robe), *v. p. 1490, 4; item notatur e. g. ibid.* [p. 27] 5, 7. Herculan. 82, 7. Dac. [CIL III p. 935] 5 int. 1 [*a. 162*] *denarios* p(robos) r. d. f(ide) rogavit). *ibid.* (Année Épigr. 1973 n. 157; *a. 51*) sestertia ... *tot* millia nummum ... -a r. d. *ibid.* (CIL IV 3340) 154, 2 (*a. 61*) argentum -um. *al.* Dac. (CIL III p. 959) 25 int. 12 (*a. 160*) pecuniam. PAVL. dig. 12, 1, 40 (*in cautione*) haec quindecim *mutua. al.*

β *de variis*: PLAVT. Merc. 901 ubi illa *amica* est? :: in nostris aedibus. :: aedis -as, si tu vera dicis; pulchre aedificatas arbitro (*hyperbolice in exclamatione gaudentis*). Rud. 799 duas clavas ..., sed -as *affer.* CIC. ac. 2, 100 *si quis* proficiscatur ... -o navigio, bono gubernatore. APVL. met. 1, 14, 7 illae -ae et fideles ianuae, quae sua sponte reseratae nocte fuerant, ... aegerrime ... patefiunt (*cum ironia quadam; vergit ad II*). *technice de opere, quod magistratibus inspicientibus probatum est* (*cf. p. 1461, 66*): LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 3, 11 quod ... probaverint, -um esto, quod ieis (*nom.*) inprobarint, inprobum esto.

b *quibuslibet* (*saepius de alimentis*): PLAVT. Mil. 728 quae -ast mers ([*opp.* improba, *v. p. 1205, 60 sq.*]. Poen. 342 -a m. facile emptorem reperit). 760 -us hic conger frigidus⟨t⟩, remove. Most. 730 vino et victu, ⌞piscatu -o⌟, electili vitam colitis (⌞ ⌟ -o, piscatu *Gulielmius*). Poen. 915 (*in imag.*) -a materies data est, si -um adhibes fabrum (Ps. ASCON. Verr. p. 253, 19). LVCIL. 707 non magno messe, non -a vindemia. ACC. trag. 234 -ae ... fruges (*opp.* segetem ... deteriorem). COLVM. 3, 2, 7 -i gustus vina (*cf.* arb. 3, 7 firmum -umque saporem vini). 12, 52, 22 -um et cibarium oleum. arb. 3, 6 aptissima ... terra ..., -us ... ager ..., aeque utilis ... terra. PLIN. nat. 11, 159 os -um duriusve *est* animal generantibus (*de moribus dictum esse, ut p. 1487, 27, putant Ernout-Pépin ad l. vix recte; postea*: ora apertiora *ferarum*). TERT. pall. 2, 2 mari *est* fides infamis, dum ... de tranquillo -um *subito saevit.* *nomen est libi cuiusdam*: PAVL. FEST. p. 228 Punicum: genus libi ...; id etiam appellabant -um (probrum *codd.*), quia erat ... suavissimum.

2 *incorporeis, quae bonae, rectae sim. sunt*: **a** *sec. rationem artium variarum* (*accedit respectus veritatis maxime l. 64 sq.; falsa var. l. pro* probat SEN. dial. 10, 10, 1, *loco fort. interpol.*): NAEV. com. 1 Acontizomenus fabula est prime -a (*cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 28 carmen). CIC. off. 3, 15 quod insit in his *poematis, picturis sim. non perfectis* aliquid -i (*opp.* vitii). FRONTO p. 97, 2 paronomasia ... non absurda nec frivola, sed -a et eleganti. GELL. 1, 2, 6 iuvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operae -ae. 1, 7, 17 *id non* soloecismum esse ..., sed ratione[m] dictu⟨m⟩ certa et -a (1, 16 tit. r. certa et -a grammaticae disciplinae [*ibid. 9* recte et probabiliter]. *cf. p. 1485, 3*). 1, 25, 3 lepidae magis ... brevitatis ... definitio quam plana aut -a esse videtur. 2, 7, 10 vera et -a *sententia* (*cf. l. 74; item coniungitur*: 12, 5, 13 vera et -a fortitudo). 3, 14, 12 verbum non -um (*tit.* vitiose dicere). *al.* CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 141, 14 hoc ... -um, quod eatenus dissertavimus ..., sat foret, ni *eqs.* (*n. pro subst. de recta argumentatione*). **b** *sec. quamlibet rationem*: PLAVT. Cas. 964 si vis subigitare me, -ast occasio. Men. 132 (*130* pallam surrupui, ad scortum fero) hoc facinus pulchrumst, hoc -umst, hoc lepidumst, hoc factumst fabre (*vix per ironiam ad II*). Persa 674 *in decipiendo lenone* dedisti ... operam adlaudabilem, -am et sapientem et sobriam. GELL. 18, 3, 5 si -a istaec et honesta sententia est (*in contione prolata*). TERT. nat. 1, 4, 1 sectam de ⌞auctoris⌟ appellatione⟨m⟩ mut⟨u⟩ari ... -um usitatumque ius est (⌞ ⌟ *subaudias* ap-

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pellatione). anim. 57, 2 animas ... iusta aetate sopitas, etiam -a morte disiunctas (*opp. ibid. 1* ahoros, ... biaeothanatos). AMM. 15, 5, 19 *Vrsicinus* -is quidem, sed insidiosis rationibus petebatur *dux.*

2 *causa externa (fere vi inlata; ebrietate l. 69, natura loci l. 66. 70)*: HOR. carm. 4, 6, 11 *Achilles* velut icta ferro pinus ... -it late. LIV. 26, 39, 17 *quidam hasta transfixus* -it ante proram. 42, 15, 10 *Eumenes saxo ictus* sopitusque ex semita -it (proclivit *trad.*) in declive. TAC. hist. 2, 68, 2 *in certamine luctandi* legionarius -erat. 2, 88, 3 ubi lubrico viae vel occursu alicuius -issent *milites.* ann. 1, 13, 6 Tiberius casu an manibus *Haterii supplicantis* ... impeditus -erat. VET. LAT. Iudith 13, 2 (cod. 151, *sim. al.*) Holofernes *ebrius* -erat super lectum (*Vulg. 13, 4* iacebat). AMM. 15, 10, 4 *per praecipitia* descendentes ... homines et iumenta -unt et carpenta. *al.*

B *de partibus corporis*: **1** *de umoribus profluentibus*: ELEG. in Maecen. 2, 13 ex oculis aliquis tibi -et humor (*cf.* SEN. dial. 2, 17, 1 lacrimae -erunt [4, 3, 2]). CHIRON 460 de veretro ... guttae -unt.

2 *de membris prolabentibus, loco motis*: **a** -*it* oculus (pupilla *p. 1529, 4*): CELS. 6, 6, 1[D] *si o.* ruptus -it (*Krause*; -ced- *trad., quod fort. recte*

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

def. Marx coll. Hippocr. prorrhet. 2, 19 ἔξω ... εἶναι). 6, 6, 8[G] ut *inflammatio* oculos sua sede propellat: proptosin id, quoniam oculi -unt (-ced- *var. l.*), Graeci appellant. 6, 6, 9[C]. PLIN. nat. 20, 211 (-ced- *fere trad.*). 23, 70 -enti ... pupillae. 24, 118. *al.* **b** *-unt varia*: CELS. 6, 18, 10 si anus ipse, vel os vulvae -it (*postea*: quod provolutum est. *inde* ORIBAS. syn. 9, 17 add. 43 Aa p. 306 -ced-. *ad rem cf. l. 9 et* PLIN. nat. 27, 85 ne sedes -at [*Theophr. hist. plant. 9, 8, 6 ἐκπίπτειν*]. 29, 41 si quid ibi -at. *al.*). 7, 7, 8[A] palpebrae ... cutis relaxatur et -it. 8, 12, 3 si una parte -it *maxilla* (*ibid. 4* prolapsa). 8, 17, 2 *os* in ... latus -it. PLIN. nat. 21, 130 sede -ente vulvave (22, 31 -entes ... v. et ... sedes ... resilire cogit *urtica*. 22, 51. *al.*). 22, 145 *lens* glutinat et interanea -entia (*al., v. vol. VII 1, 1249, 50 sq.*). CHIRON 323 lingua -et foras (CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3). 385 veretrum. *al.; cf. p. 1498, 71.* *neutr. plur. part. praes.* -entia *pro subst.* (*addasne p. 1527, 65 sq.?*): PLIN. nat. 30, 69 (*de sedis vitiis*) -entia ibi sucus coclearum ... repellit.

3 *de fetu eiusve membris ex utero eiectis* (*subi. supplendo l. 19*): PLIN. nat. 7, 45 in pedes -ere (-ced- *var. l. et Sol. 1, 65*) nascentem contra naturam est. 32, 6 lubricos partus atque -entes continere. STAT. Theb. 2, 617 dum ... trahit ... taurum *Baccha quaedam gravida* ..., -it impulsus nimiis conatibus infans. CAEL. AVR. gyn. 1, 103 ⌞quando matrix aperit se⌟ et -it (*sc. fetus vel eius membrum.* ⌞ ⌟ *e Soran. p. 24, 8*). 2, 85 *si* -ant manus (*gr. p. 138, 30 προβέβληκε χεῖρας, Soran. p. 86, 5* foras eiecerit). *al. ibid.*

C *de variis rebus; -unt*: **1** *aedificia corruentia vel eorum partes decidentes* (*de urbe v. l. 42*): LIV. 21, 8, 5 tres deinceps turres quantumque inter eas muri erat ... -erant (21, 14, 2 t. diu quassata -erat. CVRT. 9, 8, 12. AMM. 21, 12, 10 in flumen). 26, 23, 4 Victoria (*sc. statua*). 31, 46, 15 muri ... pars ariete incusso subruta ... -erat. 39, 7, 8 malus in circo instabilis in signum Pollentiae -it (-ced- *codd. plerique*). SEN. nat. 2, 59, 3 ruinarum subito lapsu -entium pondera. TAC. ann. 15, 40, 1 delubra deum et porticus ... latius -ere *incendio*. GELL. 10, 1, 9 *scaena*. IVL. VAL. 2, 27 p. 95, 6 *imago*. **2** *res quaelibet* (*e coni. dub.* IVL. VAL. 1, 43 *v. p. 1498, 40*): LIV. 35, 21, 6 saxum ingens ... imbribus ... labefactatum in vicum Iugarium ex Capitolio -it. FEST. p. 165 in gremio posita, cum in oblivionem venerunt [pro] exsurgentium, -unt. SEN. nat. 4, 7, 2 *quod tempestate* segetes -issent. PLIN. nat. 16, 15 (*e lege XII tab.*) glandem in alienum fundum -entem. TAC. hist. 2, 78, 2 cupressus ... repente -erat ac postera die ... resurgens ... virebat. GELL. 17, 11, 4 ne potus cibusve ... -ret ex ore labereturque in *asperam arteriam*. AMM. 15, 10, 4 carpenta (*v. sub A2*).

II *in imagine et translate*: SEN. epist. 114, 11 orationis licentia ... ostendit animos quoque ... -isse. TAC. ann. 4, 18, 1 quanto maiore mole -ret *Silius belli victor,* plus formidinis in alios dispergebatur. AMM. 23, 3, 6 equus Babylonius nomine ... consternatus *iacuit* ...; quo ostento laetior *Iulianus* exclamavit ... Babylona humi -isse.

deriv.: 1. procidentia, prociduus.

2. prōcīdo, *sc. p. p. p.* prōcīsus, *a* pro *et* caedere, *trad.* NOT. Tir. 11, 66 *in serie compositorum verbi caedendi. vix addas inf.* -ere SEV. MALAC. euang. 9, 16 (procedere *edd., v. Bischoff-Schetter-Zwierlein, Abh. Münch. Ak. 109, 1994, 98 ad l.*). *Marchionni.*

prōciduus, -a, -um. *a* 1. procidere. *i. qui procidit: ex statu erecto, celso*: PLIN. nat. 16, 133 salice -a atque detruncata (*cf. 16, 131 arbores* prostratas). STAT. Theb. 3, 128 *mulieres* -ae super externosque suosque *mortuos* (SCHOL. paene cadentes, id est ruentes in faciem). LEO M. serm. 68, 4 gratiam dei -is (-clivis, -clivibus *var. ll.*) corporibus atque animis adoremus. SIDON. carm. 23, 415 *auriga* curru praecipitatus obruente ... turpans -am cruore frontem. *e sede sua*: PLIN. nat. 20, 211 *portulaca* imponitur umbilico ... ⌞-o⌟ (procul dubio cibo duo *var. l.*). 21, 151 sedem -am quaeque et alia ibi sint vitia.

prōcieo (-cio), -cīvī, -citum (-cītum), -ēre (-īre). [*a* pro *et* ciere; *huic composito tribuas etiam formam* prōcitum *sec.* PAVL. FEST. *l. 63, qui primam syllabam longam testari videtur distinguens* prŏcitum (prŏcāre); *cf. Seldeslachts in: Misc. ling. graeco-lat. ed. Isebaert, 1993, 215. Fo.*]

i. q. foras citare, provocare: **1** -tum testamentum (*potestne cogitari de testamento in disceptationem vocato, oppugnato?*): PAVL. FEST. p. 225 '-tum t.' dicebatur velut ⌞procatum⌟, provocatum, id est irritum ac ruptum; procitum, cum prima syllaba corripitur, significat petitum (*affert Liv. Andr. trag. 14, locum vix huc trahendum, v. sub* proco. ⌞ ⌟ *intellegam potius formam contractam* [*cf.* provorsus *et* prorsus] *quam p. p. p. ad verbum q. e.* procare *referendum*; procitum *trad.*). **2** *exempla cetera*: PAVL. FEST. p. 225 procitant: provocitant; citare enim vocitare est; unde -cet (*pro* -cit*?*) et -ciet. GLOSS. (*trad. saepius* proic-) -ciet: vocat. -vimus: provocavimus. -cientur: provocentur.

procila *v.* procedila.

ad **procīmenum** veniamus CONC.[S] I 5 p. 109, 18 (*gr. I 1, 2 p. 51, 8 προκείμενον, aliae vers. I 2 p. 63, 10 et II 3, 1 p. 227, 16* ad propositum).

procinācia *v.* por-.

prōcīnctuālis, -e. *a* 2. procinctus. *i. q. pertinens ad eum, qui in procinctu est, sc. ad eius habitum militarem*: CASSIOD. var. 6, 22, 3 -is ornatus *comitis militaris.* 8, 10, 1 nec discincta iacet *senatoris* toga iam -is effecta (provincialis *var. l.*). 10, 31, 1 inter -es gladios *regem esse electum* (*cf. 7, 1, 1* gladio bellico). *Bk.*

1. prōcīnctus *v.* procingo.

2. ※**prōcīnctus,** -ūs *m.* *a* procingere. *scribitur* procint- *fere in var. l., e. g.* CYPR. Fort. 8 p. 329, 16 PETR. CHRYS. serm. 27, 1; *litteris gr. fort. p. 1533, 4.* *genere neutr.* IORD. Get. 190 felix -um (-s *var. l.; addas l. 14. 15, nisi est acc. masc.*). *de formis: abl. sing.* -o *hic illic in codd., e. g.* RVFIN. hist. mon. prol. 11 FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 30, 19 GREG. TVR. Franc. 10, 2 p. 483, 13. 10, 9 p. 491, 19 GREG. M. in Ezech. 1, 8, 5. *de notione* (*v. etiam l. 28 sqq. 51. p. 1531, 45; in veriloquio nominis hebr.* Gad [*gen. 30, 11*] HIER. quaest. hebr. in gen. p. 46, 4 sq. [*inde* ISID. orig. 7, 7, 15]): GLOSS. -um: apparatum. -s: bellum seu praeparatio pugnae. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1724 -um belli: apparatum pugnae. *legitur in formula prisca l. 28 et inde a* CIC. (*in prosa oratione praeter* OV. [*semel*], PRVD. [*quinquies*]), *sc. maxime* in -u (*v. IA infra*), *plur. non nisi p. 1532, 18; frequentant* AMM., IORD. [*variat in codd. maxime cum* praecinctus, *e. g.* PLIN. nat. 8, 181 CYPR. Fort. 8 p. 329, 16 Ps. PHILO antiq. 5, 4; *e coni. dubia* AMM. 29, 4, 5, *v. p. 1532, 54.*]

I *notione originaria, i. q. actio procingendi, parandi et status inde ortus, sc. habitus expeditus et paratus* (*notio strictior cingendi, sc. vestimentis, armis sim., apparet in definitionibus l. 28 sqq., ceterum respicitur maxime p. 1531, 9. 26. 35, cf. etiam IIC. accedit gen. indicans, quo spectet praeparatio l. 72. p. 1531, 15. 26. 57. al. [cf. adi. p. 1531, 22], quibus armis fiat p. 1531, 3. 20. 29.* in -u *fere pro attributo l. 40*): **A** *iunctura* **in -u** (*cf. p. 1531, 66. 1532, 1. 9. al.*): **1** *strictius in -u sunt milites parati ad pugnandum* (*animalia l. 70*). *definitiones*: PAVL. FEST. p. 77 endo -u (*cf. l. 34*): in -u; significat autem cum ex castris in proelium exitum est, procinctos, quasi praecinctos atque expeditos; nam apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur (*cf.* SERV. auct. Aen. 7, 612 veteres Latini ... praecinctis togis bellabant, unde etiam milites in -u esse dicuntur). GAIVS inst. 2, 101 in -u *eqs.* (*v. l. 50; inde* ISID. orig. 10, 218. GLOSS. V 137, 25 in -o). GLOSS.[L] II Philox. EN 2 endo ⟨-u⟩: *ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ.* IN 389 in -u: *ἐν προτομῇ πολέμου στῆναι μετὰ ἐσθῆτος ὑπατικῆς ἤτοι διαθέσθαι ἐν παρατάξει πολέμου.* V Aa 1 590 in -u: in acie seu armatus. GLOSS. in -u: *ἐν παρατάξει.* in apparatu. in expeditione. in militia. *al.*

a *technice respicitur genus testamenti, quod factum est in ritu sollemni procingendae classis* (*v. p. 1532, 57; iunctura* in -u testamentum facere *praeter usum attributivum l. 43. 54; addasne p. 1532, 75?*): CIC. de orat. 1, 228 tamquam in -u (im promptu *var. l.*) testamentum faceret sine libra atque tabulis. nat. deor. 2, 9 *omissa iam a ducibus augurii disciplina* in -u testamenta perierunt. SABID. Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 241 ea mora, *dum auspicia caperentur,* utebantur, qui testamenta in -u facere volebant. FEST. p. 249 ⟨testamen⟩ta in -u fieri ⟨dicuntur⟩ (*suppl. Müller*). PAVL. FEST. p. 109 in -u factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus. VELL. 2, 5, 3 facientibus ... omnibus in -u testamenta, velut ad certam mortem eundum foret. GAIVS inst. 2, 101 testamentorum ... genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant ... aut in -u, id est cum belli causa arma sumebant; ⌞-s est enim expeditus et armatus exercitus⌟ (*spectat ad IIA1. item distinguuntur genera*: 2, 102. GELL. 15, 27, 3 alterum *genus, quod fieret* in -u, cum viri ad proelium faciendum in aciem vocabantur. VLP. reg. 20, 2 alterum *genus* quod in -u ... appellatum est).

b *vario usu*: **α** *quaelibet exempla*: OV. Pont. 1, 8, 10 quo ... magis nostros venia dignere libellos, haec in -u carmina facta leges (*cf. 5* vivimus assiduis ... in armis). TAC. hist. 3, 2, 1 *victores* neque ... in -u et castris habitos (*addasne p. 1531, 66? cf. p. 1531, 39*). CIL VIII 2465 (*a. 198; sim.* 2466) vexill(atio) ... morans in procinct(u). CHAR. gramm. p. 406, 10 (*in serie locutionum*) in -u stant parati (AMBR. in psalm. 1, 27, 2 NICET. psalm. 1 l. 8. *cf. p. 1531, 8. 23. 42. al.*). AVSON. 21 (419 S.), 52 *tu consulatus mei curam egisti* in -u et cum maxime dimicaturus. VEG. mil. 3, 8, 14 pars peditum ... ante fossam in -u armata consistit. HEGES. 5, 27 p. 364, 4 in -u positos feriatis animis expectare, ut fames pro nobis dimicet (RVFIN. hist. 2, 20, 6 *sicarios timet civis* quasi in -u semper positus [*gr. καθάπερ ἐν πολέμῳ*]. MAX. TAVR. 69, 1. CASSIOD. Ios. antiq. 9, 189 p. 271 cum ... praepararetur ad proelium et iam videretur positus in -u [*gr. μέλλοντος ἐξορμᾶν*]. *cf. l. 75. p. 1531, 24. al.*). RVFIN. hist. 11, 1 p. 1001, 3 cum in -u esset exercitus (OROS. hist. 7, 3, 9 CASSIOD. var. 2, 5, 2. *cf. l. 32. p. 1531, 37*). *al.* *respiciuntur animalia* (*cf. p. 1532, 18*): PLIN. nat. 8, 181 *noscitur generositas taurorum* cornibus in -u dimicationem poscentibus. EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 5 ciconias in -u positas. **β** *accedit gen.*: PLIN. nat. 6, 66 regi LX peditum, equites M, elephanti DCC in -u bellorum excubant ([*Sol. 52, 8* in apparatu belli]. RVFIN. hist. 3, 5, 1 Vespasiano ... posito ... in -u belli, quod Iudaeis intenderat [*gr. ταῖς κατὰ Ἰου-*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δαίων παρατάξεσιν]. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 11 in expectatione adque -u b. civilium constitutus. PETR. CHRYS. serm. 27, 1. *cf. l. 26; aliter p. 1532, 33*). PS. PHILO antiq. 5, 4 omnes in -u armorum positi. PS. CHRYSOST. hom. I 917[D] in -u proelii.

2 *laxius et saepe per imaginem vel comparationem respiciuntur*: **a** *quicumque parantur vel parati sunt*: α *homines promptι*: Ⓘ *ad quidlibet faciendum*: QVINT. inst. 12, 9, 21 *oratorem* armatum semper ac velut in -u stantem non ... oratio ... deficiet (CYPR. Fort. 8 p. 329, 16 nos paratos semper esse debere et expeditos in -u firmiter stare *exspectantes dominum* [*sec. Luc. 12, 35* sint lumbi vestri accincti *eqs.*]). APVL. met. 11, 6, 1 sacerdos in ipso -u pompae roseam ... gestabit coronam. HIER. in eccles. prol. l. 6 in -u nostri operis subita morte subtracta est *Blesilla*. PS. HIER. epist. 19 p. 197[B] in -u baptismatis indumento nudati. PELAG. epist. ad Demetr. 16 ad regis imperium ita omnes parati sunt et in -u oboedientiae constituti, ut etiam optent iuberi (MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 52, 15 omnes sumus in sollicitudine et in -u laboris c. ad hos corrigendos [*gr. I 1, 1 p. 24, 20 ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, aliae vers. I 2 p. 36, 36* in anxietate et laboribus, *I 3 p. 16, 30* in certamine et laboribus]). Ⓘⓘ *ad certamen spiritale* (*usu christ., cf. l. 9; quaedam etiam ad IIA 1 trahi possunt, e. g. l. 28*): HIL. in psalm. 56, 8 velut in -u spei fideique ... propheta consistit dicens 'paratum cor meum, deus'. AMBR. Isaac 4, 16 anima tamquam in -u bellico sita bonam exercet militiam. HIER. epist. 130, 8, 1 quasi in -u et in acie stamus semper ad pugnam. tract. in psalm. II p. 358 l. 90 ego ... stans in acie et in -u positus initum non omitto certamen (RVFIN. hist. mon. prol. 11 Orig. in num. 26, 2 p. 244, 2. CASSIAN. inst. 1, 1, 1 monachum ut militem Christi in -u semper belli positum accinctis lumbis ... incedere). PAVL. NOL. epist. 7, 3 in cuius *expeditionis christianae* -u cotidie ad frugalitatis annonam militamus. EPIST. pontif. 339 Migne 20, 670[B] ut talibus ambitionibus ... in -u fidei constitutus occurreres (PETR. CHRYS. serm. 12, 2. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 30, 19 in -u militiae [-o *cod. unicus*]). CHRYSOST. hom. V 1001[B] (1 l. 80 D.) *diabolus* te nunc in -u certaminis, cum quo luctari coeperas, elisit (*gr. ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν ἀποδύσασθαι*). *al.* Ⓘⓘⓘ *ad iter faciendum*: PS. NICET. pasch. 6 p. 110, 17 (*respicitur exod. 12, 11*) lumbos praecipit zona constringi ..., calciamenta in pedibus esse ...; stare ergo nos in -u oportet similes hominibus profecturis. SEV. MINOR. l. 713 cum iam in -u itineris constituti civitate digrederemur. SIDON. epist. 2, 9, 10 ipsi in -u sumus (*sc. mox profecturi*).

β *animus et res fere ad homines pertinentes* (*sc. quae iis in promptu sunt*): SEN. clem. 1, 1, 4 severitatem abditam, at clementiam in -u habeo (QVINT. inst. 10, 1, 2 nisi ... in -u paratamque ad omnis casus habuerit eloquentiam. PS. QVINT. decl. 3, 1 ut nesciret *miles* sibi mortem in -u habendam). dial. 11, 11, 3 in -u stet animus et ... numquam timeat *mortem* (epist. 74, 30 honestum ... securum et expeditum est, interritum est, in -u stat). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. i 24 in mundo: in expedito vel ad manum, ⟨in⟩ -o.

b *qui rebus aliis intenti impediuntur in scribendo* (*fort. sec.* OV. *sub A1b; cf. l. 61*): AMBR. fid. 3, 1, 1 quasi in -u positus duos tantum conscripsi libellos. HIER. epist. 112, 1, 2 ante triduum, quam profecturus erat, a me epistulas flagitavit, ut paene in -u haec, qualiacumque sunt, effutire compellar et tumultuario respondere sermone. 118, 1, 2 *epistulam* in -u effusam putes et *iuveni* abire cupienti ingestum viaticum.

B *exempla cetera*: PLIN. nat. 23, 41 *quibusdam* vigorem ... animi ad -um tendentibus. HIL. trin. 8, 3 totos se ad beatae spei alicuius obtinendam ... rem ... praeparare, ne in aliquo minor sit exspectatione -s. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 19 p. 231, 32 *in obsidione non* defuisse vigilum excubias, -um iuvenum et custodientium vigilias (*nisi ad IIB*). PRVD. psych. 606 solvite -um, iusti, et discedite ab armis. *c. gen. rei parandae*: HEGES. 5, 27 p. 362, 24 cui *agricolae* -s (prae- *var. l.*) laboriosior messis quam segetis, vindemiae quam putationis. HIER. epist. 85, 6 ab ipso -u et ⌞interpretationis⌟ exordio ... necessitas me retraxit (*si* ⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ*). PS. HIER. epist. 19 p. 189[A] -s itineris mei ... perfectionem *epistulae* ... invidit (RVRIC. epist. 2, 4 p. 375, 16 me ... ab i. -u infirmitas corporis ... retraxit. *cf. l. 36*).

II *notione deflexa significatur*: **A** *coetus militantium*: **1** *in bello* (*de exercitu angelorum* PRVD.; *v. etiam supra l. 19 et definitionem p. 1530, 51*): GELL. 1, 11, 7 (*sim. ibid.* tit.) Alyattes ..., ut Herodotus in historiis tradit, ... feminas ... tibicinas in exercitu atque in -u habuit (*nisi ad IA; aliter Herod. 1, 17*). AMM. 18, 2, 17 mirabatur ... apparatum ambitiosi -us. 27, 8, 10 desertores ad -um vocabat (*nisi ad B*). PRVD. ham. 915 *Iohannes in apoc.* -um videt angelicum. CASSIOD. var. 11, 1, 12 macte -s Gothorum (provinctus, provinciis *var. ll.; antea*: iuste productus exercitus). chron. II p. 157, 1270 Maiorianus in Africam movit -um (IORD. Get. 130 rex Hunnorum in Ostrogothorum parte movit -um [partem *var. l.*]. 226 Attila in Alanos. Rom. 277 *Caracalla* contra Persas. *et saepius apud eundem*). IORD. Get. 165 cui ... rex Gothorum non cum minori -u ... occurrit. *al.* **2** *in aula imperatoria*: SYMM. epist. 1, 39 propter occupationes, quae te in -u aliquantisper tenebunt. 8, 48 postquam te honor aulicus in -um vocavit. rel. 21, 3 *populus Romanus crimen* miratur in -u creditum, quod Roma nescit admissum.

B *bellum, militia sim.* (*animalium* SOL. *sub 1b; cum gen. explic. l. 11. 39. 42, inhaerentiae l. 32; pro syn.* expeditio *l. 16,* bellum *l. 29, opp.* pax *l. 25*): **1** *proprie, sc. vel sensu generali vel cum respectu certae cuiusdam pugnae, expeditionis sim.* (*qui respectus magis patet, cum vel indicatur locus sim., quo -s fit [e. g. l. 13. 24], vel pron. sive numerus accedit [l. 17. 20. 21], vel* -s *pluraliter adhibetur* [*sub b*]): **a** *iunctura* in -u: INSCR. Année Épigr. 1956 n. 124, 4 (*ex Numidia, saec. II ex.*) M. Valerio Maximiniano ... misso in -u Germanic(ae) exped(itionis) ad deducend(um) *naves* (*si recte gen.* e. *intelleximus coll.* ALC. AVIT. epist. 91 in ipso susceptae e. -u). *ibid.* 8 in -u Germanico (*cf. 22* expeditione secunda Germanica). 1957 n. 249 (*ex Numidia, saec. II/III*) *quidam* def(unctus) Brittaniae in -u. HIST. AVG. Alex. 51, 5 in -u atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit (*item iuxta ponitur* expeditio: AVG. in psalm. 131, 10. *cf. l. 13*). GREG. TVR. Franc. 10, 9 p. 491, 19 quod in hoc -o Beppolenus abiret. *al.* **b** *cetera exempla* (*plur. l. 20. 22. 28. al.*): SOL. 32, 33 aves ... in -um eunt universae et ... in aëre occursant catervis *anguium pennatorum.* SYMM. or. 1, 23 inter has belli artes externosque -us. AMM. 15, 4, 1 ad quem -um imperator egressus in Raetias ... venit. 17, 13, 31 quadruplex ... praemium, quod unus -s absolvit. 18, 5, 1 -us tempore (22, 4, 6). 18, 9, 3 post consummatos civiles -us. 19, 2, 6 turmarum processu in -um ... tendentium (24, 2, 5). 20, 8, 1 per orientales ... -us. 23, 1, 7 inter ipsa ... exordia -us Parthici disponendi. *et saepius apud eundem.* PRVD. c. Symm. 1, 461 seu nos -s maneat, seu pace quietas dictemus leges. COD. Theod. 2, 10, 6 sub tali forma quam militantibus ex iure -us cinguli praerogativa detulit. 6, 24, 2 armis gestandis et -bus bellicis idoneos non esse. 7, 8, 13 milites ex -u redeuntes vel proficiscentes ad bella. ENNOD. epist. 9, 30, 5 p. 253, 1 quasi sit *mens dei* ignara -uum. *al.*

2 *in imag. vel translate apud Christ. significatur certamen spiritale*: ASTER. ad Renat. l. 276 adest in -u certaminis iustus (*gen. inhaerentiae, nisi ad IA; cf.* GREG. M. in I reg. 3, 164 -um ... belli et gaudia remunerationis). AVG. in psalm. 70, serm. 1, 7 l. 19 ut in -u exercitus tui armatus fide ... confligerem. EVCHER. epist. ad Val. p. 722[B] carnis desideria ... 'militant adversus animam' (*I Petr. 2, 11*), omnisque illis in perniciem nostram clademque -s est. APON. 8, 65 veritatis ... armis accincta anima ... nihil metuit in -u contra hostes suos. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 10 castra praedicantium, qui ... pro colligendis animabus in sancti operis -u laborant (*cf.* moral. 20, 12 in -u bonorum operum). moral. 30, 14 (*cf. num. 10, 2 sqq.*) per duas ... tubas exercitus ducitur, quia per duo praecepta caritatis ad -um fidei populus vocatur (*inde* ISID. expos. in num. 12, 13).

*?***C** *res cingens (si notio agnoscenda, quam alii intellegunt etiam p. 1531, 11. 57): de vestimento*: APVL. flor. 14, 6 coram ... virginem inminuisset ..., ni Zeno -u ⌞palliastri⌟ circumstantis coronae obtutum ... defendisset (⌞ ⌟ *fortasse gen. explicativus.* proiectu *Fulvius,* protentu *Oudendorp*). *de vallo* (*nisi latius de locis circumiacentibus intellegendum*): NEPOTIAN. 16, 1 scortorum duo milia ... e -u loci eius, *sc. castrorum,* eiecta sunt (praecinctu *Gertz, haud aptius*).

deriv.: procinctualis.

prōcingo, -cīnctum, -ere. *a* pro *et* cingere. *inter verba III[ae] coniug.* CHAR. gramm. p. 477, 32 -o. *item trad. formae act. infra sub 2.* [*loco dubio*: AMM. 29, 4, 5 † exsiliente -ti † pergebant ulterius (*sic cod. V*; e. luna -ti *Gelenius,* e. ⟨lucifero urgente⟩ procinctu *Heraeus et edd. recentiores; an legendum* e. ⟨lucifero⟩ -ti*?*); *falso trad.* AMM. 31, 12, 1 Traianus -tus est (recinctus *Valesius, edd.*).]

1 *in re militari* (*non nisi p. p. p.* -tus). *si vestigia usus verbalis* (*v.* LEX *infra [accedente abl.* auspicio, *ni fallimur] et* GELL. 1, 11, 3) *bene intelleximus, notione originaria* -i *videtur dictum esse de militibus, qui iussu ducis se cingentes producuntur in aciem (sc. auspicato et ritu quodam sollemni, cf. Sabid. Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 241 et e. g. Karlowa, Röm. Rechtsgesch. II, 1901, 852); postea ritu abolito (cf. p. 1530, 42) p. p. p.* -tus *usurpatum est fere pro adi. notionis q. e. cinctus, paratus.*

a *usu communi*: classis -ta: LEX reg. Fest. p. 189 cuius auspicio classe -ta opima spolia capiuntur, *is sacrificium facito. al., v. vol. III 1281, 75 sqq.; omisso subst. huc spectare videntur*: FEST. p. 249 (*sec. supplementa Ursini*; -ta ... ⟨toga⟩ *Müller*). GLOSS. V 324, 11 -ta: cincta. *exempla cetera* (*cf. l. 67*): PAVL. FEST. p. 77 -tos, quasi praecinctos atque expeditos (*v. p. 1530, 30*). AMM. 20, 11, 19 classico excitante in pugnam legiones -tae celeri gradu venerunt. THEOPHIL. inst. Iust. 2, 10, 1 -tus (*v. sub b*). ISID. orig. 10, 218 -tus: expeditus et armatus; unde et 'in procinctu', id est cum belli causa arma sumebant (*inde* GLOSS. V 137, 25). **b** *per enallagen de testamento militis -ti, sc. quod in procinctu factum est* (*v. p. 1530, 38*): INST. Iust. 2, 10, 1 altero *genere testamentorum utebantur,* cum in proelium exituri essent, quod -tum dicebatur (*var. l.* procinctu; *fuitne* in

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

procinctu *sec. p. 1530, 54? sed cf.* THEOPHIL. inst. Iust. 2, 10, 1 *τὸ δὲ* -tum *[sc. γένος διαθηκῶν] ἐγίνετο, ἡνίκα ἤμελλον ἐξιέναι ἐπὶ πόλεμον, τὸ ὄνομα δεξάμενον ἐκ τοῦ σχήματος ὅπερ ἔχοντες διετίθεντο·* -tus *γὰρ λέγεται ὁ ἐζωσμένος καὶ ἕτοιμος πρὸς παράταξιν* [*inde confuse* GLOSS. iurispr. *ἄδετ II* 28 *προκίνκτου, cf. var. l. p. 1532, 75*]). *huc spectat fort.* GLOSS.[L] II Philox. PR 255 -tum, *ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται.*

2 *respectu vario, fere i. q. (prae)cingere*: VET. LAT. Luc. 17, 8 (cod. 17) para, quod cenem, et -e te et ministra mihi (*gr. περιζωσάμενος, cod. 4. al.* = *Vulg.* praecinge te). PASS. Theclae Bc 33 p. 88, 18 Thecla ... spoliata est et -ta atque in stadium missa (*gr. ἔλαβεν διαζώστραν, Ba, Bb* praecincta, *Cc* accepto subligatorio, *sim. al.*). GLOSS. II 417, 45 *προζωννύω*: -o (*cf.* 421, 19 *προσζωννύω*: -o).

deriv.: 2. procinctus.

prōcio *v.* procieo. *Blundell.*

[⟨...⟩ib(us) **procip**⟨.⟩ ⌊legg⌋ CORP. epist. lat. (ed. Cugusi 1992) 225, 1 (*in inscriptione epistulae*; ⌊ ⌋ b(us) egg *ed.* PAP. Corp. 182). *de* legatis *et adi. vel subst.* proceps *notionis incognitae cogitant Cugusi aliique* (*nihil ad rem adv.* deinceps, ... proceps GRAMM. suppl. 167, 20 [*saec. VIII/IX*]); *cum praeverbii lectio incerta sit, temptaverim* ⟨centurion⟩ib(us), pri(n)cip⟨a⟩(libus) leg(ionum) (*coll. p. 1290, 34 et e. g. 1291, 33; vel* centurionibus principibus *sec. p. 1275, 25. 1286, 6*).]

[**prōcipit prōcēpit** *addit notis ligatis cod. Genav.* NOT. Tir. 10, 62[a] *ad continuandam seriem compositorum inter* percipit *et* praecipit.]

[**prociter:** velociter, celeriter GLOSS. (*ubi coni.* ociter *vel* properiter; *rectius ponitur* percite GLOSS.[L] V Aa P 1272 *coll. ibid.* 354).]

prōcito, -āre. *a* pro *et* citare. PAVL. FEST. p. 225 -ant: provocitant (*v. p. 1529, 68; cf.* GLOSS.[L] II Philox. PR 257 -at: *προεκκαλεῖται*). 226 -are (prolicitare *Müller*): saepe prolicere, id est producere. [*vix recte coni.* CHIRON 455 (*pro* protricare, *v. Oder in indice ed. s. v.*). GLOSS. prodeant: videant (-ant: vocant *Loewe, Glossae nominum, 1884, 114; alii alia*).]

1. prōcītum *v.* procieo. **2. procitum** *v.* proco.

prōclāmātio, -ōnis *f.* *a* proclamare. [*confunditur cum* clamatio QVINT. decl. 292, 2.]

i. q. actio proclamandi: **1** *vario usu*: QVINT. decl. 292, 2 *puero* vim dicor attulisse; quis queritur, quae -o *est pueri, qua onerer*? Ps. QVINT. decl. 2, 19 quod ad tot vestigia ..., tot -es *dormivit noverca* ..., nolite mirari. 7, 7 *in tortura* fingere -es, simulare gemitus (*item iuxta ponitur*: 8, 21. 18, 4). 18, 16 instantem *uxorem* ... aliqua truci -e discutere. 19, 1 quicquid erumpere posset in -em. *technice in arte rhet. de exclamatione*: SCHOL. Iuv. 2, 149 ('esse aliquos manes') *ἐκφώνησις*, -o (*nisi est glossa recentior*).

2 *apud iudicem, magistratum*: **a** *in qualibet causa*: Ps. QVINT. decl. 7, 5 contra -is huius fidem (*antea*: filium ... in conspectu meo *a divite* occisum esse contendo). 7, 11 multum de auctoritate primae -is amisi (*antea*: confessionis ante tormenta). **b** *in causa liberali* (*cf. p. 1534, 16*): GAIVS dig. 40, 12, 25, 1 ex integro datur ad libertatem -o, veluti eius, qui *eqs.* (VLP. dig. 40, 12, 14, 1 denegetur [PAVL. dig. 40, 12, 23, 1. 40, 13, 4]. 40, 12, 34 permittendam). VLP. dig. 40, 12, 7, 2 non denegatur vendito in libertatem -o adversus *emptorem* (*ibid.* 4). 40, 13, 1, 1 *non* debet denegari libertatis -o (*ibid. iterum*). PAVL. dig. 40, 12, 33 denegabitur.

prōclāmātor, -ōris\m. *a* proclamare. *significatur qui proclamat: ?in causis* (*cum contemptu de advocatorum genere infimo, si recte trad.*): CIC. de orat. 1, 202 non ... causidicum nescio quem neque ⌊-em⌋ aut rabulam ... conquirimus, sed eum virum, qui *eqs.* (⌊ ⌋ *corr. edd. substituentes sive* clam- [*sec. 2, 86. 3, 81 Brut. 182 Ps. Ascon. div. in Caec. p. 200, 10*] *sive* declam- [*sec. de orat. 3, 138 orat. 47*]; *tamen vocem fortasse defendere possis collatis non tam Cic. Verr. II 5, 108 quam Liv. 22, 26, 2, v. p. 1534, 1. 2*). *in ecclesia* (*de lectore*): ISID. eccl. off. 2, 11, 5 vetus opinio est lectores pronuntiandi causa ... curam vocis habuisse, ut exaudiri ... possent; unde et dudum lectores praecones vel -es vocabantur.

prōclāmito, -āre. *a* proclamare. SYNON. Cic. p. 447, 34 vociferat. quiritat. procurrit. clamat. clamitat. -at. testificatur. suppetias orat. implorat auxilium. *Bk.*

prōclāmo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* clamare. NOT. Tir. 56, 79 -o. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1728 -ant: vociferantur. *legitur singulis vel binis locis apud* CIC., VERG., LIV., LABEONEM, SEN. contr., *saepius inde ab* VAL. MAX. (*octies*), *e. g. apud* PETRON. (*14 ies*), SVET. (*15 ies*). [*restituitur pro* perclamare APVL. met. 8, 29, 5 (*de* COMM. instr. 1, 26, 31 *v. p. 1535, 35*) *et dub. an recte pro* praeclamare, *v. p. 485, 12.*]

I *absolute vel cum obi. rei clamando prolatae*: **A** *i. q. sollemniter, legitime sim. pronuntiare, declarare, appellare sim.* (*augetur per syn. p. 1534, 43; -ant ipsa scripta p. 1534, 35. 46 sqq.*): **1** *strictius -ant*: **a** *qui apud iudicem, magistratum sim. aliquid petunt, defendunt, affirmant*: α *in variis causis* (*cf. p. 1534, 70*): CIC. Verr. II 5, 108 *parentes* aspiciunt catenis liberos suos *proditionis reos* ...; adsunt, defendunt, -ant, fidem tuam ... implorant. LIV. 1, 26, 9 (*in provocatione ad populum*) patre -ante se filiam iure caesam iudicare. 22, 26, 2 -ando pro sordidis hominibus causisque adversus ... famam bonorum ... ad honores pervenit. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 *accusator* -at se in conspectu ducis *de reo cognituri* adversus eum sollicitari (*sed Liv. 26, 38, 9* exclamat). 8, 1 absol. 7 *quidam apud populum reus* -vit se innocentem opprimi. TAC. ann. 16, 32, 1. EPIST. imp. Hadr. dig. 48, 8, 4, 2 si ipsi, qui hanc iniuriam *virilitatis ademptae* passi sunt, -erint, audire eos praeses provinciae debet. Ps. QVINT. decl. 7, 12 cum ego *a tortore interrogatus* me vidisse -em. 18, 13. LVCIF. Athan. 1, 4 l. 26 *quendam* audiri se -antem absentem puniri. AMBR. epist. 10, 74, 8 habes, *imperator,* confitentem reum; -o, quod ego synagogam incenderim. *al.* *in litibus ecclesiasticis* (*cf. p. 1536, 26*): CANON. Turner I p. 496 rec. I (*cf.* p. 497 rec. IV) *cum episcopus depositus* -erit agendum sibi esse negotium in urbe Roma (*in versione gr. ibid. φάσκῃ*). CONC.[S] II 3, 2 p. 30, 8 -antis ... Ischyrionis ... recitari libellos (*gr. II 1, 2 p. 17, 4 καταβοῶντος*). β *in libertate, ingenuitate affirmanda vel petenda* (*technice, v. Wesenberg, RE XXIII 69 sq.*): LABEO dig. 40, 12, 42 si servus, quem emeras, ad libertatem -vit et ... pro eo iudicatum est (POMPON. dig. 40, 12, 43. 40, 13, 3. *al.; cf.* -are in l.: SCAEV. dig. 40, 4, 59, 1. CALL. dig. 49, 14, 3, 9 [*ex epist. imp. Hadr.*]. *et saepius*). SEN. contr. 1, 2, 10 -a ingenuam esse te. GAIVS dig. 40, 16, 1 servos ... in ingenuitatem -are liberosque iudicari (PAPIN. dig. 40, 14, 4 apud consules aut praesides provinciarum). COD. Theod. 4, 8, 5 pr. *ne* absurde ... -etur. LEX Visig. 5, 7, 3 nec ... dominis nec ... -antibus. *al.*

b *qui quid enuntiant auctoritate quadam publica* (*ecclesiae* HIL.): VAL. MAX. 2, 10 ext. 2 iudices consurrexerunt -aruntque, ne iusiurandum diceret *Xenocrates.* 3, 2, 17 *Scipio Nasica tamquam pro consule agens* -vit: 'qui rem publicam salvam esse volunt, me sequantur'. 6, 5 ext. 2 universa contio, quod aequum non videretur, ne expedire quidem -vit. PETRON. 97, 1 *praeco* haec -vit: 'puer in balneo ... aberravit *eqs.*' TAC. ann. 1, 74, 4 *ut Tiberius* -ret, se quoque ... laturum sententiam. SVET. Iul. 75, 2 acie Pharsalica -vit, ut civibus parceretur. HIL. c. Const. 7 -o tibi, Constanti, quod Neroni locuturus fuissem, ...: contra deum pugnas *eqs.* *de ipsa lege* (*cf. l. 46*): AVG. c. Faust. 15, 7 *uxores* ducunt ... ex lege matrimonii tabulis -antibus 'liberorum procreandorum causa'.

2 *laxius -ant*: **a** *quilibet* (*exempla potiora*): SEN. dial. 7, 27, 1 Socrates ex illo carcere, quem intrando ... honestiorem curia reddidit, -at: 'qui iste furor *eqs.*?' PETRON. 14, 6 *mulier* magna ... vociferatione latrones tenere clamavit; contra nos ... eadem invidia -are nostra esse spolia. VAL. FL. 3, 269 dextram tendens -at Iason: 'quos fugitis, *Cyziceni*? ... sumus hospita turba'. CYPR. epist. 58, 5, 1 *pueri* minis regis ... fortiores exstiterunt -antes et fidem suam per haec verba testantes (*affert Dan. 3, 16 sqq.*). LACT. inst. 3, 30, 4 quanta ... voce possum, testificor, -o, denuntio: '...'. LVCIF. non parc. 35 l. 10 sic nos sumus -antes pro fide ..., sicut fuerunt -antes et illi *Maccabaei.* HIER. epist. 49, 18, 4 libera voce -o non damnari in ecclesia digamiam. *al.* **b** *sacra scriptura, Christus*: TERT. idol. 4, 1 lex divina -at: 'ne feceris idolum' (*exod. 20, 4. item -ant res*: NICET. vigil. 2 l. 8 scriptura -ante. AVG. pecc. mer. 3, 4, 8 testimoniis ... divina auctoritate certissimis ... veritas ... -at. *al.*). adv. Marc. 4, 29 p. 523, 1 -at Christus tuus: '...' (*cf.* ASTER. ad Renat. l. 367 divinae potestatis elogium domino -ante: '...'). CYPR. hab. virg. 6 Paulus forti ac sublimi voce -at: '...' (ENNOD. opusc. 2, 8 p. 290, 6. *cf.* CASSIAN. conl. 3, 15, 4 doctor ... gentium). BACHIAR. repar. laps. 1 cum mihi propheta -et (CASSIAN. conl. 6, 11, 7. *al. ibid.* VITA Hil. Arel. 26 l. 39). *al.*

B *i. q. quolibet modo exclamare, vociferari, proloqui* (*tacita significatione sub 3b et in falsa var. l.* CLAVD. 5, 81 mentem ... -at amictu [*exc. Flor.,* testatur *codd. rel.*]; *-ant imprimis indignantes, auxilium poscentes, lugentes sim.; gaudentes, laudantes e. g. p. 1535, 6. 12. 19*): **1** *-ant homines* (*vel dei, angeli sim.*): **a** *non indicatur, quid clametur*: α *de quibuslibet*: VERG. Aen. 5, 345 magna -at voce Diores (*poscens praemium certaminis*). SEN. Med. 388 spiritum ex alto citat, -at ...: omnis specimen affectus capit *Medea.* clem. 1, 9, 7 ne medio sermone meo -es (*9* cum ... exclamasset). ASCON. Mil. p. 34, 21 *quosdam* supervenisse, cum Clodius occideretur, et ob id cum -assent, abreptos *esse.* PETRON. 9, 5 *temptavit mihi* pudorem extorquere; cum ego -rem, gladium strinxit (*sim. -ant vim patientes*: VET. LAT. deut. 22, 24 [cod. 100] morietur iuvencula, quia non -verit [*gr. ἐβόησεν, Ambr. in psalm. 43, 76* exclamavit, *Vulg.* clamavit]. *al.*). QVINT. inst. 11, 3, 170 orbos viduasque ... in ipsis funeribus canoro quodam modo -antes (*cf.* APVL. met. 7, 27, 2 *mater filio orbata* heiulans et ... -ans). TERT. apol. 8, 9 timent plecti, si -ent (*sc. se infanticidiis sim. interfuisse; vix ad A1a*). *al.* β *de recitantibus, declamantibus* (*cf. singulos versus p. 1535, 63 sq.*): APVL. flor. 17, 8 tragoedi ... ni cottidie -ent, claritudo arteriis obsolescit; igitur identidem boando purgant ravim. Ps. CATO Mus. 4 Melpomene tragico -at maesta boatu. γ *de invocantibus deum* (*fere in sacr. script., gr.* [*ἀνα-, κατα-*] *βοᾶν, Vulg.* clamare): VET. LAT. exod. 14, 15

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Hil. in psalm. 140, 1. *al.; verba dei*) quid -as ad me (22, 23 [cod. 103] *si viduae* clamantes -verint ad me [*gr. κεκράξαντες καταβοήσωσι, Cypr. testim. 3, 113* vociferantes exclamaverint, *Vulg.* vociferabuntur]). deut. 15, 9 (cod. 100) -vit adversus te ad dominum ([*Aug. quaest. hept. 5, 21* exclamabit]. iud. 3, 9 [*ibid., gr. ἐκέκραξαν*]. *al.*). III Esdr. 5, 62 tuba cecinerunt et -verunt voce magna conlaudantes dominum (*item laudando*: Apring. in apoc. 19, 6 ['sicut vocem tonitruum magnorum dicentium: alleluia'] in magnitudine -tum est. *cf. p. 1536, 1*). *al.*

b *cetera exempla* (*selecta, cf. passim sub C1*): Val. Max. 1, 8, 12 *quidam in rogo* vivere se -vit auxiliumque ... invocavit. 5, 4 ext. 6 *quidam,* ne Croesum regem occideret, -ando *deterruit irruentem.* Sen. dial. 4, 5, 5 *Volesus,* cum trecentos uno die securi percussisset, ... graece -vit: 'o rem regiam'. Cvrt. 8, 1, 41 *Clitus meriti* memoriam invisam esse -at. Lvcan. 2, 493 *Caesar* calida -at ab ira: '...' (prolatus *trad., corr. Bentley coll.* Sil. 6, 699 lenta -at ab ira). Petron. 54, 2 miseramque se atque infelicem -vit. 64, 12 *puer ludens* -vit: 'bucca, bucca, quot sunt hic?' (*v. e. g. Smith, 1975, ad l.*). Val. Fl. 7, 320 *se non* cessuram ... amori -at *Medea secum deliberans.* Stat. Theb. 12, 663 quis *primus* visas -et ab aggere Thebas. Frontin. strat. 2, 4, 1 -vit victorem adesse collegam (*Liv. 10, 41, 7* clamitans). Ivv. 2, 75 quid non -es *videns iudicis vestem delicatiorem*? Tac. hist. 4, 55, 4 *Treviri aliique* certatim -ant furere discordiis populum Romanum. Svet. Aug. 65, 4 ad omnem ... Iuliarum mentionem ingemiscens -are ... solebat: *αἴθ' ὄφελον ... ἄγονος ... ἀπολέσθαι* (*Hom. Γ 40*). Apvl. met. 8, 29, 5 'porro Quirites' -are (per- *trad.*) gestivi, sed ... processit 'o' tantum. *al.* *structura dubia*: Tert. carn. 22 l. 2 testimonia daemonum filium David (*sc.* 'fili D.') -antium ad Iesum (*sic Kroymann, Mahé,* -antia ad I. *codd. praeter T, ubi* -antium I. [-antia I. *m. pr.*]; *cogitare possis de acc. dupl. sec.* clamare *vol. III 1253, 74 sqq., cf. Evans, 1956, ad l., qui temptat* -antia dominum I.).

2 *-ant animalia* (*cf. l. 23*): Vet. Lat. Ion. 3, 8 (cod. 175, *sim.* Lucif. Athan. 2, 33) -verunt homines et ⌞iumenta ad⌟ deum (⌞ ⌟ pecudes apud *Lucif.; gr. ἀνεβόησαν, Vulg.* clament). Evstath. Basil. hex. 8, 7, 9 *gallus* clara ... voce -ans solem ... advenire significat (*gr. ἐμβοῶν*). Cassiod. Ios. antiq. 7, 316 p. 210 audiens bestiam ⌞-antem⌟ (*sc. leonem*; ⌞ ⌟ *om. gr.*).

3 *-ant res aliquid significantes*: **a** *quasi voce adhibita* (*e coni. dub.* Comm. instr. 1, 26, 31 [*sec. gen. 4, 10*] *fratris* sanguis ... ad me -vit in altum [per- *trad., def. Martin, Salvatore*]): Apvl. apol. 83, 3 *cum Rufinus recitans epistulam* multa ... sciens reticeret, nonne tunc ceterae litterae sceleste se detineri -assent (*nisi ad A*). Caes. Arel. serm. 31, 2 quales ad nos praedicationes cotidie mortuorum cineres vel ossa -ant (*antea*: clamat ad te). **b** *ipsa evidentia*: Avg. civ. 1, 25 p. 40, 20 scelus est ... se ipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta -at. 11, 4 p. 465, 18 mundus ipse ordinatissima sua ... mobilitate et ... pulcherrima specie ... tacitus ... factum se esse *a deo* ... -at. pecc. mer. 1, 35, 65 nonne *infantium* tanta infirmitas, tanta rerum ignorantia, ... nullus ... rationis usus hoc (*sc. innocentiam*) multo testatiore silentio quam sermo noster -at atque indicat?

C *structurae et iuncturae quaedam ad A et B*: **1** *indicatur id, quod clamando profertur* (*sc. argumentum vel ipsa verba; usum absolutum v. sub B1a et e. g. p. 1534, l. 2*): **a** *per struct. verbalem*: **α** *acc. c. inf.* (*acc. suppl. vel inf. pass. impers.* Stat. Theb. 7, 4 -at ... adici cervicibus Atlans): Liv. 1, 26, 9 patre -ante se filiam iure caesam iudicare. Sen. contr. 1, 2, 10 Val. Max. 1, 8, 12. 6, 5 ext. 2. *al.* Cvrt. 8, 1, 41 Petron. 14, 6. 54, 2 Val. Fl. 7, 320. *et saepe.* *additur* quod (*cf. Hofmann-Szantyr 578*): Act. Archel. app. 8 -ant ... libere, quod ... similes eos esse non posse. **β** *enunt. secund.*: Val. Max. 2, 10 ext. 2 -arunt, ne ... diceret (5, 4 ext. 6). 3, 2 ext. 9 cuius esset condicionis (*item c. enunt. interrog.*: Ivst. 24, 3, 7 Hil. in Matth. 8, 4). Svet. Iul. 75, 2 -vit, ut ... parceretur (Pavl. sent. 5, 23, 12 [*dub., v. p. 485, 12 sq.*]. Gavdent. serm. 7, 10 Hier. epist. 18A, 7, 5). Ambr. epist. 10, 74, 8 -o, quod ego synagogam incenderim (*cf. l. 52*). **γ** *supin.*: Apvl. met. 1, 14, 4 -res saltem suppetiatum, si *eqs.*

b *per orat. rectam*: Val. Max. 3, 2, 17 Scipio ... -vit: 'qui *eqs.*' Sen. dial. 4, 5, 5. 7, 27, 1 Lvcan. 2, 493 Petron. 43, 1. 67, 13. 80, 4 'quod si utique', -bat, 'facinore opus est' (*item inseritur*: 115, 9 Arator act. 2, 1129). *al.* Val. Fl. 3, 269 Sil. 6, 699. Svet. Aug. 65, 4 -are ... solebat: '...' (*Hom. Γ 40; item citantur versus praeclari*: Nero 47, 2 Dom. 12, 3. Lact. *l. 72. cf. etiam l. 16*). *et saepe.* *iuxta alterum verbum dicendi*: Vet. Lat. Luc. 23, 21 (cod. 3) -bant dicentes: '...' ([*gr. ἐπεφώνουν λέγοντες, cod. 4. al. et Vulg.* succlamabant d.]. Cypr. Fort. 11 p. 337, 12. *al.*). Svlp. Sev. dial. 3, 14, 8 -ans: '...' inquit '...' (Cassian. conl. 3, 15, 4 -at: '...' i. '...'. *al.*). *al.*

c *per acc. obi.*: Petron. 97, 1 praeco ... haec -vit (*seq. orat. recta; item c. pron. neutr.*: Sil. 16, 411 ea [*antecedit orat. recta ut e. g.* Lact. ira 11, 10 quod]. Ivv. 2, 75 quid. Pavl. dig. 17, 1, 58, 1 id ipsum. *al.*). Tert. carn. 22 l. 2 filium David (*v. supra l. 25*). Lact. inst. 2, 2, 18 Persianum illud -are (*affert Pers. 2, 61*). Clavd. 18, 318 insanum. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 151, 38 voces quasdam sibimet ipsis contrarias. Caes. Arel. serm. 31, 2 praedicationes. Cassiod. hist. 4, 25, 12 praesumptiones Stephani (*Theodoret. 2, 9, 8 καταβοῶντες*). Greg. Tvr. Andr. 6 laudes. Pass. Fel. Fortunat. (BHL 2860) 3 orationem.

d *alio modo*: Comm. instr. 1, 25, 14 testamentum vetus de isto *Christo* -at (Interpr. cod. Theod. 4, 8, 6 de ingenuitate sua). Avg. civ. 1, 25 p. 40, 20 sicut veritas ... -at.

2 *notabiliora varia*: **a** *indicatur, cuius (in)commodo vel ad quem -etur*: Liv. 22, 26, 2 pro sordidis hominibus (Lvcif. non parc. 35 l. 10 Avg. c. acad. 3, 16, 35 l. 24). Vet. Lat. exod. 17, 4 (cod. 102. 104) ad dominum (*et saepius ibid., v. p. 1535, 1 sqq., ceterum e. g.* Lex Visig. app. 13; *cf. p. 1535, 25 et* apud *p. 1535, 30*). deut. 15, 9 (cod. 100) adversus te (*v. p. 1535, 4*). Hil. c. Const. 7 tibi (*item c. dat.*: Visio Pauli rec. Sang. 14). **b** *indicatur finis per praepos.* ad *vel* in, *sc. technice in iure, v. p. 1534, 18. 21.* **c** *indicatur modus -andi*: Verg. Aen. 5, 345 magna -at voce (Firm. err. 18, 3 Hil. c. Const. 17. *al.*). Sen. dial. 4, 5, 5 graece. Qvint. inst. 11, 3, 170 canoro quodam modo. Vet. Lat. Iudith 14, 9 (cod. 109) clamore magno (*gr. ἠλάλαξεν ... φωνῇ μεγάλῃ, cod. 148. al.* clamavit ... voce magna). Hier. epist. 49, 18, 4 libera voce (*cf.* Act. Archel. app. 8 audaciter ... et libere). Avg. civ. 11, 4 p. 465, 18 tacitus (*per oxymoron ut*: pecc. mer. 1, 35, 65 silentio). Vita Hil. Arel. 14 l. 24 publice -ret (*cf.* 16 l. 18 publica voce). **d** *ponitur iuxta voces eiusdem stirpis*: Vet. Lat. *l. 16. p. 1535, 2.* **e** *part. praes.* -ans *pro subst. masc. v. p. 1534, 24.*

II *cum obi. eius, quem (quod) quis clamando adit, fere i. q. inclamare, invocare* (*de acc. dupl. v. p. 1535, 27*): Qvint. decl. 301, 18 *cum virginem raperes,* non -vit patrem? (*nisi intellegas: -vit 'pater!'*). Comm. instr. 1, 29, 19 deum ... ibi (*sc. apud inferos*) sero -ans *impius* (*cf. e. g. apol. 784* sero declamat). Conc.^{S} II 3, 1 p. 73, 16 (*Eutyches synodo Ephesenae*) vestrae beatitudinis iudicium ab initio -vi et iterum contestor *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 96, 13 ἐπεβοησάμην*). Greg. Tvr. Mart. 2, 17 Boso non rauce vociferans beati Martini auxilium -bat (implorabat *ed. princ.*). vit. patr. 17, 5 invocabant deos suos, et ille Iovem, iste Mercurium -bat. *invocant ipsae res*: Pavl. Petric. Mart. 1, 66 linguae ⌞partes -at⌟ erumna *pauperis nudi, ut auxilium poscat* (⌞ ⌟ p. pracl-, parte prodamnat *var. ll.*).

deriv.: proclamatio, proclamator, proclamito. *Brenner.*

prōclīnātio, -ōnis *f.* *a* proclinare. *i. q. status proclinatus* (*meton. de ipsa area proclivi l. 36*): Vitr. 5, 12, 4 pulvinus *proxime litus exstructus* ... proclinatum latus habeat ...; -o ea impleatur harena. 6, 8, 5 observandum est, uti omnes structurae perpendiculo respondeant neque habeant in ulla parte -es.

prōclīnē *v.* proclinus. **prōclinis** *v. p. 1538, 11.*

prōclīno, -ātum, -āre. *a* pro *et stirpe* clīnā-, *quae subest compositis* de-, in-, *al., v. sub* acclino. Not. Tir. 66, 76 -at. *legitur apud* Caes., Vitr. (*11*^{ies}), Ov. *al.*

i. q. in pronum agere vel moveri, inclinare (*quam in partem indicatur per praepos.* in *c. acc. l. 60. 67 sqq.,* ad *l. 58*): **1** *respiciuntur quae inclinantur, a statu recto, aequilibrato sim. discedunt*: **a** *formae pass. vel mediopass.* (*fere p. p. p. de statu prono, ut vergat in usum adi., sed mediopass. de ipso motu l. 54. 60*): **α** *incorporaliter in imagine* res -ta (inclinata *var. l., cf. vol. VII 1, 943, 83 sqq.*): Caes. Gall. 7, 42, 4 bona civium Romanorum diripiunt *Haedui* ...; adiuvat rem -tam Convictolitavis plebemque ad furorem impellit. Cic. Att. 10, 8^{b}, 1 existimavi ... petendum *a te,* ne quo progredereris -ta iam re, quo integra etiam progrediendum tibi non existimasses. **β** *corporaliter -antur: parietes et partes aedificiorum*: Vitr. 2, 1, 3 luto inducto -tis tectis stillicidia deducebant. 2, 8, 20 *tigna* vetustate marcida fiunt, deinde subsidentia -antur. 4, 2, 3 *cantherii* necessario propter stillicidia -ti conlocantur (4, 2, 5). 5, 12, 3 *v. l. 36.* 10, 15, 1 *testudo* habet ... superne subgrundas -tas. Ov. trist. 2, 84 cum coepit quassata domus subsidere, partes in -tas omne recumbit onus. *quaelibet res*: Vitr. 2, 10, 1 ulterior *curvatura montis Appennini* ..., quae est -ta ad superum mare (*syn.* vergit). 8, 2, 1 umores ex terra matutino solis ortu moti cum sunt egressi, in quamcumque partem caeli sunt -ti, trudunt aëra. 8, 5, 3 cum librata regula erit ...; sin autem -ta erit *eqs.* (*Rose*; -tum *codd., quod ut pass. impers. retinet Callebat, v. comm. ad l.*).

b *formae act., sc. intransitive*: Vitr. 9, 8, 14 a cancro, *qui in horologio summo est pictus,* cum -at *foramen* et peragit per leonem et virginem ad *libram.* 10, 2, 10 *polyspaston* ante, quantum velit, et dextra ac sinistra a latere -ando onus deponere potest. Colvm. 7, 10, 2 *suum* notanda sunt capita, quam in partem -ent (*nisi ad 2, sc. ut sues capita -ent*; -entur, declinent *al. var. ll.; inde* Pallad. vet. med. 36, 2). Tert. adv. Hermog. 41, 1 si *materiae motus* huc et illuc aut in alterum magis -ret, *sc. in bonum vel malum* (-ret *Rhenanus in ed. 1528,* proclivarunt *idem in ed. princ.,* proclibarunt *codd.; antea*: inclinantis [*Rhenanus,* iudicantes *codd.*]).

2 *respicitur qui inclinationem efficit* (*an huc l. 67?*): Ov. am. 2, 11, 39 tum mare in haec ... -et litora Nereus ..., huc agat aestus aquas.

deriv.: proclinatio, proclinus.

prōclīnus, -a, -um. *a* proclinare, *cf.* inclinis (inclinus). [*cf.* *[Hajdú]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

falsam var. l. proclines *pro* proclivis *p. 1538, 11.*] *i. q. proclivis, pronus*: GREG. TVR. Mart. 3, 14 (*cf. Luc. 13, 11*) *homo aegrotans* deorsum -us nequaquam sursum poterat erigi (*antea*: inclinatus; *postea*: incurvus).

? adv. **prōclīnē:** GLOSS. IV 557, 42 -e: prone, inclinate (*nisi vel pro* proclive [*cf. p. 1540, 46 nec non l. 20*] *vel pro* proclinae, *sc. adi. fem.*).

prōclīvis, -e *et* prōclīvus, -a, -um. [*a* pro *et* clivus, *sc. i. q. productam declivitatem habens, v. Doederlein, Synon. II, 1827, 121; paulo aliter Leumann, Gramm. 1977, 398. eodem suffixo* -i- *formata sunt etiam alia composita possessiva, e. g.* insignis, triennis, *v. Leumann, ibid. 346. Fo.*] *scribitur* -clib- *p. 1538, 25.* NOT. Tir. 57, 68 -e. *de formis gradus positivi: praevalent formae III^ae decl.* (*quas solas adhibent e. g.* CIC., LIV., SEN. *philos.,* APVL., AMM.); *formae I^ae et II^ae decl. trad. titulo* CIL X 3980, 8, *codd. ant.* FRONTO p. 49, 13 *nom. plur. neutr.* -a (*sed* p. 218, 12 in -i). VET. LAT. Ios. 7, 5 *et* 8, 24 (cod. 100), *ceterum* PLAVT. Mil. 1018 ex -o (*cod. A non legitur; ter apud* PLAVT. *formae III^ae decl.*). CATVLL. 64, 270 -as (proclivit *cod. O man. pr., unde* -īs *Baehrens*). VARRO rust. 2, 2, 7 *acc. sing. neutr.* -um (*sed* 1, 13, 6 *abl. sing.* -i). TERT. spect. 3 p. 5, 16 GAVDENT. serm. 11, 10. *al.* (*saepius in* GLOSS.; *cf. var. ll. p. 1538, 2. 33. al. et adv.* proclivē *p. 1540, 39*). *compar. saepius inde a* CIC., *superl. deest. de notione* (*cf. p. 1538, 22 sqq. 47. 57 sqq. 1539, 36*): DON. Ter. Andr. 78 -e est porro inclinatum vel pronum inclinatumque. PRISC. gramm. III 49, 16 *'pro' significat* et 'ante' ..., ut -is, procumbens, prostratus, prosubigens. SYNON. Cic. p. 438, 3 pronus. facilis. promptus. -is *eqs.* p. 440, 6 prona ... -ia ... plana. devexa. p. 447, 8 tractabile ... -e. GLOSS. -us: *ἐπιρρεπής.* -um: *κατωφερές. κατάφορον.* planum. -e: *κάταντες.* -a: humili. GLOSS. II 310, 35 *ἐπιρρεπέστερον*: -ius (*sc. vel adi. compar. neutr. vel adv.; vix recte formam gradus positivi esse credit Bader, Formation des composés nom., 1962, 199*). GLOSS.[L] II Abav. PR 89 -is: inclinatus vel indescensus (in descensum *Hildebrand,* in descensu *dubitanter Lindsay*). V Abba PRO 20 -ia: accliva. *al. legitur in versibus inde a* NAEV., PLAVTO, TER., LVCR., CATVLLO, *in oratione soluta inde a* CIC., *corp. Caes.* [*falsa var. l.* PLIN. nat. 18, 47; *e coni. dub.* LIV. 42, 15, 10 -i ⟨rui⟩t, *v. p. 1528, 65*).]

a *generatim*: LIV. 5, 2, 9 quidnam illi *tribuni militares* (*v. p. 1544, 68*) consules dictatoresve facturi essent, qui -em imaginem tam saevam ... fecerint? perioch. 91 *Pompeius* cum imperio -i (cons- *var. l.*) adversus Sertorium missus est (VAL. MAX. 6, 9, 7. 8, 1 amb. 2. TAC. ann. 1, 76, 2 Achaiam ac Macedoniam ... levari ... -i i. tradique Caesari. *al.; cf. l. 21*). TAC. Agr. 42, 2 salarium ... -e (-i *var. l.*) ... Agricolae non dedit *Domitianus.* FRONTO p. 166, 21 fungi -i munere. VLP. dig. 1, 16, 1 proconsul ubique ... -ia insignia habet, statim atque urbem egressus est (AVG. epist. 100, 1 IVLIAN. epit. novell. 22, 1). SYMM. epist. 9, 126, 2 -i fastigio. rel. 31, 2 *nescio quis* -bus evocatus edictis. AMM. 22, 7, 6 *Praetextatum Iulianus* Achaiae -i praefecerat potestate (27, 6, 1 COD. Theod. 6, 4, 15. *al.; cf. l. 17*). HIST. AVG. Aur. 22, 9 provincias ex -bus consulares aut ex consularibus -es ... fecit (Alex. 24, 1. COD. Iust. 12, 55, 3 [*a. 399*]. *cf. l. 29*). Sept. Sev. 4, 2 Siciliam -em sorte meruit (*cf.* COD. Theod. 16, 1, 3 Asia). AMBR. epist. 7, 47, 1 -em iurisdictionem. AVG. coll. c. Don. 3, 5, 6 l. 1 gesta -ia et vicariae praefecturae (*v. vol. VI 2, 1949, 11 sqq.*). 3, 25, 43 l. 14 adversus imperiale et -e iudicium (epist. 43, 13. 105, 4. 141, 11). COD. Theod. 6, 4, 12 *proceres* -i ... honore sublimes (16, 5, 54, 3 -i aut vicariano. SALV. gub. 7, 68). 6, 22, 5 codicillis -bus (6, 22, 7 pr.). *al.* *circumscribitur ipse proconsul*: CIL VIII 14758, 11 ex iudicio amplissimae potestatis -is statuam locari fecerunt. NOVELL. Iust. 8, 1 neque -am ullam neque ... vicariam neque comitem orientis neque aliam ... administrationem (*gr. ἀνθυπατείαν*).

b *speciatim*: **α** *respiciuntur imperatores eorumve socii -i imperio ornati* (*cf. p. 1545, 5*): TAC. ann. 1, 14, 3 Germanico Caesari -e imperium petivit *Tiberius* (12, 41, 1 *ut Nero* -e i. extra urbem haberet ac princeps iuventutis appellaretur. HIST. AVG. Aur. 6, 6 Pert. 5, 6. *al.*). 13, 21, 3 cum ... adoptio et -e ius ... praepararentur *Neroni* (HIST. AVG. Did. 3, 3 Alex. 1, 3 Max. Balb. 8, 1. Tac. 19, 2 nos *senatores* recepimus i. -e [*l* ut ... faciamus imperatores]). **β** *respicitur provincia Africa, cui praeest proconsul* (*ut* -is *indicet potius locum quam potestatem sim.; exempla potiora; cf.* PROCOP. aed. 6, 5, 12 *ἡ* [*sc. χώρα*] *προκονσουλαρία ὠνόμασται*): CIL VI 1690, 17 (*saec. IV med.*) Proculo ... per provincias -em et Numidiam ... itemque Mauretaniam ... perfuncto officio praefecturae praetorio (COD. Theod. 1, 15, 10 vicario Africae aditus p. -is inhibendus est. CONC. Carth. a. 419 p. 89 l. 11. a. 525 p. 259 l. 195. *al.*). SYMM. epist. 3, 69, 2 non minora ... in sua -i possessione toleravit *Flavianus* (*vix de ipso munere proconsulis; cf. ibid.* absentium facultates; ... suorum ... incommoda). POL. SILV. chron. I p. 538, 1 -is, ..., Numidia *eqs.* (*item fem. pro subst. per ellipsin vocis q. e.* provincia: REG. eccl. Carth. l. 13 legati -is ad concilium Adrumetinum destinantur [-es *var. l., ut ibid.* l. 17 episcopi -is]. CONC. Carth. a. 525 p. 260 l. 214). CONC. Carth. a. 525 p. 259 l. 189 proconsula[to]ribus vel Tripolitanis fratribus. VICT. TONN. chron. II p. 204, 555, 1 concilii Numidiae episcopi ad instar -ium sacerdotum collecti Carthaginem veniunt. **γ** *respiciuntur officiales proconsulis*: HIER. vir. ill. 53 Tertullianus presbyter ... patre centurione -i *natus est* (*cf. masc. pro subst.*: NOVELL. Iust. 30, 7, 2 assessor eius *proconsulis* et reliquum ministerium -ium et militum [*gr. ἀνθυπατιανῶν, cf. p. 1545, 61*]). COD. Theod. 1, 12, 7 *ut* officium -e postulet, quod exigere consuevit (7, 6, 1. 8, 4, 24. NOVELL. Iust. 30, 7, 1 [*gr. ἀνθυπατιανῆς*]. *al.; cf.* NOVELL. Iust. 30, 1, 1 officio ... unam habente appellationem, -am dicimus [*gr. ἀνθυπατιανῆς*]). 8, 4, 23 *quidam* -em ceterorumque iudicum fugientes militiam.

2 *i. qui proconsulis dignitate praeditus est* (*cf.* GLOSS. V 411, 43 [*in capite* de canonibus; *fort. ad l. 36*] -is: in vice consulis, quia suffecti erant consulibus [erunt *trad.*]): **a** *pro subst. masc.* (*apponitur nomini proprio l. 54*): FIRM. math. 3, 5, 2 *sol* consulares faciet ⟨et⟩ -es et dat ordinarios consulatus. AMM. 28, 4, 21 *cuidam* in maiore convivio ... -is quidam est antelatus. HIST. AVG. Maximin. 15, 7 Gordianum -em, ... gravissimum senatorem. COD. Theod. 6, 9, 1 -ium honoribus. 6, 12, 1 *consistorii comites* -bus aequari. NOVELL. Iust. 7 epil. praefecti ... et medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant, dicimus autem Augustalem et -es et ... comites *eqs.* (*gr. ἀνθυπάτους. in serie simili trad.* -bus 26, 5 pr. *pro gr. ἀνθυπατείαις, ubi* proconsulatibus, *plur. insolitum, coni. Schoell*). 103, 1 (*gr. ἀνθυπάτῳ*). **b** -is vir (v. -is PALLAD.): SYMM. rel. 2, 2 me dudum -em v. ... capere magistratum *praefecturae* ... voluistis. SVLP. SEV. Mart. 17, 1 Taetradii cuiusdam -is v. servus. COD. Theod. 6, 22, 7 pr. PALLAD. hist. mon. I 50 Pammachius nomine, v. -is (*gr. p. 157, 16 ἀπὸ ἀνθυπάτων*).

deriv.: proconsularianus, proconsularitas.

prōcōnsulāritās, -ātis *f.* *a* proconsularis. *scribitur* -sol- *p. 1547, 4.* *i. dignitas proconsularis* (*gr. respondet ἀνθυπατεία, item* GLOSS.): NOVELL. Iust. 31, 1 pr. *Armeniam interiorem* etiam -e honoravimus ... spectabilemque declarantes administrationem et omnia dantes ei, quae competens est -em habere. 103 praef. pr. *cum* ⌞-s⌟ ei *Palaestinae non* mansisset ([⌞ ⌟ -lariua *trad., corr. Beck*]. 103, 1 vehemus eam ad -is ... figuram. 103, 3, 2 eis *Palaestinis* -is redditum est ius).

prōcōnsulārius *v.* -aris. *Hajdú.*

prōcōnsulātus, -ūs *m.* *a* proconsul. *abbreviatur in inscr. inde a saec. III ex.* proc *p. 1547, 54,* proco *p. 1547, 61,* procos *p. 1547, 59* (*cf. p. 1547, 18*), procons *p. 1547, 58. 61 et* CIL VIII 5337. 14752, proconss

[Mueller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 56. *abl.* -o *l. 48; affertur inter subst.* numeri tantum singularis PROB. app. gramm. IV 193, 22 (*plur. trad. l. 31, coni. p. 1546, 59*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 447, 2 tribunal. ... imperium. ... consulatus. -s. praetura. censura. GLOSS. II 227, 49 *ἀνθυπάτεια*: -s, proconsolaritas. *legitur inde a* PLIN. nat., TAC. *titulisque aevi Trai., sc. sing. praeter l. 31; in versu non nisi* CE 1907, 2 (*a. 361*). [*confunditur c.* consulatus *l. 12.*]

significatur munus vel dignitas proconsulis (*sc. administrantis provinciam quandam imperii, aetate liberae rei p. non nisi l. 26 [ad rem v. Mommsen, Staatsrecht II*^{3} *243 sqq.]; accedit passim gen. provinciae* [*adi. pro gen.* HIST. AVG. Claud. 15, 4 -ui Africano] *vel proconsulis [imprimis sub 2b]; de munere prorogato vel iterato v. l. 13, in tit. l. 50. 58*): **1** *vario usu*: PLIN. nat. 14, 144 ad -um (consulatum *var. l.*) usque praeturae honoribus gestis (*cf.* AMM. 28, 4, 3 *Ampelius* ad -um geminum ... evectus. HIST. AVG. Aur. 2, 5 Proculum ... usque ad -um provexit. *sim. al.*). 35, 20 Labeo praetorius, etiam -u provinciae Narbonensis functus. TAC. Agr. 42, 1 annus, quo -um Africae et Asiae sortiretur (SVET. Galba 3, 4). hist. 2, 97, 2 integrum illic *in Africa* ac favorabilem -um Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat (ann. 16, 30, 1 quod ... -um [procos. *M*] Asiae Soranus pro claritate sibi potius adcommodatum quam ex utilitate communi egisset. HIST. AVG. Max. Balb. 5, 8 inde -um Bithyniae egit et deinceps Graec⟨i⟩ae ac tertio Narbonae. *al.*). ann. 16, 23, 1 Baream Soranum ... *quidam* poposcerat reum ex -u Asiae, in quo offensiones principis auxit iustitia. PLIN. epist. 2, 12, 4 *Firminum* summotum a -u *sortiendo.* 3, 4, 2 legati provinciae Baeticae questuri de -u Caecili Classici. 3, 7, 3. 3, 9, 2 Classicus ... -um in ea *Baetica* ... sordide gesserat (EVTR. 9, 2, 1). SVET. Aug. 3, 2 Quintum fratrem ... parum secunda fama -um Asiae administrantem, hortatur *M. Cicero* ([*cf. p. 1543, 54*]. Otho 1, 2 urbanos honores, -um Africae ... severissime administravit. Vit. 5). VLP. dig. 33, 7, 12, 40 pater familias in -um profecturus (HIST. AVG. Pius 3, 6 ad -um. *cf.* Gord. 2, 4 ad -um Africae mi⟨s⟩us est [*sim.* 18, 6]). *al.* FIRM. math. 3, 5, 35 *quidam* regna, ducatus, administrationes, consulatus, -us ... consequentur (*cf.* AVG. in psalm. 102, 6 l. 28 ducatum, -um, praefecturam si concupisceres). HIST. AVG. Pert. 14, 5 Iulianus ei ... in -u successerat (Did. 2, 3 Sept. Sev. 2, 2). COD. Theod. 6, 14, 1 (= 6, 22, 4) qui -us insignibus adornantur (CIL VIII 24069 [*a. 425/39?*]). INSCR. Année Épigr. 1972 n. 75b (*Capuae, a. 377/8*) Anicio Paulino ..., qui primus -us provinciae *Campaniae* fasces invexit. *al.*

2 *locut. adv. ad indicandum tempus* (*vel auctorem*): **a** *apud scriptores*: TAC. hist. 1, 48, 4 Vinius -u (pro consule *Halm*) Galliam Narbonensem severe integreque rexit. SVET. Vesp. 4, 2 medium tempus ad -um usque in otio ... egit (TERT. apol. 9, 2 infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad -um ⌞Tiberii⌟ [*corruptum? cf. Fluss, RE VI A 807 sq.*]. *aliter l. 14*). Dom. 10, 2 *interemit* Civicam Cerealem in ipso Asiae -u (HIST. AVG. Pius 3, 3. Comm. 7, 1 *Arrius* in -u Asiae damnaverat *Attalum. al.*). HIST. AVG. Pius 3, 8 post -um.

b *in titulis* (*excepta l. 52 accedit gen. proconsulis* [*Africae praeter l. 48 sq.*]): **α** *abl. nudo*: CIL III 14195^2 (*saec. II in.*) Dianae Ephesiae ... synplegma ... fecit -o Albi Pullaieni Pollionis (*gr. ἐπὶ ἀνθυπάτου*). IX 4965 (*saec. II in.*) leg(ato) pro pr(aetore) provinciae Ponti et Bithyniae -u patris sui. INSCR. Alger. I 179 (*a. 293/4*) ⟨proco⟩nsulatu quarto insignis Aureli Aristobuli. Afr. Cagnat 531 (*a. 298*) dedicavit -u Ael⟨i⟩. CE 1907, 2 (*a. 361*) Clodius ⌞Hermogena⌟ -u salubri Theodoti cura legati dedicat arcem (⌞ ⌟ *i.* Hermogenianus, *cf. e. g.* INSCR. Alger. I 1247 -u Clodi Hermogeniani ... Theodotus ... curavit). CIL VIII 27817 (*a. 368/70*) proc(onsulatu) Petroni Claudi v(iri) c(larissimi) exce⟨ll⟩entissimi proc(onsulis). 970 (*cf.* 12449; *ca. a. 400?*) proconss(ulatu) Mari Vindici (*eodem compendio*: 23878 [*a. 405*]. *cf. p. 1542, 75*). *al.* β *exempla cetera*: INSCR. Afr. Cagnat 513 (*a. 285/90*) anno procons(ulatus) II Aur(eli) Antioch⟨i⟩ (CIL VIII 26566 [*item* 26567; *a. 295*] a. proco(n)s(ulatus) Postumi Titiani). CIL VIII 1277 (*a. 314/6*) florente -u Petroni Pro⟨bia⟩ni v(iri) c(larissimi) procons(ulis). 23863 (*a. 366/8*) sub proco(nsulatu) Iu⟨lii Festi Hymetii⟩ (*si recte suppl. Merlin*). *Mueller.*

?**prōcōnsulo,** -āre. *a* proconsul (*sed verbum inde fieri negat* MART. CAP. 3, 294; ACT. Timoth. *fortasse tribuenda sunt medio aevo*). *i. q. pro consule administrare*: ACT. Timoth. (BHL 8294) l. 20 (Usener) regnante ... Nerone, -ante ... Asiam Maximo (*gr. ἀνθυπατεύοντος ut ibid.* l. 71).

[procor *v. p. 1541, 56.***]** *Hajdú.*

[prōcordo, -āre, *verbum originis notionisque incertae trad. cod. unico* ALC. AVIT. epist. 80 p. 94, 3 si vos *sanitate recepta* ... ad ecclesiam potuisse -are ... rescripseritis (procedere *ed. princ.*).**]**

prōcrāstinātio, -ōnis *f.* *a* procrastinare. *i. q. actio procrastinandi, dilatio* (*cf.* GLOSS. II 367, 14 *μέλλησις*: -o, recrastinatio, cunctatio. 464, 25 *ὑπέρθεσις*: dilatio, -o *eqs.; plur. non legitur praeter* AVG.): CIC. Phil. 6, 7 in rebus gerendis tarditas et -o odiosa est (*antea*: morae). APVL. met. 11, 30, 1 *non* postposito vel in supinam -em reiecto negotio, statim *eqs.* TERT. virg. vel. 11, 7 parentum -o *tardantium nuptias filiae.* EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 3, 1 nulla -e habita (*item abl. absol.*: COD. Iust. 6, 35, 11, 1). AVG. ord. 1, 7, 20 crebrarum ... -um ... fuit impatiens (*antea*: satisfacere *non* potui ... propter temporum angustias). COD. Theod. 11, 36, 28 poenam inferre sine aliqua -e (Iust. 1, 29, 4 [*a. 491/518*]. 7, 63, 4, 1 [*a. 520*]. 4, 65, 35, 1 s. aliqua mora vel -e. 11, 48, 20. GLOSS. II 226, 29 *ἄνευ ἀναβολῆς*: s. dilatione, s. -e. 226, 32. 231, 11). CASSIAN. conl. 4, 13, 1 -e operis et recogitatione interveniente. SCHOL. Ter. p. 152, 6 id: -em (et dilationem *add. codd. aliquot. cf. Don. Ter. Ad. 205, 1* id est moram).

dilator: **prōcrāstinātor** SCHOL. Hor. gloss. *Γ* ars 172. *a* procrastinare.

prōcrāstino, -ātum, -āre. [*a* crastinus *sec. verba synonyma cum* pro- *composita* (*cf. l. 18*): pro-ducere, -ferre, -latare, -pagare, -rogare, -tollere. *Fo.*] *a* pro *et* crastinus PRISC. gramm. II 434, 17 EVTYCH. gramm. V 461, 19. NOT. Tir. 44, 87 -at (*postea*: recrastinat. conperendinat). *inter verba primae coniugationis afferunt* CHAR. gramm. p. 474, 3. EVTYCH. gramm. V 479, 6 (*testans* i *brevem*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 438, 18 prolatat. protrahit. prorogat. -at. differt (*item in serie syn.*: GLOSS. II 464, 51 *ὑπερτίθημι*: differo *eqs.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1743-51). GLOSS. -o: *διαμέλλω. ὑπερτίθεμαι, ἀναβάλλομαι.* -at: differt. differt in alium diem (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 661). GLOSS.^{L} I Ansil. CO 1248 conperendinat: in longum -at. *addere possis supra p. 187, 79 sqq.* [*vix recte pro* recrastino *coni. Dalecampius* PLIN. nat. 17, 113.]

fere i. q. protollere in crastinum, differre (*etiam in quodlibet tempus, cf. e. g. l. 34. 36. 43, sed certe in diem proximum l. 29. 38, fort. etiam l. 34. 48, quos locos solos referre possis ad diem, qui sequitur diem loquenti praesentem [cf. vol. IV 1099, 12]; saepius iuxta syn., imprimis* differre, *e. g. l. 29. 32*): **1** *cum acc. obi.*: **a** *rerum perficiendarum* (*cf.* PHILO *sub 2*): CIC. S. Rosc. 26 primo rem differre cotidie ac -are isti coeperunt, deinde ... nihil agere *eqs.* (Verr. II 4, 100 res non -atur). ad Brut. 1, 1 omnia, quae ... decreta sunt ..., si aut ... *eo* die ... perfecta essent et non in diem ex die dilata aut, quo ex tempore suscepta sunt ..., non tardata et -ta, bellum iam nullum haberemus. FRONTO p. 194, 13 (*proverbialiter?*) quis segeti torridae messem -at *eqs.*? GELL. 17, 10, 6 quae -ta sunt ab eo *Vergilio,* ut post recenserentur, et absolvi ... nequiverunt. SYMM. epist. 6, 24 ut ... amicitiam postulatam non in longi usus temptamenta -es. AMBR. epist. 5, 22, 6 dum revelatio -atur. CONC. Carth. a. 411, 1, 10 l. 93 diei subsequentis ... -ta cognitio (*cf. 2, 1 l. 21* comperendinata c.). Ps. AVG. serm. 27, 1 non potest differri vindicta, ultio non -bitur. COD. Theod. 7, 18, 8 pr. non -ta auctoritate sententiae. VAL. CEM. hom. 4, 7 eleemosynam -ta humanitate differre (9, 3). **b** *hominum admittendorum* (*indolis eorum* SYMM.): TERT. bapt. 18, 6 *non festinandum est ad baptisma*; innupti quoque -andi *sunt,* ... donec ... corroborentur. SYMM. epist. 5, 74 *iuvenum* indolem militiae ... paratam ... ulterius -are. CASSIOD. in psalm. 87, 15 l. 259 *quidam martyres* differuntur ... ad augmentum suum, -antur ad gloriam.

2 *absolute*: CIC. Verr. II 1, 141 iste ... non -at; locare incipit (*eadem structura*: 2, 90 non -ant; Sthenium statim educunt. 5, 102). AMBR. Hel. 22, 83 suscipite iugum Christi; ... quid dubitatis, quid -atis? *ambigue trad.*: PHILO quaest. in gen. 4, 226 inertissimus ... ille ⌞per⌟ omnia iusta et optima -ando ... hebes revelatur (⌞ ⌟ *cod. F, def. Petit ad l., om. cett.*).

deriv.: procrastinatio, procrastinator, procrastinus.

prōcrāstinus, -a, -um. [*a* procrastinare *retrograde. Fo.*] *?i. q. perendinus* (*sc. masc. [nisi neutr.] pro subst. de die perendino*): OP. imperf. in Matth. 14 p. 713 ut qui dicunt 'panem nostrum quotidianum da nobis hodie' non habeant in crastinum aut in -um praeparatum *panem* (*exspectes* postcrastinum, *cf. supra p. 185, 82 sqq. et Albert. M. sacram. 17 p. 13, 41* dies crastinus est ante postcrastinum; *sed notionem defendas fort. coll. subst.* pronepos *sim. et adi.* promeridianus). *perperam per confusionem notionum*: GLOSS. II 321, 45 *ἑωθινός*: matutinus, -us (*cf. vice versa* mane *i. q. 'cras' vol. VIII 278, 78 sqq.*). *Bk.*

prōcreābilis, -e. *a* procreare. *i. quo quis procreat, ad procreandum aptus*: CASSIOD. var. 2, 10, 1 illud humani generis -e sacramentum, *i. matrimonium.*

compos.: cf. improcreabilis.

prōcreātio, -ōnis *f.* *a* procreare. GLOSS. II 262, 20 *γένεσις*: genesis, -o. 262, 29 *γέννησις*: -o, nativitas. 476, 44 *χειροτονία*: creatio, -o, creatura (*conferasne p. 1555, 50?*). GLOSS.^{L} II Abav. PR 92 -o: generatio. Philox. PR 251 -o: *γενεά, γένους καταγωγή. legitur in orat. soluta inde a* CIC. (*quinquies*), VITR., VAL. MAX., COLVM., *plur. p. 1549, 5. 45. al. et saepius sub II.*

I *vi originaria significatur actio procreandi* (*de facultate p. 1549, 36; c. gen. obi. saepe, subi. p. 1549, 43, fort. etiam p. 1549, 34. al. [cf. pron. poss. p. 1549, 30], explic. p. 1549, 7. 10. 19* [*cf. adi. p. 1549, 49*]): **A** *strictius respiciuntur animantes, qui more sollemni genus suum propagant*: **1** *homines vel dei*: **a** *exempla varia*: CIC. Tusc. 1, 31 -o libero-

[v. L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum, ... propagatio nominis (VLP. dig. 1, 1, 1, 3 [*inde* INST. Iust. 1, 2 pr.]. SERV. auct. Aen. 3, 139 dicatam *esse* ... Iunoni -em l., sterilitatem horum ... Lunae. *al.*). nat. deor. 1, 92 quae ... -is causa natura corpori adfinxit, *sc. genitalia.* div. 2, 96 dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum -es habet? (INST. Iust. 2, 13, 5). VAL. MAX. 7, 7, 2 artissimum inter homines -is vinculum. HIL. myst. 1, 4, 2 per -em credentium ... filiorum (FILASTR. 57, 1 resurrectionem in f. -e nefandi coitus ... consistere. RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 2 p. 184, 13 nuptiarum conventiones et f. -es. *et saepe; cf. l. 15 sqq. 25*). AVG. pecc. orig. 33, 38 non intuendum est, quid boni sit in -e naturae, sed quid in peccato mali. CONSVLT. Zacch. 3, 5, 9 (*inde* ISID. eccl. off. 2, 18, 3) ut terra -bus impleatur (*cf. gen. 1, 28; an ad IIA1?*). *al.* **b** *procreare dicuntur feminae* (*corpus muliebre* VITR.): VITR. 2, 9, 1 edito fetu ..., cum ⌞ab disparatione⌟ -is est liberatum *corpus muliebre* (⌞ ⌟ *dub., v. app. crit.; respici videntur alimenta dividenda*). VET. LAT. Esth. C 22ª p. 50 (cod. 123; *cf. I reg. 1, 20*) tu, *domine,* Annae ... filii -e(m) donasti ([*cod. 151. al.* generationem]. I Tim. 2, 15 [Hil. myst. 1, 3, 5. *sim. al.*] *mulier* salvabitur ... propter filiorum -⟨em⟩ [*gr. τεκνογονίας, codd. 75. 89* creatione(m), *Ambrosiast. al. et Vulg.* generationem]. CLAVD. DON. Aen. 4, 40 p. 361, 31. *al.*). HIL. in Matth. 1, 2 in -e corporeae nativitatis *Christi.* Ps. AVG. quaest. test. 127, 30 mulieri ad pariendum filios dolor additur ..., non -is nova forma conponitur (*respicitur gen. 3, 16*). *al.* **c** *procreare dicuntur viri*: VET. LAT. IV Esdr. 1, 34 (*loq. deus iratus*) filii *vestri* -em non facient. ARNOB. nat. 4, 19 p. 224, 14 (*antea*: ab domino rerum ac principe ... emissos *deos*) foeditas ista coeundi et usque ad illos ipsos principali -e finita. IVST. 10, 1, 3. FILASTR. 115, 8 *Adam meruit* in paradisum ... filiorum etiam -e remeare (RVFIN. Orig. in gen. 11, 2 p. 102, 21 f. -es. AVG. bon. viduit. 8, 11 p. 317, 14 f. ... -i operam dare. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 67 [*syn.* generationis; *gr. παιδοποιίας*]. *al.*). AVG. doctr. christ. 3, 63 *libidinosi* excedunt ad liberorum -em pertinentem modum. GREG. TVR. Mart. 4, 11 *quidam* accepta uxore, ut dono dei -is suae prole ditaretur, orabat. *al.*

2 *quilibet, sc. animalia vel usu generali*: CIC. de orat. 2, 23 volucrīs ... -is atque utilitatis suae causa ... construere nidos. COLVM. 9, 15, 2 ad -em subolis *apium.* PLIN. nat. 9, 160 anguillae atterunt se scopulis; ea strigmenta vivescunt, nec alia est earum -o. Ps. HIL. libell. 6 p. 76, 15 in omnibus animalibus ad -em sexus uterque processerat (*postea*: generationem). *de facultate procreandi*: Ps. APVL. Ascl. 21 -e ... uterque plenus est sexus (*postea*: cunctis ... procreandi ... tributum ... mysterium).

B *laxius vel translate*: **1** *generatim respicitur*: **a** *ortus naturalis* (*sec. doctrinam philos.* SERV.): CIC. nat. deor. 2, 85 -o vitis aut arboris. FIRM. err. 2, 6 cum fruges genitalis terrae fomento conceptae annua rursus coeperint -e generari. SERV. Aen. 4, 625 omnia pro parte sui transeunt in -em. **b** *operatio dei* (*diaboli* FIRM.): *quaelibet*: FIRM. err. 13, 4 *daemones* diaboli -e generantur. HIL. trin. 3, 6 (*de miraculo panis Matth. 14, 16 sqq.*) subrepunt praefringentium manibus quaedam fragmentorum -es. *mundum condentis*: CASSIAN. c. Nest. 2, 2, 5 quod satis ad -em divinorum omnium fuit (*sc. dei voluntas sim.; syn.* conditionem). ISID. nat. praef. 3 *librum incipiam* a die, cuius paene prima -o in ordine rerum visibilium extat.

2 *speciatim*: **a** -o spiritalis, *sc. in religione christ.* (*cf. p. 1554, 12*): AVG. pecc. mer. 1, 18, 23 parvulos ... percipere baptismum, ... ut s. -em habentes creentur in Christo. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 34, 6 (*ad Ioh. 3, 5* nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu) ut a sancto spiritu originem traheret -o s. **b** *in arithmetica, geometria, musica* (*cf. infra l. 72. 75 et* generatio *vol. VI 2, 1784, 44 sqq.*): BOETH. arithm. 1, 10, 8 ⌞fit⌟ ... horum ⌞-o⌟ numerorum, si *eqs.* ([⌞ ⌟ *cf. gr. 1, 9, 4 γεννᾶται*]. 1, 20, 3 ⌞generatio ... -oque⌟ eorum *n. perfectorum* [⌞ ⌟ *gr. 1, 16, 4 γένεσις*]. 2, 15, 2 in trianguli numeri natura -eque. *al. apud eundem*). 2, 23, 3 ad solidorum corporum -em ipsae nobis superficies naturaliter figuratae (*sc. trianguli, tetragoni sim.*) provenient. mus. 2, 7 p. 233, 14 habitudinum -o. *al. apud* BOETH.

II *metonymice significatur id*: **A** *quod procreatur*: **1** *de liberis* (*cf. supra l. 11*): Ps. CIC. exil. 1 carissimam vestram -em sibi esse duxit *Cicero* (*antea*: liberum ... dulcedinem). VET. LAT. gen. 6, 9 (Ps. Philo antiq. 3, 4) ⌞h(a)e -es⌟ eius *Noe erant* (⌞ ⌟ -o *pars codicum; gr. αἱ γενέσεις, Aug. civ. 16, 12. al. et Vulg.* generationes). FAV. EVL. 13, 10 Minerva, sine matre virgo, sine -e. **2** *de fructibus*: VET. LAT. Agg. 1, 10 (Cypr. Demetr. 6; *verba dei*) abstinebit caelum a rore et terra subtrahet -es suas (*gr. τὰ ἐκφόρια, cod. 176* sterelis erit a fructibus suis, *cf. Ambr. epist. 4, 12, 9* fructus, *Vulg.* germen). **3** *de variis incorporeis*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 4, 1 quae *lingua* multa bona edocuit, cuius fructus multi et infinitae -es iustitiae (*Migne gr. 35, 937ᴮ γεννήματα*). MART. CAP. 7, 732 dyas, quod sit prima -o, a nonnullis genesis dicta. BOETH. divis. p. 878ᴰ *genus* in quasdam a se quodammodo -es disiungitur.

B *quod procreat*: MART. CAP. 6, 707 monas eiusdem *Arithmeticae* insecabilis -o numerorum est (*cf. p. 1555, 35*).

[prōcreātīvus, *sc. falsa var. l.* -a *pro* praerogativa, *v.* TERT. *p. 798, 22.*]

prōcreātor, -ōris *m.* *a* procreare. GLOSS. II 262, 32 ⌞γεννήτρια⌟: creator, genitor, -r (⌞ ⌟ *corruptum, cf. l. 26*; *γεννήτης, γεννήτωρ ed. Stephani*).

i. qui procreat (*saepe c. gen. obi.* [*cf. pron. poss. l. 21*]): **1** *de patre* (*de proavo l. 12; plur. de utroque parente* CIC.): CIC. fin. 4, 17 ut ii, qui procreati essent, a -bus amarentur (*cf.* 5, 65 a -bus nati diliguntur). ARNOB. nat. 3, 29 p. 187, 19 *Saturnum,* magnorum ... -em deorum. 4, 23 (*cum acumine de Iove Helenae patre*) candidorum -r ovorum. BOETH. diff. top. 2 p. 1191ᴰ *quaeritur,* an patris sit proprium -em esse. *ibid.* ut ... sese habet pater ad filium, ita -r ad procreatum. *laxius et imagine quadam vigente de generis auctore*: CLAVD. 12, 33 generis *Honorii* ... -r ... Oceanus (*ad rem cf. 8, 18 sqq.*).

2 *de quolibet auctore*: **a** *de deo universitatis creatore* (*aliter l. 8 sq.*): CIC. Tim. 26 ille -r mundi deus (*cf. gr. p. 36ᴰ τῷ συνιστάντι*). TERT. nat. 2, 12, 18 *Saturni nomen a sationibus derivant,* qui eum -em coniectant, per eum seminalia caeli ⟨in terra⟩m deferri. ARNOB. nat. 1, 31 o maxime, o summe rerum ⟨visibilium et⟩ invisibilium -r (2, 45 deus ... omnipotens, magnarum et i. r. sator et conditor, ⌞-r⌟ [⌞ ⌟ *del. Hildebrand*]). Ps. AVG. cons. mort. 2, 2 deus ille rerum omnium -r. CASSIAN. c. Nest. 4, 2, 2 Maria peperit ... auctorem sui et procreans -em suum facta est parentis parens. **b** *de homine, qui aliquid praestat, profert*: MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 241 ⌞qui⌟ alicuius sive boni sive mali ⌞-r exsistit⌟, ipse primus aut illo bono fruitur aut illo malo punitur (⌞ ⌟ *gr. p. 18 ὁ ... τίκτων*). *ibid.* virtus, unde processerit, illum -em ... laetificat (*gr. brevius*).

f. **prōcreātrīx,** -īcis. GLOSS. II 262, 31 *γεννήτειρα*: creatrix, -x. *i. quae procreat* (*fere c. gen. obi.; vi verbali vigente accedit praepos. ex l. 32*): **1** *de matre* (*apium l. 34; gentis l. 36*): CIC. de orat. 1, 9 *philosophiam esse* laudandarum artium omnium -em quandam et quasi parentem (*item in imag.*: BOETH. arithm. 1, 17, 10 *numerorum* omnium horum -x et mater unitas). ARNOB. nat. 4, 14 p. 217, 17 Minervae ... quinque sunt, ex quibus prima ... ex Volcano Apollinis -x. CIL X 517 (*a. 325/6*) Helenae ..., -i d(omini) n(ostri) Constantini (*cf. de eadem CIL VI 1134 sq.* genetrici). CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 4 apes *non* ex apibus eduntur: operariae tantum sunt, non -es (*syn.* genetricum). *laxius de dea, a qua gentis origo ducitur*: ARNOB. nat. 4, 35 p. 243, 5 gentis illa genetrix Martiae, regnatoris et populi -x ... Venus. **2** *de qualibet procreante, efficiente (cf. imag. l. 30), sc.: de dea fecunditatis*: PERVIG. Ven. 64 ipsa *Venus* venas atque mentem permeanti spiritu intus oc⟨c⟩ultis gubernat -x (-creatis *var. l.*) viribus. *de vitio*: CASSIAN. inst. 7 ind. capp. 7 quibus initiis filargyria generetur vel quantorum malorum sit eadem -x (*cf. 7, 7, 5* radicem). *de regione*: MVTIAN. Chrysost. hom. 6 p. 277 (*cf. num. 13, 27 sq.*) provinciam *Canaan* ... magnorum fructuum -em esse dicentes *speculatores* (*gr. p. 54 εὔφορον*).

prōcreātūra, -ae *f.* *a* procreare. *i. quod procreatum est, progenies*: VET. LAT. gen. 37, 2 (Aug. quaest. hept. 1, 122) haec *sunt* ... -ae Iacob (*aliter ac ibid. 6, 9. 10, 1. al. non inducitur enumeratio filiorum, sed narratio de iis, quod explicat e. g. von Rad, Das AT deutsch II–IV, 1958, 306 ad l.; gr. γενέσεις, Vulg.* generationes). *v. L.*

prōcreo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* creare. *scribitur cum apice* pró- CIL XIII 2182 (*saec. II?*). NOT. Tir. 89, 30 -at. *formae sollemnes stirpis perf. contractae occurrunt passim*; -āt *pro* -avit *usurpavisse* PRVD. ham. praef. 2 *suspic. Lavarenne, Étude sur la langue du poète Prud., 1933, 66, sed potius praes. pro praeterito intellegas. corripitur* pro- PARTHEN. epist. vers. 9. *de notione et differentia*: SYNON. Cic. p. 426, 30 gignit. generat. ... -at. *eqs.* p. 437, 11 ortus. ... editus. progenitus. natus. -tus. orsus. DIFF. ed. Beck p. 48, 54 creamus magistratus ..., -amus filios vel nepotes. GLOSS. II 262, 34 *γεννῶ ἐπὶ πατρός*: -o. 455, 32 *τίκτω*: pario, gigno, creo, partur⟨i⟩o, -o. GLOSS.ᴸ II Abav. PR 93 -tus: progeneratus. *sim. al. legitur inde a* PLAVTO (*ter*), ENN. (*v. p. 1552, 18*), PACVV. (*bis*), CIC. (*saepe ut e. g.* VITR., HYG. astr. *et* fab., ARNOB. nat., SERV., AVG. *et in sermone iuris*); *deest e. g.* CAES., VERG., HOR., SEN. *utrique,* VAL. FL., STAT., TAC. [*e coni. dub.* TRAG. inc. 132.]

fere i. q. creando producere, generare, parere (*usu pass., quem non nisi sub IA1 distinximus, saepe i. q. nasci*). *praemonenda syntactica: fere c. obi. acc., hic illic accedente praedic., sc. acc. (vel nom. in struct. pass.) p. 1551, 18. 1552, 40. 1553, 44 sqq. al., abl. vel praepos. p. 1552, 13 sq. 1553, 21. 1554, 40. 71. al.; absolute vel obi. supplendo p. 1551, 12. 54. 1552, 75. al. (pass. impers. p. 1551, 72. 1552, 43. 59). indicatur unde per abl. p. 1552, 17. 52 sqq. 57. 1553, 18. al., per praepos.* ex *p. 1551, 26. 41. 1552, 27. 1553, 16. et saepe,* de *p. 1551, 28. 1552, 45. 1553, 2. 19. 24. al.,* ab *imprimis p. 1551, 30. 1555, 35. 45 sq.* (-ari a *persona e. g. p. 1552, 40*), *cf. e. g.* per *p. 1551, 25. 1554, 8. 10, ceterum per adv. p. 1552, 48. 1553, 31. 37. al. (struct. variatur e. g. p. 1552, 44. 1553, 39); cui bono, ad quem finem sim. per dat. p. 1551, 44. 1552, 64. 67. 1554, 21. al., praepos.* in *c. acc. p. 1552, 70 sq.*

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et e. g. HIL. in Matth. 4, 2, ad *p. 1552, 68. 1553, 43. 57. al. in contextu variat imprimis cum* gignere *l. 57. p. 1553, 3. 1554, 6. al.,* generare *p. 1554, 5. 69. al., pass.* -ari *cum* nasci *p. 1552, 41. 1553, 5. 18. 1554, 72. al.*

I *usu originario pertinet ad ortum animantium vel rerum naturalium*: **A** *strictius respiciuntur animantes genus suum more sollemni propagantes*: **1** *homines vel dei*: **a** *act.* -are: α *de patre eiusve qualitatibus*: Ⓘ *exempla varia*: PLAVT. Mil. 682 cur non vis *uxorem ducere*? nam -are liberos lepidumst opus (CIC. dom. 34 ut is adoptet, qui neque -are iam l. possit et *eqs.* Tusc. 5, 109. QVINT. inst. 3, 8, 24 [*postea*: pater ... fieri]. GAIVS dig. 1, 6, 3 [*sim.* inst. 1, 55] ex [*om. inst.*] iustis nuptiis [*cf. l. 38. p. 1552, 38*]. *al.*). CIC. S. Rosc. 41. dom. 34 *Fonteius* -are potest, habet uxorem, suscipiet ex ea liberos (*item sine obi.*: parad. 25. POMPON. dig. 38, 6, 5, 1 si *filius emancipatus* post emancipationem -verit. APVL. Plat. 1, 16 p. 215 *venas quasdam* ad -andum ... per medullas renum commeare. *al.*). nat. deor. 3, 54 *Sol* Colchis fertur Aeetam et Circam -visse. LIV. 1, 3, 10 *Proca* Numitorem atque Amulium -at. FEST. p. 130 quam *filiam* Tusculi -vit *Telegonus* (IVLIAN. *v. l. 21.* PAVL. dig. 45, 3, 20, 1). CVRT. 6, 10, 32 (*Philotas ad patrem*) quid ... me -bas infelicem adversantibus diis? SVET. Aug. 2, 2. AMPEL. 9, 1 *primus Iuppiter* primum Solem -vit. IVLIAN. dig. 37, 6, 3, 6 *quidam* emancipatus factus -vit filium, quem avus in locum filii adoptavit (38, 16, 6. 49, 15, 23 *si quis* uxore ducta f. vel filiam -verit. GAIVS inst. 1, 29. *al.; cf. e. g. l. 25. 36*). MARCELL. dig. 37, 5, 25, 1 quem *nepotem* filius postea (*i. post emancipationem*) -verat (PAVL. dig. 37, 4, 6 pr.). *al.* Ⓘⓘ *indicatur mater per praepos.*: PACVV. trag. 403 *Vlixem* filios sibi -asse per Calypsonem. CIC. inv. 1, 91 *si Ti. Gracchus non* ex ea *Cornelia* duos Gracchos -asset (fat. 30. NEP. Epam. 6, 2 *Oedipum* ex matre liberos -asse. *al.* SVET. Nero 5, 1. *et saepius, imprimis apud* HYG.). rep. 2, 34 cum de matre familias Tarquiniensi duo filios -visset *Demaratus Corinthius* (RVFIN. hist. 1, 7, 7 [*cf. gr. γεννᾷ*]. *al.*). COD. Iust. 5, 4, 23, 8 (*a. 520/3*) ab ea *uxore.*

β *de matre*: Ⓘ *exempla varia* (*cf. p. 1554, 55*): PACVV. trag. 68 triplicem virili sexu partum -at (*sc. uxor Alei, ut vid.; vix Aleus ipse*). SIL. 6, 635 *filia Euandri* hospite (*sc. Hercule*) victa sacro Fabium de crimine laeto -at. GAIVS inst. 1, 77 si civis Romana peregrino ... nupserit, [erit] ⌞peregrinum sane -at[ur]⌟ *eqs.* (⌞ ⌟ peregrinus ... -atur *malunt alii*). 1, 84 (*syn.* pariat). HYG. fab. 72, 3 filium (VET. LAT. I Tim. 5, 14 [cod. 75. *al.; sim. al. et* VVLG.] volo ... adulescentiores nubere, filios -are [*gr. τεκνογονεῖν*]. FIRM. math. 7, 19, 1. COD. Iust. 6, 57, 5 pr. ex iustis nuptiis. *al.*). PRVD. perist. 10, 725 (*mater ad martyrem*) non in hanc spem gloriae te -vi, cedere ut leto scias. *al.* Ⓘⓘ *indicatur pater*: IVLIAN. dig. 35, 1, 25 si mulier divortio facto liberos ex alio -verit (CLEM. dig. 35, 1, 62 pr. HYG. astr. 2, 40, 2 *Coronida* ⌞ex⌟ Apolline Aesculapium -asse [⌞ ⌟ ab *vel* et *codd. aliquot, om. alii*]. CIL XIII 2182 [*saec. II?*] ex quo *marito quaedam* liber(os) -v(it) duos. *al.*). HYG. fab. 186, 4 *rex* a coniuge ... petebat, ut sibi liberos -ret (*syn.* peperit. *item c. dat.*: TRYPH. dig. 48, 19, 39 marito filium).

γ *cetera exempla*: Ⓘ *cum obi.*: CIC. de orat. 2, 124 (*in imag. spectat ad fingendum oratorem perfectum*) *non* est boni ... parentis, quem -aris et eduxeris (-arit (et) eduxerit *var. ll.*), eum non et vestire et ornare (*cf. 2, 123* crearo). LIV. 39, 24, 3 *Philippus rex* subolem ... stirpis parabat cogendis omnibus -are (-ret *var. l.*) atque educare liberos. RVT. LVP. 1, 10 nullo consilio filios -amus. CHART. lat. ant. V 295, 6 (*saec. II²*) ex quo matrimonio filios -verunt Iustum *eqs.* CHROMAT. serm. 18, 3 carnalis ... nativitas ex homine, spiritalis nativitas ex deo est; ... illa saeculo hominem -at, haec deo generat. *al.* Ⓘⓘ *sine obi.*: CIC. fin. 2, 40 ad -andi voluptatem *natus homo* (*item gerund.*: 3, 62. nat. deor. 2, 64 quae *pars corporis* coniunctione alterius egeret ad -andum. div. 2, 94 quae *seminum vis* ad gignendum -andumque plurimum valeat). Ps. QVINT. decl. 8, 13 quis ex parentibus nescit in hanc se mortalitatis -are legem? BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 175, 20 generis ... -antis. *part. praes.* -ans *fere pro subst. masc. de auctore generis*: BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 176, 7 hanc esse promptissimam generis significationem, quae a -ante deducta sit; hi enim maxime Cecropidae sunt, qui a Cecrope descendunt. *ibid.* p. 176, 15 a quolibet primo -ante genus ducere. 177, 21 eam significationem generis ..., quae a -ante sit tracta. *al. ibid.*

b *pass.* -ari: α *exempla varia* (*selecta inde a* CIC.): PLAVT. Aul. 148 liberis -andis ... uxorem domum ducere (CIC. ac. 2, 109. LIV. 3, 48, 8 l. -andorum condicionem. VAL. MAX. 5, 10 ext. 3. CALL. dig. 50, 16, 220, 3 qui l. -andorum ... voto uxores ducunt. *al.; in formula nuptiarum* l. -andorum causa [*cf. Kübler, RE IVA 1951*]: CHART. lat. ant. IV 249 int. 2 = ext. 2 [*si recte suppl.; saec. II²*]. COD. Iust. 5, 4, 9 [*a. 276/82*]. *al., saepe apud* AVG., *e. g.* serm. 9, 18. 51, 22; *cf. etiam vol. VII 2, 1302, 31 sqq.*). CIC. fin. 3, 62 ut natura et -ari vellet et diligi -tos non curaret (*cf. p. 1550, 7 et* off. 1, 12 *hominum* amorem in eos, qui -ti sunt). VAL. MAX. 7, 7, 3 Tettius in proprio lare -to filio ... paternum nomen abrogaverat, *sc. exheredando* (PAVL. sent. 4, 5, 2. *al.*). OCTAVIA 568 interitu caret, cum -etur semper humanum genus amore grato. PLIN. paneg. 26, 6 *princeps* fiducia sui -tos ... larga manu fovet. SVET. Cal. 8, 1 versiculi ... apud hibernas legiones -tum indicant: 'in castris natus *eqs.*'. POMPON. dig. 24, 3, 1 dotatas esse feminas ad subolem -andam (CLEM. dig. 35, 1, 64, 1 [*e Iuliano*] *legem Iuliam et Papiam* s. ... -andae causa latam. VLP. dig. 24, 3, 22, 7. *al.*). APVL. met. 9, 8, 3 (*explicantur verba oraculi* 'ut ... germinent sata') satis liberum -andis. VLP. dig. 25, 3, 5, 6 (*ex epist. Pii*) si constiterit ... iuste eam -tam (38, 17, 2, 1 [*e Iuliano*] sive *filii* i. sint -ti vel vulgo quaesiti. *cf. e. g. p. 1551, 38*). PAVL. dig. 1, 5, 14 (= sent. 4, 9, 3) non sunt liberi, qui contra formam humani generis converso more -antur. ARNOB. nat. 1, 38 p. 33, 16 *scire,* advolaritne *anima* ad nos sponte an cum ipsis sata sit et -ta visceribus (*cf. e. g.* BOETH. arithm. 1, 1, 7 a nobiscum -tis sensibus). 1, 45 caelum diemque cernebant nullis cum oculis -ti (*cf.* 1, 52 sine luminibus -tis oculorum red[t]integrare naturas. SOL. 1, 70 quidam ... cum dentibus -antur [*cf. Plin. nat. 7, 68* nasci]). SERV. Aen. 1, 314 Venere in Virgine constituta et misericordes -antur feminae et *eqs.* (*item cum respectu horoscopi l. 43. 58*). *al.*

β *indicatur unde*: Ⓘ *respiciuntur filii filiaeve*: Ⓐ *accedit abl.* (*nisi formas ambiguas pro dat. accipias; addas* CIC. *l. 52*): ENN. frg. var. 83 (*vix traditum ad verbum*) Titan ... rescivit Saturno filios -tos atque educatos esse clam se. VAL. MAX. 9, 15, 5 *quidam affirmans* se Dione (*dat. var. l.*) esse -tum. FLOR. epit. 2, 15, 12 *Scipionem* Paulo Macedonico -tum. SOL. 4, 1 Sardus Hercule, Norax Mercurio -ti. COD. Iust. 7, 14, 9 pr. (*a. 284/92*) libertina matre -tam (*syn.* editam). ARNOB. nat. 1, 37 discetis, quibus singuli *dei paganorum* patribus, quibus matribus fuerint -ti. FIRM. err. 13, 1 religioso patriarchae *Iacob* semine -tus iuvenis, *sc. Ioseph* (AMM. 31, 2, 25 generoso s. CASSIOD. var. 8, 16, 7 unius s. *aliter l. 55*). AMBR. Abr. 1, 3, 20 legitimo coniugio -tus est *Isaac. al.* Ⓑ *accedit praepos.*: ex: CIC. nat. deor. 1, 42 *deorum* cum humano genere concubitus mortalisque ex (et *var. l.*) inmortali -tos. VITR. 2, 9, 1 quo firmior efficitur ... partus, eo minus patitur esse solidum id ⌞ipsum, ex quo⌟ -atur (⌞ ⌟ *Krohn,* ex q. i. *trad.*). SVET. Cal. 23, 1 praedicabat ... matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, *esse* -tam. Claud. 1, 1 *Drusum* ex vitrico, *sc. Augusto,* per adulterii consuetudinem -tum. *al.* GAIVS inst. 3, 71 qui *liberi* ex filia nepteve -antur. HYG. astr. 2, 21, 3 ex Electra et Iove Dardanum ... -tum *esse* (*syn.* natum). EDICT. imp. Sev. dig. 50, 2, 9 pr. ex libera muliere. MOD. dig. 31, 32, 6 qui ex nomine defuncti fuerint ... et qui ex his primo gradu -ti sint. COD. Iust. 5, 4, 10 (*a. 284/92*). IVST. 26, 3, 3 ex filia Ptolomei. EPIT. Gai 1, 3, 2 (*sec. p. 1551, 10*) ex legitimo matrimonio (COD. Iust. 5, 3, 18 [*a. 479*] ex priore m. 5, 4, 23, 2 [*a. 520/3*]. *cf. l. 27*). *et saepius.* ab (*cf. l. 65*): CIC. p. red. ad Quir. 5 a parentibus ... parvus sum -tus, a vobis natus sum consularis. VLP. dig. 38, 17, 1, 3 *quidam* apud hostes conceptus a captiva -tus. FIRM. math. 4, 3, 3 *in coniunctione cum Marte Luna* ab ancilla matre aut a debili faciet -ari. PALLAD. hist. mon. I 32 *Philoromus* ex ancilla quidem matre, ab ingenuo tamen patre fuerat -tus (*gr. p. 132, 17 ὥρμητο ... ἐξ*). *al.* de: SERV. Aen. 3, 167 Dardanus de Iove, Iasius de Corytho -tus est. AVG. c. Iulian. 6, 60 p. 859 de castis coniugibus. pecc. orig. 33, 38 non solum qui de coniugio, verum etiam qui de fornicatione vel de adulterio -atur. *al.* Ⓒ *accedit adv.* unde: PRIAP. 37, 2 membrum *virile* ..., u. -amur (*sc. nos homines*). CASSIOD. var. 7, 40, 2 u. liberi -antur (*sc. e matrimonio*).

Ⓘⓘ *respicitur quaelibet progenies*: CIC. nat. deor. 3, 48 *Medea* duobus ⟨dis⟩ avis, Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia -ta est (IVST. 2, 10, 6 quod Ariamenes non patre tantum, sed et matre privatae adhuc fortunae, avo quoque materno privato -tus sit). FLOR. epit. 1, 18, 19 Pyrrhus 'video me' inquit 'plane -tum Herculis semine' (*cf.* HIL. in Matth. 23, 8 Christum ex David semine -andum *esse* [*postea*: ex David oriebatur]). HYG. astr. 2, 16, 1 Ethemeam, genere nympharum -tam (FIRM. math. 3, 5, 11 si ... nocte Sol in horoscopi signo fuerit inventus, sordidiore g. facit -ari [*sim.* 3, 13, 13]. CASSIOD. in psalm. 78, 1 l. 33 'gens' ... dicta est, quod uno sit g. -ta. *al.; cf. p. 1551, 60 et* ex genere: TERT. adv. Iud. 9, 14 SERV. auct. ecl. 10, 18). ARNOB. nat. 2, 48 p. 121, 14 se ... non esse patricii generis, sed ex mediocribus familiis -tos. *al.*

γ *indicatur ad quem finem, cuius commodo sim.* (*ut quaedam vergant ad B2aβ*): CIC. Phil. 14, 25 Caesarem *Octavianum,* deorum beneficio rei publicae -tum. QVINT. decl. 349, 8 *qui viri* meminissent, liberos a se rei publicae gratia -tos *esse.* INSCR. Année Épigr. 1978 n. 814 (*inde restit.* 815; *e Cilicia, a. 306/7*) bono Romani imperii -to domino nostro Flavio Valerio Constantino. CIL III 12326 (*saec. III ex. vel IV in.*) diis auctoribus ad rei publicae amplificandae gloriam -to ... Caesari *cuidam.* MART. CAP. 2, 156 sub humana effigie in totius mundi commoda -antur *Semones vel semidei.* 2, 159 alii ... huius generis (*sc. semideorum*) homines in divinandi usum et praescientiam -ti *sunt,* ut Carmentis. *al.*

2 *-antur animalia vel quilibet animantes* (*hucine p. 1553, 44? cf. p. 1554, 25*): CIC. nat. deor. 2, 128 *bestiis sunt* partes corporis et ad -andum et ad concipiendum aptissimae (*item sine obi.*: off. 1, 11 commune ... animan-

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tium omnium est coniunctionis appetitus -andi causa et cura quaedam eorum, quae -ta sint [*sim.* 1, 54]. Ov. fast. 3, 194 aliquam, de qua -et, anguis habet. *al.*). *ibid.* quae multiplices fetus -ant, ut sues (*syn.* gignunt). 2, 129. VARRO ling. 9, 28 (*de analogia*) ex turdis qui -antur, turdi *sunt* (*syn.* progenerantur; nascitur. *item de avibus*: rust. 3, 9, 17. CHROMAT. serm. 1, 1 pullos -are. *cf. infra l. 23*). 9, 92 (*loco corrupto; de equo*) ex -ante. rust. 2, 2, 4 (*bis*). VITR. 8, 3, 14 *pecora* quamvis sint alba, -ant ... aliis locis pulla, aliis coracino colore. COLVM. 9, 2, 4 *non refert, an apium* examina ... concubitu subolem -ent. PLIN. nat. 11, 72 *vespae quaedam araneas perimunt,* deinde inlinunt et ex iis incubando suum genus -ant. HYG. astr. 2, 13, 3 *Amaltheam capram* geminos haedos solitam esse -are et fere eo tempore peperisse. SOL. 20, 5 cum bubali paene ad cervinam faciem in Africa ‹-entur› (magis abundent *var. l.; cf. Plin. nat. 8, 38* gignat Africa). SERV. georg. 3, 120 *equus* nobili genere -tus. *al.*

B *laxius respicitur quilibet ortus*: **1** *in fabulis antiquis et usu inde derivando*: PLAVT. Rud. 1284 lenones ex Gaudio credo esse -tos: ita omnes mortales, siquid est mali lenoni, gaudent. CIC. nat. deor. 3, 59 Venus prima Caelo et Die nata ..., altera spumã -ta *eqs.* (*cf. de eadem*: SERV. georg. 2, 64 de mari dicitur -ta. MACR. Sat. 1, 8, 6 *pudendis Caeli* in mare deiectis Venerem -tam *esse. al.*). CATVLL. 60, 3 num te leaena ... aut Scylla ... tam mente dura -vit? (*cf. in contextu simili 64, 154* genuit). FRONTO p. 232, 21 capit ... consilium Iuppiter Somni -andi. HYG. astr. 2, 8 Nemesis ..., ut quae avium generi esset iuncta, ... ovum -vit; ... ex quo nascitur Helena. ARNOB. nat. 4, 16 p. 220, 19 *Minervam* de vertice -tam ... Iovis (*de eadem cf. ibid.* l. 21 ex capite ⟨Iuppiter⟩ conceptos filios -at? SERV. Aen. 4, 201 de patris capite -ta esse dicitur. FAV. EVL. 13, 1 ex Iovis capite sine matris utero -ta). MART. CAP. 6, 695 *Liberum* Iovis femine -tum *esse* (*cf. Sol. 52, 16* natum). *al.*

2 *in doctrinis philosophorum et theologorum*: **a** *-atur mundus et quaecumque in eo sunt*: α *elementis sim.* (*aliter l. 31*): LVCR. 2, 880 omnis natura cibos in corpora viva vertit et hinc sensus animantum -at omnis. 5, 319 si -at *aether* ex se omnia ... recipitque perempta (*sec. Pacuv., v. vol. VI 1, 1102, 28*). CIC. nat. deor. 2, 28 ut in eo *calore* insit -andi vis et causa gignendi. VITR. 8 praef. 1 *terram* e caelestium imbrium conceptionibus inseminatam fetus gentium et omnium animalium in mundo -visse (*sec. Eur. trag. frg. 836, 4 N.* τίκτει). 8 praef. 2 nascentia ex his *quattuor principiis* esse -ta. SERV. Aen. 1, 314 ὕλην ..., unde cuncta -antur. ecl. 6, 31 alii *philosophi* dicunt omnia ex igne -ari, ut Anaxagoras, alii *eqs. ibid.* de his ... duobus principiis (*sc. atomis et inani*) volunt *Epicurei* quattuor ista -ari, ignem, aerem, aquam, terram, et ex his cetera. *al. breviloquentia quadam -at ipse philosophus, sc. dicens aliquid -ari*: CLAVD. 17, 71 *Thales* confidit aquis, ... *Heraclitus* -at omnia flammis. β *potestate divina sim.* (*cf. A1bγ*): CIC. leg. 1, 25 *pecudes* partim esse ad usum hominum, ... partim ad vescendum -tas (*nisi ad A2*). Tim. 12 singularem deus hunc mundum atque unigenam -vit (*cf. gr. 31B* ἐποίησεν *et ibid. pass.* γεγονὼς ἔστιν. *sim. in eadem re*: 21 deus ille aeternus hunc perfecte beatum deum -vit [*gr. 34B* ἐγεννήσατο]. 27). nat. deor. 2, 22 cur ... mundus non animans ... iudicetur, cum ex se -et animantis? (*cf.* 3, 23 *fidicen et tubicen quoque* ex eo *mundo* -antur). PHAEDR. 4, 16, 2 *quidam* rogavit ..., tribadas et molles mares quae ratio -asset. PS. APVL. Ascl. 14 (*antea*: fuit deus et ὕλη) ὕλη ... et spiritus ... in se nascendi -andique vim possident (*cf. ibid.* et conceptus et partus ... vim). 20 *deus* semper voluntatis praegnans suae parit semper, quicquid voluerit -are. MIN. FEL. 24, 12 cum, si eunuchos deus vellet, posset -are, non *postea* facere. VET. LAT. IV Esdr. 6, 47 *deus dixit mari,* ut -ret animalia, volatilia et pisces (*syn.* faciens; crearet. *cf. gen. 1, 20* producant. PS. HIL. libell. 5 p. 75, 9 maria ... sua animalia -are mandavit *deus* [*syn.* educere]). LACT. ira 24, 7 *deus* nos ad sapientiam genuit, ad iustitiam -vit. FIRM. math. 4, 1, 6 *Luna* omnia animantium corpora et concepta -at et generata dissolvit. AMBR. hex. 3, 9, 38 quasi vero omnia gulae causa debuerint -ari (*gr. p. 101B δεδημιούργηται, cf. Eustath. Basil. hex. 5, 4, 3* facta sunt). RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 4 ea, quae semel ad vivendum fuerant -ta a deo. EVSTATH. Basil. hex. 2, 8, 10 deus cum naturam temporis -ret (*gr.* κατασκευάσας). MAX. TAVR. 43, 1 totum corpus de arenti pulvere -vit (*cf. gen. 2, 7* formavit ... hominem de limo terrae; *item de creatione Adae*: CASSIOD. in psalm. 50, 4 l. 132. *al.*). *al.*

b *-atur deus, numina sim.*: TERT. adv. Val. 7, 7 haec suboles (*sc. Sermo et Vita*) ... facit fructum: Hominem et Ecclesiam -at (*item -ant aeones Gnosticorum*: 8, 1. 10, 1 *Sophia* ex semetipsa sola, nulla opera coniugii, concepit et -at feminam. *al. apud eundem*). LACT. inst. 1, 7, 13 ut, quoniam nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex se ipso sit -tus *deus.* 4, 13, 2 ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ ... verissime nominatur *deus,* quod ex nullo sit -tus. MART. CAP. 7, 730 quem *Iovem* principalis ante cunctos -vit emissio.

c *-atur Christus: sec. naturam divinam*: LACT. inst. 4, 8, 3 *ne existimes* ex conubio ac permixtione feminae alicuius deum -asse. 4, 8, 4 *quasi deus* sine coitu non potuerit -are. HIL. trin. 3, 3 ante omne tempus et saecula unigenitum ex his, quae ingenita in se erant, -vit (*antea*: genuit). RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 1 p. 349, 5 (*sec. haereticos*) ex nullis substantibus filium -tum a patre, id est extra substantiam suam. *sec. naturam humanam*: LACT. inst. 4, 13, 4 *Christus* in prima ... nativitate spiritali ἀμήτωρ fuit, quia ... a solo deo patre generatus est, in secunda vero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine patris officio virginali utero -tus est (*cf. epit. 38, 9* genitus). ANON. in Rom. 05 absque viri commixtione ex virgine -tum *esse Christum.* AVG. c. Faust. 23, 9 p. 715, 27 ex semine David ... et per virginem Mariam. MAX. TAVR. 39, 1 quod eum sanctae Mariae uterus -arit. BOETH. c. Eut. 5, 65 per Mariam ... est -tum, quod fuerat praevaricatione *Adae* corruptum. *al.*

d *in imag. vel allegorice -antur, qui spiritaliter regenerantur* (*fere baptismate, fide christ., sed lege Iudaeorum* CHROMAT.): CYPR. unit. eccl. 11 *ab haereticis baptizati* per mendacium nati veritatis promissa non capiunt, de perfidia -ti fidei gratiam perdunt. FIRM. err. 19, 3 sponsum esse Christum, sponsam ecclesiam, ex qua venerando patri spiritales filii per dies singulos -antur. OPTAT. 2, 10 p. 46, 5 ut sancto germine nova possit renascentium indoles -ari, ut ..., qui natus fuerat saeculo, renascatur spiritaliter deo. PRVD. perist. 1, 58 (*loq. martyres*) nosne Christo -ti mammonae dicabimur? CHROMAT. serm. 33, 4 habebat virum dudum synagoga, id est legem, ... sed ... filios -vit inutiles: -vit eos non deo, sed saeculo (*cf.* MAX. TAVR. 84, 4 plures ... filios ex eo *Christo* ecclesia ... -vit, quam synagoga ... susceperit). CASSIOD. in psalm. 82, 5 l. 77 *gens christiana* de uno fonte baptismatis noscitur esse -ta. *et saepius.*

3 *usu vario -ari dicuntur*: **a** *homines vel animalia*: α *regione quadam sim.*: CIC. Mil. 101 erit dignior locus ullus ..., qui hanc virtutem (*i. Milonem*) excipiat, quam hic, qui -vit? leg. 2, 6 quae *patria* te -arit (*sc. Arpinum*). NEP. Epam. 6, 2 qualis utraque civitas (*sc. Thebana Argivaque*) civis -asset. VITR. 5, 12, 7 meridianae regiones propter aestus cariem, tineam, teredines reliquaque bestiarum nocentium genera -ant alendoque conservant (*cf.* 6, 6, 4 granaria ... ad septentrionem ... spectantia disponantur; ... namque ceterae regiones -ant curculionem et reliquas bestiolas *noxias*). COLVM. 8, 16, 2 *lacus quidam* lupos auratasque -verunt. SOL. 32, 3. FIRM. math. 1, 10, 8 quae *regiones* candidos homines -ant. PARTHEN. epist. vers. 9 (*in laude Sigestei*) *non* Larissa potens similem -vit Achillem. *al.* β *cura pecuarii alentis, educantis*: VARRO rust. 2, 6, 1 e quo seminio *asinorum Reatino* ego hic -vi (procuravi *var. l.*) pullos et ipsis Arcadibus vendidi. γ *ipsa natura vel qualibet causa*: VITR. 6, 4, 1 venti umidi ... -ant eas *tineas* et alunt. 8, 3, 24 sunt ... fontium proprietates, quae -ant, qui ibi nascuntur, egregiis vocibus ad cantandum (*item -antur homines*: VEG. mil. 3, 26, 12 paucos viros fortes natura -at). SERV. georg. 4, 309 apes ex vermibus -antur (*syn.* nascuntur). MAX. TAVR. 29, 3 vermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola et pura terra -atur (*syn.* generatur). *al.*

b *plantae, arbores sim. earumve partes* (*corallia* SOL.; *cf. p. 1552, 6*): CIC. Cato 52 quae *terra* e ... minutissimis seminibus tantos truncos ramosque -et. div. 2, 30 earum rerum, quas terra -et, ... ubertatem. VITR. 2, 9, 10 alnus ..., quae proxima fluminum ripis -atur. 7, 5, 4 de radicibus et coliculis ... flores dimidiataque sigilla -ari *in picturis parum naturalibus.* 8, 1, 3 signa (*i. plantae aquam indicantes*) ... non sata, sed naturaliter per se -ta. *al.* COLVM. 5, 6, 29 palmitum duo genera sunt: alterum, quod ex duro provenit ...; alterum, quod ex arniculo palmite -atur. *al.* MELA 3, 105 ut frugum genera ... benignissime -et *ora Mauretaniae* (*ibid.* profundat). FRONTO p. 91, 23 (*in imag. ad M. Aur. geminorum patrem*) sit salvus sator, salva sint sata, salva seges sit, quae tam similes -at (*sc. tibi*). p. 229, 10 hortus, qui crebro pangitur, ... herbas et holuscula nihili -at. HYG. fab. 125, 2 *Lotophagi* loton ex foliis flore⟨m⟩ -tum edebant. SOL. 2, 41 Ligusticum mare frutices (*i. corallia fruticibus similia*) -at. ARNOB. nat. 5, 14 p. 267, 8 ex sanguine mortuorum flores atque arbores -tas *esse.* SERV. georg. 2, 31 *radix oleagina* urgente natura -atur ex arido (*sc. ligno*). 2, 47 arborum ... sponte natarum, -tarum ex semine et earum, quae de radicibus pullulant (2, 59. *cf.* 2, 324 'genitalia' ... dicimus 'semina', quibus aliquid -atur et gignitur). 2, 454 silvae multa sponte -antes. *al.* CLAVD. DON. Aen. 8, 315 p. 160, 7 *fauni nymphaeque* pascebantur his, quae silvestres rami naturaliter -bant. AMBR. hex. 3, 16, 67. *al.*

c *varia*: VITR. 1, 6, 11 *Eurus* ex auris *matutinis* -atur (*item -antur venti*: 8, 2, 5. GERM. 243 auras ..., quas -at Haemus. APVL. mund. 11 p. 313 aequidianis exortibus [*gr. 394b23 sq.* ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινάς. *cf. e. g. 11 p. 314* generatur]). 2, 9, 6 *abies* -at et alit cariem (5, 12, 7). 7, 6 qui *colores* per se certis locis -antur et inde fodiuntur (*item -antur colores*: 7, 9, 6. 7, 13, 2 quod *ostrum* ... meridianis regionibus excipitur, rubra -atur potestate). 8, 6, 10 quod ex eo *plumbo* -atur (*sc. cerussa; antea*: nascitur). 10, 1, 4 *v. p. 425, 31. al.* APVL. mund. 22 p. 338 *cursu solis et siderum* digeruntur tempora et rursus incipiunt ⟨at⟩que ... ⟨h⟩orae (*i.* ὧραι) -antur. SOL. 15, 31 *si crystallus e glacie fieret,* nec Alabanda Asiae nec Cypros in-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sula hanc materiam -rent (*cf. Plin. nat. 37, 23* nascitur et in Asia *eqs.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 82 si in ore matricis ... fuerint condilomata -ta. *al.*

II *transfertur ad quamlibet actionem efficiendi, formandi sim.; -antur*: **A** *res (sc. fere incorp.)*: **1** *generatim; respiciuntur quae fiunt*: **a** *arte, sollertia hominum, data opera (apium* SERV.; *aliter p. 1553, 41)*: CIC. de orat. 2, 356 ars ... dicendi ... habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et -et, verum ut ea, quae sunt orta iam in nobis et -ta, educet atque confirmet. leg. 3, 19 *tribuniciae potestatis* primum ortum si recordari volumus, inter arma civium et ... obsessis urbis locis -tum (-tam *Manutius*) videmus. nat. deor. 3, 38 hominum ... societas ... iustitiam -vit. VITR. 2, 1, 1 *homines* significando res ... fari ... coeperunt et ita sermones inter se -verunt. 4, 1, 3 e generibus duobus (*sc. dorico et ionico*) ... tertium genus (*sc. corinthium*) in operibus est -tum (*ibid.* est nata). 4, 8, 6 *architectos* pseudoperipterum -visse. SERV. georg. 4, 100 (*de apibus*) 'potior suboles', scilicet ad mella -anda. MART. CAP. 5, 461 secundaria quaestio -atur per rationem impugnationemque rationis. ORIG. in I reg. 1, 5 p. 8, 24 primos fructus de conversione proferimus et prima iustitiae germina de actibus et operibus -amus. *al.*

b *qualibet causa*: LVCR. 4, 835 nil ... natumst in corpore, ut uti possemus, sed quod natumst, id -at usum. SERV. georg. 1, 123 *otium* ex rerum abundantia -atur. Aen. 3, 170 'Corythum' designat partem provinciae, ne alter error ex magnitudine -etur locorum. MART. CAP. 9, 927 *cantando animalia allexit Orpheus,* in quo non fabula, sed veritas gloriam -vit. CASSIOD. in psalm. 127, 1 l. 32 timor domini ... ex caritate nascitur, ex dulcedine -atur. PALLAD. hist. mon. I 36 p. 323[B] omnis ... lapsus hominis, ⌞qui⌟ vel linguae vel sensus ⌞vitio -atur⌟ (*syn.* descendit; ⌞ ⌟ *gr. p. 140, 12 sq. διά*). *al.*

2 *speciatim*: **a** *in arithmetica vel musica (cf.* MART. CAP. 1, 40): VITR. 5, 4, 9 (*interpol.?*) ei concentus -antur ex coniunctione sonituum, qui graece *φθόγγοι* dicuntur. FAV. EVL. 13, 1 *septenarius numerus* Minerva dictus est, quod neque creatus est ex duobus sui similibus neque -are ipse alios potest intra limitem *decadis* ([*cf. in eadem re Macr. somn. 1, 6, 11* parit, *Mart. Cap. 7, 738* gignit]. MART. CAP. 7, 732 de [*om. pars codd.*] dyade quartus, elementorum n., -atur. BOETH. arithm. 1, 6, 2 [*syn.* efficitur]. 1, 11, 12 quos *n.* septenarius ceteros multiplicando -vit [*cf. gr. 1, 10, 9 οἱ ... γινόμενοι*]. *al.*). MART. CAP. 7, 731 ab ea *monade* ... cetera -ari omniumque numerorum solam seminarium esse. BOETH. arithm. 1, 12, 2 duodecies ... XCVI multiplicatis Ī CLII -antur. 2, 4, 5 unitas in se ipsa multiplicata nihil -at (*syn.* ex se gignit). 2, 23, 3 ad -andas ... pyramidas a tetragono tetragoni *componendi sunt* (*syn.* faciendas; *cf. gr. 2, 13, 7 αἱ ... πυραμίδες γεννῶνται ... ἀπό*). mus. 2, 7 p. 232, 27 ex conversis ... multiplicibus *proportionibus* superparticulares habitudines -amus (*syn.* producimus; efficimus). *al.* (*saepe apud* BOETH.). **b** *in arte gramm. vel metrica*: TER. MAVR. 1393 *pedes* octo porro -antur, quos vocant trisyllabos. 1599 quae lex sit ipsis *metris principalibus,* quae sit his, quae -ant. 2409 qui *pedes* -antur ex illo *spondeo.* SERV. ecl. 8, 71 gerundi modus ab omni verbo similiter -atur. MACR. exc. gramm. p. 28, 18 tertia persona pluralis a tertia -bitur singulari ... 'n' littera ... interposita, ut 'amat amant' (*cf. e. g. l. 16* formatur, *p. 29, 9* nascetur). FRG. Bob. gramm. VII 538, 12 sine quibus *vocalibus* nulla syllaba -atur. *al.*

B *homines, qui muneri alicui praeponuntur (cf. p. 1558, 66 et* creare *vol. IV 1161, 75 sqq.)*: SCHOL. Cic. Gron. D p. 322, 29 *v. vol. VI 1, 855, 24.* EPIST. pontif. 310 Migne 20, 548[A] (*ad episcopum Antiochenum*) *ne* sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos -ari. COD. Iust. 2, 55, 5 pr. in arbitris elegendis, quos ... nulla praecedente sententia communis electio, ut in illorum sententia stetur, -bat. ADNOT. Lucan. 5, 399 *consules suffecti* per menses singulos -antur (*Schol. ed. Web.* creantur [pro- *var. l.*]).

fere pro subst. adhibetur part. praes. -āns *p. 1551, 59. 1553, 6, p. p. p.* -tus *p. 1551, 72. 1552, l. 23. al.*

deriv.: procreabilis, procreatio, procreator (-trix), procreatura.

Vestergaard.

prōcrēsco, -ēvī, -ere. *a* pro *et* crescere. [*confunditur cum* procedere *l. 69. 71; errore typothetae, ni fallimur, legitur apud Petschenig in ed.* -tam *pro* procreatam AVG. c. Faust. 22, 35.]

fere i. q. crescendo procedere, excrescere; -ere dicuntur potius: **1** *quae crescendo apparent (indicatur unde praeter* SER.): LVCR. 1, 715 omnia ... ex igni, terra atque anima -ere et imbri (nascuntur *Serv. ecl. 6, 31,* gignuntur *Boeth. arithm. 2, 1, 1 libere citantes*). 6, 664 satis haec tellus morbi caelumque mali fert, unde queat vis immensi -ere morbi. SER. med. 673 *unguentum quoddam* evulsam ... vetat rursus -ere (percresc-, procedd- *var. ll.*) silvam *pilorum.* CRESC. Aug. c. Cresc. 3, 37, 41 (= 4, 45, 54) originem suam respicit, quidquid in stirpe -it (-cessit *fere trad. utrobique*). **2** *quae augentur incremento (nimio* VEG.; *cf.* non ultra FRONTO): LVCR. 2, 546 infinita ... nisi erit vis materiai, unde ea *res unica* progigni possit ..., creari non poterit neque, quod superest, -ere alique (*cf.* 2, 566 et res progigni et genitas -ere posse). FRONTO p. 4, 20 (*in imag.*) tuus ... amor incultus ..., spero, cum cedris porro adolescit ...; qui si ... coleretur, non ultra myrtos ... -ret. VEG. mulom. 2, 15, 4 ut ... cauterio genae (*i. palpebrae*), quae -verint, inurantur.

deriv.: cf. procerus. *v. L.*

prōcubitōrēs, (-rum) *m.* [*vix a* procubare, *quod notione diversa tantum legitur, sed potius variandi gratia ab* excubitores *sec. locutiones rei militaris* pro castris, pro porta, pro vallo *sim. (v. p. 1419, 17 sqq.). Fo.*] *t. t. rei militaris de iis, qui pro castris excubias agunt (ad rem v. Lammert, RE XXIII 71)*: CATO mil. frg. 5 -es (*explicat* FEST. p. 253 -es dicuntur ⌞fere velites⌟ [feri vetites *trad., cf. Polyb. 6, 35, 5 γροσφομάχοι*], qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt).

prōcubo, -uī, -āre. *a* pro *et* cubare (*item* EVTYCH. gramm. V 468, 12 -o, -as). *de effectu procumbendi, fere i. q. statu porrecto, protento cubare (cf.* GLOSS. II 342, 63 *καταπίπτω*: occubo, occumbo, -o, concido, decido): *de umbra*: VERG. georg. 3, 145 ubi ... speluncae ... tegant *fordas* et saxea -et umbra (-cumbet, -tegit, -tegat *var. ll.; explicat* SERV. auct. protendatur). *de animantibus*: CHIRON 344 in quacumque parte -erit *iumentum,* exulceratur *pars illa* (*nisi ad* procumbere *trahere malis; sed cf. Hippiatr. gr. I p. 14, 4 καταχείμενος*). CLAVD. 1, 120 populatus caede Gelonos -at ... Gradivus in Haemo. PAVL. NOL. epist. 49, 3 p. 393, 7 ad ipsius pedes ... martyris ... -are.

deriv.: procubus.

prōcubus, -a, -um. *a* procubare *retrograde, cf.* incubus. *i. q. procubans, prostratus (non nisi nom.* -us *praedicative positus)*: CYPR. GALL. gen. 704 vates pro rege poposcit -us ante deum. exod. 711 *Moses montem dei* conscendit ...; mox -us audit: '...'. num. 379 sic -us orat: '...' (539 ante pedes vatis. 584).

[procudium: *τέρας* GLOSS. *falso trad. pro* propudium *vel* prodigium.]

prōcūdo, -ere. *a* pro *et* cudere (*sim.* EVTYCH. gramm. V 471, 18, *sed* PAVL. FEST. p. 79 excudere, -ere et incudis ipsa a caedendo dicta sunt). *inter verba activa coniug. tertiae* CHAR. gramm. p. 477, 31. 32. *de notione (addas l. 50. 52)*: NON. p. 156, 25 -ere dixit prolatare, producere (*affertur* VARRO Men., VERG. *infra. inde* GLOSS. -ere: producere). GLOSS. II 384, 54 *ὀξύνω*: acuo, cudo, -o. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1762 -it: fabricat. 1763 -it: aedificat (*affertur* VERG. *infra*). III Abol. PR 30 -am (proquodam *trad.; an* producam*?*): protraham. *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVT., VARRONEM, CIC. *al., sed quinquies apud* LVCR., *quater apud* AMM. [*confunditur in codd. cum* producere *et* procludere, *quod infra notavimus (falsa var. l. codd. rec. pro* producere HOR. ars 59); *dub. an recte restituatur l. 68.*]

i. q. producendo cudere (accedit passim acc. obi. [rei effectae sub 2b et hic illic sub 1], facile subauditur l. 47 sq., absolute l. 61): **1** *proprie (in imag. l. 46, cf. l. 62) respicitur opera fabri ferrarii, aerarii sim.* (*qui metalla tundendo format [ut l. 53], ferramenta sim. sive acuit [e. g. l. 49] sive fabricat [l. 55. al.]*): PLAVT. Pseud. 614 haec (*i. militis minister decipiendus*) mihi incus est: -am ego hodie hinc multos dolos (*item in imag.*: DIOM. gramm. I 299, 3 artem merae latinitatis ... sub incude litteraria dociliter -endo formatam [*cf. l. 74*]). LVCR. 5, 1265 *metalla* in acuta ac tenuia posse mucronum duci fastigia -endo. VERG. georg. 1, 261 -it arator vomeris obtunsi dentem (*cf.* NON. *supra et* SERV. -it: cudendo extenuat ⌞id est producit tundendo⌟ [*add.* auct.]). HOR. carm. 4, 15, 19 *ira* -it enses (*Porph.* 'producit', hoc est fabricat. SCHOL. incudibus -it [-duc- *var. l.*] et fabricat). TERT. cult. fem. 1, 5 l. 23 *auri argentique* materiae ... in quocumque usu -endae (-duc- *var. l.*). ARNOB. nat. 3, 21 p. 179, 5 *ut* Vulcanus fabricetur ... enses aut ruris ferramenta -at (*item iuxta ponitur*: 4, 16 p. 220, 21 arma. *adde l. 52*). IVST. 36, 4, 4 aere fundendo -endoque. PRVD. c. Symm. 1, 50 vitibus incurvum ... putandis -am chalybem. CYPR. GALL. gen. 227 -ere massas (*226* tundere ferrum). *interpr. dubia in voto miro (per iocum facto?)*: INSCR. Année Épigr. 1994 n. 1876 (*marmor sectum in lapicidina Simitthensi; saec. II?*) ⌞d(eo) m(aximo) S(aturno)⌟ (*an* d(is) m(anibus) s(acrum)*?*); in of(ficina) Iunonis qui -it, pedicatur Dorus et amat Volusiam; v(otum) s(olvit) l(ibens) (*proprie de fabro, qui curat ferramenta officinae, an imagine obscena de coeunte?*).

2 *translate; cum obi.*: **a** *quod afficitur*: **α** *augendo vel extendendo*: VARRO Men. 551 legendo ... et scribendo vitam -ito (*v.* NON. *supra*). ling. 7, 109 potius iam reprimendum quam -endum puto esse volumen (*aliter sub bβ*; *cf.* TERT. patient. 5, 1 [*antea*: in expedito et quasi in ... compendio] verumtamen -ere disputationem ... non est otiosum [procedere *trad., quod fort. defendas coll. p. 1503, 70 sqq.*]). LVCR. 2, 1115 terreno corpore terra crescit et ignem ignes -unt aetheraque ⟨aether⟩ (*cf. Empedocl. B 37 αὔξει*). **β** *formando, acuendo*: CIC. de orat. 3, 121 non ... solum acuenda nobis neque -enda (-clud- *sim. var. ll.*) lingua est, sed ... complendum ... pectus ... copia *rerum* (*inde* AMM. 31, 16, 9 -ere linguas ad maiores ... stilos. *cf. imaginem Pind. Pyth. 1, 86 ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν*). AMM. 15, 2, 8 *Iulianus* paulisper moratus -endi ingenii

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

causa ([-cundenti *trad.*]. 16, 5, 6). 30, 4, 13 ad expugnandam veritatem ora mercennaria -entes *causidici* (*cf.* CIC. *supra*).

b *quod efficitur*: α *gignendo* (*animantia praeter l. 4*): LVCR. 3, 1081 nec nova *diutius* vivendo -itur ulla voluptas. 5, 850 *ut mares* (*v. Watt, Hermes 117, 1989, 235*) propagando possint -ere saecla (proclud- *OQ; cf.* 5, 856 propagando -ere prolem). PRVD. apoth. 275 *substantia dei patris non minuitur,* dum mutata novum -it portio natum *unigenitum.* β *scribendo*: CASSIAN. inst. 5, 1 quintus nobis iuvante deo liber iste -itur (-duc- *var. l.; sim.* conl. 24, 1, 1 [-clud- *var. l.*]). *Bk.*

procul *adv. et praepos.* (*quam v. sub IIB et IIC3*). [*in priore vocis parte agnoscendum videtur* pro- *significans motum procedentis et separationem eo effectam* (*cf. l. 40*), -cul *autem varia ratione oriri potuit. evanuisse videtur vocalis quaedam olim* l *litteram secuta, cf.* facul < *fakli *vel etiam* nihil < *nehīlom; *de* procul < *pro-kṵe-lo-m *cogitat Schaffner, Münch. Stud. z. Sprachwiss. 56, 1996, 131-171, qui anglosax.* nihol, nīowol *'humilis, non altus' revocat ad* *ni-kṵe-lo-. *cf.* proculus. *Fo.*] *de origine*: SERV. Aen. 3, 13 quasi porro ab oculis (*item* 6, 10, *ubi addit*: et quod prae oculis est. *cf. l. 28*). NOT. Tir. 22, 92. 93 -l dubium. *compar. et superl. desunt, sed cf. p. 1564, 32 sqq. de prosodia: primam syllabam brevem testatur* PRISC. *p. 1442, 74, ultima producitur* CE 443, 2 (*aet. Commodi? ante caesuram ut* CARM. de resurr. 331). *de notione*: ASPER *v. p. 1558, 53.* SERV. Aen. 3, 13 (*cf. l. 17*) potest et 'satis longe' significare et 'non valde', *sc. 'longe'* (*affert* Aen. 5, 124. *item de duplici notione*: 5, 124 'haud nimis longe' [*affert* ecl. 6, 16] ...; interdum et 'satis longe' significat. SERV. auct. Aen. 6, 10 iuxta et longe. AGROEC. gramm. VII 120, 6 -l et longe et prope significat [*affert* VERG. Aen. 10, 777]. SYNON. Cic. p. 438, 10 sq. prope. -l. propter. iuxta. ... -l. longe. eminus. GLOSS. *ἐγγὺς καὶ μακρὰν καὶ πόρρωθεν. al.*). AVG. in Iob p. 622, 19 -l, hoc est pro longe ab oculis. GLOSS. *πόρρω.* longe. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1770 contra. 1773 ex longinquo. 1774 nunc ante conspectum. *sim. al. legitur in poesi saepe inde a* PLAVTO, ENNIO (*saepissime apud* AVIEN.), *in oratione soluta saepe apud historicos inde a* CATONE (*? v. p. 1563, 15*), SISENNA (*sed deest* HIST. AVG. *praeter versum e* VERG. *allatum*), *multo minore frequentia apud ceteros inde a* RHET. Her., CIC. (*deest e. g.* VITR., CELSO, VVLG. *novi test.* [*at saepe in vetere, sc. in partibus ab* HIER. *versis*]), *ita ut aetate posteriore extra locutionem* -l dubio *raro occurrat* (*e. g. apud* AVG. [*neglectis aliorum qui afferuntur verbis*] *novies* / -l d. *plus quam 500^{ies},* GREG. M. *vix decies* / -l d. *ca. 250^{ies}*). [*confunditur in codd. cum* prope *e. g.* CIC. Arat. 186 (*vix recte restituitur* SEN. nat. 6, 16, 2); *trad. loco corrupto* AFRAN. com. 400 TIB. 1, 6, 42.]

significatur locus (status) segregatus, remotus, sc. ubi quis (quid) est, unde venit, quo tendit (*aliter ac adv.* longe *non simul ad spatium porrectum spectare videtur, nisi ita intellegere malis imprimis p. 1559, 18. 62 sq. 1560, 9 sq. 60, ideoque vix est quod agnoscas vim augendi, v. IIIA2b*). *saepe respicitur quod longe abest: cf.* haud -l *sim. ad indicanda vicina, v. IIIC; opp. potiora*: RHET. Her. 3, 19, 32 prope (*cf.* CIC. Cato 48 propter. CAES. Gall. 5, 34, 3 propius. OV. met. 2, 22 propiora ... lumina. *sim. al.; ad significandos omnes* [*cf. l. 48*]: VVLG. Dan. 9, 7 his qui prope sunt et his qui -l [*Vet. Lat. cod. 177* longe]). LVCR. 4, 501 iuxtim. SALL. epist. Mithr. 17 -l iuxta sitos (*asyndeton bimembre; cf.* TAC. hist. 2, 74, 1 -l vel i. VVLG. deut. 13, 7 i. vel -l. *ceterum opp.* i.: OV. met. 8, 809. *al.*). OV. Pont. 1, 5, 73 comminus (SIL. 9, 108). *syn. quaedam*: CAES. Gall. 2, 30, 3 a tanto spatio (*sim.* 7, 45, 4). OV. epist. 18, 175 longe (*al.; cf. l. 66*). PLIN. nat. 27, 9 -l et e longinquo (*item* 32, 7. *cf.* GELL. 1, 11, 9 ad hostem ... in conspectu l. -l distantem). *distantia haud ita magna respicitur e. g. p. 1559, 24 et ubicumque in scaena dicuntur quaedam fieri -l aliis praesentibus (cf. e. g. p. 1558, 10. 1559, 72), ceterum iis locis, quibus gramm. antiqui parum considerate tribuunt notionem q. e. prope sim. (v. l. 22 sqq.), sc.* TER. *p. 1563, 50,* VERG. *l. 73. p. 1558, 2. 19. 34. 1564, 6,* HOR. *p. 1558, 3.*

I *non indicatur, unde quis (quid) absit*: **A** *proprie, sc. vi locali* (*vel in imagine, e. g. p. 1558, 14; accedunt saepius aliae indicationes loci, v. 1aβ et quae collegimus sub 1b, 1c, 2a, 2b*): **1** *vario usu*; -l *respondet quaerenti*: **a** *ubi*: α *solum ponitur* (*exempla inde a* VERG. *selecta*): Ⓘ -l *esse, manere sim.* (*verbo subintellegendo p. 1558, 8 sq.*): PLAVT. Curc. 165 (*metro turbato*) -l amantem abesse ([-l ⟨a me⟩ *Müller*]. Most. 609^{a} [*in imag.*]. CIC. fam. 13, 59. LVCR. 4, 251 uti videamus, quam -l absit res quaeque. 4, 255. *al., cf. e. g. p. 1558, 38. 43*). 261 *in somnio vidi* -l sedere longe a me Aesculapium. CIC. de orat. 1, 179 quamvis *aedificium* esset -l (NEP. Timol. 1, 4. VERG. Aen. 6, 258 -l, o, -l este. OV. am. 2, 16, 12 quae movet ardores, est -l, ardor adest. ars 1, 31 este -l, vittae. *al., cf. e. g. p. 1558, 34*). LVCR. 4, 397 exstantis ... -l medio de gurgite montis. SALL. Iug. 57, 6 qui -l manserant (CVLEX 266 manet ... -l ⌞illa⌟ turba *procorum* [⌞ ⌟ *nisi abl., sc. Penelopa, ut spectet ad IIB*]). epist. Mithr. 17 -l iuxta sitos (*v. l. 48*). VERG. ecl. 6, 16 serta -l, tantum capiti *Sileni* delapsa, iacebant (SERV. 'prope', ⌞id est iuxta⌟ [*add.* auct. *coll. p. 1558, 2*], ... ut ostenderet non longius provolutam coronam; *cf. de hoc loco etiam* SERV. Aen. 5, 124 de nimia vicinitate ait. *item* -l iacere: STAT. Theb. 9, 358. 12, 246. *al.; cf. p. 1559, 45*). Aen. 10, 835 *sedet Mezentius* arboris adclinis trunco; -l ... ramis dependet galea (SERV. iuxta, *coll. p. 1557, 73*). HOR. sat. 2, 6, 105 *alimenta* -l exstructis inerant ... canistris (SCHOL. prope, iuxta). OV. Pont. 4, 6, 18 vestra -l positus carmen in ora dedi (LIV. 23, 43, 6 castris haud -l p. CVRT. 9, 1, 14 oppidum haud -l p. *al.*). LIV. 32, 36, 1 ad Philippum ... -l stantem (40, 8, 5 filio -l stante. *al., cf.* VERG. *l. 36. 39*). MANIL. 1, 408 *canicula* -l haerens. *al. per ellipsin*: SALL. Iug. 14, 10 hostes ab latere, vos amici -l, spes omnis in armis erat. VERG. Aen. 3, 479 Ausoniae pars illa -l. *al.*

Ⓘⓘ *exempla cetera*: PLAVT. Poen. 620 qui sequitur -l ([*cf. 611* pone nos recede]. LIV. 33, 1, 4 hastatos sequentes -l. CVRT. 5, 12, 20. *al.; cf.* BELL. Afr. 75, 6 -l subsequi non destitit). CIC. Catil. 2, 29 *dii* iam non -l, ... ab externo hoste atque longinquo, sed hic praesentes ... *urbem* defendunt. LVCR. 2, 740 -l avius erras *opinione falsa* ([*in imag. ut*: SALL. Iug. 85, 38 homines ... -l errant]. VERG. Aen. 7, 493 *cervum* -l errantem). 6, 258 *niger nimbus* in undas ... cadit effertus tenebris -l. CAES. Gall. 2, 30, 3 turrim -l constitui (*ibid.* a tanto spatio). civ. 2, 41, 2 peditatu ... -l ad speciem utitur, equites in aciem immittit. SALL. hist. frg. 2, 32 Metello -l agente. VERG. ecl. 1, 82 -l villarum culmina fumant. Aen. 3, 13 terra *Thracum* -l ... colitur (SERV. auct. 'non valde longe'. *cf. p. 1557, 22*). AETNA 127 *flumina* occulta fluunt ... atque inopinatos referunt -l edita cursus. OV. met. 2, 22 *Phaëthon* consistit ... -l, neque enim propiora ferebat lumina *patris* (8, 405 -l ... consiste. *v. et l. 38*). GERM. 10 si non ... te praeside ... -l arma silerent. VAL. MAX. 2, 2, 8 splendorem ... -l obtinuisse (*sc. in provinciis; opp.* domi). CVRT. 4, 2, 15 Alexander cum ... classem -l haberet. VAL. FL. 6, 259 *corpore transfosso* rorat *sanguine* -l ultima cuspis. TAC. hist. 1, 89, 2 *post bellum civile* -l ... populus Romanus bellaverat (*antea*: secura ... urbe et provinciali bello). APVL. met. 3, 23, 3 -l ... vitare *domos.* Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 170, 21 (*rex Bragmanorum Alexandro*) *non potes* ad nostra instituta transduci, cum ⌞-l⌟ aliis quam noster cultus exigit disciplinis ... sis imbutus (⌞ ⌟ 'prorsus?' *Kübler, 'i. longe' Heraeus in exemplari suo, sed* -l *est -l ab India*). *al.*

β *ubi quid sit, indicatur simul per alias determinationes*: CAES. Gall. 7, 28, 6 -l in via dispositis familiaribus (NEP. Milt. 7, 3 -l in continenti lucus ... incensus est. VERG. Aen. 5, 124 est -l in pelago saxum [*explicat* SERV. Aen. 3, 13 quod satis longe fuisse intellegi non potest, ne voluptas pereat spectaculi]. 5, 775 stans -l in prora [SERV. in parte extrema]. OV. trist. 3, 3, 37 -l ignotis ... moriemur in oris. LIV. 22, 31, 9 -l in Gallia provincia aberat. 40, 8, 1 in conspectu patris tacitus -l constitit. *al.*). VERG. Aen. 10, 455 specula cum vidit *leo* ab alta stare -l campis ... taurum (*item c. abl.*: OV. trist. 1, 1, 111 *libros* -l obscura latitantes parte. VAL. FL. 8, 202 puppe -l summa ... haeserat ... Medea. STAT. Theb. 6, 751 tuto ... recessu. 8, 15 si quos *mortuos* -l ulteriore barathro ... nox ... gravat [*vix ad IIIA2b*]. *al.*). OV. trist. 1, 3, 19 -l Libycis aberat ... sub oris (LIV. 8, 10, 7 *hostes* sub radicibus montis -l instructi). *al.*

b *unde* (*quod simul indicatur per adv. vel praepos. l. 47. 49 sq. 52; notionem testatur* ASPER *l. 53; cf. 2a et b*): PLAVT. Poen. 614 *lenoni* egredienti sanguinem exsugam -l. TER. Eun. 787 ut tu illos -l hinc ex occulto caederes. LVCIL. 960 proeliari sub vitem -l (['*eminus pugnare' Marx ad l.*]. PAVL. FEST. p. 3 quibus *telis* -l proeliamur). CIC. Verr. II 2, 48 non quaesivit -l alicunde *reum,* ... sed proximum. LVCR. 4, 194 causa est, -l a tergo quae provehat *simulacra.* CAES. Gall. 5, 34, 3 ut -l tela coniciant neu propius accedant (LIV. 28, 3, 11). SALL. hist. frg. 2, 13 -l et diversis ex regionibus (*contextu manco; ad l. cf.* ASPER Char. gramm. p. 278, 7 ergo -l e loco est). VERG. Aen. 4, 70 quam *cervam* -l ... fixit pastor *telo* (10, 777). 10, 713 iaculis tutisque -l clamoribus instant. *al.* LIV. 26, 6, 4 missilibus -l hostes arcebat (32, 5, 13. *al.*). 34, 14, 11 non caecis ictibus -l ... vulnerabantur, sed pede conlato *pugnabant* (38, 21, 8 ex occulto et -l). 44, 35, 19 missilibus -l ... *copiae* pugnabant. *al.* SEN. Thy. 383 *tela* -l ingerit Parthus. *al. loco varie temptato*: STAT. silv. 2, 6, 6 *triste est funus filii alteriusve propinqui*; ⌞ad te⌟ tamen et (at *M*) -l intrat altius in sensus ... plaga minor: famulum ... gemis, Vrse (*potestne* et -l *per epexegesin [cf. vol. V 2, 874, 61 sqq.] indicare vulnus inflictum e longinquo, i. morte cuiusdam non propinqui?*⌞ ⌟ alte *edd. plerique iungentes* -l ... altius [*v. sub IIIA2b*]; aliter tamen ac -l *Delz in plagulis*).

c *quo* (*iuxta similes indicationes, e. g.* in *c. acc. p. 1559, 9. 17. al.,* ad *p. 1559, 18,* usque *p. 1559, 21,* huc *l. 67; exempla selecta inde ab* Ov.; *cf. 2a et b*): PLAVT. Capt. 219 secede huc ... -l, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Trin. 265 Amor ignorandust, -l abhibendust (adhib- *codd.*). AFRAN. com. 200 -l concessero. RHET. Her. 3, 19, 32 sive nimis -l removeris sive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri *oculis et animo.* CIC. Arat. 139 semotam -l ... Andromedam (*Arat. 353 ἀπόπροθι,* GERM. 356 -l expositam). Lael. 89 comitas adsit, adsentatio vitiorum adiutrix -l amoveatur (SALL. Catil. 20, 1 arbitris -l amotis. GERM. 116 -l amotas ... nave petebat divitias *avaritia* [*nisi cum* petebat *iungendum, cf. gr. 111 νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον*]. 369. *al.*). CATVLL. 64, 108 *quercus* -l radici-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus exturbata *ventis* prona cadit. 64, 275 *undae* tarde primum ... procedunt ..., post ... purpurea ... ⌞-l nantes⌟ ab luce refulgent (⌞ ⌟ *si sic iungendum; ad p. 1560, 9 trahunt alii*). LVCR. 4, 253 quanto plus aëris ante agitatur ..., tam -l esse magis res quaeque remota videtur (SALL. epist. Mithr. 13 te remoto -l. hist. frg. 2, 107 ad paludem haud -l r. *al.*). 6, 1217 alituum genus ... -l absiliebat. BELL. Afr. 17, 2 -l hostibus repulsis. VERG. georg. 3, 212 tauros -l atque in sola relegant pascua (CVRT. 6, 11, 3). Aen. 3, 383 Italiam, quam tu iam rere propinquam, ... longa -l ... via dividit. 4, 278 *Mercurius* -l in tenuem ex oculis evanuit auram (*sim.* 9, 658). 11, 677 (*nisi ad a*) -l Ornytus ... equo ... fertur (VAL. FL. 8, 174 te venti -l ... ferebant). TIB. 1, 1, 76 vos, signa tubaeque, ite -l (2, 4, 15 i. -l, Musae [*item* 20. STAT. silv. 1, 6, 2. *al.*]. OV. rem. 214 i -l et longas carpere perge vias. *al.*). 3, 9, 5 abducit. OV. epist. 11, 101 tolle -l ... faces (PRIAP. 12, 10). 17, 155 -l est ... profectus. met. 4, 357 veste -l iacta (GELL. 16, 19, 15 *Arion* iecit sese -l in profundum). 15, 195 terrae ... -l contagia fugit (SEN. Ag. 444 terras -l, quantum recedunt vela, fugientes. epist. 28, 6 conspectum ... fori -l fugiam. *al.*). fast. 1, 505 -l in dextram tendens sua bracchia ripam (SIL. 1, 127 quanta -l moles ... ad sidera tendit [*nisi ad a*]. *al.; cf. l. 33*). SEN. dial. 10, 20, 5 (*in imag.*) nemo in conspicuo mortem habet, nemo non -l spes intendit. LVCAN. 9, 491 *turbo* effudit... -l *saxa*. STAT. Theb. 2, 206 *fama* finitimis ... agitatur agris -l usque Lycaeos ... saltus. 11, 584 (*describitur aspectus foedus Oedipodis*) -l ora genaeque intus (*per ellipsin, sc. recesserunt sim.?*). IVV. 12, 5 -l extensum ... quatit hostia funem. *al. respiciuntur quae quis porrigit a corpore remota* (*addasne l. 17? cf. p. 1558, 26*): VERG. Aen. 5, 642 *Iris* corripit ignem sublataque -l dextra conixa ... iacit (-l ... iacit *iungunt alii*). VAL. FL. 6, 345 Telamon -l extulit *clipeum*. STAT. Theb. 4, 738 *equorum sitientium* ora ... -l exsertantia linguas.

2 *relatione ambigua inter quendam percipientem et id, quod percipitur*: **a** *-l videre, spectare, audire sim.* (*saepius discerni non potest, utrum spectetur aliquid e longinquo vel in longinquo, an spectetur aliquid longinquum, sc. ut* -l *attributive vel praedicative iungendum sit cum ipsis obi. [sim. dubites, an* -l *trahas ad inf. pendentes l. 37. 45. al.]; fortasse i. q. in longinquum l. 62 et e. g.* AVIEN. Arat. 1573 -l ... tende oculos; *iuxta praepos.* ab *l. 41,* de *l. 43,* ex *l. 39. 41 sq. al.,* in *c. abl. l. 39. 56, adv. loci e. g. l. 45 sq.; exempla selecta inde a* CAES.): PLAVT. Asin. 391 -l si quem videt *ianua* ire ad se (Capt. 788 Ergasilus estne hic -l quem video? [*sim.* TER. Ad. 438]. SISENNA hist. 58 multitudinem -l hostium constare viderunt. CIC. nat. deor. 2, 87 cum ... -l cursum navigii videris. *al.; iuxta alias indicationes loci*: PLAVT. Rud. 442 quid ... video -l in litore. CAES. Gall. 7, 45, 4 haec -l ex oppido videbantur [*postea*: tanto spatio]. OV. trist. 3, 9, 11 quem -l ut vidit tumulo ... ab alto. *al.*). Men. 227 quom ex alto -l terram conspiciunt *nautae* (*simul indicatur unde*: CIC. nat. deor. 2, 89 -l ... e monte conspexit *navem.* LVCAN. 3, 88 excelsa de rupe -l ... conspicit *Romam. ceterum*: CIC. Caecin. 45 si quos armatos quamvis -l conspexissent. 46. LVCR. 6, 705 corpus ut ... siquod -l ... iacere conspicias. *al.*). Most. 429 hinc speculabor -l (*ex occulto ut e. g. l. 47 et* Truc. 709 -l hinc observabo. TER. Eun. 548 -l hinc ... prius ... sciscitari. *al.*). Poen. 682 illinc -l nos istuc inspectabimus (Rud. 1021 inspectavi -l [*1019* e litore]). ENN. ann. 387 cum -l aspiciunt hostes accedere (TITIN. com. 124. VERG. Aen. 6, 824 Decios ... -l ... aspice. *al.*). ACC. trag. 675 auroram rutilare -l cerno (LVCR. 4, 353 -l turris ... cernimus urbis [*355* longe cernitur]. CAES. civ. 3, 41, 5. *al.*). CIC. de orat. 2, 153 (*antea: non* palam audire) -l, quid narrarent, attendere. Cato 48 adulescentia voluptates propter intuens ..., senectus -l eas spectans ([*in imag.; antea*: in prima cavea ..., in ultima]. PLIN. nat. 3, 62 haud -l spectato monte. *al.*). CATVLL. 64, 60 *Ariadne Thesea* -l ex alga ... prospicit (VERG. Aen. 11, 838 utque -l medio iuvenum in clamore furentum prospexit ... Camillam. *al.*). CAES. Gall. 4, 12, 6 cum ... id ... -l animum advertisset (civ. 2, 42, 5). BELL. Afr. 13, 1 ut -l Caesariani pedestres copias arbitrarentur. SALL. hist. frg. 3, 96B *erexerant cadavera* ad vigilum speciem -l visentibus (4, 27 CVRT. 8, 13, 21. *al.*). HOR. epist. 2, 2, 95 -l audi, quid ferat ... uterque (PROP. 4, 9, 23 -l inclusas audit ridere puellas. OV. met. 12, 50. *al.*). TIB. 1, 6, 61 *mater* -l ... cognoscit strepitus. LIV. 37, 23, 1 *locus* -l navium praebet prospectum. SEN. Thy. 499 -l ... suem odore sentit (*cf.* VVLG. Iob 39, 25 *equus* -l odoratur bellum [*explicat* GREG. M. moral. 31, 71 adversa ... longe adhuc posita ... praenoscere]). MELA 2, 116 -l intuenti videbantur continua esse litora (*item iuxta part. praes.*: PLIN. nat. 12, 22. *al.* FRONTIN. strat. 1, 5, 22. *al.; ceterum e. g.* PLIN. nat. 20, 207 si -l intuearis). *al.* **b** *-l significare, sonare sim. vel apparere, splendere* (*vix distingui potest, utrum signum loco remoto fiat, an e longinquo veniat [cf.* istinc -l *l. 70. 74 sq.], an in longinquum mittatur; exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Capt. 603 istinc loquere ... -l; tamen audiam. Cas. 814 iam oboluit Casinus -l. Curc. 112 quoia vox sonat -l? ([*cf. Rud. 229* quoianam vox mihi prope hic s.?]. SIL. 1, 471 s. *ventus* ... -l. *cf.* VERG. georg. 3, 83 sonum -l arma dedere. Aen. 9, 503 tuba ... sonitum -l ... increpuit). Mil. 1169 istinc te -l ita volo adsimulare, *quasi militem ames.* Rud. 1148 istinc -l dicito, quid insit *in cistella.* SISENNA hist. 131 -l sibilu significare consuli coepit (*cf.* CAES. Gall. 6, 29, 5 ne qua ... adventus -l significatio fiat *ignibus.* LIV. 3, 5, 9 signum a se -l editum). CIC. Planc. 29 (*in imag.*) *blanditia popularis* -l apparet, ... non in manus sumitur (VAL. MAX. 2, 4, 5 p. 70, 21 haud -l apparere fumum. *al.*). HOR. epist. 1, 7, 32 *vulpeculae inclusae* mustela -l '...' ait. PROP. 1, 20, 49 cui *Hylae* -l Alcides iterat responsa. LIV. 3, 18, 4 *socii* -l speciem hostium praebuere (28, 14, 4 elephanti castellorum -l s. praebebant. *cf.* CVRT. 7, 4, 27 collium -l species est. 8, 12, 7 fecerant speciem [8, 14, 13]). VAL. FL. 4, 405 celsis -l ipsa *Io natans* refulget cornibus (*cf. p. 1559, 2*). SIL. 11, 273 -l splendentibus ostro ... toris (AVIEN. orb. terr. 1204). STAT. Theb. 4, 221 *Amphiaraus curru vehens* -l ... metuendus ... eminet (*cf. p. 1563, 45*). *al. per ellipsin verbi dicendi*: VERG. georg. 4, 353 *Arethusa* caput extulit unda et -l: '...'. Aen. 2, 42.

B *translate*: **1** *respiciuntur varia, quae absunt, arcentur sim.*: **a** -l est: α *pro subi. est struct. verbalis* (*vix intellegas struct. personalem infra l. 19. 23*): LVCR. 4, 856 -l est, ut credere possis (CASSIOD. var. 11, 5, 2 -l ... sit, ut aliquo ... esuriente satiemur. Ios. antiq. 4, 225 [*gr. μαχρὰν εἶναι τοῦ*]. *cf. l. 43*). LIV. 1, 5, 6 sciscitando ... eo dem⟨um⟩ pervenit, ut haud -l esset, quin Remum agnosceret ⌞*Numitor*⌟ ([⌞ ⌟ *vix etiam subi. pertinens ad* -l esset]. 5, 12, 7 haud -l erat, q. castra ... turbarentur. SIL. 2, 335. *cf. l. 41. p. 1562, 13*). HIL. in psalm. 118 beth 3 p. 371, 24 -l sit istud existimari (-are *var. l.; cf.* -l dubio est *c. acc. c. inf. vol. V 1, 2124, 56 sqq.; inf. pendet infra p. 1563, 35*). ENNOD. carm. 2, 75, 4 -l est ..., quod censet (*cf. p. 1563, 66 et vol. V 1, 2124, 64. 66*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 205 ut longe -l sit, quasi videatur quis mundus esse, cum fecerit homicidium (*gr. πλεῖστον ἀπέχῃ*). β *vario usu*: SALL. Iug. 85, 48 omnia matura sunt, victoria, praeda, laus; quae si dubia aut -l essent, tamen *eqs.* HOR. carm. 3, 8, 15 -l omnis esto clamor et ira. OV. epist. 15, 176 sit -l insano victus amore timor. ars 2, 107 sit -l omne nefas. 2, 151 este -l, lites et ... proelia. LIV. 28, 42, 10 -l externus metus est. *al. copula supplenda*: MANIL. 4, 156 arma -l ... volunt tristemque senectam (*suppleas inf.* esse *ut e. g.* SIL. 5, 348 ut ... metum leti -l ... cognovit). VAL. FL. 2, 647 sq. -l effera virtus Bebrycis et Scythici -l inclementia sacri. TAC. ann. 15, 48, 3 aderant ... fortuita ..., sed -l gravitas morum. *al.*

b -l abest: *vario usu*: CIC. off. 1, 136 ira -l absit *in castigatione.* HOR. epist. 2, 2, 199 (*loco fort. corrupto*) pauperies ... -l absit. TIB. 3, 19, 7 -l absit gloria vulgi. OV. am. 1, 14, 41 -l omen abesto. LIV. 34, 3, 7 -l abest absitque semper talis fortuna rei publicae. SEN. Oed. 87 abest pavoris crimen ... -l virtusque nostra nescit ... metus. CVRT. 4, 10, 28 istud ... -l abest. *al. pro subi. est enunt. secund.* (*cf. supra l. 15; vix struct. personali l. 42*): LIV. 5, 4, 14 legatos nostros haud -l afuit, quin violarent *Veientes* (9, 2, 3 *legiones* Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec -l abesse, q. vi capiant. 25, 1, 10. 44, 19, 9). LVCAN. 10, 525 -l absit, ut ista vindictae sit summa tuae.

c *exempla varia* (*selecta inde a* SEN. *philos.; saepius sublucente imagine loci*): LYGD. 4, 3 ite -l, *vana somnia* (6, 7 ite -l, durum curae genus. PROP. 4, 6, 9 ite -l, fraudes). OV. fast. 4, 763 pelle -l morbos. SEN. contr. 2 praef. 2 cum *animus* ... compressisset affectus et iram ... -l expulisset. SEN. Herc. f. 973 infandos -l averte sensus, pectoris ... compesce dementem impetum (LVCAN. 10, 101 -l hoc avertant fata [*sim.* 10, 341]. AMM. 19, 10, 3 -l omen di caelestes avertant). Med. 330 -l fraude remota (benef. 5, 15, 6 remotis -l bellis. SIL. 10, 640 -l maerore remoto). Phaedr. 517 luxus -l ... fugisse. benef. 6, 30, 1 submovenda occasio ac -l repellenda. LVCAN. 2, 295 -l hunc arcete furorem (STAT. Theb. 8, 589. TAC. dial. 22, 5 quaedam ... -l arce⟨a⟩ntur *ab orationis stilo* ut iam oblitterata). CALP. ecl. 1, 58 omne -l vitium simulatae cedere pacis iussit. TAC. ann. 1, 1, 3 sine ira et studio, quorum causas -l habeo (*aliter, sc. cum colore arcendi* [*cf. p. 1562, 31*]: 6, 32, 1 astu res ... moliri, arma -l habere). *al.*

2 *respicitur tempus remotum* (*futurum praeter* HIER.; *intellegasne spatium temporis diuturnum apud* PAVL. FEST., STAT. Theb.*? cf.* SEN. *p. 1559, 19*): TIB. 2, 5, 11 tu, *Phoebe,* -l eventura vides (*cf. p. 1559, 35*). OV. met. 3, 519 dies aderit, quam non -l auguror esse. MANIL. 4, 156 *v. supra l. 31.* PAVL. FEST. p. 225 *patribus* -l progressis aetate. SIL. 11, 572 haud -l est funesta dies. STAT. Theb. 12, 810 (*ad librum*) durabisne -l? silv. 1, 6, 98 quos ibit -l hic dies per annos *memoriae traditus.* HIER. epist. 10, 2, 1 (*10, 1, 1* cum primum paradisi colonum *eqs.*) quorsum ... ista tam alto repetita principio et ita -l coepta? DRAC. satisf. 221 sex sunt aetates hominum ⌞-l usque senectam⌟ (cuiusque senectae *Eug. Tolet.*).

3 *respicitur quod differt ab aliquo* (*cf. p. 1562, 38*): PLIN. nat. 15, 95 (*antea describuntur nuces et castaneae*) haud -l abesse videantur ... siliquae.

II *indicatur, unde quis (quid) absit, separetur sim.* (*cui quid absit sub C2; determinationes saepe ex tota locutione verbali pendere vix est quod moneamus*): **A** *per praepos.*: **1 -l ab** (*cf. et quae ad B monuimus*): **a** *proprie. iuncturae quaedam frequentiores*: -l a castris CAES. Gall. 5, 17, 1 LIV. 25, 34, 4. 29, 2, 2. *al.* (*abl. p. 1562, 55*), -l a conspectu *p. 1561,*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

35. 39 et e. g. SEN. contr. exc. 8, 6, 2 (*cf.* e c. *p. 1562, 41*), -l a domo *vol. V 1, 1977, 53 sqq.* (*abl. ibid. 57*), -l ab hoste OV. Pont. 2, 8, 36 LIV. 3, 26, 3. 23, 26, 2. *al.* (*abl. p. 1562, 70*), -l a mari SALL. Iug. 89, 7 LIV. 32, 18, 2. 34, 29, 2 *et p. 1564, 5. al.* (*abl. p. 1562, 55*), -l ab oculis LIV. 39, 6, 6. 45, 24, 13 COLVM. 9, 1, 1. *al.* (*abl. p. 1562, 63, cf.* ex o. *p. 1559, 9*), -l a patria *vol. X 1, 770, 13 sq.* (*abl. ibid. 15*), -l a terra *l. 23. 27 sq.* LVCR. 5, 491 LIV. 41, 3, 3 POMPON. trag. 5. *al.*, -l ab urbe LIV. 29, 7, 3 FRONTIN. strat. 2, 11, 1 (*saepius abl., v. p. 1562, 56*).

α *varia exempla* (*selecta inde a* LVCR.): PLAVT. Capt. 551 tu ab istoc *insano* -l recedas. :: ultro istum a me! (Mil. 357 abs te. OV. met. 12, 359 a telo ... veniente. STAT. silv. 4, 4, 25. *al.; item iuxta compos. cum* re-: CIC. Verr. II 3, 85 civitas tam -l a manibus tuis atque a conspectu remota. OV. met. 11, 277 *pecora* haud -l a muris ... reliquit. LIV. 9, 26, 4 abhorrere a relegandis tam -l ab domo civibus. *al.*). CIC. Verr. II 4, 144 (*e S. C. Syracusanorum*) quod praedones -l ab insula ... prohibuisset. Manil. 55 insula Delus tam -l a nobis in Aegaeo mari posita (CAES. civ. 1, 81, 1 -l ab aqua ... castra ponunt. LIV. 3, 26, 3. *al.*). Flacc. 63 *Massilia,* quae tam -l a Graecorum ... regionibus, disciplinis linguaque divisa, ... *optime* gubernatur (*si* -l ... divisa *iungendum. cf. alia compos. cum* dis-: Pis. 91 *Aetolia* -l a barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita. NEP. Pel. 5, 4 -l ... digressus a suis. OV. trist. 1, 1, 77 -l a stabulis ... discedere. *al.*). Balb. 40 *Pompeium* -l ab illorum moenibus ... bellum gerentem. de orat. 3, 145 (*in imag.*) te ... aestus ingeni tui -l a terra abripuit (*item iuxta compos. cum* ab-: nat. deor. 2, 141 natura res *obscenas* ... -l amandavit a sensibus *in capite conlocatis.* LIV. 5, 39, 11 sacra ... ab incendiis -l auferre. 22, 25, 5 *consulem* -l ab Italia ablegatum. 27, 20, 6 ut ... -l ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret. *al.; cf. l. 49*). Tusc. 1, 42 -l a terris id evenit (*opp.* terrae proximus). LVCR. 2, 1111 unde ... caeli domus alta ... tecta tolleret a terris -l et consurgeret aer. 6, 1104 -l a patria ... domoque adveniunt. CAES. Gall. 5, 17, 1 -l a castris ... in collibus constiterunt. SALL. epist. Mithr. 16 -l ab domo ... bellum confi-cere. NEP. Them. 8, 7 -l ab insula in salo navem tenuit (IVV. 3, 89 Herculis Antaeum -l a tellure tenentis. *al.*). LIV. 4, 18, 1 Faliscus -l ab domo militiam aegre patiens. 26, 2, 2 *auspicationem* in castra ... -l ab legibus magistratibusque ... transferri. 29, 7, 6 castra -l ab ictu teli communit. 29, 23, 9 ut -l ab Africa ... bellum ... gerant. SEN. epist. 91, 11 quae -l a conspectu maris stabant. PLIN. nat. 5, 92 Cydnus *fluvius* Tarsum ... -l a mari secans. 8, 6 *elephantos* territos spatio pontis -l a continente porrecti *ad navem.* IVV. 16, 17 miles ne vallum litiget extra et -l a signis. *al.* β -l esse: CIC. leg. agr. 2, 87 *Carthago et Corinthus,* quae -l erant a conspectu imperii. Phil. 11, 2 cum -l esset (abesset *var. l.*) a consulibus exercitibusque *Dolabella.* leg. 2, 56 quod *sepulcrum* ⟨haud⟩ -l a Fontis ara est. fam. 15, 2, 2 a suis finibus. SALL. Catil. 19, 2 senatus provinciam ... dederat, quippe foedum hominem a re publica -l esse volebat. TIB. 2, 5, 88 a stabulis ... -l este, lupi. OV. epist. 4, 75 sint -l a nobis iuvenes ut femina compti. met. 5, 385 haud -l Hennaeis lacus est a moenibus. trist. 4, 4, 63 nec -l a nobis locus est. *al.* LIV. 5, 51, 1 quod *in exilio* -l ab his certaminibus eram. *al. copula supplenda*: PLIN. nat. 7, 10 iuxta eos *Scythas* ... haut -l ab ipso aquilonis exortu ... produntur Arimaspi. PLIN. epist. 5, 6, 27 non -l a balineo scalae, quae *eqs. al.* γ -l abesse (*cf.* PLAVT. *p. 1557, 64*): CIC. fam. 3, 5, 4 -l ... aberam ab re ipsa et a locis. LVCR. 5, 630 *lunae* cursus abest -l a caelo terrisque propinquat. OV. trist. 1, 7, 10 quam -l a nobis Naso sodalis abest. 3, 12, 14 -l a Getico litore vitis abest (*sim.* 3, 12, 16). LIV. 1, 25, 8 unum *sequentem* haud -l ab sese abesse. 10, 26, 11 haud -l a Clusio aberant *consules.* 32, 21, 22 ab nobis. 39, 27, 6 a finibus Macedoniae. *al.* CVRT. 9, 10, 23 haud -l a Perside aberant. *al.*

b *translate respiciuntur, qui (quae) absunt, distant*: α *a qualibet re vel persona*: Ⓘ *exempla varia* (*selecta inde a* SALL.): PLAVT. Most. 716 quo dolo a me dolorem -l pellerem. ENN. scaen. 189 ius ... se a malis spernit (*i. segregat*) -l. CIC. inv. 1, 8 *philosophorum* quaestiones -l ab oratoris officio remotas *esse* (Cluent. 2 quae *pars orationis* -l ab iudicio remota est. VAL. MAX. 7, 4 pr. ab omni reprehensione. 8, 1 damn. 1 ab hac suspicione. OCTAVIA 381. *al.; item iuxta compos. cum* re-: LVCR. 5, 406 quod -l a vera nimis est ratione repulsum [*sim.* 6, 767, *sed locis geminis 1, 880. al.* longe]. SEN. dial. 4, 21, 6 *puerum educandum* -l a contactu deliciarum retinebimus. epist. 95, 48 quam -l resilire a ... superstitionibus *debeat. al.*). S. Rosc. 68 tanta temeritas, ut non -l abhorreat ab insania (QVINT. inst. 9, 2, 78 a ratione iocandi. *al.; ceterum iuxta compos. cum* ab-: SEN. epist. 51, 5 animus ... a blandimentis voluptatum -l abstrahendus *est.* GELL. praef. 19. *al.*). leg. agr. 3, 6 quam -l a suspicione fugit. Tusc. 5, 41 *v. sub IIIA 1.* LVCR. 5, 107 quod (*i. finem mundi*) -l a nobis flectat fortuna gubernans (*subestne respectus tempor.?*). 5, 122 quae (*i. terra, corpora caelestia sim.*) -l usque adeo divino a numine distent, ... ut *eqs.* (*item iuxta compos. cum* dis-: SEN. dial. 9, 8, 9 optimus pecuniae modus est, qui ... *non* -l a paupertate discedit. QVINT. inst. 8, 6, 23 nec -l ab hoc genere discedit metonymia. NOVELL. Iust. 22, 9 servitutem non -l a morte differre [*gr. οὐ μακρῷ διεστάναι*]). SALL. Iug. 4, 3 -l a re publica aetatem agere (LIV. 9, 26, 14 qui maxime -l ab his coitionibus vitam egisset. *al.*). PS. SALL. rep. 2, 2, 4 quae ... aut vera invenies aut certe haud -l a vero. OCTAVIA 976 hanc *tamquam Iphigeniam* ... -l a poena portate ... templa ad Triviae. QVINT. inst. 6, 2, 14 quotiens ferimus, ... monemus, -l ab ira, -l ab odio. 8, 3, 23 exercitatio -l a veritate seiuncta. *al.* Ⓘⓘ -l esse: TER. Ad. 348 a me culpam esse hanc -l (*item ab animantibus*: LYGD. 6, 25 -l a nobis ... sit timor. OV. fast. 4, 116 a nobis sit furor iste -l. PAVL. FEST. p. 227 propudium ... dici, a quo pudor et pudicitia -l sint. SEN. dial. 3, 6, 4 -l est ... a sapiente ... feritas. 11, 17, 6 -l istud exemplum ab omni Romano sit viro. *al.; cf.* TIB. *infra*). CIC. ac. 1, 15 caelestia ... -l esse a nostra cognitione. CATVLL. 63, 92 -l a mea ... sit furor ... domo. TIB. 1, 10, 66 qui saevus erit, scutum ... gerat et miti sit -l a Venere (*nisi ad a*). OV. trist. 5, 6, 27 nec -l a vero est, quin et pulsarit amicum *Orestes* (*cf. p. 1560, 19*). LIV. 7, 37, 10 quia multitudo ... haud -l ab rerum omnium inopia esset. FEST. p. 229 profesti dies dic⟨ti quod sint -l a religione numinis⟩ (*suppl. sec.* PAVL.). MART. 10, 3, 9 -l a libellis nigra sit meis fama. *al. copula supplenda*: BVC. Eins. 2, 32 -l a nobis infelix gloria Sullae. QVINT. inst. 7, 1, 46 quis tam -l a litteris, quin *eqs.*? *al.* Ⓘⓘⓘ -l abesse: AFRAN. com. 242 abesse ab lustris (*i. lupanaribus*) ingenium -l. CIC. de orat. 3, 63 philosophia *voluptatem amplectens* ... -l abest ... ab eo viro, quem quaerimus (*item ab animantibus*: Tusc. 3, 82 aegritudinem omnem -l abesse a sapiente. SEN. clem. 1, 9, 9 -l hanc ab se abesse dementiam. PLIN. nat. 28, 8 *infra.* QVINT. inst. 2, 15, 11 qui ab oratore -l absunt. *al.*). Brut. 313 *infirmitas corporis* non -l abesse putatur a vitae periculo, si *eqs.* Tusc. 4, 47 qui *adpetitus* -l absit a naturae constantia. *al.* LIV. 29, 17, 2 si ... culpa defectionis -l a publico consilio absit. COLVM. 1 praef. 2 causas ... -l a veritate abesse. PLIN. nat. 28, 8 -l a nobis nostrisque litteris absint ista. 35, 179 eius *napthae* ardens natura ... -l ab omni usu abest. QVINT. inst. 6, 3, 7 a derisu non -l abest risus. 8, 3, 64 an quisquam tam -l a concipiendis imaginibus rerum abest, ut *eqs. al.* Ⓘⓥ -l habere (*sc. arcendo; v. etiam l. 69. p. 1560,57. 1563, 28, aliter p. 1558, 25*): SALL. Catil. 4, 1 reliquam aetatem a re publica -l habendam decrevi. OV. Pont. 1, 7, 7 di -l a cunctis *amicis* ... huius notitiam gentis habere velint.

β *a tempore quodam* (*cf. p. 1561, 70*): CIC. rep. 1, 1 qui sunt ⟨haut⟩ -l ab aetatis huius memoria (*nisi ad p. 1561, 56*). Cato 15 quod *senectus* haud -l absit a morte. CARM. CIL I² 3398a, 2 (*in sorte*) ⟨vit⟩am con⟨de⟩cora: mo⟨rt⟩tem -l apste hab⟨ebis⟩.

γ *ab eo, quod comparatur* (*cf. B2c et IB3*): PLIN. nat. 34, 8 *genus aeris quoddam* fortuna temperatur ... suo colore pretiosum ... -l a Corinthio, longe tamen ante Aegineticum.

2 *iuxta alias praepos.*: PLAVT. Persa 467 illuc ⌞abscede -l e conspectu⌟ ([aspice deprocul inconspectum *codd.; corrigitur sec.* 727; *sunt, qui alterutrum locum deleant*]. *item* -l ex: SEN. epist. 94, 69 ex isto coitu *insanorum* ... -l abisse. *al.; cf. p. 1559, 9. 1561, 26*). SALL. Iug. 53, 7 haud -l inter se erant *duo exercitus.* PLIN. nat. 5, 31 nec -l ante oppidum fluvius (*Sol. 27, 54* civitatem adluit). VVLG. exod. 24, 11 qui -l recesserant de filiis Israhel (*nisi partitive*). 33, 7 tetendit extra castra -l (*Vet. Lat. cod. 100* longe).

B *per abl.* (*usu pro praepos., nisi adv. intellegas iuxta verba cum abl. separ. iuncta, ut e. g.* abesse, arcere; *neglecta una iunctura tritissima* -l dubio *abl. nudus minus frequens est quam struct. praepos.* -l ab [*cf. iuncturas sub A1a collectas; structurae variant in eodem contextu p. 1563, 2 et e. g.* OV. trist. 4, 8, 35 nec -l a metis, *sed* 41 -l patria]; *per abl. inducuntur raro personae, v. l. 61 [iuxta rem]. 70. p. 1563, 47 et e. g.* SER. med. 947 *fractura* cunctis -l absit amicis [*nisi potius dat. coll. p. 1563, 56*]): **1** *proprie* (*saepius occurrunt* -l castris *p. 1563, 8 et* LIV. 9, 21, 3. *al.*, -l mari *l. 73. p. 1563, 1. 6. 11,* -l patria *l. 58. 62. 65. p. 1563, 2,* -l urbe *l. 65. p. 1563, 3. 8. al.; cf. p. 1560, 74 sqq.*): **a** *varia exempla* (*selecta inde a* LIV.; *addasne p. 1557, 71?*): ENN. scaen. 260 multi ... rem bene gessere ... patria -l. CIC. Arat. 169 *Piscis australis* -l illis Piscibus haerens (*Arat. 388 ἀπό, Germ. 379* a geminis diversus P.). 186 -l (prope *var. l.*) Arcturo adversa est de parte locata *Ara* (*gr. 405 non nisi ἀντιπέρην*). VERG. catal. 9, 44 castra foro ... praeponere ..., tam -l hoc gnato, tam -l hac patria. PRIAP. 58, 2 effeminato verminet -l culo (*sc. pathico absente*; imminet -l dubio *trad.*). PROP. 3, 21, 10 quantum oculis, animo tam -l ibit amor. OV. trist. 4, 2, 69 -l Latio diversum missus in orbem *nuntius.* 4, 8, 41 vita -l patria peragenda *est.* Pont. 4, 9, 123 *nos* -l urbe remoti (VAL. FL. 2, 279 urbe. *al.*). LIV. 3, 22, 4 haud -l oppido ... consedit (3, 23, 1 haud -l moenibus Tusculi. 4, 10, 5 haud -l urbe Tusculo. *al.*). 4, 21, 8 haud -l Collina porta signa habuere (34, 11, 1 castra. *al.; arcendo*: 4, 58, 12 *plebem* -l urbe haberi atque ablegari). 7, 5, 9 qui rure et -l coetu hominum iuventam egisset. 9, 32, 5 haud -l hoste instruxit aciem. 10, 34, 9 constitutis haud -l porta signis (CVRT. 4, 13, 35 haud -l acie. COLVM. 7, 8, 3 *mulctra* haut -l igne constituenda *est*). 38, 16, 15 quia -l mari incolerent. SEN. Med. 188 *mulierem* arcete ... tactu et accessu -l (STAT. Theb. 1, 300 germanum ... -l impius aula arceat). CVRT. 4, 3, 10 qui -l hostium conspectu subibant aqua⟨m⟩. TAC. ann. 12, 32, 1 iam ... ven-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum haud -l mari. *al.* **b** -l esse: Ov. fast. 4, 82 Scythico quam -l illa *patria* solo est. trist. 5, 10, 3 patria -l esse tot annis (Pont. 1, 3, 67 [*sed* 84 a patria]). Pont. 1, 5, 73 quae ... est -l urbe Quirini, aspicit ... comminus Vrsa Getas. Liv. 7, 39, 7 haud -l Anxure. 22, 19, 8 haud -l portu. *al.* Cvrt. 4, 7, 4 haud -l Memphi. *al.* Val. Fl. 3, 450 sq. (*ad animas interemptorum*) -l agmine nostro et -l este mari cunctisque absistite bellis. *al.* **c** -l abesse: Ov. met. 10, 55 nec -l afuerant telluris margine summae. Liv. 8, 24, 3 ut *rex* quam maxime -l abesset urbe Pandosia. 10, 4, 7 haud -l castris ... aberant (25, 8, 5 Cvrt. 7, 5, 13). 28, 15, 11 vallo. 28, 26, 7 Carthagine. 32, 18, 5 Thessalia hostiumque locis. *al.* Cvrt. 4, 3, 8 ut turres ... -l teli iactu abessent. 4, 7, 15 oraculi sede. 9, 6, 20 fine mundi. 9, 9, 6 mari. Stat. Theb. 7, 229 nec iam Aoniis -l afore campis. Tac. hist. 4, 28, 2 ripa. 4, 57, 1 Veteribus. *al.*

2 *translate respiciuntur qui (quae) absunt, distant*: **a** *a qualibet re*: α *vario usu*: -l dubio: Cato orig. 83 illi omnes ... -l d. obtruncabuntur (*nisi sunt verba Gellii*). Lvcr. 3, 433 -l haec d. nobis simulacra geruntur (*item inseruntur aliae voces*: Val. Max. 3, 2, 9 -l enim d. *al.*). 3, 638. *et saepissime, v. vol. V 1, 2123, 64 sqq. et supra p. 1557, 35; cf.* -l dubium *infra l. 64,* -l ambiguo Sidon. epist. 6, 1, 3 Clavd. Mam. epist. 2 p. 204, 16. *exempla cetera* (*selecta inde a* Liv.): Verg. georg. 2, 459 -l discordibus armis fundit ... victum ... tellus *agricolis.* Hor. epod. 2, 1 beatus ille qui -l negotiis *agrum colit.* Prop. 3, 21, 10 *v. sub 1a.* Liv. 7, 39, 12 ruri agere vitam -l ambitione ac foro (Tac. ann. 4, 28, 3 -l tali more). Val. Max. 1, 6, 12 pectus ... -l amentia remotum. Qvint. inst. 1 prooem. 4 circa res etiamsi necessarias, -l tamen ab ostentatione positas. 12, 1, 32 hoc ... -l eximatur animo. Tac. hist. 5, 3, 2 *sitientes* haud -l exitio totis campis procubuerant. ann. 4, 62, 2 *Romani* imperitante Tiberio -l *ludorum* voluptatibus habiti (*cf. p. 1562, 31*). Gell. 17, 19, 1 *philosophantes quosdam dixit Epictetus* philosophos esse huiuscemodi *ἄνευ τοῦ πράττειν* ..., id significat factis -l. *al.* β -l esse: Liv. 6, 16, 6 haud -l seditione res erat (24, 28, 1. 35, 50, 4). 7, 14, 5 haud -l iusto proelio res erat. 25, 3, 19 nec -l dimicatione res erat. 30, 10, 21 haud -l exitio fuisse ... classem (Avson. Mos. 149 *silurus* e. -l est [*i. periculosus non est*]). 33, 33, 2 *ut imperator* haud -l periculo fuerit. Colvm. 1 praef. 33 illud -l vero est. *al.* *copula supplenda pendet inf.* (*cf. p. 1560, 22. 31*): Tac. hist. 2, 50, 2 *ut* fictis oblectare legentium animos -l gravitate coepti operis crediderim. γ -l abesse: Hor. sat. 1, 4, 101 *maledicendi* vitium -l afore chartis atque animo prius. Liv. 8, 32, 13 nec -l seditione aberant (Tac. hist. 1, 54, 2). Tac. hist. 3, 32, 1 caede. ann. 13, 13, 2 quae *divitiae* haud -l imperatoriis aberant. *al.*

b *a tempore quodam*: Liv. 37, 21, 2 postquam haud -l occasu solis redeundi in castra tempus erat.

c *ab iis, qui (quae) comparantur* (*quod praestat dicitur distare a ceteris, ut supra p. 1562, 38; de vi augendi cogitant alii, v. IIIA2b*): Stat. silv. 2, 2, 83 (*enumeratis variis villae cubiculis sim.*) una tamen ⌞cunctis⌟ -l eminet una diaetis, quae *eqs.* (⌞ ⌟ *nisi dat., ut spectet ad p. 1560, 11; sed cf.* 2, 6, 34 *Achilles, Troilus aliique non tam formosi erant quam tu, puer Vrsi*; -l en c. puerisque virisque pulchrior *es* et tantum domino minor).

C *per alias structuras*: **1** *adv.* (*supplendum ex enunt. relat. l. 55*): Ter. Hec. 607 quem cum istoc sermonem habueris -l hinc stans accepi ([Don. *ad l.* 2 '-l' nunc prope. *sim.* Schol. p. 146, 27]. *al., v. vol. VI 3, 2794, 66 sqq.*). Verg. Aen. 3, 666 nos -l inde fugam ... celerare (*al., v. vol. VII 1, 1110, 8 sqq.*). Liv. 10, 25, 4 ad oppidum ..., unde haud -l hostes erant (Lvcan. 7, 479. *al.*). Avien. orb. terr. 341 -l illi⟨n⟩c agmina cogit in Boream *Nilus* (*gr. 225 κεῖθεν. aliter p. 1559, 47*). 1155 nec -l, attollit qua se facis ardor eoae, ... Euphratae manat liquor. **2** *dat.* (*cf. l. 68; formas ambiguas inseruimus sub B, sed huc spectant fort. p. 1562, 54 et* Mart. 1, 86, 10 [*iuxta* prope *ut* Rvt. Nam. 1, 336]): Stat. Theb. 3, 666 -l haec tibi mollis infula terrificique aberit dementia Phoebi. Avson. 27, 24, 52 (417, 60 S.) *Nemesis,* Romana -l tibi nomina sunto. Clavd. Mam. anim. 1, 6 p. 41, 21 quae *sententia* tibi nobisque sit -l. *?***3** *acc.* (*si recte trad. nec nom. intellegas l. 64 sq.; edd. non agnoscunt acc. potioribus vel omnibus codd. traditum e. g.* Liv. 21, 7, 6 -l muros. 27, 42, 14 haud -l Venusiam [*etiam P saec. V*]. Cvrt. 5, 5, 5 -l urbem): Tract. Pelag. 6, 10, 4 p. 140 unde -l dubium (-o *ed.*) est, non ... congrue⟨re⟩ *eqs.* (Greg. Tvr. Franc. 2, 6 p. 48, 1 unde -l d. est, quod horum *sanctorum* obtentu ... oratorium permansit inlaesum. Not. Tir. 22, 93 -l d. [dubio *var. l.*]). Cypr. Gall. num. 656 *populus Iudaeorum* gentes ... -l seiunctus et exsors percipit optatas ... sedes (genti *Mayor*). **4** *enunt. compar.*: Rvfin. hist. 6, 19, 9 de studiis *Origenis* ... ⌞haud -l quam se habet veritas⌟ rettulit *Porphyrius* (⌞ ⌟ *gr. ἐπαληθεύσαντι*).

III *appendix syntactica et stilistica*: **A** *spectat ad nomina*: **1** *subst. vel pron.* (*sc. attributive vel praedicative, quasi subaudiendum sit part. quoddam ut* commorans, positus *sim.; dedimus exempla pauca certiora, ut supra inserta sint, quae etiam cum verbo iungi possint, v. imprimis p. 1559, 31; non huc spectant enunt., quae carent praedicato, ut p. 1560, 13. 1564, 74, vel *eius copula, e. g. p. 1558, 8. 1560, 30. 1561, 47*): Cic. Tusc. 5, 41 *fortitudo est* animi adfectio cum in ... dolore patiens, tum -l ab omni metu (Colvm. 5, 1, 8 haec non aliena nec -l a ratiocinio ... praefari. *proprie*: Fest. p. 217 mare Euboicum videtur significare, ... non -l a Thebis. Mela 1, 30 *urbes Numidiae* Cirta -l a mari, ... Iol ad mare [1, 60 *opp.* in litore. Plin. nat. 3, 115. *cf. p. 1561, 36*]. *al.*). Verg. Aen. 6, 10 Aeneas arces ... horrendaeque -l secreta Sibyllae ... petit (Serv. haud longe). 6, 808 quis -l ille ... ramis insignis olivae sacra ferens? (*v.* Clavd. Don. *ad l.* p. 611, 4 ille ..., qui -l est. *cf.* Val. Fl. 5, 578 quis -l ille ..., quem *eqs.*?). Cvlex 80 qui mente -l (*sc. ruri*) pura ... non avidas agnovit opes. Hor. sat. 1, 6, 52 *Maecenatem* cautum dignos *amicos* adsumere ⌞prava ambitione -l⌟ (Schol. qui sunt longe a prava ambitione. *ad Maecenatem referunt alii. item c. abl., sed proprie*: Liv. 25, 16, 14 locum se concilio iis dixisse a conspectu amotum, haud -l castris. Cvrt. 8, 13, 17 fossa ... praealta haud -l ripa). Liv. 25, 9, 2 ne quis agrestium -l spectator agminis falleret. Plin. nat. 36, 130 *in Aethiopia invenitur magnes*; alius ... in eadem Aethiopia non -l mons ferrum ... respuit. Val. Fl. 6, 691 *legatus* eois ... ab oris venerat, ut Colchos -l ... Parthis ... iungeret. Tac. ann. 15, 36, 4 primores in incerto erant, -l an coram atrocior haberetur *Nero* (*i. absens an praesens*). Vvlg. Is. 5, 26 levabit signum nationibus -l (*Vet. Lat.* [*Cypr. testim. 1, 21*] in gentes quae sunt longe). *al.*

2 *adi.*: **a** *notione communi, sc. ad illustrandam eorum vim: respectu locali* (*cf. p. p. p. supra p. 1558, 4. 1559, 4. al.*): Val. Fl. 8, 26 *Iason* sidereā clarus -l ora iuventā. Stat. Theb. 6, 566 ipse -l famā iam notus. Tac. ann. 12, 37, 4 Agrippinam ... haud -l alio suggestu conspicuam. *al.* *respectu comparationis, ut illustretur distantia comparatorum*: Plin. *p. 1562, 39.* Stat. *p. 1563, 48.* *?***b** *ad augendam vim eorum* (*sc.* -l pulchrior *pro* longe pulchrior): *notione originaria invita (v. p. 1557, 43) hunc usum vix recte agnoscunt quidam apud* Stat. *p. 1558, 42. 60. 1563, 47 conferentes* -l eminere *apud eundem p. 1560, 11. 1563, 45; nec est, quod addas* -l alius *p. 1558, 30.*

B *illustratur distantia*: **1** *indicatione quadam generali* (*sc. adv. praeter l. 36. 38; cf. p. 1559, 16*): Plavt. Curc. 261 longe (*v. p. 1557, 66; vi augendi p. 1560, 25*). Cic. Verr. II 3, 85 tam (Manil. 55 Flacc. 63 Verg. catal. 9, 44 Prop. 3, 21, 10. *al.*). leg. agr. 3, 6 quam (Lvcr. 4, 251. 255. 6, 767 Ov. fast. 4, 82. *al.*). Lvcr. 4, 253 magis (*v. p. 1559, 4*). 5, 122 usque adeo. 5, 406 nimis. Ov. epist. 18, 175 toto -l orbe remotus (*item fere* Val. Fl. 4, 745). Liv. 8, 24, 3 quam maxime (9, 26, 14 maxime -l). Stat. Theb. 2, 206 -l usque Lycaeos ... saltus (11, 727 [*adv.*]. *al.* Cod. Theod. 8, 9, 1. *al.; cf. l. 35*). Vvlg. deut. 20, 15 -l valde (Ios. 9, 22). *al.* **2** *mensura certa*: Sall. hist. frg. 1, 100 insulas ... decem ⟨milia⟩ stadium -l a Gadibus sitas (*item c. acc.*: Liv. 29, 2, 4 mille ... passus -l a castris). Liv. 29, 2, 2 trium milium spatio -l a castris (*item c. abl.*: Tac. hist. 4, 82, 1 plurium dierum itinere [Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 116 quattuor ... d. i., *gr. ἀφέστηκεν*] Cod. Theod. 16, 2, 35 -l ab ea urbe ... centum milibus vitam agat. Cassiod. Ios. antiq. 7, 312 p. 209 quae *civitas* ab Hierosolymis -l est stadiis viginti [*gr. ἀπεχούσης ut* 9, 7 p. 256. *al.*]. 8, 153 p. 231 sex mansionibus -l [*gr. aliter*]).

C *litotes*: **1** haud -l (Gloss. h. -l: non longe): *saepe inde a* Cic., *v. vol. VI 3, 2561, 1 sqq.; frequentatur a* Liv. **2** non -l: Cic. S. Rosc. 68 tanta temeritas, ut non -l abhorreat ab insania. Brut. 313 fam. 15, 2, 2 Ov. met. 3, 519 fast. 3, 524. *al.* (*non apud* Liv.). **3** nec -l (*nulla alia voce interposita*; neque -l Tac. ann. 1, 50, 1. 12, 56, 3. *al.*; Gloss. nec -l: non longe. nec longe): Verg. Aen. 1, 469 nec -l hinc Rhesi ... tentoria ... adgnoscit. 6, 440. 8, 635. *al.* Ov. epist. 13, 138 met. 10, 55. *al.* Liv. 1, 12, 8. 1, 25, 10. 2, 26, 6. 4, 22, 2. *et saepe.*

D *de positione*: **1** -l *postponitur abl. vel locutioni praepos.* (*inseritur l. 60; cf. adv. antecedentia e. g. l. 68. 70*): Enn. scaen. 260 patria -l. Lvcr. 1, 812 dubio -l (*al., v. vol. V 1, 2123, 66 sqq.*). 2, 1111 a terris -l. Hor. sat. 1, 6, 52. Prop. 3, 21, 10 *v. p. 1562, 64.* Ov. trist. 5, 10, 3. Liv. 24, 29, 5 nisi ... non ab Syracusis modo, sed tota -l Sicilia ablegarentur (*inseritur ut*: Lvcan. 7, 57 patria ... -l tellure. *al.*). Sen. Oed. 771. *al., e. g. p. 1563, 30.* **2** -l *repetitur* (*quater ponitur* Avson. 5 [319 S.], 29 sq., *ter l. 65*): Verg. Aen. 6, 258 -l, o, -l este, profani ([*huc spectat* Gloss. -l o -l: longe longius. *cf. Callim. hymn. 2, 2 ἐκάς, ἐκάς; ὅστις ἀλιτρός*]. Prvd. cath. 6, 137 -l, o, -l ...; [139] -l esto. *sim.* -l, a, -l: Ov. met. 15, 587 Ivv. 14, 45). Aetna 505 scintillas -l ecce vides, -l ecce, ruentis (*cf.* Ov. met. 8, 590 -l, en, -l). Tib. 1, 6, 42 (*versu corrupto*). Ov. am. 2, 1, 3 -l hinc, -l este, severi (met. 7, 255 h. -l Aesoniden, -l h. iubet ire ministros. fast. 2, 623. *al.* Sil. 17, 28. *al.*). Lavs Pis. 128 ista -l labes, -l haec fortuna refugit. Val. Fl. 4, 570 unde -l venti, -l unde volucres. Mart. 1, 49, 33 sq. -l ... cliens, imperia viduarum -l. Qvint. inst. 6, 2, 14 -l ab ira, -l ab odio. Apvl. met. 7, 2, 1 quo velocius ... -l ac -l abderet sese (*cf.* longe longeque *vol. VII 2, 1651, 64 sqq.*). *al.*

E *stilistica varia*: *in exclamatione c. acc. sine verbo* (*subaudias 'remove', 'arce' sim.; cf. e. g. p. 1561, 10. vol. V 2, 2056, 1. VI 1, 1037, 11. 77*):

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AMBR. virginit. 13, 79 -l stibium et ceteras affectati nugas decoris, -l adulterini amoris illecebras. ENNOD. dict. 22 praef. p. 493, 7 -l opinionis insidias; cessent malignorum commenta tractatuum (*aliter edd.*). *homoeoprophora*: PS. QVINT. decl. 10, 14 profani -l erravere. GELL. 16, 19, 15 *Arion* iecit sese -l in profundum. *χαχοφωνία: p. 1562, 62.*

compos.: deprocul *falso trad. p. 1562, 42.* *Ramminger.*

prōculcābilis, -e. *a* proculcare. *neutr. sing.* -e *pro subst. i. quod proculcari potest, contemptibile*: IVLIAN. in Am. 5, 7 l. 90 ('iustitiam ... relinquitis') quae *culpa* iudicandi normam quasi aliquid -e reliquisset.

prōculcātio, -ōnis *f. a* proculcare. *i. q. actio proculcandi: incorp. de oppressione, perditione*: SEN. dial. 9, 11, 9 quod regnum est, cui non parata sit ruina et -o et dominus et carnifex? *corp. de pulsu pedis*: PLIN. nat. 8, 68 *cameli bibunt* obturbata -e prius aqua (*inde* SOL. 49, 11 adsidua -e limum excitant). *Reineke.*

prōculcātor (-scult-, -sculc-), -ōris *m.* [*a* proculcare, *ad notionem v. l. 21 sq.; propter similitudinem formae et notionis confusa sunt* pro- *et* exculcator *cum* a(u)scultare, *unde ortae sunt formae* proscultator, *προσκουλκάτωρ. cf.* exculcator (*ad dissertationes ibi laudatas addas Flobert, Verbes déponents, 1975, 221*), proscultare, sculca. *Fo.*]

technice in re militari de gradu quodam principalium, sc. de exploratoribus, ni fallimur (*significari videtur qui viam proculcat per loca ignota ducendo, cf. p. 1566, 14 et* exculcator): **1** *forma originaria* proculcator: OSTRAC. Bu Njem Marichal 8 (*saec. III med.*) ex is *militantibus praesentibus* librarius I, optio I, proculcato(r) I (*item in laterculis singulorum dierum*: 9 -r. 15. *et saepius ibid.; ad rem v. editorem p. 68 sqq.*). AMM. 27, 10, 10 invenire ... aliam viam ... praeter eam, quam inspexere -es (procursatores *Gelenius*). **2** *formae contaminatae* (*v. l. 17*): proscultator (*si ita traditum est*): VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 l. 221 *Sisinnius martyr* ducatum viae tenens periculi -r audax et auctor agnoscitur, ut secure ... agmina subsequantur (-scult- *ed. Menestó,* -culc- *Migne 13, 556*[B]). *προσκουλκάτωρ*: IOH. MALAL. chron. p. 330, 2 (*cf. gr. σκουλκάτωρ* [*sc. forma vulgaris* scul- *pro* excul-*?*] *e. g. Ps. Mauric. strat. 1, 3 l. 36*). *Bk.*

1. prōculcātus *v.* proculco.

2. prōculcātus, -ūs *m. a* proculcare. *i. q. actio proculcandi, contumelia, oppressio*: IVLIAN. in Am. 5, 1 l. 7 ('virgo Israhel proiecta est') *gens* -ui vincentis exposita probra simul et tormenta perpetitur *eqs.* 6, 1 David ... deprecatur, ne subiaceat -ui superborum.

prōculco, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* calcare. GLOSS. II 342, 51 *καταπατῶ*: inculco, -o, conculco. *legitur singulis vel binis locis inde a* LVCR., VERG., OV., CORN. SEV., LIV., VAL. MAX., *sed undecies apud* COLVM. [*confunditur saepius c.* conculcare, *v. l. 60. p. 1566, 1. al.*]

i. q. calcando prosternere vel proterere (*trans. [c. obi. rei effectae p. 1566, 14?], sed absolute fort. p. 1566, 31; saepe c. abl. instr., imprimis* pedibus *l. 51. 60 sq. p. 1566, 20. al.,* vestigiis *l. 67. p. 1566, 15 et* AMBR. fug. saec. 7, 42, *cf.* sub *l. 67; pleonastice* -tum obterere *l. 61*): **1** *proprie* (*in imag. l. 48. 67. p. 1566, 13, cf. p. 1566, 32*): **a** *insultando, triumphando (fere hyperbolice): vario usu*: LVCR. 5, 1235 res humanas vis abdita quaedam opterit et ... fascis saevasque secures -are ac ludibrio sibi habere videtur. CLAVD. 15, 31 ut -et Araxen consul ovans. 28, 648 colla triumphati -at Honorius Histri. SIDON. epist. 7, 6, 4 *ut* Assur ... sanctorum sancta -et (*in comparatione de rege Ariano*). -are pedibus: CORN. SEV. carm. frg. 13, 19 voltus *Ciceronis* ... sacrasque manus ... p. civis (*i. Antonius*) proiecta superbis -vit ovans. PS. AMBR. act. Seb. 21, 80 *idolorum* vanas effigies. PRVD. psych. 452 Sobrietatis ... miles damnata ... castis scandala (*i. monilia sim.*) -at p. CLAVD. 8, 472 exsangues ... acervos *caesorum.*

b *vastando, delendo, pellendo sim.*: α *-antur animantes* (*terra pro incolis l. 73*): Ⓘ *strictius: qui conculcantur calcibus quadrupedum* (*curru l. 63. 67*): VERG. Aen. 12, 534 hunc *curru excussum* ... crebro super ungula pulsu incita ... -at equorum. OV. met. 12, 374 *Centaurus* in hostem erigitur pedibusque virum -at (-calc-, conculc- *var. ll.*). PHAEDR. 1, 30, 10 *taurus ranas* -tas obteret duro pede. STAT. Theb. 8, 661 quamvis ... morientum ... ora furenti Hippomedon -et equo. 10, 741 -antes moderantum funera ⌞currus⌟ (*Schol.*: pro equis). TAC. hist. 1, 40, 2 *milites* disiecta plebe, ⌞-to senatu⌟ ... rapidi equis forum inrumpunt (⌞ ⌟ *hyperbolice, nisi ad 2 trahas*). IVST. 44, 4, 4 *armentis* -ari nepotem quam simplici morte interfici maluit. APON. 2, 29 (*ad cant. 1, 8* equitatui meo in curribus) *dominus diabolum* sub currus vel ... equorum -at vestigiis (-ia *var. l.*). *qui protruduntur hominum pedibus*: TAC. hist. 3, 81, 1 *non* deerant, qui *oratorem molestum* propellerent -rentque, ni *eqs.* Ⓘⓘ *laxius, qui vi militari pelluntur, superantur*: LIV. 10, 36, 5 turbatus eques sua ipse subsidia territis equis -vit. CVRT. 3, 11, 14 una ala ipso inpetu *equitum* -ta erat (*postea*: prosternunt). PANEG. 8, 10, 4 toto orbe terrarum ... edomito, cum totiens -ta esset Alamannia, totiens obstricta (obtrita *Lang*) Sarmatia, Iuthungi ... totiens profligati.

β *-antur segetes, agri sim.*: OV. met. 8, 290 *aper* crescentes segetes -at in herba ([con- *var. l.*]. LIV. frg. 22 l. 68 evastatis omnibus -tisque s. [*sc. in itinere militum*]. SEN. benef. 6, 4, 4). COLVM. 1, 3, 12 *agros* -andos pecudibus et vastandos feris derelinquunt. 3, 13, 6 *ne* pastinatum solum ... molibus imprimatur et ... *operantium* ingressu -etur (*Pallad. 2, 13, 7* ne ... calcatu ... solidetur). 5, 6, 7 quae *semina* -ta noxam capient (11, 3, 13). MIRAC. Steph. 2, 3 ut ... fructus -andos hominibus beluisque ... exponeret.

c *eundo, ingrediendo* (*cf. l. 31*): CVRT. 6, 3, 16 qui tot -vimus nives, tot amnes superavimus. PLIN. nat. 8, 201 *in ponte angusto capram* alteram decubuisse atque ita alteram -tae supergressam. IVST. 38, 10, 3 *ut* milites auro caligas figerent -rentque materiam *pretiosissimam.* HIL. in psalm. 67, 24 ('inimicorum ... verticem capilli deambulantium') dum ... *spiritus maligni* dominantes hominum capitibus insistant et ... capilli verticem -ent *in animam penetrantes.* RVFIN. Basil. hom. 1, 6 p. 1733[A] (*in imag.*) aviditatis vias atque aditus -are (Greg. Naz. orat. 1, 43 *v.* inusitatam et rudem et nullis antea vestigiis -tam [*Migne gr. 35, 452*[A] *ἀτριβῆ καὶ τραχεῖαν tantum; opp.* adtritam et levigatam]). CLAVD. 26, 607 *miles* per varias vestes *pretiosas* ... transit ... et caedis avarus contemptas -at opes.

d *operando in re rustica* (*aliter, sc. damnum inferendo l. 4*): α *-ant homines: fructus sim.* (*sc. macerando, permiscendo*): COLVM. 12, 15, 3 sq. *quidam ficos* pedibus lotis in modum farinae -ant et admiscent *species quasdam* ...; (4) haec cum bene -verunt *eqs.* 12, 19, 3 quibus *uvis* -tis (12, 27. *cf.* 12, 39, 3 *acina* pedibus [*antea*: calcato, supercalcato]). 12, 40, 1 *intritam* pedibus -ato et sic permixtam prelo subicito (*cf. Cato agr. 25* conculcato). *sata* (*sc. ut certa quadam specie proveniant*): PALLAD. 5, 3, 2 *apii* crispi fiunt, si ... pedibus -entur enata (*cf. Plin. nat. 19, 158* calcetur). 12, 6 *alium* si capitatum facere volueris, ubi coeperit caulis prodire, -a (*cf. e. g. Colum. 11, 3, 21* intorquere et in terram prosternere). β *-ant pecudes* (*ut area quaedam purgetur et solidetur ad trituram*): COLVM. 2, 19, 2 dum a pecudibus legumina *areae iniecta* -antur, herbae etiam ungulis atteruntur atque ita glabrescit *area* (*inde* PALLAD. 7, 1 pecora diu spatiari ac -are compellunt).

2 *translate* (*perlucente imagine l. 38. 45. al.*): **a** *-antur qui (quae) opprimuntur, superantur vel etiam contemnuntur*: VAL. MAX. 9, 3, 7 *ira populi* -vit ... imperia *consulum.* SEN. Phoen. 193 qui fata -vit ac vitae bona proiecit. clem. 1, 12, 5 *ferae fugere* temptabunt ... -buntque formidinem, *quae eas antea retinuit.* SVET. Vesp. 5, 3 -tam desertamque rem publicam civili aliqua perturbatione. PS. CYPR. pudic. 6, 5 qui -to iure pudicitiae vitia carnis exercet. IVVENC. 2, 222 *ut, qui credit,* -et pedibus letum (*Ioh. 3, 15* non pereat. *cf.* DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 239, 30 ut mortem ineffabili potentia -ret *Christus* [*gr. I 1, 1 p. 37, 14 πατήσας, cf. I 2 p. 48, 24* calcans, *I 3 p. 30, 25* conculcans]). PRVD. ham. 548 *anima deo* militet ac victum -et sobria mundum. VINCENT. LER. comm. 33, 2 *haereticus* Ephesinam ... synodum, id est ... episcoporum iudicata, -et (*1* insultet ..., inrideat ..., contemnat). *al.* *-antur homines* (*cf. p. 1565, 64*): VAL. MAX. 9, 5, 3 *Pompeius supplicem* ante pedes suos prostratum ... iacentem reliquit contumeliosa voce -tum (*vix ad 1*). LACT. mort. pers. 42, 3 *Diocletianus* ad humilem vitam deiectus a deo et -tus iniuriis. SALV. gub. 5, 21 vastantur pauperes, viduae gemunt, orfani -antur. **b** *-antur quae usu frequentantur et corrumpuntur, sc. p. p. p.* -tus *fere pro adi. i. q. protritus* (*cf. l. 15*): GELL. 17, 2, 10 'sole occaso' non insuavi vetustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec -tam. 18, 4, 6 *perspicere significatum* priscorum ... et remotorum ... verborum ..., non istorum, quae -ta vulgo et protrita sunt.

deriv.: proculcabilis, proculcatio, proculcator, 2. proculcatus (-ūs).

proculdubiō *editur hic illic tamquam una vox, e. g.* VICTORIN. gramm. VI 201, 25 (*in serie adverbiorum; item, sed vocibus separatis,* SYNON. Cic. p. 435, 17). GREG. M. epist. 2, 34 l. 3 (*sed* procul dubio 2, 25 l. 8 *et passim ibid.*). *de usu locutionis v. supra p. 1557, 35. 1563, 15 et vol. V 1, 2123, 64 sqq.*

proculēna *v.* porclena. *Reineke.*

proculiunt (prō-*?*) promittunt ait significare Antistius de iure pontificali FEST. p. 253. [*vox incerta, origo incerta; cf. Walde-Hofmann II 368. Fo.*]

prōculo *v.* procalo.

proculus, -a, -um. [*explicantes praenomen vel cognomen q. e.* Proculus (*cf. Salomies, Die röm. Vornamen, 1987, 44*) *veteres videntur niti similitudine vocis q. e.* procul. *fieri potuit, ut praeterea in usu esset etiam adi. quoddam notionis q. e. longus (cf. l. 75 et v. Zucchelli, Studi sulle form. lat. in -lo-, 1970, 191) et originis fortasse diversae. ex neutro illius adi. oriri potuisse* procul (*ubi v.*) *non negaverim. Fo.*] [*falso trad.* GLOSS. -um: abominatio (*cf. Gloss. IV 143, 21* piaculum: a.).]

1 *apud gramm. in explicando veriloquio* (*cf. l. 63*): PAVL. FEST. p. 225 (*Varroni tribuit Funaioli, frg. 363*) -um inter cognomina eum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul (*sim. saepe in* GLOSS., *ceterum cf. e. g. Plut. Coriol. 11, 5*); -os sunt qui credant ideo dictos, quia patribus senibus quasi procul progressis aetate nati sunt. CHAR. gramm. p. 196, 7 alia *nomina significant* quantitatem, ut -us, altus *eqs.* (*item* DOSITH. gramm.

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21, 1, *ubi gr.* μακρός). GLOSS.[L] II Philox. PR 259 -us: τηλέγονος. *?2 in sermone communi i. q. longinquus* (*non est quod neges nomen proprium afferri* VICTRIC. 11 l. 7 PAVL. NOL. carm. 27, 429. 432, *v. Serra-Zanetti in: San Procolo, Atti della giornata di studio, 1989, 123 sqq.*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 80, 4 *Herodis* uxorem -am caecitas interfecit (*de Herodiade mortua exule cf. e. g. Heges. 2, 5, 4, tamen* -am *vix recte tradi videtur, v. Serra-Zanetti loco cit. 125 sq. 135 adn. 14*). *Bk.*

***prōcumbo,** -cubuī, -ere. *a* pro *et* *cumbere (*v.* occumbere *vol. IX 2, 820, 14 sqq.*). *de origine: v.* DIFF. *infra. de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 20 prominet. prospicit. urguet. inclinat. despectat. -it. propendet. DIFF. ed. Beck p. 51, 23 -unt supplices quasi proni cubant. GLOSS. -uit: προέπεσεν. occidit. -uere: prostrati sunt vel ceciderunt. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1802 -unt: deiciuntur. *al. legitur inde a* CATVLLO, LVCR., CAES., *haud raro apud poetas epicos et apud* CVRT. [*confunditur in codd. maxime c.* concumbo VERG. ecl. 8, 87 georg. 3, 466 PROP. 4, 1, 4 ROMVL. fab. 58, 15 rec. vet.; *falsa var. l. pro* procurro VERG. Aen. 11, 624. *al.* (*v. p. 1587, 37; restit.* SVLPICIA sat. 17); *falso trad.* PLAVT. Mil. 762 (*v. p. 1513, 34*); *loco corrupto* LIV. 38, 21, 11.]

fere i. q. procidere, se prosternere vel inclinare (*de statu inde orto v. IB*): **I** *proprie*: **A** *respicitur potius actio, motus*: **1** *-unt animantes* (*orbis l. 36*): **a** *corporis iniuria, debilitate*: **α** *morientes* (*sc. vulneribus icti praeter l. 44 sqq.*): Ⓘ *in sacrificiis* (*cf. l. 31. p. 1568, 47*): CATVLL. 64, 389 *Iuppiter* conspexit terra centum -ere tauros. VERG. Aen. 5, 481 -it humi bos. LVCAN. 7, 596 ut Bruti -at victima, regnet *Caesar* (*item in imagine sacrificii*: AMM. 30, 1, 21 INSCR. christ. Diehl 985, 7). SIL. 13, 433 tibi, Allecto, ... corpora *ovium* ... -unt. CLAVD. DON. Aen. 3, 320 p. 310, 29. Ⓘⓘ *in bello* (*cf. IIA2*): VERG. Aen. 2, 426 Coroebus Penelei dextra ... ad aram -it. 6, 504 *Deiphobum* fessum ... caede Pelasgum -isse super ... stragis acervum. 11, 418 qui ... -uit moriens et humum ... ore momordit (SIL. 5, 454 late -uit m. *cf.* CVRT. 6, 1, 15 *Agis* moribundus in arma -uit). OV. met. 5, 122 *Paetalus* -uit terrae mactati more iuvenci. 13, 282 Graium murus, Achilles, -uit. *al.* CVRT. 3, 11, 9 in ora proni, sicut dimicantes -erant. 4, 15, 17 exanimati (*cf.* exanimis: 8, 11, 16 *Charus* super amici corpus -uit e. 9, 5, 8). 8, 14, 34 equus ... vulneribus confossus deficiensque -uit. LVCAN. 2, 204. 3, 725 adiuvit ... suo -ens pondere ferrum. 7, 672 *ne* supra ... ducem -ret orbis (*i. populi; sim., nisi* κόσμος *intellegendus,* CLAVD. 5, 212 -ere mundum hoc auctore, *i. Rufino,* pudet). VAL. FL. 3, 271. 4, 753. SIL. 10, 313 illic Sicana -it pubes, hic Hernica turma. *al.* Ⓘⓘⓘ *cetera exempla*: OV. fast. 2, 833 iam moriens *Lucretia* ne non -at honeste respicit (*de eadem* DRAC. laud. dei 3, 521. *de aliis se ipsos interficientibus*: LIV. 26, 15, 15 *Vibellius* gladio ... transfixus ... moribundus -uit. TAC. ann. 4, 73, 4 *milites desperatos* mutuis ictibus -isse). VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 *serpentem* ballistarum tormentis undique petitam silicum ... verberibus -isse. STAT. Theb. 4, 142 pecudesque feraeque -uere metu. PS. QVINT. decl. 12, 7 iam passim moriuntur *sitientes,* et pestilentium more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis -it. APVL. met. 10, 5, 2 *puer veneno epoto* exanimis terrae -it. *al.*

β *deficientes tantum vel lapsi*: CAES. Gall. 2, 27, 1 tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui vulneribus confecti -issent, ... proelium redintegrarent. civ. 2, 42, 2 *nostri* partim fugientes ... interficiuntur, partim integri -unt. OV. epist. 13, 24 succiduo dicor -isse genu. fast. 2, 720 *Brutus* creditus offenso -isse pede. trist. 1, 3, 92 *coniunx* tenebris narratur obortis semianimis media -isse domo (CVRT. 9, 5, 17 cervice ... icta s. -uit ante regis pedes). LIV. 22, 2, 7. CVRT. 9, 5, 13 VAL. FL. 4, 20. STAT. Theb. 6, 899. TAC. hist. 5, 3, 2 inopia aquae fatigabat *Iudaeos ex Aegypto peregrinantes,* iamque haud procul exitio totis campis -erant. NOVELL. Valent. 10, 3 (*in imagine*) *tenuiores* multiplicato suae alienaeque functionis onere depressi -ent penitus. *al.*

b *voluntate sua*: **α** *ad precandum, venerandum* (*accedit* supplex OV. am. 1, 7, 61 met. 10, 415 VAL. MAX. 6, 9 ext. 7. *al.*): Ⓘ *adeuntur dei*: LVCR. 5, 1200 *non* pietas ullast ... -ere humi prostratum *eqs.* (OV. met. 1, 375 pronus h.). TIB. 1, 2, 85 -ere templis et dare sacratis oscula liminibus (OV. am. 1, 7, 18). OV. met. 1, 730 *Io* positis ... in margine ripae -uit genibus (fast. 2, 438. 6, 448. *cf. p. 1568, 13*). 13, 585 *Eos* genibus -ere non est dedignata Iovis (CLAVD. 15, 27 Tonantis). Pont. 2, 2, 122 ante ipsos -isse deos (*sc. Caesaris familiam; cf.* SVET. Vit. 2, 5 [*antea*: C. Caesarem adorare ut deum] adire ... capite velato circumvertensque se, deinde -ens). VITR. 8 praef. 4 in terra -entes ... gratias agunt divinae benignitati. VAL. FL. 3, 438 *sacerdos imperat* totis ... -ere campis. *al. deus Christianorum*: IVVENC. 1, 735 ⌞-uit venerans⌟ iuvenis Christumque precatur (⌞ ⌟ *Matth. 8, 2* adorabat, *quod verbum respondet et* 2, 378 -it adorans. 4, 787 *Iesum* -ens ... chorus omnis adorat). RVFIN. hist. 2, 23, 16 ⌞super genua sua -ens⌟ dicebat: '...' (*gr.* ἔθηκε τὰ γόνατα). CASSIAN. inst. 2, 7, 1 in orationem -ere festinamus (*cf.* 3, 7, 2 in oratione [VITA Caes. Arel. 2, 16]. conl. 10, 10, 15 ad orationem. PASS. Paul. 3 orationi). *al.*

Ⓘⓘ *adeuntur homines* (*quos indicat dat. l. 2. 12. 16*) Ⓐ *-itur ad eorum membra*: pedes: CAES. Gall. 7, 15, 4 -unt omnibus Gallis ad p. Bituriges, ne ... urbem *Avaricum* ... succendere cogantur ([*item c. dat.* PETRON. 30, 7]. TIB. 1, 9, 30 ad teneros -isse p. LIV. 8, 28, 7 ad singulorum p. [*item c. gen.*: 26, 49, 11 GELL. 10, 15, 10]). OV. am. 1, 7, 61 ante p. volui -ere supplex (epist. 12, 186 met. 10, 415). genua (*sc.* ad g. *praeter l. 10*): LIV. 8, 35, 3 iam ipse adulescens, iam pater ... -ere ad g. et iram deprecari ⌞dictatoris⌟ (⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ, cum gen., ut*: 25, 7, 1 ad g. Marcelli. PETRON. 97, 9 EVTR. 6, 13. *dat. pro locut. praepos.*: VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 eius genibus supplex -uit). SEN. contr. 9, 4, 1 ad g. vestra. VAL. MAX. 5, 1, 8 ad g. (*cui supplicetur, e contextu intellegitur ut*: SEN. benef. 5, 19, 4 QVINT. decl. 309, 5). SVET. Tib. 24, 1 senatum ... -entem sibi, *i. Tiberio,* ad g. Ⓑ *cetera exempla*: OV. fast. 3, 220 in terram posito -uere genu *Sabinae.* LIV. 7, 31, 5 omnes ... pleni lacrimarum in vestibulo curiae -erunt. 29, 16, 6 *legati* cum flebili vociferatione humi -erunt (CVRT. 5, 10, 13). *al.* VITR. 10, 16, 6 *Rhodii* -erunt Diogneto. VELL. 2, 106, 1 *Germana iuventus* ante imperatoris -uit tribunal. CVRT. 5, 2, 22 -ens, *Sisigambis,* venerari me saepe voluisti (*sim. de Persis Alexandrum venerantibus* 8, 5, 21). PLIN. nat. 8, 57 *fera* -ens ad arborem ... miserationem quaerebat (*sim. de fera* SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4). VAL. FL. 7, 496 ad primos -it Graecia fluctus *Medeam venerans* (procurrit *Heinsius*). *al.*

β *ad quiescendum: de pecudibus variisque animalibus* (*cf.* GLOSS. -it: quando pecus accumbit. *sim. al.*): CAES. Gall. 6, 27, 2 *alces* neque quietis causa -unt neque, si ... conciderunt, erigere sese ... possunt. VERG. ecl. 8, 87 fessa ... bucula ... viridi -it in ulva. georg. 3, 466 (*signum morbi*) *ovem* medio -ere campo pascentem (*sim. de subus aegrotantibus* COLVM. 7, 10, 4). Aen. 8, 83 candida ... -uit ... sus (*de eodem ostento* Ps. AVR. VICT. orig. 11, 3). 8, 631 fecerat *Vulcanus* ... in antro -isse lupam (*huc trahit* SERV. auct.; *aliter* SERV. id est prima parte se inclinasse, quod Graeci προκύπτειν dicunt, ut inclinatione corporis ubera praeberet infantibus). PROP. 4, 1, 4 Euandri profugae -uere boves (con- *codd. plerique et vol. IV 102, 27*). OV. met. 3, 23. COLVM. 1, 6, 6 quae mensura *stabuli* ... ad -endum pecori ... laxa ministeria praebeat. *al. de hominibus*: VERG. Aen. 8, 30 in ripa ... Aeneas ... -uit seramque dedit per membra quietem. 9, 190 *Rutuli* somno vinoque soluti -uere (*cf.* TAC. ann. 4, 48, 1 somno et vino -ere). OV. epist. 8, 108 in maesto -ui ... toro (fast. 5, 456). met. 3, 414. *al.*

γ *qualibet causa; respiciuntur potius*: Ⓘ *qui se prosternunt vel genibus nituntur*: VERG. Aen. 11, 150 feretro ⌞Pallante⌟ reposto -uit super *Euander* (⌞ ⌟ Pallanta *var. l.*). OV. met. 2, 347 cum vellet terra -ere *lugens.* LIV. 21, 58, 8 *ut in tempestate* -rent homines tegminibus suis ... *vix* tecti (*item de se protegentibus*: LVCAN. 9, 482 FLOR. epit. 4, 10, 6). VITR. 8, 1, 1 quae *capita aquae* sic erunt experienda, uti -atur in dentes. CVRT. 8, 14, 39 Indus ... elephantum -ere iussit in genua. LVCAN. 5, 360 -ite terra infidumque caput feriendaque tendite colla (*sim. ad caput amputandum* INSCR. christ. urb. Rom. 4145). VAL. FL. 3, 557 *Hylas* -it ad amnes. AMM. 24, 6, 17 (16) nondum aris admoti voluntate sua ... -uere *tauri.* Ⓘⓘ *qui se incurvant ad imum* (*super alium petendum l. 54. 59*): VERG. Aen. 5, 198 *remiges* certamine summo -unt (*huc spectat* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1801 -unt: fortius remigabant). OV. met. 14, 281 *tactus virga Circes* saetis horrescere coepi ... et in terram toto -ere vultu (*sim. homo more animalium pronus fit*: LACT. inst. 3, 10, 11 [*bis*]. 3, 20, 11 [*ironice*] -amus ... in t. et manus ... convertamus in pedes. *cf.* LACT. inst. 2, 2, 20 proni ... in humum [*sec. p. 1567, 61?*]). LVCAN. 3, 616. MART. 1, 60, 3 quod ruet in tergum *leo dilanians* vel quos -et in armos? VET. LAT. Marc. 1, 7 (cod. 10. *al.* = VVLG.) non sum dignus ⌞-ens⌟ solvere corrigiam *Christi* (⌞ ⌟ *gr.* κύψας, *om. pars. codd.*). Luc. 24, 12 (cod. 10. *al.* = VVLG.) *Petrus* -ens videt linteamina sola posita (*gr.* παρακύψας). SVLPICIA sat. 17 *nos ut homines primos* glandibus ... rursus -ere (procurrere *trad.*). VVLG. act. 20, 37 -entes super collum Pauli osculabantur eum (*gr.* ἐπιπεσόντες, *Vet. Lat. cod. 50. al.* incumbentes). RVFIN. Clement. 2, 12, 4 per omnes fenestras turris illius omni populo -ere ac prospicere videbatur.

2 *-unt res*: **a** *naturales* (*cf. orbis p. 1567, 36*): **α** *venti, aquae sim.: irruentes*: LVCR. 1, 291 quae *flamina venti* ... cum ... -uere quamlibet in partem, trudunt res *eqs.* 6, 558 ventus cum ... collectus parte ex una -it et urget *eqs.* VERG. georg. 3, 240 *maris fluctus* volutus ad terras ... *non* ipso monte minor -it (*huc fortasse spectat* GLOSS. V 576, 45 -it: multum fluit. *cf. var. l. p. 1589, 11*). AVIEN. Arat. 1728 nubila ... longo se -entia tractu diffundunt (*nisi ad B, cf. gr. 992* χθαμαλή). *subsidentes*: PAVL. NOL. carm. 17, 103 stratus Hadriae sinus obsequetur, unda -et. **β** *plantae (vel earum vice loca): variae*: CAES. Gall. 6, 43, 3 frumenta ... anni tempore atque imbribus -erant. VERG. georg. 1, 111 ne gravidis -at culmus aristis (*cf.* PLIN. nat. 18, 154 inter vitia segetum et luxuria est, cum oneratae fertilitate -unt. PROSP. carm. de ingrat. 364). PLIN. nat. 16, 163 a medio internodio ... desinunt *folia harundinem* vestire -untque. 18, 316 vindemiare ..., cum ad palmitem pampinus -ere coepe-

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rit. STAT. Theb. 11, 43 circumflantibus austris alternus -it ager. *arbores*: VERG. Aen. 6, 180 -unt piceae (*item* STAT. Theb. 6, 100). MANIL. 2, 776 ruit ... nemus saltusque vetusti -unt. SEN. nat. 3, 27, 5 arbusta. LVCAN. 3, 395 omnia late -unt nemora. 3, 419 fama ferebat ... -entis iterum consurgere taxos *nemoris sacri.* 3, 426 *Caesar* iubet inmisso silvam -ere ferro. *al.* SIL. 5, 507. 10, 168 victa deo, *sc. Tonante,* late -it *quercus. al.* **γ** *sidus, sc. quod ad imum orbis sui descendit*: AVIEN. Arat. 165 declive caput vertexque obliquior astri *Draconis* hac in parte sacri -ere cernitur axis, *eqs.* (*gr. aliter; Cic. et Germ. occasum indicant*).

b *manu factae* (*fere aedificia sim.*): CAES. civ. 2, 11, 4 pars ... turris concidit; pars reliqua consequens -bat, cum *eqs.* VERG. Aen. 2, 493 emoti -unt cardine postes (2, 505 quinguaginta illi thalami, ... p. auro ... superbi -uere). 9, 541 pondere *hominum* turris -uit subito. OV. met. 13, 176 *dextrā Vlixis* concussa putate -isse solo Lyrnesia moenia (CYPR. GALL. Ios. 63). fast. 2, 58 *templa* longa -uere die. 4, 233 thalami -ere tectum (QVINT. inst. 2, 16, 6 numquam tecta subeamus: super habitantes aliquando -unt). Pont. 1, 9, 14 (*in imag.*) domus ... concidit in domini -uitque caput. LIV. 10, 5, 11 agger pondere superstantium in fossam -uit (LVCAN. 3, 508). SEN. nat. 6, 25, 1 aedificia. CVRT. 9, 9, 20 navigia alia praecipitantur in proras, alia in latera -unt. VAL. FL. 6, 385 machina muri, quae ... confecta ... flammis -uit. SIL. 1, 368 terribilem in sonitum -ens *murus Sagunti.* STAT. Theb. 5, 374 *malus* instabili -ens pondere. IVV. 3, 257 si -uit, qui saxa ... portat, axis. PS. QVINT. decl. 12, 13 p. 245, 14 deserta horrea in ruinam -unt (NOVATIAN. trin. 3, 1 ne ... in r. -ret magnitudo *mundi.* ad r.: CASSIAN. conl. 6, 17, 1. *cf.* CYPR. ad Donat. 15 non haec *domus, sc. anima Christiani,* umquam -et in lapsum senio vetustatis). *al.*

B *respicitur potius status, habitus* (*sc. per stirpem praes., de perf. v. p. 1556, 18*): **1** *rerum*: **a** *inclinatarum*: CAES. Gall. 4, 17, 4 defixerat *tigna* ... non sublicae modo derecte ad perpendiculum, sed prone ac fastigate, ut secundum naturam fluminis -rent. ALF. dig. 8, 5, 17 pr. *si paries* ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem ... -ret. PLIN. nat. 16, 132 *ulmi* cacumen amputatum erat, quoniam in aram ... -bat. 18, 47 utilissimum est fossas ... saepibus firmari ... aut supinis lateribus -ere (*loco corrupto*). **b** *prostratarum, porrectarum* (*sc. regionum*): CVRT. 5, 4, 6 planities ... sub radicibus montium spatiosa -it. PLIN. nat. 4, 45 mons Haemus, vasto iugo -ens in Pontum. AVIEN. orb. terr. 35 vis obliqua sali tepidum -it in austrum ([*gr. 18 ὑπερτέταται*]. 195 flatibus ex boreae [*cf. gr. 138 τιταίνεται*]). 133 -entis sola ... Phaesti. 1055 ora Syrum, curvi -ens litoris acta, in notum ... tenditur. CLAVD. 1, 226 -ens insula *Tiberina.*

2 *animantium iacentium*: SVLP. SEV. dial. 3, 14, 3 cum ... per totam domum corpora aegra -rent. CASSIAN. inst. 2, 7, 2 *monachum in oratione* humi ... diutius -entem ... cogitationibus aiunt ... inpugnari.

II *translate* (*in imagine v. supra e. g. l. 17. 26. p. 1567, 58*): **A** *significantur qui (quae) viribus deficiunt vel pessum eunt*: **1** *vario modo*: VERG. Aen. 11, 395 Euandri totam cum stirpe ... -isse domum. OV. rem. 118 *incendia* per vires -uere suas. trist. 3, 4, 2 res postquam -uere meae. VELL. 2, 16, 4 fluentem -entemque rem p(ublicam). SEN. epist. 114, 22 *animo* valente oratio quoque robusta ... est: si ille -uit, et cetera ruinam sequuntur. **2** *bello, variis certaminibus victi* (*accedit dat. personae prosternentis apud* TAC.): ANTH. 419, 2 (*saec. I med.*) Ausoniis numquam tellus violata triumphis icta tuo, Caesar, fulmine -uit. TAC. hist. 4, 17, 3 cohortes, quibus ... Othonis legiones -erint. ann. 1, 59, 3 sibi *Arminio* tres legiones, totidem legatos -isse (*nisi ad p. 1567, 27*). CLAVD. 19, 16 -unt pariter cum duce *Eutropio* tota cohors. LEO M. epist. 79, 1 Conc.^{S} II 4 p. 37, 28 de ... virtutum agone processit, ut ... *haeretici* catholicae fidei virtute -rent.

B *significantur qui inclinant vel se vertunt in habitum quendam, ad actionem quandam* (*sc.* -ere in *vel* ad *aliquid*): SEN. benef. 4, 26, 3 qui beneficiorum fraudator est et in hanc *ingrati* partem -uit animo (*antea*: in hoc vitium natura propensus). dial. 6, 22, 2 in popinam ventremque ⌞-erunt toti⌟ (⌞ ⌟ *Madvig,* pro toti *vel* percoqui *trad.,* proiecti sunt *recc.*). epist. 18, 3 cum in illas *voluptates* omnis turba -uit. TAC. ann. 1, 12, 1 senatu ad infimas obtestationes -ente (*cf. p. 1568, 1 sqq.*). AVSON. app. A 6 Od. 9 (453 S.), 11 vino ... temulentus cum in somnum -isset *Polyphemus.*

appendix syntactica: **1** *indicatur locus et directio* (*sc. ubi vel quo; unde v. l. 37. p. 1568, 65; nota etiam acc. mensurae l. 31*): **a** *humi sim.*: CATVLL. 64, 389 terra ... -ere tauros (*item abl.*: OV. met. 2, 347 LVCAN. 5, 360. *cf.* OV. met. 5, 122 terrae [APVL. met. 10, 5, 2]. fast. 3, 220 in terram [SVLP. SEV. dial. 2, 3, 5. *al., v. p. 1568, 51*]. VITR. 8 praef. 4 in terra). LVCR. 5, 1200 -ere humi prostratum (VERG. Aen. 5, 481 OV. met. 1, 375 LIV. 29, 16, 6. *al.*). OV. met. 13, 176 -isse solo (STAT. Ach. 2, 61 CLAVD. 8, 448). **b** *in partes suas* (*alienas per praepos. p. 1568, 1 sqq. al., dat. p. 1567, 64. 1568, 10*): VITR. 8, 1, 1 in dentes. CVRT. 8, 14, 39 in genua (9, 5, 13 FLOR. epit. 4, 10, 6). 9, 9, 20 navigia ... in latera. RVFIN. hist. 2, 23, 16 super genua sua. *cf. p. 1556, 18.* **c** *exempla cetera* (*potiora selecta*): LVCR. 1, 291 quamlibet in partem (*item c. acc.*: OV. Pont. 1, 9, 14 LIV. 10, 5, 11 ALF. dig. 8, 5, 17 pr. CVRT. 6, 1, 15 LVCAN. 3, 616. *al., c. abl.*: VERG. ecl. 8, 87 *et saepe*). VERG. georg. 3, 466 medio -ere campo (*item abl.*: OV. trist. 1, 3, 92 *et saepe*). Aen. 2, 426 ad aram (PLIN. nat. 18, 316 VAL. FL. 3, 557. *al.*). 6, 504 super ... acervum (CVRT. 8, 11, 16 QVINT. inst. 2, 16, 6. *cf. adv.* VERG. Aen. 11, 150). TIB. 1, 2, 85 templis (*fort. dat., ut* OV. am. 1, 7, 18. *certe dat.*: SVLPICIA sat. 17 RVFIN. Clement. 2, 12, 4). *al.*

2 *indicatur status vel actio procumbendo effecta: praepos.: v. IIB et p. 1567, 74. 1569, 24 sqq.; singulariter de effectu secundario* SIL. *p. 1569, 21. dat.*: IVVENC. 4, 331 leto (*nisi abl.*). PASS. Paul. 3 orationi.

[procunctātio *v. p. 393, 51.*] *Wild.*

[procupīdinem, *vox formationis et notionis mirae, vix recte trad. loco corrupto* MIN. FEL. 26, 12.]

*?***prōcupo** *v.* praeoccupo *p. 743, 49.*

prōcūrātiō, -ōnis *f.* *a* procurare. *notatur* proc CIL VI 1418 (*ca. a. 295*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 437, 23 officium. actus. -o. administratio. GLOSS. II 160, 14 -em: *φροντίδα.* 312, 26 *ἐπιτροπή, ἡ τῶν ἄλλου πραγμάτων φροντίς*: -o. 590, 15 -o: imperi[t]um. IV 293, 37 tutela: -o, defensio. *legitur inde a* CIC., CAES., LEGE Iul. munic., *in oratione soluta; in sermone gr. v. ad IIC.* [*variat cum* curatio CAES. civ. 3, 104, 1, *restit. e* procurator CIC. leg. 3, 18 LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 55.]

i. q. actio procurandi (*quae imprimis fit gubernando, tuendo sim. [ad providentiam divinam sim. spectat IB]; actionem perficiendi, parandi distinximus sub IA2, cf. e. g. l. 71. p. 1571, 9. 16, de praeparatione v. IID; actio fit alterius nomine vel mandatu sub IIC, ceterum p. 1571, 74. 1572, 23 et saepius p. 1571, 18 sqq.; metonymias v. l. 72. p. 1572, 72*). *cuius rei (animantis) quis curam habeat, indicatur per gen. passim (gen. gerund. l. 44. p. 1571, 16. al.), adi. p. 1571, 6. 9. 58, cf. praepos. p. 1572, 71; iuxta est* administratio *l. 59. p. 1572, 18. 63* (*cf.* COD. Theod. 6, 22, 1 -um administrationibus), cura *l. 36. 61. p. 1571, 70. 1572, 4. al.,* curatio *l. 59,* gubernatio *l. 40. p. 1572, 16,* officium *p. 1571, 38. 1572, 41. al.* (*cf.* o. -is *l. 40. p. 1571, 35 et e. g.* FIRM. math. 5, 1, 7, -es officii SALV. gub. 7, 69); *sim. al.*

I *generatim respicitur actio*: **A** *hominum*: **1** *qui potius colunt, gubernant, tuentur sim.*: CIC. nat. deor. 2, 130 multae et pecudes et stirpes sunt, quae sine -e hominum salvae esse non possunt (*antea*: sollertia atque diligentia). fam. 15, 13, 3 mearum ... rerum maximeque existimationis meae -em susceptam velim habeas in primisque tibi curae sit ..., ne *eqs.* CYPR. laps. 6 divina -e contempta (*v. p. 1574, 49*). HIER. in Eph. lib. 2 praef. p. 477$^{\Lambda}$ quod *facit* mulier ... inter strepentem familiam et -em domus (*cf.* VITA Fulg. Rusp. p. 17 post depositam -em [*p. 13* domus gubernationem]). SALV. eccl. 1, 19 servilia terrenae -is officia (*sc. curandi praedia, pecuniam sim.*). **2** *qui potius perficiunt, parant: incorporea*: SEN. epist. 70, 8 expecta *mortem*; quid occupas? quare suscipis alienae crudelitatis -em? GELL. 17, 5, 4 *sitne quis beneficus* sine ulla recipiendae gratiae -e (*antea*: ad parem curam sui provocet). IREN. 2, 17, 1 huius rei, *sc. investigandae veritatis,* credita est nobis -o. ARNOB. nat. 7, 38 si sacrificia, si ludos ceterosque aspernarentur dii cultus neque se honorari eorum -bus ducerent. CLAVD. DON. Aen. 12, 765 p. 628, 18 in Turni discrimine *summo* ... reprehendi non poterat -o morae per fugam (*cf.* FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 34, 16 si -o inquirendae salutis otiosum negotium est). *corporea*: TERT. idol. 11, 6 ad alios *redemptores* pervenit -o sanguinis (*sc. victimarum*), ad alios odorum (*sc. turis*). CLAVD. DON. Aen. 1, 210 p. 49, 8 incipit ... dividi per officia -o epularum (*cf.* 1, 700 p. 137, 19 ad quarum *famularum* curam pertinebat -o cellarii). CASSIOD. var. 12, 4, 6 -o eorum *vinorum* debet esse celerrima.

B *dei, numinum, naturae sim.* (*cum respectu tuendi, provide gubernandi, sed parandi imprimis* PS. AMBR.): CIC. fin. 3, 73 *philosopho* proficiscendum est ab omni mundo atque ab eius -e (*cf.* TITVLVS Lucr. 6, 50 qui -em dis attribuit mundi). nat. deor. 1, 3 nullam habere ... rerum humanarum -em deos ([*1, 2* curatione et administratione r.]. HIER. in Mich. 6, 1 l. 34 *angelis* r. h. commissa est -o [*l. 40* procurasse]. *cf.* FIRM. math. 1, 1, 3 *deos* r. nostrarum curam -emque suscipere). 2, 44. VARRO rust. 1, 1, 6 adveneror Minervam et Venerem, quarum unius -o oliveti, alterius hortorum. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 352, 18 *divinae* iustitiae opus -o bonitatis est (*postea*: bono ... proficit; ... ad bonum ... confert). VET. LAT. II Macc. 13, 14 (rec. **L**, *sim.* X) *in bellum proficiscuntur* data ... -e mundi creatori (*gr. ἐπιτροπήν, rec. V* potestatem, *B et M* curam, *P* gubernatione⟨m⟩). PS. CYPR. Iud. incred. 3 natum de dei patris -e ... praesidium (*sc. Christum*). ITIN. Alex. 13 quamvis Alexander Hammonis numine ut paterna sui -e ... uteretur. IVL. VAL. 2, 2 post susceptum ... regnum -e fortunae. PRISCILL. tract. 11, 143 in te, *deus,* ... et per te processuum tota -o: tu animarum pater *eqs.* PS. AMBR. serm. Sess. 1, 3 *dei* providentia -eque nobis omnia adponi (*affert Matth. 6, 33* omnia adponentur vobis). *al.* *metonymice de ipsa potestate, qua servatur ordo naturae*: HIL. in Matth. 32, 5 sub passione domini commotis infernis supernisque ... et in oblivionem officii sui universorum elementorum -e stupefacta (*Matth. 27, 45. 52*).

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *speciatim et magis minusve technice*: **A** *in re publica* (*in ecclesia sub Id*): **1** *strictius de administrando munere publico*: **a** *in re publica Romanorum*: α *libera*: CIC. S. Rosc. 139 postea-quam magistratus creavit *Sulla* ... sua cuique -o auctoritasque est restituta. Verr. II 1, 90 *quaestore* occiso duas *Verri legato* ... hereditates venisse ..., unam quaestoriae -is, nam a Dolabella *praetore* statim pro quaestore iussus est esse, alteram tutelae (1, 99 ex ea faece legationis q.que tuae -is). 5, 36 mihi *aedili* sacrarum aedium -em ... esse commissam (*cf.* VARRO rust. 1, 2, 2 templi). har. resp. 43 *Saturninum* quaestorem a sua frumentaria -e senatus amovit. leg. 3, 18 quid ... sit turpius quam sine -e (-tore *trad.*) senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere. off. 2, 75 in omni -e negotii et muneris publici. Att. 4, 1, 6 *cum* ad eius *annonae* -em ... Pompeius vocaretur. LENT. Cic. fam. 12, 14, 5 ut ... ⌞nobis⌟ -em Asiae dent *consules* (⌞ ⌟ *sc.* pro quaestore pro praetore *fam. 12, 15 tit.*). LIV. 4, 8, 6 magis necessarii quam speciosi ministerii -em (*sc. censurae*). *cum acerbitate de facinore coniuratorum*: CIC. Catil. 3, 14 *Cassius* sibi -em incendendae urbis depoposcerat.

β *a principibus suscepta; significantur munera administrata*: Ⓘ *a variis magistratibus*: SEN. dial. 10, 20, 3 cum vacationem -is ab C. Caesare ultro accepisset (*sc. C. Turranius praefectus annonae? v. Stein, RE VII A 1441 sq.*). SVET. Iul. 79, 3 migraturum Alexandream ... -e urbis amicis permissa (*cf. 76, 2* praefectos ..., qui ... res urbanas administrarent). Nero 35, 5 in -e Aegypti (*de Caecina Tusco, praefecto*). COD. Iust. 10, 26, 2, 1 (*a. 364*) sartorum tectorum neglecta -e (*sc. ab Artemio correctore Lucaniae et Brittiorum*). Theod. 6, 20, 1 rerum publicarum -o levis *quaedam.* 8, 5, 23 pr. ad -em clavularii cursus (*cf. 8, 5, 95 pr.* qui praepositi vocantur aut mancipes). RVFIN. hist. 1, 9, 2 Pontium Pilatum Iudaeae -em suscepisse (*gr. ἐπιτραπῆναι. sim. de eiusdem praefectura* 1, 9, 4; *cf. p. 1579, 68*). CASSIOD. var. 12, 22, 1 *in ea provincia* facilis est -o *specierum praestandarum,* ubi fuerit fructus uberior (*ibid.* pro tributaria functione). *al.* Ⓘⓘ *ab ipsis procuratoribus* (*technice in administrando fiscum l. 36 et saepius, rem privatam principis e. g. l. 56, provinciam e. g. l. 50, cf.* procurator *sub IIB; distinguuntur imprimis* honos *l. 45,* imperium *l. 36* [*cf. p. 1572, 23*], praefectura *l. 44; respiciuntur equites praeter l. 52*): SEN. nat. 4 praef. 1 delectat te ..., Lucili ..., Sicilia et officium -is otiosae delectabitque, si continere id intra fines suos volueris nec efficere imperium, quod est -o (*respicitur idem procurator fisci Siciliae*: epist. 19, 5 rapida felicitas, ⌞provincia et -o⌟ *eqs.* [et praeparatio *var. l.*]. 19, 8 in ista sollicitudine -um et deinde urbanorum officiorum. *cf. p. 1573, 20*). epist. 101, 6 -es officiorumque per officia processus. INSCR. Année Épigr. 1972 n. 574 (*aet. Trai.*) *cuidam* proc(uratori) Alexandreae C. Iulius Photinus Celer adiutor in ⌞-e⌟ Alexandreae (⌞ ⌟ *deest in versione gr.*). PLIN. nat. 19, 110 Melam equestris ordinis reum ex -e a Tiberio principe accersitum. TAC. hist. 1, 2, 3 alii sacerdotia et consulatus ut spolia adepti, -es alii et interiorem potentiam. 2, 82, 2 multos praefecturis et -bus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit *Vespasianus* (*item opp.*: ann. 16, 17, 3 *Annaeus Mela* petitione honorum abstinuerat ...; adquirendae pecuniae brevius iter credebat per -es administrandis principis negotiis. FLOR. Verg. 3, 5). 2, 86, 3 *Cornelius Fuscus* -em adeptus *Pannoniae et Dalmatiae.* PLIN. epist. 7, 31, 3 promotus ad amplissimas -es ([*Claudius Pollio, procurator xx hereditatium et Alpium Graiarum CIL VI 31032*]. *addas l. 52 et cf.* SVET. vita Plin. p. 92, 7 splendidissimas). SVET. Galba 15, 2 Halotum -e amplissima ornavit (*cf. p. 668, 77. item respiciuntur liberti*: FRONTO p. 80, 1 *Aridelus* [*v. p. 1586, 10*] petit nunc -em ex forma suo loco ac iusto tempore). FRONTO p. 168, 4 equitis *cuiusdam* ... dignitatem ... exornasti duabus iam -bus datis. *al.* CIL XIII 1684 cui divus Aurel(ius) Antoninus centenariam procuration(em) ⌞prov(inciae) Hadrymetinae⌟ dedit (⌞ ⌟ *v. p. 1577, 71. ad salarium cf. p. 1581, 2 et* CIL VI 1532 [*saec. III*] sexagenaria -e ... ornatus). VLP. dig. 4, 4, 11, 2 beneficio principis urbicam -em erat adeptus. PAVL. dig. 4, 6, 35, 2 procurator Caesaris ..., cui rerum provinciae cuiusque -o mandata erit *eqs.* CIL VI 1418 (*ca. a. 295*) *quidam* ad proc(urationem) aquarum promotus. *al.*

b *in municipiis* (*iuris peregrini* CIC.): CIC. Verr. II 2, 120 honos aliquis ... aut potestas aut -o (*in civitatibus Siculis*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 26 *ubi* quisque eorum *aedilium* vias publicas ... reficiundas sternendas curet eiusque rei -em habeat (*cf.* 28 aed(ilis) ... viarum reficiendarum tuemdarum -o esto. 55 quoius ... viarum -o [-tor *aes*] erit). 70 quorum locorum quoiusque porticus aedilium ... -o est. DECRET. decur. Hercul. (CIL X 1453) 9 ponderum et scholae et chalcidi⟨ci⟩ ... -em. EPIST. imp. Nervae dig. 43, 24, 3, 4 ei *praesidi vel curatori rei publicae* locorum publicorum -o data est. COD. Theod. 12, 1, 20 nullus decurionum ad -es vel curas civitatum accedat, nisi *eqs.* (*Interpr.* curatoris aut defensoris officium).

c *in regnis, civitatibus externis* (*cf. l. 63*): CIC. leg. 2, 66 *Demetrius Phalereus* sepulcris ... finivit modum; ... huic -i certum magistratum praefecerat. CAES. civ. 3, 104, 1 amici regis, qui propter aetatem eius *Ptolomaei* in -e erant regni (curatione *cum uno cod. olim edd., sed* -e *confirmatur loco gemino* 108, 1. *item de tutela pupilli regii*: VAL. MAX. 6, 6, 1 senatus M. Aemilium Lepidum ... ad pueri *Ptolomaei* tutelam gerendam Alexandriam misit amplissimique ... viri sanctitatem ... externae -i vacare voluit). VAL. MAX. 3, 7 ext. 5 (sternendarum ... viarum ... curam, ... ministerium ... sordidissimum) mirifica ... -e abiectissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit *Epaminondas.* ITIN. Alex. 7 proficiscitur mandata imperii Macedonici ... Antipatro -e sub sui nomine (*Arrian. anab. 1, 11, 3 ἐπιτρέψας*).

d *in ecclesia christ.*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 187, 22 *Eutyches* praesit -i ... fratrum (*sc. monachorum. in eadem re: ibid.* p. 189, 19 ad tenendam ... monachorum -em. p. 189, 28 restituere eum in ... -e ... monasterii. *cf. e. g. p. 1242, 3 sq. 1304, 34 sq. 1586, 22*).

2 *laxius de cura civitatis generali*: CIC. Deiot. 36 (*inde* VAL. MAX. 4, 1 ext. 9) nimis magna -e liberatus *Antiochus parte regni privatus.* de orat. 1, 215 si est idem *orator* in -e civitatis egregius (*cf. 214* regendae rei p. scientissimus). 3, 131 (*de Crasso*) orbis terrae -e ac summi imperii gubernatione districtus. rep. 1, 35 (*loq. Scipio*) mihi ... unum opus hoc a parentibus ... relictum: -o atque administratio rei publicae (ac. 1, 11 *me* rei p. non solum cura, sed quaedam etiam -o multis officiis implicatum ... tenebat. div. 2, 7 [*postea*: opera ..., cogitatio et cura]. off. 1, 85 [*comparatur* tutela]. fam. 4, 6, 2. NEP. Thras. 3, 1 rei p. -o populo redderetur. Att. 3, 2. 15, 3). SALL. Iug. 14, 1 (*Adherbal senatui*) uti regni Numidiae tantummodo -em existumarem meam, ceterum ius et imperium eius penes vos esse. HEGES. 1, 28, 7 *Antonius* Herodem et Phasaelum tetrarchas ordinavit totiusque Iudaeae -em agere praecepit (*sim.* Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 244 p. 615, *gr. διοικεῖν*). RVFIN. hist. 8, 13, 11 in duas ... -es Romanum regnum fuerat divisum (*gr. διχῇ ... διαιρεῖται*).

II *translate* (*cf. IB2 et p. 1588, 16*): **A** *-unt animantes petentes finem, parantes actionem*: Rhet. Her. 4, 47, 60 ultra (*v. p. 1587, 56. cf.* Amm. 14, 1, 1 *Caesar Gallus* ultra terminos potestatis delatae -ens). Val. Max. 5, 9, 1 ad vindictam continuo -cucurrit (Sen. epist. 66, 21 ad omne pulchrum vir bonus ... -et. Frontin. grom. p. 41, 25 ad hoc beneficium. Plin. epist. 1, 22, 10 impetu quodam ... -ere ad mortem *voluntariam* [*opp.* deliberare *eqs.*]. Svet. Claud. 29, 2 ad ultionem. Sidon. epist. 8, 13, 2 ad solvenda officia). 8, 5, 6 *reum* in quodlibet facinus -surum crediderunt *iudices* (Sen. clem. 1, 7, 4 litigare, in rixam -ere). Sen. benef. 6, 43, 2 non est trepidandum, quam cito reponamus *beneficium,* nec -endum intempestive (-cura- *var. l.; item non indicatur ad quid*: Hil. trin. 2, 10 incipe, -e, persiste [percurre *var. l.; postea*: proficiet prodeundo]. Avson. 21 [419 S.], 10 -unt ... dignitates atque in vocem gratulationis erumpunt). *pendet inf.* (*cf. gerund. l. 60*): Sedvl. carm. pasch. 5, 128 cum scelus ulcisci -ret *Iudas morte sua* (praec- *sim. var. l.; cf. op. pasch. 5, 10 p. 282, 11* vindicavit).

B *-unt res*: **1** *potius apparentes, occurrentes*: Val. Max. 6, 3 pr. *hoc libri capite* varia poenarum genera in medium -ent. 8, 11 ext. 3 perfectissimae artis in eo *simulacro* -entia indicia (praec- *codd.*). Sen. epist. 71, 30 (*de virtutibus*) nondum tam parata haberem ..., ut ad omnes casus -rent. Epist. pontif. 300 Silva-Tarouca Thess. p. 21, 16 divinitus ... haec -ens gratia. *hostiliter*: Hil. trin. 3, 21 in ipsam veritatem infidelitas nostra -it (*postea*: inrumpimus).

2 *potius cursum prosequentes*: **a** *proficiendo, crescendo*: Sen. epist. 101, 4 *quaestuosus quidam mortuus est* in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso -entis pecuniae impetu. Flor. epit. 1, 13, 1 rapidissimus -entis imperii *Romani* cursus. Ivl. Val. 2, 21 in hosce provectus Alexandri virtutibus -entibus. Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 14 p. 699[B] -ente humanae propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas de suis multiplicationibus superbiret.

b *quolibet modo*: α *de variis*: Sen. dial. 4, 35, 2 ea ... velocitas placet, quae, ubi iussa est, vestigium sistit, nec ultra destinata -it. Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 25 cum ... in illicita -unt *res* (*i. concupiscentia; opp.* cum intra concessos fines tenentur).

β *de verbis, metris sim., quae procedunt*: Ⓘ *rhythmo, numeris*: Stat. silv. 3, 5, 33 (*ad uxorem*) tu -entia primis carmina nostra sonis *audis.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 113, 6 ipsa ... lyrica poemata sublata modulatione vocis non ultra solutam orationem -unt (*quae similiter in rhythmos quosdam incidit*). 129, 31 (*de metro ionico*) binae bases ... alternis vicibus variantur ac -unt. Fortvn. rhet. 3, 10 *verborum structura* aut ... rotunda est, id est volubilis, aut plana, id est -ens, aut gravis, id est stabilis; ... -enti *structurae opponitur* fluxa. Avg. mus. 3, 1, 1 quo usque -at connexio pedum et unde rursus ad caput redeatur. Ⓘ *flexione*: Avg. gramm. V 498, 30 'hoc templum, huius templi ...'; simili declinatione et haec omnia -unt. Ⓘ *enarratione sim.*: Avg. coll. c. Don. 3, 9, 15 ne catholicorum prosecutio imperturbata -ret (*antea*: sermonem ... prosequendo perpetuare). perf. iust. 1, 1 ut non ultra ... sermo -at. Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 16 p. 704[A] *Parthi, Medi aliique* (*act. 2, 9*), quorum testificatio etiam in eas gentes, quae remotiores sunt, longe lateque -ret.

γ *de tempore et iis, quae tempore provehuntur*: Avg. civ. 12, 20 p. 543, 5 saecula saeculorum, alia ... atque alia ordinata dissimilitudine -entia (p. 543, 29 alterum ex altero conexione ordinatissima -entia). 15, 1 p. 59, 5 cum primum duae istae coeperunt nascendo atque moriendo -ere civitates (15, 21 p. 105, 23 ut -ant et excurrant ad ... debitos fines. 17, 1 p. 197, 1 per ordinem temporum. *al. ibid.*). 16, 35 p. 180, 25 quem ad modum per posteros Abrahae civitatis dei -ant tempora. in psalm. 89, 6 *deus* vitae ... constituit -endi modum. *al. apud eundem.*

appendicula determinationum indicantium: **1** *unde -atur: per praepos.* ab Caes. civ. 3, 93, 3 Liv. 6, 12, 8. *al.* Vitr. 5, 1, 8. *et saepius,* ex Catvll. 65, 20 Caes. Gall. 5, 44, 6 civ. 1, 69, 1. *al.* Bell. Afr. 14, 2. *et saepe, per abl.* Liv. 40, 30, 5 castris (*nisi suppl.* a *vel* e). Mela 3, 7 lata sede. Apvl. met. 9, 20, 4 cubiculo. Ivl. Val. 2, 27 p. 94, 19 conclave (*coll. vol. IV 71, 72 potius abl. quam acc., ne agnoscas usum trans. sec. vol. V 2, 1367, 23*). *al., cf. p. 1589, 35, per adv. e. g. p. 1588, 44. 1589, 14.* **2** *quo vel qua via -atur per: praepos.*: ad Lvcr. 1, 969 Liv. 10, 14, 10 Vitr. 4, 1, 12 Val. Max. 1, 5, 5. *et passim,* adversus Frontin. strat. 1, 4, 9, ante Caes. civ. 1, 55, 2 Colvm. 6, 29, 1, contra Verg. Aen. 12, 280, extra Caes. civ. 1, 55, 2 Liv. 34, 15, 4 Petron. 63, 6 Amm. 25, 10, 7, in Catvll. 64, 128 Caes. Gall. 6, 40, 1. 7, 26, 3 Hor. epod. 16, 29. *et passim,* inter Liv. 8, 9, 14 Mela 1, 18. 2, 25 Plin. nat. 6, 143, per Liv. 44, 4, 6 Plin. nat. 4, 86, ultra Sen. dial. 4, 35, 2 Amm. 14, 1, 1. *dat.*: Val. Fl. 6, 702 plantae (*v. p. 1589, 51*). Isid. nat. 44, 4 (= Svet. frg. p. 243, 8) mari. *vix addas p. 1568, 58. ? acc.: v. p. 1589, 38. adv.: v. p. 1587, 56. 1588, 59. 1589, 1. al.* **3** *quo consilio -atur per: praepos.* ad *vel* in (*cf. p. 1589, 56. 60*): Caes. civ. 2, 8, 2 ad ... prosequendum hostem (*item* ad *c. gerund.*: Liv. 10, 36, 4 Petron. 114, 14 Frontin. strat. 2, 5, 29. *al.*). Liv. 27, 42, 3 ad certamen (*cf.* Colvm. 7, 3, 4 in pugnam. Flor. epit. 2, 6, 5 ad arma). *part. fut. v. p. 1588, 27, inf. v. p. 1589, 65.*

compar. ?**prōcursior,** (-ius) *pertinens ad p. p. p.* procursus *vi act. adhibitum* (*si usus agnoscendus coll. e. g. adi. q. e.* processus *et Hofmann-Szantyr 290 sq.*). *i. q. crescendo plus progressus, maior*: Canon. Turner I p. 521 rec. III *episcopi in civitatibus suis habentes* possessiunculas minimas ..., aliis vero in locis magnas, ex quibus possunt -es (-is *man. pr. cod.*) ecclesiae reditus adhibere (*ad notionem conferre possis* Sen. *l. 2*; procus- *vel* profus- *Ballerini,* procuratores *Turner sec. gr. ibid. p. 520 ἐπικουρεῖν ... τοῖς πένησιν*).

deriv.: procursio, procurso, ?procursor, procursus (-ūs); *cf. gr. byz. προκουρσάριος* (*v. Preisigke, Wörterb. der gr. Pap. II s. v.*). *Hays.*

prōcursātio, -ōnis *f.* *a* procursare. *i. q. actio procursandi* (*militum fere inordinate pugnantium*): Liv. 5, 19, 9 a -bus, quae multae temere ... fiebant, edicto, ne quis iniussu pugnaret, ad opus milites traducti *sunt.* 22, 44, 4 *Hannibal* lacessit ... Numidarum -e hostes (Amm. 24, 4, 15 crebris -bus. 26, 7, 15). 23, 40, 9 per -es levia certamina ... inita *sunt* (28, 33, 3 ubi per -em commissa pugna esset). 25, 9, 7 -o Numidarum *populantium agros.*

prōcursātōrēs, -um *m.* (*sing. non legitur*). *a* procursare. *explicatur in Sylloga Tact. 35, 15* (*saec. X*) *προκουρσάτωρες δὲ οἱ ... προεκτρέχοντες καὶ ... ἐρεθίζοντες.* [*e coni. dub.* Amm. 27, 10, 10 *v. p. 1565, 26.*] *i. qui procursant, sc. de militibus qui sive ante iustam pugnam hostes infestant sive explorandi munere funguntur*: Liv. 42, 64, 6 breve certamen levis

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

armaturae maxime cum -bus fuit. AMM. 16, 12, 8 revocatis -bus iam ante egressis (praec- *trad., v. p. 520, 14*). 23, 3, 4 -um adventu *aliquid indicantium* (*v. app. crit.*). 24, 1, 10. 24, 3, 1 Persicum ducem -um partis nostrae tres turmas ... aggressum. 24, 5, 3 antegressus cum -bus princeps et civitatem desertam collustrans. 24, 5, 5 *dum* tres -um cohortes expeditae cum cuneo Persico decertarent. 24, 6, 10 missilibus per -es principiis pugnae temptatis. 25, 8, 4 -um indicio. 31, 12, 3 -bus ... *hostes tot* esse firmantibus.

prōcursio, -ōnis *f.* *a* procurrere. *i. q. actio procurrendi*: **1** *proprie, sc. movendo*: QVINT. inst. 11, 3, 125 *oratori est* -o opportuna brevis, moderata, rara (*1, 11, 3 et Cic. orat. 59 respondet* excursio). FRONTIN. strat. 2, 2, 5 *dux* -e subita ... se admovit (AMM. 19, 11, 13 ob -em s. semitectus *exercitus*). **2** *translate, sc. dicendo*: QVINT. inst. 4, 3, 9 non semper est necessaria post narrationem illa -o (*non technice de excursu, sed potius vi generali dictum, v. enim 4, 3, 5* prosequamur eam *narrationem atrocem* velut erumpente protinus indignatione. *cf. Iul. Vict. rhet. p. 77, 16* progressio).

*?***prōcursior** *v.* procurro.

prōcurso, -āre. *a* procurrere. [*confunditur c.* procurare *l. 24 (vix recte restit. p. 1586, 19); falsa var. l. p. 1589, 42, e coni. dub.* LIV. 23, 16, 4.] *fere i. q. (frequenter) procurrere* (*part. praes. fere pro subst. masc. l. 27. 31*): **1** *strictius in re militari*: **a** *de militibus procurrentibus ad proelium* (*fere inordinatum, parvum*): LIV. 3, 61, 13 (*12* excursionibus proeliisque levibus) latrocinii modo -antes pauci recurrentesque *milites* (*cf.* 22, 16, 2 carptim Poeni et -ando [-curando *cod. potiores*] recipiendoque sese pugnavere [*22, 15, 7* occursantes refugientesque]). 27, 2, 11 cum ab stationibus -retur, ... tumultuosa magis *erant* proelia quam magna (*cf.* 27, 41, 5 ab stationibus -antes certamina haud satis digna dictu serebant). 42, 65, 8 ubi ordines -ando solvissent (*cf.* AMM. 31, 7, 10 relictis ordinibus -bat *miles*). AMM. 18, 8, 5 occiduntur quidam nostrorum temere -antes. 19, 7, 3 acies non inordinatim ..., sed ... nullis -antibus incedebant. **b** *de exploratoribus* (*cf. p. 1590, 75*): AMM. 27,10, 8 doctus -antium relatione *princeps* ... barbaros longe conspectos *esse.*

2 *laxius vel translate respiciuntur: qui lacessunt*: PLIN. nat. 8, 15 *elephantis obiecti sunt quidam conculcandi,* -antibus inter eos, qui lacesserent. *qui moliturus est magna, praeclara*: AMM. 27, 6, 9 in pulchra facinora -bit *Gratianus puer.*

deriv.: procursatio, procursatores.

*?***prōcursor,** -ōris *m.* *a* procurrere *sec. gr. πρόδρομος per confusionem praeverbiorum pro* praecursor *formatum, nisi de errore scribae cogitandum. i. q. praecursor: de diebus*: VET. LAT. num. 13, 21 (cod. 100) erant dies veris, -es uvae (*gr. πρόδρομοι σταφυλῆς, Vulg.* quando iam praecoquae uvae vesci possunt). *de Christo*: VET. LAT. Hebr. 6, 20 (codd. 75. 76) ubi ⌞-r⌟ pro nobis intravit Iesus (⌞ ⌟ r *finalem om. cod. 75; ceterum v. p. 521, 69*).

prōcursus, -ūs *m.* *a* procurrere. NOT. Tir. 27, 39ª. *de notione v. l. 74 sq.* *legitur inde a* VERG., LIV. [*e coni. dub.* LVCR. 2, 455.] *i. q. actio procurrendi* (*de statu inde orto p. 1592, 8, meton. p. 1592, 6*; -u procurrere *l. 58*): **1** *vi locali; procurrunt*: **a** *animantes* (*de simulacro l. 66*): α *in bello, pugna* (*respiciuntur tam singuli procurrentes quam copiae; vi aucta de ipsa expeditione, incursione l. 60*): VERG. Aen. 12, 711 *Aeneas et Turnus* -u rapido ... invadunt Martem (SIL. 9, 429 r. subitam portans ... salutem -u *Scipio*). LIV. 22, 41, 1 tumultuario proelio ac (a *Heraeus*) -u magis militum quam ... iussu imperatorum orto (*cf.* AMM. 31, 15, 15 nullo ordine iam, sed per -us pugnabatur et globos). 34, 39, 3 ad emittenda cum -u, quo plurimum concitantur, tela. SIL. 7, 566 -s ... viros colliserat acer. STAT. Theb. 9, 25 *rex* magno ... agebat -u fremituque viros. TAC. Agr. 33, 1 armorum fulgores audentissimi cuiusque -u (*sc. conspiciebantur*). IVL. VAL. 2, 28 p. 97, 4 pari utrimque -u partes in sese procurrunt. AMM. 20, 11, 18 -s temptabatur ex castris (*syn.* eruptione). 27, 9, 1 Africam ... exurebat barbarica rabies per -us audentiores. *de impetu animalium*: SEN. dial. 3, 3, 8 -us illorum tumultusque vehementes sunt (*7* impetus). β *vario respectu*: PLIN. nat. 10, 103 in -u aut brevi aliquo volatu cadit *perdix.* 10, 113 *aves* graviores nisi ex -u ... non evolant. SIL. 13, 248 -us impete *fugientis cuiusdam.* STAT. Theb. 4, 794 *puer* sternit -bus herbas. 6, 848 petit aequor uterque *luctator* -u medium. APVL. met. 2, 4, 3 *signum Dianae* -u vegetum. HIL. in psalm. 124, 4 (*in imag.*) *in ecclesia* habitantibus standum est, non discurrendum (*affert deut. 5, 31*) ...; non simus -bus vagi *eqs.* (praec- *et* -cursores *var. ll.*). AVIEN. Arat. 336 alite -u sese in convexa ferebat *Virgo* (*cf. Germ. 131* alite cursu). *al.* *in theologia de actione emanandi*: HIL. syn. 22 continenti fluxu per corporalem et individuum -um.

b *res*: α *strictius de motu aquarum* (*currus* VERG.): VERG. Aen. 12, 379 cum rota *obviam euntem* praecipitem et -u concitus axis impulit (SERV. -u: impetu; et est una pars orationis -s. *sim.* CLAVD. DON. Aen. 12, 380 p. 596, 30 sqq., *ubi vox explicatur* quasi porro tenens cursum). CIL IX 5994 (*in miliario a. 214 ad pontem posito; contextu mutilo*) ⟨p⟩rocursui flumini⟨s⟩. HIL. in Matth. 6, 6 (*ad 7, 25* venerunt flumina) torrentium -s, id est, graviorum cupiditatum motus. AVIEN. orb. terr. 803 insulae in Oceani -bus hae *sunt* (*gr. 612 ῥόος*). CLAVD. MAM. anim. 3 praef. p. 19, 2 (*in imag.*) *quae scripsi,* etsi angustis emanantia venulis in magnos tamen amnes longiore -u exuberabunt. *metonymice de ipsa aqua derivata*: PANEG. 5, 6, 5 continua cultura -us fontium ... evehebat *canalibus.* β *laxius de forma locorum procurrentium*: PLIN. nat. 5, 62 dextra laevaque anguloso -u (*in forma urbis Alexandriae*). AVIEN. orb. terr. 555 *Graeciae* confinia ... praecincta duobus aequoris infusi -bus. 633 *Trinacria* trinis laterum -bus adstat.

2 *translate* (*cf. imag. l. 4. p. 1591, 66*): **a** *potius de actione apparendi, erumpendi*: VAL. MAX. 3, 2 pr. quia *capite 'de indole'* iam initia -usque virtutis patefecimus, actum ipsum persequemur. 7, 3 ext. 6 ubi -um irae, qui acerrimus esse solet, effunderent *homines* (*item* 9, 3 pr. -u celerior *ira quam odium*). SEN. epist. 24, 24 *ad vitam finiendam* non temere nec cum -u capiendus impetus. **b** *potius de ipso cursu continuato, progressu: rerum variarum*: HIL. psalm. instr. 18 *fides nostra* nullo ulteriore -u ipso suo ... beatitudinis fine requiescat. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 15 *dedicata ecclesia revertimur*; agentibus nobis viarum cursu gratulationis -um fit continuatione ... una festivitas. *ordinis verborum*: DIOM. gramm. I 516, 31 *versus allatus* in -u hexameter est, in recursu Sotadicus. *civitatis* (*hominis* POSSID.; *cum respectu temporis*): AVG. civ. 1, 35 p. 51, 28 de quarum *civitatum caelestis et terrenae* ⌞exortu et -u et debitis finibus⌟ *dicam* (⌞ ⌟ *in eadem partitione*: epist. Divj. 1A, 1, 5 -um, sive dicere malumus excursum [*sim.* retract. 2, 43, 2]. *al.; inde* POSSID. vita Aug. praef. 3 venerabilis viri, *sc. Aug.*). 16, 3 p. 125, 19 civitatis utriusque ... per tempora -s ostenditur. 16, 12 p. 145, 23 videamus -um civitatis dei ... ab illo articulo temporis. *al. in* civ. *Foucher.*

prōcurvo, -āre. *a* pro *et* curvare. *significatur actio eius: qui facit, ut alius se pronum curvet*: STAT. Theb. 6, 852 (*in lucta*) celsum -at Agyllea Tydeus *se inclinans* (*859* artus ... Agylleus sponte premit). *qui partes suas curvando promittit*: CYPR. GALL. gen. 14 consurgunt germina ... pomiferique simul -ant brachia rami (*gen. 1, 11* germinet terra herbam ... et lignum pomiferum). 608 vitulus tumida -ans cornua fronte.

prōcurvus, -a, -um. *a* pro *et* curvus *sec.* recurvus. *de notione*: ISID. orig. 10, 230 (*inde* GLOSS.⌞ I Ansil. PR 1813) -us quasi per longum curvus (*sec.* VERG. *l. 42?*). *strictius significatur i. q. in curvaturam procurrens sim. (cf. formam falcis putatoriae priore parte curvae l. 41, de qua v. White, Agricultural implements, 1967, 85 sqq.), sed usu laxiore adhibetur fere pro* curvus: VERG. georg. 2, 421 -am *oleae non* exspectant falcem (SERV. ut putentur). Aen. 5, 765 -a ... per litora (CYPR. GALL. exod. 434). CYPR. GALL. gen. 1144 *sidera* sibi (*sc. Ioseph*) ceu domino -a inflectere colla (*gen. 37, 9* adorare me). exod. 129 *Moses* cernit -am fulgere rubum. *praedicative de animantibus* (*cf. l. 43*): CYPR. GALL. gen. 1052 *Iacob* -us prona dominum (*sc. Esau*) cervice salutat (*gen. 33, 3* adoravit pronus). iud. 239 -us venerare deum. *Bk.*

1. procus, -ī *m.* (*non legitur nisi plur.*). [*de veriloquio non liquet, quia notio vocis parum certa est; fort. subest* *pro-ko- *a* prŏ, *fere i. q. 'eminens', sed non prorsus negari potest, idem esse ac* 2. procus. *ceterum non satis constat, utrum cum voce simili q. e.* proceres *coniungendum sit necne. Fo.*]

1 *t. t. rei publicae Romanae priscae de ordine quodam nobilium* (*ad rem v. Momigliano, Journ. Rom. Stud. 56, 1966, 18 sqq.*): TAB. cens. Cic. orat. 156 -um (*gen. plur., v.* CIC. *ibid.* centuriam fabrum et -um, ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere, non fabrorum et [*var. l.* aut] -orum). FEST. p. 249 (*e Varrone?*) ⌞-um patricium⌟ in discriptione classium, quam fecit Ser. Tullius, significat 'procerum'; i enim sunt principes *eqs.* (*p. 1593, 2, ut vocem* 2. procus *hinc distinguere non videatur.* ⌞ ⌟ *gen. plur. et fort. asyndeton bimembre [v. Meyer, Röm. Staat u. Staatsgedanke, ²1961, 491 adn. 80; de acc. sing. vix recte cogitat Reitzenstein, Verrianische Forsch., 1887, 28 adn. 1]; locus revocandus vid. ad eandem legem regiam ac l. 53*). *ironice de hominibus infimi generis*: PLAVT. Poen. 510 nequiquam hos -os mi elegi *advocatos* (*cf. 515* plebeii et pauperes. *sunt, qui ad* 2. procus *referant, sed v. Traina, Riv. Fil. Class. 96, 1968, 403 sqq., et Maurach, comm. 1975, ad l.; fort. huc spectat* GLOSS.⌞ I Ansil. PR 1741 -os: principes [*cf. 1684* proceres: principes]). **2** *singulariter de quibuslibet proceribus*: CYPR. GALL. gen. 493 *Abram victor* excipitur laeta Sodomorum laude -orum (*fort. metri gratia pro gen.* procerum, *qua voce utitur saepe, v. p. 1515, 23*; praecorum *var. l.*; praetoris *Mayor, quo melius respondeat gen. 14, 17* rex Sodomorum).

2. procus, -ī *m.* [*nomen agentis mutata vocali derivatum a radice indog.* *preḱ, *'rogare, petere'* (*cf.* posco, prex); *simili ratione habes gr. τομός, τροχός iuxta τέμνω, τρέχω, v. Leumann, Gramm. 1977, 277. primitus significasse vid. quemlibet petentem, sed similem notionem peculiarem exhibent voces ab eadem radice* *preḱ *derivatae lituan.* piršlys, *lett.* pirslis *'petitor sponsae', armen.* harsn *'sponsa'. Fo.*] *de origine: a* procare *p. 1541, 66. 67. 69 sqq.*,

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a procax SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 227. *de notione*: FEST. p. 249 'procum' (*v. p. 1592, 56*) ... significat procerum; i enim sunt principes; nam (nunc *Lindsay dubitanter*) -i dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium, Graece *μνηστῆρες*; est enim procare poscere (*sim.* PAVL. FEST. p. 224 '-i' uxorem poscentes in matrimonium. NON. p. 23, 19 matrimoniorum petitores. DON. Ter. Hec. 159, 3. *al.*). SERV. Aen. 1, 536 '-i' petitores dicuntur. PROB. app. gramm. IV 202, 17 (*v. p. 1515, 29*). GLOSS. -us: *μνηστήρ*. -os: sponsi petitores. id est pronubos (*Goetz refert ad p. 1592, 62*). GLOSS.^{L} Corp. P 676 -us: sponsus. 727 -i: legati matrimoniorum. 817 -us: brydguma (*anglosax.*). *al.* *legitur in orat. soluta apud* CIC. (*bis*), (PAVL.) FEST. (*bis*), MELAM (*semel*), APVL. (*novies*). *al., saepius in poesi inde a* VERG., HOR. (*apud dactylicos* [*sed deest e. g. apud* TIB., LVCAN., MART., IVV.] *et* SEN. *trag.; de* LIV. ANDR. *v. l. 16, de* PLAVTO *p. 1592, 62*). [*variat in codd. cum* vir SEN. Med. 218 CLAVD. carm. min. 30, 31. 163 (*falsa var. l.* OV. trist. 2, 376); *trad. loco corrupto* MELA 2, 20 manentque dominos -i (dominas *edd. plerique*); *e coni. dub.* LIV. ANDR. *p. 1541, 52.*]

i. qui mulierem sibi in matrimonium poscit, petit (*rem pro muliere* CIC. *l. 48; saepe petuntur mulieres e fabulis notae, maxime Penelope [l. 22. 25. 29. 30. al.]. accedit gen. mulierem indicans l. 36. 39. 45*): **1** *de eis, qui eandem mulierem petunt, sc. fere de aemulis* (*non nisi plur., saepe de magna turba -orum, e. g. l. 24. 34*): CIC. Brut. 71 quae *carmina* apud illum, *sc. Homerum,* ... in -orum epulis canuntur. VERG. Aen. 4, 534 (*Dido loq.*) rursusne -os inrisa priores experiar? (STAT. silv. 1, 2, 170. *cf.* VERG. Aen. 12, 27 *Laviniam* nulli veterum sociare -orum). CVLEX 267 turba ferox iuvenum telis *Vlixis* confixa -orum (OV. met. 10, 568 instantem turbam ... -orum ... fugat *Atalanta* [instantum *coni. Heinsius*]. 10, 574 STAT. Theb. 2, 157. CE 2132, 3 [*christ.*] Georgia ..., ob quam magna patrem premeret cum t. -orum. *cf. appositionem* OV. epist. 1, 88). HOR. sat. 2, 5, 7 (*Vlixes loq.*) neque ... aut apotheca -is intacta est aut pecus. 2, 5, 78. carm. 3, 10, 11 Penelopen difficilem -is. PROP. 2, 9, 4 Penelope ... tam multis femina digna -is (OV. met. 4, 795 fast. 6, 108. *al.*). 3, 12, 35 *Vlixen* veteres arcus leto renovasse -orum. OV. am. 3, 4, 24 Penelope mansit ... inter ⌞tot iuvenes⌟ intemerata -os ([⌞ ⌟ tam multos *var. l.*]. APVL. flor. 14, 2 spretis iunioribus ac ditioribus -is. *cf. l. 24. 61*). epist. 7, 123 (*Dido loq.*) mille -is placui (17, 104 met. 11, 302 STAT. silv. 3, 5, 8). met. 2, 571 divitibus ... -is ... petebar (APVL. *l. 34*). Ib. 391 Icaridos famulae ... -ique. Pont. 3, 1, 108 (*ad uxorem suam*) aemula Penelopes fieres, si ... instantes velles fallere nupta -os. *al.* VAL. FL. 1, 551 -orum bella *apud Troiam gesta* (*sc. eorum, qui Helenam olim petierant; cf. e. g.* HYG. fab. 81 tit. -i Helenae). 5, 111 Sinope, nympha prius ... caelicolis immota -is. *al.* STAT. Theb. 6, 565 Atalantes ... vestigia cunctis indeprensa -is. *al.* PRIAP. 68, 32. APVL. apol. 76, 2 filia ... per adulescentulos ditiores ... nequiquam circumlata, quibusdam etiam -is ad experiundum permissa. met. 8, 2, 1 inter praecipuos -os ... petitionis eius *puellae* munus obierat. *al.* HYG. fab. 126, 3 -i Penelopen in coniugium petentes (*syn. 126, 6* mnesteras). AVSON. 27, 3 (398 S.), 14 Penelopae nebulonum mensa -orum. CLAVD. rapt. Pros. 1, 133 personat aula -is; pariter pro virgine, *sc. Proserpina,* certant Mars ..., Phoebus. *al.* *per comparationem de eis, qui eloquentiam appetunt*: CIC. Brut. 330 quoniam ... orbae eloquentiae quasi tutores relicti sumus, ... hos ... impudentes -os repudiemus (*ibid.*: ab amatorum impetu).

2 *de quolibet uxorem petente*: **a** *exempla varia*: OV. met. 14, 681 nec, uti pars magna -orum, quas modo vidit, amat. SEN. Med. 218 (*Medea de Iasone*) petebant tunc meos thalamos -i, qui nunc petuntur (viri *var. l.*). Phaedr. 94 *Theseus* miles audacis -i (*sc. Pirithoi Proserpinam petentis*). SIL. 13, 813 hirsutos cum sperneret olim gens vicina -os. APVL. Plat. 2, 26 p. 259 *Plato* -orum ... civitatis principibus ... causam decernit spectandam esse. CLAVD. 10, 32 fastigia supplex deposui, gessique -um; ... oratum misi proceres. *al.* **b** *fere pro sponso habetur*: APVL. met. 4, 32, 3 sorores *Psyches* ... -is regibus desponsae (*cf. 4, 32, 1* nuptiarum petitor). 6, 28, 4 (*puella ad asinum*) si me ... formonso -o reddideris (*de eodem*: 7, 10, 3 -i iuvenis amore. *cf. 7, 12, 1* sponsum puellae). IVST. 21, 2, 10 virgines ante nuptias abducebat stupratasque ⌞-is⌟ reddebat (⌞ ⌟ sponsis -is *var. l.*). MART. CAP. 6, 576 (*ibid.* sponsi) cum ... ad Philologiae concilianda consortia -um affatum (affatu *var. l.*) conubialiter allegaret (*Iuppiter an Philosophia? structuram parum dilucidam alii aliter intellegunt*; affatum *supinum esse credit Kopp,* -um *pro adi. adhiberi censet Lenaz, 1975, comm. ad 2, 131* [*qui locus fort. hic respicitur*]). SIDON. epist. 2, 4, 3 -i supplicis verecundiam munerare (*cf. 2, 4, 2* filiam ... licet a matre pupillae in coniugium petierit obtinueritque). CE 1997, 3 *puella mortua* ante ... quam -us, heu, nuptiis hymeneos contigit ignes.

cf. Onom. *Blundell.*

procymia *f.*, *προκυμία.* *i. q. moles fluctibus maris opposita*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 412 p. 631 centum *pedes operis* repellendis erant fluctibus ante constructi, unde etiam -a dicebantur.

procyōn *v. Onom.* ?**prōdambulo** *v.* prodeambulo.

prōde *adv.* [*ortum est ex tmesi mira formae q. e.* prōd-est, *cuius prima pars, quomodo cum* pro *cohaereret, non iam patuit; ne offenderet formatio insolita* *prōd, *fictum est* prōde *sec.* utile (est), necesse (est) *sim.; v. Walde-Hofmann II 368; Löfstedt, Late Latin, 1959, 175. Fo.*] *inter praepositiones, quae* et verbis cohaerent et casibus *affert* CHAR. gramm. p. 308, 12 (*ex Romano*) post, ... pro, ... pone, -e (*in serie exemplorum p. 309, 10* prodest). *legitur inde a* VET. LAT., *sed v. l. 18. 19. 25.* [*it.* pro; *sard.* proe; *var. raet. occ.; francog. vet. et med.* prou, preu; *prov. vet.* prod, pro *et var. prov., vasc.; cat.* prò; *hisp.* pro; *port.* prol. *cf. M.-L. 6766. Battisti-Alessio IV 3086. Wagner II 313. Wartburg IX 417 sqq. Corominas*^{2} *IV 656. Machado*^{3} *IV 439. St.*]

significatur aliquid commodo alicuius fieri vel esse; exempla inter iunctura et compos. saepe ambigua v. sub prodefacio *et* prosum, *sed hic afferre maluimus quae traduntur ordine inverso*: VET. LAT. Hebr. 4, 2 (cod. 75) non fuit -e illis verbum *euangelii* (*gr. ὠφέλησεν, Vulg.* profuit). ANON. med. ed. Piechotta 138 *medicamentum* facit ... ad colera ... et erit -e omni corpori. *quo usu incorporali aetatis posterioris non est, quod defendi possit vis localis, quam quidam postulant exemplis his*: PLAVT. Curc. 487 (*e coni., v. supra p. 372, 63*). VARRO Men. 574 prodius (*v. sub voce*). GLOSS.^{L} II Abav. PR 100 (*item* 166) -e it (prodet *var. l.*): ⌞proret⌟ (*i.* prodit *sec. Loewe, Glossae nominum, 1884, 106; rectius Heraeus in exemplari suo coniciens* prudit: prurit [*cf. Mørland, Die lat. Oribasiusübers., 1932, 59*]).

? inde formae adi. vel subst. **prōdis** *et* **prōdes** (*hic illic. e. g. l. 15 sq.,* prode *etiam nom. neutr. intellegi potuit, ad quem hae formae inventae sunt, si quidem agnoscendae sunt*). *i. qui (quod) prodest, utilis*: EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 250) 15 ⟨n⟩ec ob ⟨haec⟩ Marcel⟨l⟩um ⟨o⟩di, qu⟨on⟩i⟨a⟩m nihil mihi -is fuerunt nisi verba, null⟨i⟩us con⟨c⟩epi o⟨diu⟩m (*lacunae antecedentis causa structura sententiarum incerta est; pro subi. verbi q. e.* fuerunt *intellegi possunt* haec, *sc. actiones quaedam, vel socii et antea et postea memorati, vel etiam ipse Marcellus* [*plur. congruente cum* verba]; *incertum igitur, utrum* -is *sit forma indecl. [adv.?], an nom. sing. vel plur., an gen. sing.* [*part. vel pretii*]; pro dis *locut. praepos. intellexit ed. princ., exclamationem [abl. pro acc., exemplis deficientibus] Cugusi, Corp. epist. lat., 1992, n. 141 ad l.*). ROMVL. fab. 1, 6 rec. W (*gallus margaritae*) nec ego sum tibi -es, nec tu mihi necessaria (*recc. cet.* prosum). *vix huc* GLOSS. V 506, 22 -em (*v. vol. VII 2, 1357, 72*) *neque* INSCR. Velázquez, Pizarras visig. 1989, n. 103 II 7 (*saec. VI ex. vel VII in.*) dirige, prodi esto (d. pro die (i)sto *praefert ed., v. ibid. p. 340 sq.*).

compos.: prodifico; *cf.* prodefacio, pro(de)sum.

prōdeambulo, -āre. *a* pro *et* deambulare (*cf. l. 43*). *i. q. deambulando procedere*: TER. Ad. 766 postquam intus sum omnium rerum satur, -are huc lubitum est (porro deambulare *var. l.,* prodambulare *Wagner coll.* prodire, prodesse. *cf.* DON. *ad l.* 1 nota duas praepositiones uni dictioni adiunctas. 2 procedere segnem -are significat. *aliter Schol. p. 159, 22* pro: exclamative). *Bk.*

prōdēcessor, -ōris *m.* *a* pro *et* decessor, *sec.* proavus *sim.* *de notione*: GLOSS. II 416, 14 *προάρξας*: antecessor, -r. [*confunditur passim in codd. cum* praedecessor, *quod infra saepe neglexeimus; v. quae exposui Mus. Helv. 47, 1984, 36 sqq.*]

1 *strictius significatur qui in administrando munere antecessit ipsum decessorem* (*sive proxime, ut l. 55. 57. 67. al., sive intervallo longiore, ut e. g. l. 66. p. 1595, 3 et per plur. l. 58. 63. al.; abusive de decessore l. 62. p. 1595, 4, qui et in plur. contineri potest; distinguitur saepius* decessor; *successor indicatur per pron. poss. passim, per gen. l. 73. p. 1595, 5. al.*): **a** *in re publica*: SYMM. rel. 20, 1 vir illustris -r meus Auchenius Bassus (*cui successit Aventius, v. Vera, 1981, ad l.; de eodem*: 25, 3. 33, 2). RVFIN. hist. 11, 1 *Iovianus* lapsu -is admonitus (*i. Constantii; de aliis imperatoribus*: IORD. Get. 243 anno decessorum -umve regni quingentesimo [*item distincte, sc. plur.*: 291 Rom. 332. *cf. l. 63. 70*]. FACVND. defens. 4, 2, 57 -es vestri religiosi principes). EPIST. imp. Constant. Aug. c. Cresc. 3, 70, 81 p. 486, 1 (*item* epist. 88, 4. praede- *et* praec- *var. ll.*) ad Probianum proconsulem Africae: Aelianus -r tuus *eqs.* (*v. Prosopogr. Later Rom. Emp. I 17*). NOVELL. Valent. 30 pr. CASSIOD. var. 8, 16, 6 per decessores -esque vestros. **b** *in ecclesia* (*respicitur munus episcopi vel papae*): AVG. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 7 per Agrippinum -em suum (*sc. sancti Cypriani*). c. Petil. 3, 57, 69 p. 223, 30 (*cf. 223, 26* cui quibusdam interpositis ... successit). LEO M. epist. 6 Silva-Tarouca Thess. p. 54, 30 imitatorem te tam ⌞-is⌟ tui quam decessoris ... esse (⌞ ⌟ *cod. V, qui ibid. p. 54, 24* praede-). 106, 5 Conc.^{S} II 4 p. 61, 15. PASCASIN. epist. 2 tempore ... domini mei -is apostolatus vestri Zosimi. EPIST. Arel. 12 p. 18, 37 omnes decessores -esque nostri. pontif. 555 Arel. 18 p. 27, 29 -e suo Hilario. 925 Arel. 45 p. 67, 35 Leo -r noster ad praecessores vestros *scripsit* (AVELL. 56, 8. 58, 5 EPIST. pontif. 1054 Conc.^{S} IV 2 p. 106, 14. 1056 *ibid.* p. 113, 38. *et saepius*). AVELL. 83, 5 -es sanctitatis vestrae. 83, 27 -um nostrorum, sedis apostolicae praesulum constitutis. VICT. TONN. chron. II p. 191, 490, 2 reliquias -is sui. ENNOD. dict. 2, 2 p. 431, 5 -r ...

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parvitatis meae (*sc. Honorati*) ... Victor antistes *Novariensis.* CASSIOD. var. 4, 44, 1 ante decessorem -emque vestrum. GREG. M. dial. 3, 8, 1 -is mei tempore ... Iohannis papae (3, 38, 1). epist. 6, 54 l. 22 (*Vergilio episcopo*) patrimoniolum ... per annos plurimos -r vester tenuit (*de eodem*: 6, 56 l. 11 pensiones, quas -r eius *Vergilii* ... percepit [praede- *var. l.*]). *al.*

2 *laxius de quolibet praecessore, sc. qui antecessit quendam similia agentem*: FRG. Mur. 48 *Paulus scripsit septem ecclesiis* sequens ⌞-is⌟ sui Iohannis ordinem (*cf. apoc. 1, 4*; ⌞ ⌟ precessoris *exc. codd., v. Hahnemann, The Mur. Frg., 1992, 9*). LVCIF. non parc. 21 l. 25 quae dicta sunt ab apostolo (*act. 13, 10*) -i tuo Iudaeo pseudoprophetae (*cf. ibid. l. 66* praecursoris). reg. apost. 4 l. 23 quod ... sis percepturus ea, quae omnes in sacrilegio perceperunt -es tui; ... non tu primus facis. *Ramminger.*

?**prōdecurio,** -ōnis *m., si recte compos. ex* pro *et* decurio *agnovit editor; cogitare possis etiam de iunctura* pro decurione *coll. p. 1429, 34 sqq. significatur qui dignitate praeditus est decurionis* (*silentiariorum? v. ed. ad l.*): PAP. Tjäder 59 I 8 (*sim.* 9; *a. 433*) prodec(urio), not(arius) ac dom(esticus) Caecilius vir spect(abilis).

prōdefacio, -facere *et* **prōdefīo,** -fīerī. *a* prode *et* facere (fieri), *nisi intellegere malis iuncturam verbi cum adv. i. q. proficere*: VET. LAT. Ioh. 12, 19 (cod. 5) videtis, quoniam nihil -facitis? ecce mundus totus post illum *Iesum* abiit (*gr. ὠφελεῖτε, cod. 3* proficitis, *4* prode estis, *Vulg.* proficimus). Hebr. 13, 17 (cod. 75) hoc ... -fit vobis (*gr. ἀλυσιτελές. sim. negatione neglecta cod. 65* proderit; *Vulg.* non expedit). *cf. exempla saec. VII* -fit *Iul. Tolet. (v. Boas, Phil. Woch. 50, 1930, 1403) et* -faciat *Lex Visig. 6, 4, 3 p. 265, 12.*

[prōdefectio *v. p. 1602, 70.***]** **[prōdefico** *v.* prodifico.**]**

prōdefīo *v.* prodefacio.

?**prōdēfluo,** -ere. *a* pro *et* defluere (*si recte trad.*). *fere i. q. profluere*: ORIBAS. syn. 5, 6, 3 add. Ab p. 52 si ... venter *infantis* -at **(***cod., nisi* profluit *vel* defluit *voluit scriba syllaba alterutra non bene expuncta*; profluit *La* [por- *ed. perperam*]; *desideratur gr., sed ex versione pleniore Cael. Aur. gyn. 1, 164 sq. [gr. p. 90, 1 sqq.] sumptum esse vidit Fischer in plagulis; cf. Oribas. ibid. p. 53* si profluat venter, *Soran. p. 91, 5 παρυγραινομένης***)**.

προδηλητᾶτον *v. p. 534, 27.* *Bk.*

prōdeo, -iī, -itum, -īre (prō eo *v. l. 36*). *a* pro *et* ire, *v. p. 1417, 63 sqq. praeverbium caret* d *littera*: NOT. Tir. 13, 15 proit. 13, 16 proiit. *perperam* proeant *et* proibat *pro* pr(a)e- *legit Belsheim* VET. LAT. act. 7, 40 *et* 14, 11 (cod. 51; *v. Vulg., ed. Wordsworth-White ad ll.*).

de formis (*affert inter verba* quarti ordinis CHAR. gramm. p. 222, 5 sqq. [*testans formas imperf. et fut.*], *inter verba* tertiae coniugationis productae MART. CAP. 3, 321 [*testans formas plerasque*]**)**: *1) stirpis praes.* (*de* prode it *v. p. 1594, 20; qualis sit* i *in forma* -it, *explicat* VEL. gramm. VII 49, 17 sq.): *praes.* -eunt, -eam *inde a* PLAVTO; -inunt ENN. ann. 156 (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 514*); -iunt VET. LAT. iud. 9, 33 (cod. 100. *cf.* GLOSS. ⌞-iunt⌟: -eunt [-inunt *coni. Heraeus*]); -iamus GLOSS. *imperf.* -ibam *inde a* NEP., -ieb- VET. LAT. Ios. 6, 1 (cod. 100). Luc. 4, 22 (cod. 14). SCHOL. Stat. Theb. 4, 74. *al. fut.* -ibo *inde a* PLAVTO, -iam, -ie(n)t VET. LAT. II reg. 18, 2 (cod. 115). Ier. 10, 5 (Cypr. testim. 3, 59). Luc. 1, 17 (cod. 2). LACT. inst. 7, 16, 14 CHIRON 147. MART. CAP. 9, 914 (*iamb. trim.*). *al. part.* -eunt- *et gerund.* -eund- *inde a* CIC., -ient- VET. LAT. IV Esdr. 16, 39 FVLG. aet. mund. p. 134, 5. *al.*, -iend- VET. LAT. IV Esdr. 16, 40 *et var. l.* ZENO 2, 5, 3 -iendo (-eundo *restit. Löfstedt, v. ed., 1971, 84* sq.*). *2) stirpis perf.*: -dii *inde a* LIV.; i *simplex communis est formis* -disse(t) *sim. inde a* CIC. Cluent. 134 (*in dactylicis* Ov. fast. 4, 309. -iisse(t) *sim. raro, e. g. l. 73. p. 1600, 12*) *et* -disti(s) LIV. 43, 14, 6 *v. p. 1597, 42.* LVCAN. 7, 231 STAT. silv. 1, 3, 82 CYPR. epist. 46, 1, 3. *al.; forma* -dit *est potius praes. hist., sc. accedente alio verbo eiusdem temporis, e. g.* TER. Haut. 276 CAES. Gall. 6, 38, 2 Ov. met. 1, 142, *dubites e. g. de* LIV. 1, 16, 5. SVET. Nero 20, 2 (-iit *var. l.*). -ivi(t) *trad.* VET. LAT. Is. 57, 16 (Tert. anim. 11, 3). Luc. 1, 22 (cod. 2). ZENO 1, 50. *al.*
3) per confusionem flexionis (*nisi cogitandum de mendis scripturae*): -esset S. C. Larin. 15 (*v. p. 1597, 29 et cf. l. 74*), -ere(t) VET. LAT. Marc. 13, 1 (cod. 1) *et* GREG. TVR. Mart. 4 praef. (*cf. l. 71 et var. ll.* GREG. TVR. Franc. 6, 14 -ebat. glor. mart. 23 produnt. *vix addas* -endo PAVL. PELL. euch. 452, *v. sub* prodo).

de notione (*cf. p. 1496, 16 sq. 1599, 63*): FEST. p. 229 -it[a] ... ex interiore loco procedit (*simul definit* prodit *a* prodere, *v. sub voce*). NON. p. 47, 10 -eundo, quasi porro eundo. CHAR. gramm. p. 222, 15 -o: *προέρχομαι.* GLOSS. -o: *πρόειμι.* procedo. -it: exit. -vit: exivit vel egressus est. -iens: ortus. *al. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., *in oratione soluta inde a* CATONE. [*var. it. sept. et raet. occ. cf. M.-L. 6768. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* prodere, *v. l. 61. p. 1600, 14 et e. g.* RHET. Her. 4, 24, 34 SEN. epist. 90, 25 TERT. pall. 5, 5 (*restit.* IREN. 1, 29, 1 -i[d]it. SYMM. rel. 23, 4 -i[d]isset; *in falsa var. l.* SEN. nat. 5, 13, 3 APVL. Plat. 1, 18 p. 217. *al.*); *restituitur* -isset *pro* prodesset CALP. decl. 8; *falsa var. l.* -ire *pro* deire STAT. Theb. 2, 551.**]**

i. q. procedere, progredi (*sc. intrans. [vix recte usum trans. agnoscunt edd.* OPTAT. 7, 1 p. 161, 6 quam *legem* -iit titulus libri; *coni.* qua*?* prodidit *Casaubonus]; pass. impers. l. 27. p. 1600, 66 et* CIC. fam. 16, 11, 2 HIL. in Matth. 27, 4 SCHOL. Stat. Theb. 4, 74; *part. perf. vi activa occurrit l. 60*). *iteratur* GRACCH. *p. 1597, 48 sqq.* CIC. S. Rosc. 100 (*ter*). Ov. rem. 665 sq. met. 1, 142. *al.; fere pro syn. accedunt e. g.* procedere *p. 1595, 66. 1597, 40. 1598, 14. 74 sq.*, progredi *p. 1597, 65. 1598, 41,* exire *l. 49. p. 1599, 5,* egredi *l. 33; opp. e. g.* redire *l. 56. p. 1601, 7,* recipere *p. 1599, 59,* recedere SEN. clem. 1, 8, 4, discedere *p. 1597, 39,* introire *l. 41.* TERT. ieiun. 12 p. 290, 20, ire in *c. acc. l. 71,* stare *p. 1599, 74; in lusu verborum c.* prodere AVG. ord. 1, 5, 14.

I *respicitur motus corporalis* (*inde de situ vel forma p. 1599, 41. 1600, 3; subiunximus usum laxiorem A 1b et imagines e. g. p. 1597, 26. 44. 71. 1599, 7*): **A** *potius cum respectu exeundi, emergendi, in conspectum veniendi*: **1** *-unt animantes* (*naves pro navigantibus positae p. 1597, 64; ceterum res per prosopopoeiam sim. l. 54. p. 1598, 18; partes corporis v. sub 2*): **a** *strictius* (*-itur fere pedibus; de navigantibus l. 29. p. 1597, 64, de volantibus e. g. p. 1597, 10, de mortuis p. 1597, 16*): **α** *generatim*: Ⓘ *de quibuslibet*: Ⓐ *indicato loco* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Cist. 638 ut aliquis intus -at propere ocius. Epid. 568 iube ... huc -ire filiam ante aedis meam (*cf. 570* me excivisti). Men. 708 -ire in conspectum meum ... cum istoc ornatu. Poen. 1118 nuntiate, ut -at foras *nutrix.* Stich. 614 per hortum transibo, non -bo in publicum. *al.* TER. Andr. 115 in funus -o. Phorm. 152 puer, heus; nemon hoc -it? 443. RHET. Her. 4, 13, 19 tu in forum -ire ..., tu in horum conspectum venire conaris? CIC. Mur. 68 'multi obviam -erunt de provincia decedenti': ... eccui autem non -itur revertenti? Flacc. 22 una ex domo -unt *testes et accusator.* Pis. 13 e gurgustio te -ire involuto capite soleatum. CAES. Gall. 6, 38, 2 hic ... inermis ex tabernaculo -it. VARRO rust. 2, 4, 1 e portu (*sc. navigando; textum nonnullis suspectum def. Guiraud, 1985, comm. ad l.*). Ov. am. 3, 11, 13 cum foribus lassus -ret amator. rem. 665 sq. *puella* lectica -at, inquit *iuvenis*; -ierat. VAL. MAX. 1, 8 ext. 7 duos iuvenes ad ianuam venisse ... rogantes, ut ad eos continuo -ret *Simonides*; ad quos egressus *eqs.* (*de eadem re cf. l. 50*). SEN. Herc. O. 613 cum ... in populos -ire paras, *rex,* comes invidia est. dial. 10, 14, 4 per refertum clientibus atrium -ire. epist. 52, 9 in turbam -unt *philosophi.* PETRON. 52, 10 *Trimalchio* -isset in medium, *sc. ad saltandum sim.,* nisi *eqs.* PLIN. paneg. 48, 5 *Domitianum numquam* ex solitudine sua -euntem, nisi ut *eqs.* SVET. Nero 51 ut ... -ierit in publicum sine cinctu et discalciatus. GELL. 13, 13, 1 ex angulis ... magistrorum in medium ... hominum et in lucem fori. VET. LAT. Ios. 6, 1 (Aug. loc. hept. 6, 4) nec quisquam ex illa *urbe* -bat neque introibat (*gr. ἐξεπορεύετο, Vulg.* egredi audebat). CYPR. epist. 46, 1, 3 (*in imag.*) ut ... ad matrem, *sc. ad ecclesiam,* revertamini, unde -istis. *al.*

Ⓑ *non indicato loco*: ① *exempla quaelibet* (*selecta inde a* CAES.): PLAVT. Aul. 350 heus, Staphyla, -i atque ostium aperi. Cas. 435 audio aperiri fores, mei ... amici -unt. 806 si ... citius -ant. *al.* ENN. ann. 156 -inunt famuli (*si recte huc traximus; alii interpungunt inter* -inunt *et* f.). TER. Haut. 276 Dromo pultat fores; anus quaedam -it (EVGRAPH. processit). Eun. 669 exi foras, sceleste! at etiam restitas ...? -i! *al.* CIC. de orat. 2, 249. 2, 353 esse ... nuntiatum Simonidi, ut -ret; ... surrexisse illum, -isse. CATVLL. 61, 96 -as, nova nupta (*eadem repetuntur* 100. *al., suppl.* 95). CAES. civ. 3, 16, 3 evocantur illi ad conloquium; -it Libo. VARRO ling. 7, 81 *v. p. 1496, 16.* HOR. carm. 3, 14, 6 *Caesare redeunte* unico gaudens mulier marito -at. Ov. met. 1, 142 -it bellum (*si prosopop. intellegenda; v. p. 1598, 59*). fast. 3, 359 ante sui populus limina regis adest; -it. COLVM. 12, 1, 3 *vilico* mane cum familia -eundum est et crepusculo ... redeundum. SVET. Galba 19, 2 ut occurreret *conspiratis,* -iit tanta fiducia, ut *eqs.* (*antea*: ut eum in publicum elicerent). FRONTO p. 84, 8 ut *aeger* -ire non potuerim sed lectulo me teneam. VET. LAT. Sirach 25, 34 non des ... mulieri nequa veniam -eundi (*cf. gr. var. l. ἐξόδου*). *al. part. perf.* -tus *vi activa de eo, qui -iit* (*cf. e. g. p. 1015, 25. vol. IX 2, 49, 53*): CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 ut vos *dei* populum civitatemque Carthaginiensem deseratis ... absque his abeatis ..., ⌞-tique⌟ Romam ad me meosque veniatis (⌞ ⌟ *vix a* prodere, *v. Heussler, Mus. Helv. 36, 1979, 168 sq.*). ② *indicatur qualis, qua specie, quo habitu, comitatu sim. quis -at: per praedicativa* (*ad p. 1600, 41 vergit maxime l. 67*): CIC. Phil. 14, 2 ut ... cras sagati -amus, *sc. senatores in senatum.* HOR. sat. 2, 7, 54 cum proiectis insignibus ... -is ex iudice Damā (*i. servus*), ... non es quod simulas? carm. 2, 8, 7 (*ad puellam*) iuvenum ... -is publicā curā. TIB. 1, 9, 70 *ut puella* Tyrio -at apta sinu. Ov. ars 3, 131 nec -ite graves insuto vestibus auro. SEN. contr. 2, 1, 15 in hanc ego domum ibo ...? cum -iero repente dives, dicent omnes *eqs.* 2, 7, 3. SEN. epist. 123, 10 cottidie sobrius -is. *al. vario modo*: PROP. 2, 25, 43 vidistis quandam Argiva ⌞-ire⌟ figura (prodente *var. l.; item per abl.*: Ov. fast. 4, 309 ornatis varie ... capillis. SEN. contr. 2, 7, 4 fronte in omne lenocinium composita. SEN. benef. 1, 3, 7 spissis, *sc. vestibus. al.*). CELS. 1, 3, 37 *per autum-*

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num neque sine veste neque s. calciamentis -ire oportet (MART. 4, 78, 5 s. te *comite* nulli fas est -ire tribuno). TERT. cult. fem. 2, 11 l. 1 quae ... vobis causa est exstructius -eundi?

Ⅱ *de animalibus*: VARRO rust. 2, 2, 15 matres *agnorum* cum grege pastum -unt (*cf. l. 9 sq. et* COLVM. 7, 10, 4 priusquam in pascua -ant *sues*). 2, 4, 14 ne porci, ex hara cum mater -it, transilire possint *limen.* 3, 5, 16 ex suggesto faleris ... -unt anates in stagnum (*item de avibus*: 3, 7, 4 quo utantur vestibulo ac -ant *columbae.* COLVM. 8, 4, 6 vestibulum, quo -at et ubi apricetur *gallina. cf. l. 13 sqq.*). 3, 16, 28 non omnis tempestas ad pastum -ire longius patitur (*de apibus ut*: COLVM. 9, 5, 1 vacuae cum -unt pabulatum apes. 9, 7, 6. *al.*). PHAEDR. 2, 4, 22 aper rapinam vitans non -it foras. PLIN. nat. 8, 117 ubi placuit robur *cornuum,* in aperta -unt *cervi. al.* *de avibus, quae certo tempore apparent* (*vergit ad IIA*): OV. fast. 1, 157 *vere* -it hirundo. PLIN. nat. 10, 87 oenanthe ... exoriente Sirio occultata ab occasu eiusdem -it. 18, 292.

Ⅲ *de mortuis* (*qui fere e sepulcris -unt*): PROP. 4, 1, 106 umbra ..., quae magicis mortua -it aquis (*sim. de umbris evocatis arte magica*: OV. rem. 253 tumulo). VET. LAT. Ioh. 5, 29 (cod. 11. *al.*) -ient, qui bona gesserunt, in resurrectionem vitae *eqs.* (*gr. ἐκπορεύσονται, Vulg.* procedent). 11, 43 (cod. 4. *al.*) Lazare, -i foras (*gr. δεῦρο ἔξω, Vulg.* veni foras). ARNOB. nat. 1, 46 p. 40, 17. PRVD. cath. 9, 99 patres ... carnis indumenta sumunt eque bustis -unt. *al.*

β *speciatim -unt*: Ⅰ *histriones sim. in scaenam, in publicum* (*cf.* SCAVR. *p. 1496, 17; aliter e. g. p. 1596, 20. 22. 45 sq.; saepe indicatur, qua specie sim. quis -at*): PLAVT. Amph. 93 *Iuppiter* -it in tragoedia (*i. in hac fabula*). RHET. Her. 4, 3, 4 (*in imag.*) in stadium rhetoricae. 4, 47, 60 uti citharoedus cum -ierit optime vestitus ... cum clamyde purpurea *eqs.* VARRO Men. 156 tragici -unt cum capite gibbero. CIC. off. 1, 129 ut in scaenam sine subligaculo -at nemo (NEP. praef. 5. S. C. Larin. 14 -erant. 15 -esset [*v. p. 1595, 60*]. SVET. Calig. 54, 2. *al.*). FEST. p. 185 tragico vel comico ornatu -ire. PHAEDR. 4, 7, 5 (*in imag.*) in cothurnis -it Aesopus novis (*i. fere more tragico recitat*). *al.* PERS. prol. 3 ut repente sic poeta -rem. SVET. Nero 20, 2 *Nero* -it Neapoli primum. 54 -turum se ... histrionem. MACR. Sat. 2, 7, 16 *Pylades histrio* cum in ⌞Herculem furentem⌟ -isset (⌞ ⌟ Hercule furente *Gronovius*). *al.* Ⅱ *testes, litigantes, cives ad iudices vel magistratus*: PLAVT. Persa 72 ille illi *quadrupulatori* rursus iniciat manum, ut aequa parti -ant ad trisviros. CRASS. or. frg. Cic. orat. 222 missos faciant patronos, ipsi -ant. CIC. S. Rosc. 84 si *Capito* ... testis -ierit. Font. 28 cum -itis *testes* (*opp.* cum disceditis). Cluent. 134 cum ... in equitum censu C. Licinius Sacerdos -isset. Flacc. 34 procedit unus Asclepiades; -ant, *sc. ceteri legati.* Cael. 67 si -ierint *testes* (*antea*: si in istum locum processerint). *al.* LIV. 25, 4, 9. 43, 14, 6 ex edicto ... censorum ad dilectum ⌞-i⟨s⟩ti⌟, ... si miles factus non eris, in dilectu⟨m⟩ -bis? (⌞ ⌟ *coni. Madvig*; -bis *Duker*). TERT. anim. 41, 3 (*in imag.*) divinitas animae ... conscientiā dei in testimonium -it: 'deus bonus' ... et 'deo commendo'. *al.* Ⅲ *suadentes, sententiam dicentes ad contionem, concilium sim.*: CATO orig. 108 multa me dehortata sunt huc -ire. GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 2 sq. Quirites, ... neminem nostrum invenietis sine pretio huc -ire; ... neque ullius rei causa quisquam ad vos -it, nisi ut aliquid auferat; (3) ego ipse ... non gratis -o. *ibid.* 4 qui -unt dissuasuri, ne *eqs.* (*cf.* LIV. 3, 63, 8 multis dissuasum -euntibus. 22, 25, 17 ad suadendum [34, 1, 4 ad s. dissuadendumque]. 32, 20, 1 cum ... suadendi ... potestas ... facta esset, nec quisquam -ret). CIC. leg. agr. 3, 1 in meam contionem (NEP. Them. 1, 3 in c. populi. LIV. 1, 16, 5. *al.*). de orat. 2, 286. LIV. 3, 39, 2 ad plebem. VITR. 7, 5, 5 *quidam* -iit et ait *eqs.* (*cf.* GELL. 11, 9, 1 Demosthenen ... ad populum -isse et dixisse *eqs.*). Ⅳ *milites, duces ad bellum, in pugnam, in hostes sim.* (*nota adv.* contra *l. 60. 75,* adversus *l. 70*): LVCIL. 960 neque -ire in altum, proeliari sub vitem procul (*si recte huc traximus*). QVADRIG. hist. 10b *Gallus* conclamat, si quis secum depugnare vellet, uti -ret (*sim. de singulis provocatis: ibid.* e tanto exercitu neminem -ire. PHAEDR. app. 10, 27 *Pompeius* permisit militi -ire contra. FRONTIN. strat. 4, 7, 5). RHET. Her. 4, 24, 34 dimicarem? at cum parva manu tum -remus. CIC. Tusc. 2, 60 *philosophi* in aciem non saepe -unt (HIRT. Gall. 8, 8, 1. *al.; cf. p. 1598, 51*). CAES. Gall. 1, 50, 2. civ. 3, 7, 2 ex portu -ire *non* sunt ausi (*cf.* 3, 24, 1 naves ... triremes ... ad faucis portus -ire iussit [*2* progressas]). 3, 86, 2 quo firmiore animo in proelium -atis (CYPR. epist. 10, 1, 1 [*in imag. de martyre*]. *al.*). BELL. Afr. 30, 2 ex Caesaris castris. 82, 1 inconstanter immoderateque. Alex. 20, 3 ut sine signis ... sine ratione -ierant, sic temere in naves refugere coeperunt. LIV. 25, 37, 9 in pugnam (CYPR. epist. 60, 2, 4 [*in imag.*] ad p. *contra diabolum* ... tota simul castra *fidelium* -isse. *al.*). 27, 2, 9 nemo hostium adversus -iit. PAVL. FEST. p. 264. SEN. nat. 3 praef. 13 (*in imag.*) animus ..., qui sciat ... adversus utramque *fortunam* intrepidus inconfususque -ire. LVCAN. 7, 231 in hostem. VET. LAT. deut. 20, 3 (cod. 100) -istis ... ad bellum ad inimicos vestros ([*gr. προσπορεύεσθε, Vulg. aliter*]. DARES 30 in b. *al.*). DARES 32 Troiani exercitum educunt; contra Argivi -unt. *al.* Ⅴ *magistratus, re-*

ges sim. munere publico fungentes (*cf. p. 1596, 34. 55*): LIV. 1, 41, 6 Servius cum trabea et lictoribus -it (3, 36, 3 *decemviri* omnes c. duodenis fascibus -iere. SVET. Tib. 11, 3 c. apparitoribus -iit *Tiberius*). 3, 38, 1 nullis subrogatis magistratibus privati pro decemviris ... -unt. 6, 12, 7 dictator ... cum auspicato -isset (*cf. 5, 21, 1* auspicato egressus). Ps. AVR. VICT. epit. 15, 5 priusquam salutandus -ret *imperator.*

b *laxius -ire dicuntur*: α *qui proveniunt e genere, stirpe, vel e patria, ordine quodam*: CIC. Tusc. 1, 111 tris Olympionicas una e domo -ire (DECL. in Catil. 92 lucem, *i. virum praestantissimum,* ... de d. Cornelia ... -turam fore). VET. LAT. Mich. 5, 2 (Aug. civ. 18, 30) ex te, *Bethleem,* mihi -iet, ut sit in principem Israel (*v. p. 1498, 8*). I Ioh. 2, 19 (Tert. praescr. 3, *sim. al.,* VVLG.) *antichristi* ex nobis -ierunt, sed non fuerunt ex nobis (*gr. ἐξῆλθαν, Cypr. epist. 59, 7, 3. al.* exierunt). LACT. inst. 7, 16, 14 unde mille *homines* processerant, vix -ient centum. COD. Theod. 9, 40, 11 neminem de numinis nostri sacrario -euntem harena suscipiat *puniendum.* GREG. M. in euang. 10, 5 in Persarum ... terra reges ex genere -unt. *al.*

β *qui nascuntur, generantur sim.*: Ⅰ *quilibet* (*sc. fere homines, dei, animalia; sapientia, haeresis, sc. per prosopopoeiam, l. 26. 31*): OV. fast. 1, 33 utero matris dum -at infans (ARNOB. nat. 7, 32 p. 384, 5 dii ... ex uteris -unt. *al.*). SEN. epist. 54, 4 in lucem (AMM. 31, 8, 7. CONSVLT. Zacch. 1, 29, 8 nascendo). 121, 6 hoc, *sc. artus movere,* edita protinus faciunt, cum hac scientia -unt, instituta nascuntur. 121, 18 ad vitam. TERT. anim. 26, 3 etiamnunc calens matre se priorem -isse cupiebat *Iacob* (*spectat ad gen. 25, 26*). VET. LAT. gen. 25, 23 (Quodv. prom. 1, 20, 27. *al.*) duae plebes de ventre tuo -ient ([*gr. διασταλήσονται, Vulg.* dividentur]. IV Esdr. 16, 39). Sirach 24, 5 (*loq. sapientia*) ex ore altissimi -vi primogenita (*sim.* Cypr. testim. 2, 1 *sub tit.* Christum primogenitum esse. *gr. ἐξῆλθον, Mar. Victorin. adv. Arium 3, 8* processi). ARNOB. nat. 2, 48 unde enatae sint -ierintque *animae.* PRVD. ham. 603 obitu altricis -it grex ille dolorum, *i. viperarum,* ingressum vitae vix eluctatus. PROSP. epitaph. 4 (*in imag.; loq. haeresis Nestoriana*) -vi ex ipso germine, quod peperi, *i. ex haeresi Pelagiana. al.*

Ⅱ *Christus, sc. sec. naturam:* *humanam*: TERT. carn. 4 l. 35 si ... de lupa ... -ire voluisset. 17 l. 45 inde, *sc. e vulva,* -eundum fuit Christo ad salutem hominis. ACT. Pauli Cor. III rec. B 6 *spiritus sanctus* missus est ... in eam *Mariam,* ut in mundo carne -ret Iesus (*sim.* rec. M. *al.; gr. προέλθῃ*). ARATOR act. 1, 68. *divinam* (*cf. l. 26*): TERT. adv. Prax. 7 p. 236, 14 sermo ..., qui filius factus est dei, de quo -eundo generatus est. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 5 l. 4 veluti -iens ... a patre. CONC.^{S} I 5 p. 118, 19 Verbum ... -vit divine (*gr. I 1, 7 p. 35, 29 προῆλθεν*). *al.* Ⅲ *aeones*: IREN. 1, 29, 1 cum ⌞-isset⌟ ... Prognosis, ... prodi[d]it Incorruptela (⌞ ⌟ produxisset *var. l.,* -iisset *edd.; antea*: Ennoeam ... progressam). Ps. HIER. indic. de haer. 18 ex se -euntem (*nomen est aeonis; cf. Iren. 1, 1, 2* Autophyes).

γ *qui emittitur a deo, sc. spiritus sanctus*: VET. LAT. Ioh. 15, 26 (codd. 2, 5; *v. p. 1498, 22*). CANON. Turner I p. 360, 15 spiritus proprie et vere de patre qui -it (procedit *var. l.*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 131, 36 spiritus sanctus ... -iens ... a patre (*gr. I 1, 7 p. 164, 1 ἐκπορευόμενον*).

2 *-unt res* (*partes corporis sub aγ et bβ*): **a** *usu communi*: α *de variis*: Ⅰ *quae ab homine vel vi externa propelluntur, promuntur sim.:* *in re militari*: CIC. fam. 6, 1, 5 *in bello civili* iis ... rebus praestabamus, quae non -unt in aciem, usu autem armorum et militum robore inferiores eramus (*simul pertinet ad p. 1597, 55 sqq. ut*: FLOR. epit. 2, 15, 15 nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus, quasi ex obruto incendio subita de cineribus flamma, -bat *ex arce Carthaginiensium*). FLOR. epit. 2, 6, 14 cladem praedixerant ... aquilae *legionum* -ire nolentes. *cetera exempla*: VARRO rust. 1, 37, 4 unde (*e dolio vel modio*) ... *fructus* -it ad usum (*sim. promitur, quod homines consumant*: 1, 65 *vinum* anniculum -it). OV. met. 1, 142 effodiuntur opes ...; iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum -ierat; -it bellum, quod pugnat utroque (*cf. p. 1596, 54. sim. -unt metalla, quae effodiuntur*: SEN. benef. 7, 10, 2 noxiosis rebus ac malo gentium in medium -turis. TERT. cult. fem. 1, 1 l. 26 aurum ... de terra). VITR. 10, 2, 6 utraeque partes funis continentur, ut neque ⟨in dextram neque⟩ in sinistram partem possint -ire. Ⅱ *quae impetu suo moventur:* *fluvii, fontes profluentes*: SEN. nat. 3, 10, 2 ex quanto -ant *flumina* adspice. VET. LAT. gen. 2, 10 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1) flumen ... -bat ex Eden (*gr. ἐκπορεύεται, Vulg.* egrediebatur). Dan. 7, 10 (Ps. Cypr. ad Novat. 17, 1) flumen ignis -bat ante eum *deum* (*gr. rec. altera ἐξεπορεύετο, Vulg.* egrediebatur). GREG. TVR. glor. mart. 23 ut *lymphae* initio produnt nescio, ita et fine clauduntur ignaro. *venti*: SEN. nat. 5, 11, 1 *etesiae* incipiunt -ire. *corpora caelestia, sc. quae apparent*: HYG. astr. 4, 12, 1 zona eius *Persei* utrum usque extremo Ariete an Tauro primum exoriente -at ad lucem. VICTOR. pasch. p. 24, 20 luna XIIII vespera -iente (procedente *al. var. ll.*). Ⅲ *quae fiunt, creantur*: SEN. epist. 36, 10 eorum, quae ... in rerum naturam, ex qua -ierunt ac mox processura sunt, reconduntur. TERT. adv. Prax. 7 p. 236, 24 nihil dico de deo

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inane ... -ire potuisse (*postea*: processit). IREN. 2, 10, 3 dicunt *haeretici* ex lacrimis Achamoth humectam -isse substantiam, a risu autem lucidam *eqs.* PASS. Paul. 11 *mundus* sine factore non -iit.

β *de plantis vel partibus earum, quae -unt: e terra*: VARRO rust. 1, 45, 1 e terra exit hordeum diebus VII ...; *faba* serius aliquanto -it (*cf.* 1 tit. 45 sata quoto quaeque die -ant de terra). OV. fast. 1, 154 -it ... in summum seminis herba solum. SEN. epist. 73, 16 (*in imag.*) semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini -unt (COLVM. 2, 10, 33 *semen obrutum* non facile -it. 11, 3, 9 -euntia s.). COLVM. 2, 10, 15 *lens* ut celeriter -at et ingrandescat. 10, 375 hirsuto saepes nunc horrida rusco -it (*cf. 372* provenit). *al. e semine vel e parte plantae*: SEN. epist. 86, 18 nascentes radices -ire ... ac solum adprendere (*postea*: exeunt). PLIN. nat. 15, 87 primum -euntibus nuculis. 23, 112 flosculi ..., antequam ... malum ipsum -at, erumpentes. CE 1040, 1 (*saec. I*) formosa rosa est, cum tempore -it. STAT. silv. 1, 3, 82 numquam vacui -istis in aethera, rami. VET. LAT. Is. 11, 1 (Tert. adv. Marc. 5, 8; *in imag.*) -bit virga de radice Iesse (*gr. ἐξελεύσεται, Vulg.* egredietur. *cf. Tert. ibid. p. 598, 7* ex virga profecta de radice). *al.*

γ *de partibus umoribusque corporis*: CELS. 6, 6, 31[C] si quid -it umoris *ex oculis,* extrahitur (*cf. de lacrimis*: APVL. met. 1, 12, 1 lacrimae saepicule de gaudio -unt). 7, 7, 15[H] retento ... ab ipso *aegroto* spiritu, quo magis venae -ant (*cf. 15*[G] ut *venae* inflentur magisque se ostendant). 7, 30, 1[A] ut relaxentur illa *scissa in ano* et foras -ant (*operam dante medico, ut*: MARCELL. med. 31, 6 ut -ant totae *haemorrhoides* [*ibid. postea*: cum ... paruerint]). SEN. epist. 11, 5 quidam *sunt sanguinis* incitati ... et cito in os -euntis (prodentis *codd. vet.*). *quae excidunt, prolabuntur*: CELS. 8, 23 plantae ossa isdem modis quibus in manu -unt. SCRIB. LARG. 232 intestinum extremum quibus prolabitur et excidit, quotiens -ierit, totiens ... oportet ... reponere (*inde Marcell. med. 31, 53* processerit).

δ *de sermone, spiritu, sono*: VET. LAT. exod. 19, 19 (Aug. trin. 2, 15, 25, *sim. al.*) fiebant ... voces tubae -euntes fortiter valde, *sc. e monte Sinai* (*gr. προβαίνουσαι, Vulg.* prolixius tendebatur). Is. 57, 16 (Tert. anim. 11, 3; *loq. deus*) spiritus ex me -vit et flatum ... feci (*gr. ἐξελεύσεται, Vulg.* egredietur). Hab. 3, 5 (Aug. civ. 18, 32) ante faciem eius ibit verbum, et -iet in campum post pedes eius (*gr. ἐξελεύσεται, Vulg.* egredietur diabolus ante p. e.). Luc. 4, 22 (cod. 3) in verbis gratiae, quae -bant de ore illius, *sc. Christi* ([*gr. ἐκπορευομένοις, cod. 4. al.* = *Vulg.* procedebant, *cod. 5* exiebant]. Eph. 4, 29 [Cypr. testim. 3, 13] sermo malus de ore vestro non -at [*gr. ἐκπορευέσθω, Vulg.* procedat]. HIL. syn. 46 -euntem ... loquentis ore sermonem et ... sonum).

b *per imaginem motus describitur forma vel situs rerum prominentium, exstantium; -ire dicuntur*: α *promunturia sim.*: VERG. Aen. 10, 693 rupes, vastum quae -it in aequor (SERV. extenditur. CLAVD. DON. producta in mare). IVVENC. 3, 390 rupes, quae -it in altum. AVIEN. orb. terr. 227 caespite Paphlagonum -it saxosa Carambis. β *partes animantium vel plantarum*: OV. met. 8, 808 (*describitur Fames*) inmodico -bant tubere tali. PLIN. nat. 9, 80 *non* in angulos -eunte rostro *muricis.* 27, 105 tenuibus cauliculis ex alis -euntibus *myosotae.* HIL. in Matth. 21, 8 in sinu virgularum ex ramulo ... -euntium. γ *varia*: HOMER. 410 pars cuspidis ante eminet, et -it scapulis pars altera fossis. HYG. astr. 3, 15 Aquila ... non multum extra circulum aequinoctialem -ire ... videtur. TERT. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 11 *Iohannes* (*apoc. 1, 16*) ensem describit ex ore dei -euntem (*nisi ad a*). GREG. TVR. Franc. 6, 14 -ebat ... ex ea *stella crinita* radius mirae magnitudinis.

B *potius cum respectu porro eundi, motus incipiendi vel continuandi* (*quantum -atur, indicatur per adv.* longissime, longius *l. 58 sq.* [*cf. l. 67. p. 1597, 10. 1601, 19*], tantum *l. 62*): **1** *-unt animantes*: CIC. fam. 14, 5, 1 tu velim ... quam longissime poteris obviam nobis -as. CAES. Gall. 1, 48, 7 si quo erat longius -eundum aut celerius recipiendum (*-unt milites ut*: LIV. 7, 32, 6 quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eos -ire). VERG. Aen. 6, 199 pascentes illae *columbae* tantum -ire volando, quantum acie possent oculi servare sequentum (CLAVD. DON.: -ierunt pedum significat gressum *eqs. sim. -unt animalia*: CHIRON 147 si eum *mulum moribundum* producere voles, genibus et musculis tremens -iet. 698 *mulus* -iens super caput ungulae calcabit). POMP. TROG. hist. Iust. 38, 4, 10 *Gallis Asiam incolentibus* acriora esse ... ingenia, quod longiore ac difficiliore spatio per Illyricum ... -ierint. ASCON. Scaur. p. 27, 28 cum ... per proximum vicum ... -ieris. APVL. met. 11, 11, 1 dei dignati pedibus humanis incedere -unt (*sc. in pompa; sim., nisi cogites de confusione praeverbiorum*: VET. LAT. Iudith 15, 13 [cod. 151] -vit ante populum dux ... mulierum [*gr. προῆλθεν,* cod. 130 -vit *Iudith* et omnes principes, *cod. 147. al.* praeibat, *locum om. Vulg.*]). *al.* **2** *-unt res* (*quae extenduntur l. 73*): VARRO ling. 5, 13 arboris radices sub vicini -ierunt segetem. SEN. nat. 7, 25, 6 non licet stare caelestibus nec averti; -unt omnia (*sim. -unt corpora caelestia*: CASSIOD. var. 1, 45, 7 astra ... -ire non cernimus).

VET. LAT. Ier. 10, 5 (Cypr. testim. 3, 59) tollunt illa, *sc. imagines deorum,* quia non -ient (*gr. οὐκ ἐπιβήσονται, Vulg.* incedere non valent). *per imaginem motus describitur forma rei productae*: BOETH. mus. 4, 17 p. 346, 15 ordinem sursum -euntem (*sc. in tabula, qua modi musici ostenduntur; sim.* p. 346, 16).

II *a motu corporali transfertur ad ea*: **A** *quae vario modo apparent, exoriuntur, ad cognitionem vel in usum veniunt sim.* (*huc trahere possis quaedam sub IA1b allata*): **1** *quaelibet exempla*: **a** *-unt res*: α *dicta, scripta, quae proferuntur, vulgantur*: PS. PLAVT. Cas. 9 novae quae -unt comoediae. CIC. Att. 15, 13[a], 3 quae *oratio* non sit foras -tura nisi re publica recuperata (*sim. -unt libri, qui eduntur*: DECL. in Catil. 66 si quando in lucem ... contiunculae tuae -iissent. SCAVR. gramm. VII 33, 13. RVFIN. patr. 2, 30 ut inperitiam nostram -ire audeamus in publicum [*si agnoscendus acc. c. inf. nec* -ire *pro* prodere *scriptum ut in eodem cod. e. g. 2, 26 l. 30* habis, *2, 27 l. 76* vertix]). SEN. contr. 1 praef. 12 modo nomen hoc *'controversia'* -iit, nam et studium ipsum nuper celebrari coepit. SEN. epist. 83, 16 vino exaestuante quidquid in imo iacet abditum effertur et -it in medium. QVINT. decl. 333, 17. SYMM. epist. 1, 49 quae *opiniones* sine auctore -unt. MART. CAP. 9, 914 (vers.) fidibus ... ⌞iuncta⌟ fescennina -ient (⌞ ⌟ luxa *trad.*). *al.* β *variae*: CIC. Brut. 39 videsne ..., quam ea *eloquentia* sero -ierit in lucem *Athenis*? OV. ars 3, 171 cum tot -ierint pretio leviore colores *vestium.* SEN. nat. 7, 1, 1 ut ... minimarum quoque rerum, si insolitae -ierunt, spectaculum dulce fiat. epist. 90, 25. *al.* PLIN. nat. 15, 104 minus quinquennium est, quod -iere *cerasa cuiusdam generis.* 34, 18 *effigies,* quae nuper -iere paenulis indutae (prodidere *var. l.*). TERT. adv. Marc. 2, 12 p. 352, 9 ostendimus eam, *sc. iustitiam,* cum ... bonitate -isse. VET. LAT. psalm. 72, 7 (cod. 300. *al.* = VVLG.) -iet quasi ex adipe iniquitas eorum (*gr. ἐξελεύσεται, cod. 303* exiet. *cf.* AVG. *ad l.* peccare ... in abundantia). CHIRON 182 iumento priusquam aliqua signa manifesta *morbi* in corporibus -ant (*cf.* 185 quibus *iumentis* per totum corpus pustulae -unt). AVG. conf. 10, 8, 12 posco, ut proferatur, *sc. e memoria,* quidquid volo, et quaedam statim -unt. serm. 45, 3 ubi ad te -it voluntas dei, hoc est ubi aperta est. ORIG. in Matth. ser. 53 p. 118, 25 cum virtus ipsa vitalis *fici* -ire coeperit ad manifestationem (*spectat ad Matth. 24, 32*). *al.*

b *-unt animantes* (*sc. homines vel animi eorum*): SEN. epist. 95, 13 postquam docti -ierunt, boni desunt. FLOR. epit. 3, 5, 22 novis motibus ardere Asiam videt aliosque ex aliis -ire reges. TERT. praescr. 30 l. 41 *haeretici* ostendant mihi, ex qua auctoritate ⌞-ierint⌟ (-ierunt *var. l.; secl. Kroymann*). VET. LAT. I Ioh. 4, 1 (Tycon. reg. 6, *sim. al.*) multi pseudoprophetae -ierunt in hoc mundo (*gr. ἐξεληλύθασιν, Vulg.* exierunt). *al. indicatur qualis, in quam personam vel quomodo quis -at* (*cf. p. 1596, 64*): SEN. epist. 120, 22 sic ... coarguitur animus imprudens: alius -it atque alius, et ... impar sibi est. APVL. met. 3, 29, 7 si rursum asino remoto -re⟨m⟩ in Luci[li]um (COMM. instr. 1, 23, 14 in supplicem -is dei sub aspectu. *cf. p. 1597, 34*). VET. LAT. II Macc. 14, 30 (rec. B, *sim.* rec. M) Machabeus ... cum videret austerius -euntem Nicanorem adversus se (*gr. διεξαγαγόντα ... τὰ πρὸς αὐτόν, rec. V. al.* secum agere).

2 *-unt, quae alicunde originem ducunt* (*sc. res, maxime incorporeae*): TERT. praescr. 36 l. 24 institutio, ... de qua haereses -ierunt (*sim. respicitur origo haereseon*: TRIFOL. epist. 1 ista doctrina de fonte Arrii -vit). VET. LAT. psalm. 16, 2 (cod. 300, *sim.* VVLG.) a vultu tuo, *deus,* iudicium meum -at (*gr. ἐξέλθοι*). Is. 2, 3 (Optat. 3, 2. *al.*) ex Sion -et lex et verbum domini ex Hierusalem ([*gr. ἐξελεύσεται, Vulg.* exibit, *Cypr. testim. 1, 10* procedet]. AVG. epist. 232, 3. *al.*). AVG. civ. 14, 3 tit. peccati causam ex anima, non ex carne -isse (PROSP. carm. de ingrat. 711 ut de perceptis -ret c. merendi). AVELL. 103, 26 non dubium est hŏc ipso auctore deo ... -ire, ut *eqs.* EVSEB. GALLIC. hom. 1, 5 unde ossium compago membrorumque perfectio -iit. BOETH. arithm. 2, 33, 1 *numeri,* qui illis, *sc. paribus imparibusque,* coacervatis ... et quadrati et parte altera longiores -unt (*gr. 2, 19, 1 τοὺς ἐξ αὐτῶν τούτων ... ἀποτελεσθέντας*). GREG. TVR. Mart. 4 praef. virtutum insignia -ere de tumulis beatorum. DVB. NOM. gramm. V 594, 2 'vis' ...: ex hoc ... 'virtus' -it. *al.*

B *quae perveniunt ad finem quendam, ad effectum, ad gradum extremum sim.*: **1** *-unt homines*: CIC. inv. 1, 29 *in narratione* erit considerandum ..., ne quam in aliam rem transeatur, ne ab ultimo repetatur, ne ad extremum -atur. off. 1, 140 cavendum ... est, praesertim si ipse aedifices, ne extra modum sumptu ... -as. CATVLL. 88, 7 nihil est quicquam sceleris, quo -at, ultra *impudicus.* HOR. epist. 1, 1, 32 est quadam -ire tenus, si non datur ultra. FILASTR. 152, 3 a gloria ad gloriam (*spectat ad II Cor. 3, 18*). COD. Iust. 8, 11, 20 (*a. 439*) in similem audaciam. GREG. M. moral. 8, 92 in elationem. *al.* **2** *-unt res*: GARG. MART. pom. 2, 13 (*de pomo persico*) cutis exilitas et carnis squallor consentanee -bunt ad parsimoniam vetustatis. ANIAN. Chrysost. hom. 5, 2 in rem subito -iisse, quod ante in spe non fuerat (*Migne gr. 57, 56 εἰς ἔργον ἐλθόν*). BOETH. mus. 1, 19 quae *duo semitonia,* sicut ad integrum tonum non aspirant, ita ultra inte-

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

grum semitonium -unt. cons. 3, 10, 10 ne in infinitum ratio -at. Cod. Iust. 3, 43, 1 pr. alearum lusus ... -iit in lacrimas. Greg. M. moral. 1, 50 priusquam cogitationes ad opus -ant (*cf.* 16, 44 verba *dei* ... ad operationem).

C *quae incrementum capiunt, proficiunt sim.*: **1** *-unt res*: Cic. div. in Caec. 68 si paulatim haec consuetudo serpere ac -ire coeperit. Sen. epist. 71, 35 inperfecta necesse est labent et modo -ant, modo sublabantur aut succidant. Calp. decl. 8 quotiens -ire felicitas non potest, redit. *ibid.* quis timeret fortunam, nisi -isset? (prodesset *trad., em. Håkanson*). Phoebad. c. Arian. 6, 1 virus internum *haereseon* per argumenta ⌞-euntem⌟ ... publicare (per arg. *i. per machinamenta intellegit Demeulenaere*; ⌞ ⌟ *sic cod.*, -iens *ed. Migne,* prodentem *ed. 1586* [*sc.* me?]). Arator act. 1, 857 qua rectius hora, *sc. nona,* -ret iam trina fides (*in paganum propagata, act. 10, 3*). **2** *-unt homines*: Hil. trin. 2, 10 qui ... pie infinita persequitur, ... proficiet -eundo.

D *quae continuantur, sc. tempus et ea, quae per tempus producuntur*: Petron. 25, 5 et infans cum paribus inquinata sum, et subinde -euntibus annis maioribus me pueris applicui (procedentibus *Brassicanus, edd. plerique*). Arnob. nat. 2, 72 infinita ut -ant saecula. Symm. epist. 2, 57, 3 silentium cunctis stupor ... imperavit; quo longius -eunte *eqs.* Arator act. 1, 364 ne criminis ultra per subolem -ret onus.

appendix *structurarum selectarum; indicatur*: **1** *quo, quousque* (*cf. dat. personae l. 31. p. 1596, 27; vix addas acc. loci p. 1596, 63*): **a** *per praepos.*: ad: Plavt. Bacch. 1007 ad te in conspectum (*sim. ad homines*: Persa 72 Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 2 Liv. 3, 39, 2. *al.*). Men. 213 ad forum. Rud. 295 ad mare. Cic. inv. 1, 29 ad extremum. *et saepe.* adversum: Vet. Lat. II Macc. 14, 30 (recc. B, M) a. se. ante (*aliter p. 1599, 70*): Plavt. Epid. 568 a. aedis. Vet. Lat. Dan. 7, 10 *v. p. 1598, 67.* Luc. 1, 17 (cod. 2) a. faciem eius. extra: Cic. off. 1, 140 e. modum. Cvrt. 7, 11, 24 e. specum. Hyg. astr. 3, 15. in (*iuncturae frequentiores; addas e. g. p. 1597, 28. 52. 62. 69. 1598, 20*): Plavt. Bacch. 1007 ad te in conspectum (Men. 708 Most. 1155. Ter. Phorm. 443 mi in c. Phaedr. 5, 7, 22 Svet. Nero 43, 2. *al.*). Stich. 614 in publicum (Cic. Verr. II 1, 80. *al.* Nep. Alc. 3, 5 Liv. 32, 26, 18 Sen. epist. 65, 17. *al.; cf.* in publico: Ioh. Maxent. Conc.^{S} IV 2 p. 55, 8). Ter. Andr. 115 in funus (Varro rust. 1, 69, 2). Cic. Brut. 39 in lucem (Sen. epist. 54, 4. *al.*). Sen. benef. 7, 10, 2 in medium (*al.* Petron. 52, 10 Qvint. decl. 333, 17. *al.; cf.* in medio: Dionys. Exig. praef. 7, 6). sub: Varro ling. 5, 13. super: Vet. Lat. IV Esdr. 16, 40 (cod. 150). ultra: Boeth. mus. 1, 19. **b** *per adv.* (*cf. p. 1597, 56. 1599, 56*): Plavt. Epid. 568 huc (Rud. 295 Cato orig. 108. *al.; cf.* hoc Ter. Phorm. 152). Poen. 1118 foras (Cic. Att. 15, 13^{a}, 3 Cels. 7, 30, 1^{A}. *al.*). Cic. Verr. II 2, 172 obviam (*al., v. vol. IX 2, 315, 32 sq.; cf.* Ov. epist. 8, 97 obvia -ieram ... tibi). Catvll. 88, 7 quo (Caes. Gall. 1, 48, 7. *al.*). *al.*

2 *unde*: **a** *per praepos.*: ab: Ov. fast. 3, 305 ab antro. Hyg. astr. 2, 14, 4 longius a litore. *al.* de: Varro rust. 1 tit. 45 de terra. Bell. Afr. 50, 3 de rupe. *et saepius.* ex: Plavt. Rud. 295 ex urbe (Dares 35). Cic. Flacc. 22 ex domo (Tusc. 1, 111). Pis. 13 e gurgustio. Caes. Gall. 6, 38, 2 ex tabernaculo. civ. 3, 7, 2 ex portu (Varro rust. 2, 4, 1). *et saepissime.* **b** *per abl.*: Prop. 4, 1, 106 aquis (*nisi instr.*). Ov. am. 3, 11, 13 foribus. rem. 665 lectica. *al.* Homer. 410 scapulis ... fossis. Stat. Ach. 1, 770 toris. Apvl. met. 11, 22, 4 cubiculo. *al.* **c** *per adv.*: Plavt. Cist. 638 intus. Varro rust. 1, 37, 4 unde (Cypr. epist. 46, 1, 3. *al.*). Ov. met. 5, 449 inde (Tert. carn. 17 l. 45 ieiun. 12 p. 290, 20).

3 *quo consilio, fine*: **a** *structura verbali: supin.*: Plavt. Rud. 295 pabulatum (Colvm. 9, 5, 1). Varro rust. 2, 2, 15 pastum. Liv. 3, 63, 8 dissuasum. Avson. app. A 6 II. 10 (430 S.), 6 exploratum. *enunt. fin.* (*cf. l. 59 sq. 65*): Plin. paneg. 48, 5 Svet. Galba 19, 2. *part. fut.*: Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 4 dissuasuri. Dionys. Exig. praef. 7, 6 laturus. *gerund.* (*cf. l. 60 sq. 63*): Ps. Avr. Vict. epit. 15, 5 salutandus. **b** *structuris variis*: Ter. Eun. 1005 id -o, ut. Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 2 neque ullius rei causa ..., nisi ut (Caes. civ. 3, 24, 1 per causam exercendorum remigum. Ivlian. dig. 3, 2, 1 artis ludicrae pronuntiandive c. *al.*). Caes. Gall. 5, 26, 4 ad conloquium (Varro rust. 1, 37, 4 ad usum. 3, 16, 28 ad pastum [*nisi de loco*]. Liv. 1, 13, 4 ad foedus faciendum [*item c. gerund.*: 22, 25, 17. 34, 1, 4 Symm. rel. 23, 4]. *al.*). Sen. benef. 7, 10, 2 malo gentium (*dat. fin.*). epist. 52, 9 hoc proposito ..., ut. Tert. anim. 41, 3 in testimonium (Qverol. p. 5, 13 in agendum).

4 *qua specie, habitu, comitatu sim.*: *per praedic. saepe, v. p. 1596, 28 sq. 65 sqq. 1597, 27. 38. al.* *per praepos.*: cum *p. 1596, 22. 1597, 27 sq. 1598, 2 sqq.*, in *p. 1597, 31. 34. 1600, 43,* pro *p. 1598, 4,* sine *p. 1596, 38. 1597, 1 sq. 29. 68.* *per abl.: p. 1596, 28. 73 sqq. al.* *per adv.: p. 1597, 3. 1600, 46.*

5 *quo modo eundi, quo instrumento*: Verg. Aen. 6, 199 volando. Hyg. astr. 2, 14, 4 classe.

deriv.: ?2. proditio; *vix* prodius.

proder *v.* proeder. *Vestergaard.*

προδερέλικτον· *τὸ ἀπολελυμένον πρᾶγμα, ὃ καταλείψει ὁ δεσπότης οἰκείᾳ γνώμῃ* Gloss. iurispr. *ἄδετ Π* 26 (*ad* Theophil. inst. Iust. 2, 1, 47). *compos. gr. pro iunctura lat.* pro derelicto (*cf. vol. V 1, 627, 72 sqq.*).

prōdes *v.* prode. **prōdesum** *v.* prosum.

[prōdīcius *e coni. falsa v. p. 1609, 37.*] *Bk.*

prōdīco, -dīxī, -dictum, -ere. *a* pro *et* dicere. *de origine cf. l. 27.* *scribitur* -deix- *in stirpe perf. l. 16* (*bis*). Not. Tir. 6, 68^{a} -it -xit. *legitur in oratione soluta inde a* Lege repetund. *usque ad* Gell. [*confunditur hic illic cum* producere, praedicere *et* prodere, *quod infra adnotavimus; e suppl. dub.*: Fest. p. 253 (*Müller*; -duc- *Lindsay, Gloss.*^{L} *IV p. 359*^{a}).]

1 *notione originaria i. q. publice, auctoritate publica edicere, pronuntiare* (*fere technice in re publica et in iure; iungitur c. dat. l. 30 sq. 44. 46. 49, praepos.* in *l. 42* [*bis*], ad *c. gerund. l. 28*): **a** *vario usu -itur: a magistratibus*: Lex repetund. (CIL I^{2} 583) 65 *qui* praetor ex hace lege tribuendei caussa ⌞prodeixerit⌟ is ... facito, quo modo prode⟨ixerit, ea omnia ...⟩ ... apud forum palam *proscripta habeat* (⌞ ⌟ *absolute; vix subaudias* diem, *cf. Crawford, Roman Statutes, 1996, 108*). inc. Tarent. (CIL I^{2} 2924) 23 ⟨... ex h(ac)⟩ l(ege) trinum nundinum contenuo palam -erit nondinisq(ue) ⟨tertiis ... (*accusatio?*) prosc⟩ripta propositaque apud forum fuerit (*parum constat, quatenus* Cic. *l. 40 comparari possit*). Vrson. (CIL I^{2} 594) 68, 24 IIviri praef(ectus)ve comitia pontific(um) augurumq(ue) ... ita habeto -ito (-dig- *aes*), ita uti *eqs.* *divinitus fort. l. 57.*

b -ere diem (Kalendas *l. 32*), *sc. certum temporis punctum aut spatium* (*cf. l. 18; cum respectu iudicii praeter l. 26 sqq.*): α *generatim* (*e coni. dub.* Cinc., *v. supra p. 566, 66*): Varro ling. 6, 61 'dico' originem habet graecam ...; hinc iudicare ...; hinc, ⌞ab dicando⌟, indicium; hinc illa: ... '-xit d.' (⌞ ⌟ *suspectum*). Liv. 25, 13, 7 alia -ta d. *est* ad frumentum ... petendum, *cum statuta die nimis pauci venissent.* Fest. p. 289 (*e Veran.*) referri d. -tam, id est anteferri, religiosum est, *ut probat lustrum a. 90 a. Chr. factum.* Tac. ann. 2, 79, 1 ubi praetor ... reo atque accusatoribus d. -isset (prae- *Beroaldus; item respicitur iudicium*: Gell. 12, 13, 1 Kalendas ... mihi *iudici esse* -tas, ut intra eum diem pronuntiarem [*cf. 12, 13, 6* praefinita est *dies*]). β *speciatim respicitur iudicium apud populum* (*quod quattuor contionibus fieri affirmat* Cic. *l. 39, cf. etiam Brecht, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 59, 1939, 271 sqq.; magistratus in contione* -it d., *quam extra contionem* dicit [*v. l. 45. 48. 50. 52*]; *quae cum ita sint, vix est quod agnoscas notionem vulgo receptam q. e. producere, proferre sim.*): Cic. dom. 45 *a maioribus provisum est,* ut ter ... magistratus accuset ..., quarta sit accusatio trinum nundinum -ta d., quo die iudicium sit futurum (*opp.* improdicta). ad Q. fr. 2, 3, 1 a. d. IIII Non. Febr. Milo (*sc. reus de vi*) adfuit; ... honeste discessimus; -ta d. est in VII Id. Febr. (-ducta *trad.; in eadem causa*: 2, 3, 2 Clodius *aedilis* in Quirinalia -xit d. [-dux- *var. l.*]. 2, 6, 4 in Non. Mai. Miloni d. prodi⟨c⟩ta est). Liv. 2, 61, 7 sq. (*2, 61, 2 tribuni plebis Ap. Claudio* d. dixere) semel causam dixit ... adeoque constantia sua ... tribunos obstupefecit ..., ut d. ipsi sua (*i. Claudii*) voluntate -rent (-duc-, praedic- *var. ll.*), trahi deinde rem sinerent; (8) ... ante tamen, quam -ta (-it, praedicta *var. ll.*) d. veniret, morbo moritur. 3, 57, 6 (*3, 56, 2* cum d. Appio ... dixisset *tribunus plebis*) tribunus ei d. -xit (-dux-, praedixit *var. ll.; in eadem causa*: 3, 58, 6). 6, 20, 11 (*6, 20, 1* d. Manlio dicunt *tribuni plebis*) -ta d. ... concilium populi indictum est (-to [pre-?] *var. l.*). 38, 51, 5 (*38, 50, 5* P. Scipioni Africano ... d. dixerunt *tribuni plebis*) orationibus in noctem perductis -ta d. est (-dita, -ducta *var. ll.; in eadem causa*: 38, 52, 1 d. longiore -ta [-duc- *fere recc.*]. 38, 52, 8).

*?***2** *notione deflexa in veriloquio vocis q. e.* prodigium *i. q. praedicere* (*sc. futura, nisi locum ad 1a trahere malis vel praeverbium corruptum putes*): Fest. p. 229 'prodigia', quod -unt futura, permutatione g litterae (prae- *edd. ante Lindsay [quos secuti sumus supra p. 565, 39] sec. ipsum Fest. p. 138 et alios*).

deriv.: prodictio. *compos.*: improdictus. *Stayskal.*

[prōdictātor *v. p. 1429, 35, cf. ἀντιδικτάτωρ Lyd. mag. 1, 38 p. 60, 10; edebatur olim perperam pro* dictatorem Liv. 22, 8, 6.]

prōdictio, -ōnis *f.* *a* prodicere. *i. q. actio prodicendi*: Lex de Germ. tab. Siar. II b 29 *ut consules* primo quoque tempore ... sine binum trinumve nundinum -e legem ad populum ... ferendam curent. *contextu manco*: Fest. p. 253, *v. sub* proditio.

prōdificātio, -ōnis *f.* *a* prodificare. *i. q. actio prodificandi et status inde ortus, adiumentum, commodum: generatim*: Theod. Mops. in II Tim. 3, 2 *homines* omnia ad suam facientes utilitatem vel ⌞-em⌟ (*Swete,* prodefectionem *Löfstedt, Komm. Peregr. Aeth., 185* [*formationem miram tribuas confusioni cum* 2. profectio, *quia vox a* prodefacere *derivanda debuit esse* prodefactio, *cf.* satisfactio *sim.*], pro defectione *codd.* [*fort. mendum quoddam exemplaris corrigentes sec. II Tim. ibid.* blasphemi ..., sine pace ..., proditores]; *gr. ὠφέλειαν*). *usu christ., sc. cum respectu aeternae salutis*: Theod. Mops. in Col. 2, 11 *in circumcisione Iudaeorum* corporis abla- *[Bk.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tio exigua est nullam habens -em (*opp.* in melius corpore nostro transformato). ORIG. in Matth. ser. 66 p. 156, 13 qui data sibi virtute *docendi* ad -em animarum non est usus (103 p. 224, 13 [*loq. Christus*] ut coniungerem eos mihi ad -em eorum). 139 p. 289, 6 prodificatur ... quadam -e et qui credit scripturis, maiori autem repletur scientia qui videt *ipsa mysteria.*

⁂**prōdifico,** -ātus, -āre. [*iuxta* prodefit *formatum videtur ita ut* umificare : umefieri, pinguificare : pinguefieri. *Fo.*] *formam* prodef-, *quae nusquam tradi vid., restituit Svennung, Wortstud. Oribas. 112.*

1 *notione communi de eis, qui faciunt ut quis proficiat, sc. trans. i. q. profectu augere, adiuvare sim.* (*usu christ. cum respectu aeternae salutis, nisi generaliter dictum putes apud* HIER., *qui voce fere invitus utitur; longe praevalent formae pass., imprimis p. p. p. [vergens in vim subst. l. 26], act. non nisi l. 19. 21. 27; figura etym. v. l. 4, iuxta est* proficere *l. 22. 25*): HIER. nom. hebr. p. 69, 26 Lydia (*act. 16, 14*), quam nos possumus dicere ⌞-tam⌟; porro graece melius appellatur *ὠφεληθεῖσα* (⌞ ⌟ perdif- *var. l.*, praeedif- *edd. vet.; ad rem cf. in Is. 18, 66, 18 l. 134* Lud ... utilitas vertitur. *item pro gr. ὠφελεῖν*: ORIG. in Matth. 13, 9 p. 204, 28 nos ... ex eo, quod traditus est Christus morti ..., -ti. 16, 29 p. 572, 19 *quidam* satis -tus est in verbo. 17, 6 p. 594, 23 *deus* quod morigeratur homines, ut hominum -et mores. *al. ibid.; cf. l. 23*). ORIG. in Matth. 12, 22 p. 119, 13 *Iesus obiurgavit Petrum* (*Matth. 16, 23*); hoc -ans ei fecit (*gr. εὐεργετῶν. idem verbum gr. respondet* 12, 43 p. 168, 20). 16, 29 p. 573, 15 *quidam* -tus ... per verbum in tantum proficit, ut etiam in tempore tristitiarum gaudeat (*gr. ἀπὸ ... τῆς ... ὠφελείας*). in Matth. ser. 12 p. 24, 1 *nemo* se praebet ut magister vocetur, sciens quia Christus in eo est, quando bene profecerit, quem oportet vocari magistrum a cunctis -tis. 66 p. 155, 30 ad -andas animas (p. 156, 1 virtutem ... a. quantumcumque -antem). *al. apud* ORIG. **2** *abusive cum dat. sec. gr. fere i. q. prodesse, proficere* (*cf. l. 21?*): ORIBAS. eup. 2, 1 A 22 La p. 434 *portulaca* per hoc ... quod stiptice *est,* disentericis -at cibus (*Aa* hutilissimus est, *gr. 2, 1 A 45 δυσεντερικοῖς ... ἐπιτήδειον*).

deriv.: prodificatio.

*?***prōdifragium** NOT. Tir. 93, 1 (p(r)uref- *var. ll.*). *sec.* naufragium *compositum esse ex* frangere *et* prora *putat Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 79* (podifr- *Schmitz,* propagatum *Kopp de forma notae dubitans*). *Bk.*

prōdigālitās, -ātis *f.* *a* prodigus (prodigalis *et* prodigaliter *ante medium aevum non inveniuntur*). [*falso edebatur* SEN. rem. fort. 10, 3, *sc. ex additione recentioris aetatis.* BOETH. top. Arist. 150a12 -em (*sic e. g. Migne 64, 985*^{D}; luxuriam *trad.*).] *i. q. luxuria, effusio sim.*: DECL. in Catil. 31 praetereo ... summum pecuniae desiderium, summam simul -em.

prōdigē *v.* prodigus.

prōdigentia, -ae *f.* *a* prodigere. *i. q. luxuria, effusio sim.*: TAC. ann. 6, 14, 1 Geminius -a opum ac mollitia vitae amicus Seiano. 13, 1, 3 *Neronis* vitiis per avaritiam ac -am mire congruebat *Narcissus.* 15, 37, 1 celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas ut exemplum referam, ne saepius eadem -a narranda sit.

⁂**prōdigiālis,** -e. *a* prodigium. *compar. et superl. desunt. legitur inde a* PLAVTO, STAT., *adv. inde ab* HOR., COLVM.

i. q. ad prodigium pertinens: **1** *strictius, sc. cum respectu ostenti, signi divini*: **a** *-is est deus, sc. qui prodigium mittit vel avertit*: PLAVT. Amph. 739 mulier, postquam experrecta es, te -i Iovi ... comprecatam oportuit, *sc. post somnium visum.* **b** *-es sunt res, imprimis signa inter prodigia numeranda: neutr. pro subst., sc. acc. obi. int.* -e *fere pro adv. positus*: STAT. Theb. 7, 403 monstra ..., quae plurima nectit -e canens certi fors praevia fati (SCHOL. nescio quid -e denuntians). CLAVD. rapt. Pros. 1, 234 augurium ... laturus iniquum ... delabitur ... cometes -e rubens. *adi.*: SOL. 2, 8 post -em patris, *sc. Ampharai,* apud Thebas interitum. AMM. 23, 5, 10 Etrusci ... haruspices, qui comitabantur gnaros -ium rerum ([prodigiarum *trad.*]. 25, 10, 1 gnari r. -ium. 27, 3, 1 -ium r. periti. SCHOL. Stat. Theb. 7, 404 res -es poeta describit). AMBR. in psalm. 45, 20 non ... quasi -is horroris accipias 'opera domini' (*psalm. 45, 9*), sed quasi plena admirationis. PRVD. ham. 467 per -ia signa *dei in Aegypto.* IVLIAN. in Am. 1, 1 l. 16 quam -i motu terra quateretur (*postea*: indicem venturae calamitatis). *al.*

2 *laxius fere i. q. horribilis, terribilis, mirus sim.*: **a** *-es sunt res*: STAT. Theb. 2, 523 dirae ... fugere volucres -e nemus (*ubi sphinx olim viatores discerpsit*). PS. AMBR. apol. Dav. II 5, 30 *Iuppiter* -es formas potuit pro amore suscipere. PRVD. c. Symm. 1, 451 barbaricis ... pagis ..., horrificos quos -a cogunt credere monstra deos. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 99 hoc -is dogmatis nefas. 6, 18 -e commentum (*postea*: inaudita ... deformitas). COD. Theod. 16, 5, 9, 1 quos Encratitas -i appellatione cognominant. *al.* **b** *-es sunt animantes*: CLAVD. 5, 434 *homines* flagrant eliderc saxis -e caput *Rufini occisi.* PAVL. NOL. carm. 26, 309 quidam homo ... tam -i daemone distentus fuit, ut ... gallinas ... rabido discerperet ore. LVX. anth. 362, 6 non est tam ... insanus amator, qui te non credat -e malum.

adv. **prōdigiāliter** (*cf.* prodigiale *p. 1603, 52*). *i. q. modo prodigiali, sc.*: **1** *mirabiliter*: HOR. ars 29 qui variare cupit rem -r unam, delphinum silvis adpingit (SCHOL. admirabiliter). COLVM. 3, 3, 3 illa videntur -r ... accidisse, ut aliqua vitis apud te excederet uvarum numerum duorum milium. **2** *modo horribili, terribili*: ARNOB. nat. 1, 16 p. 14, 17 si *dii* in Asia, Syria ... mures et locustas effervescere -r voluerunt. SCHOL. Stat. Theb. 4, 639 *Tydeus* -r Melanippi ... cerebrum vorando defunctus est. Ps. AMBR. dign. sacerd. 5 p. 575^{B} qui *dignitatem pecunia ementes* novam -r regulam ... peperisse deflentur (IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 29). AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 19 p. 1543 -r et nimium deformiter dici (*sec. p. 1603, 69*).

prōdigiātōres: ⌞harispices,⌟ prodigiorum interpretes FEST. p. 229 (⌞ ⌟ *om.* PAVL. FEST. p. 228). *subst. masc. a* prodigium, *cf.* 1. fulgurator.

prōdigiolum, -ī *n.* *a* prodigium. *i. q. parvum prodigium*: NOT. Tir. 58, 39 -um.

⁂**prōdigiōsus,** -a, -um. *a* prodigium. *compar. non nisi p. 1605, 13, cf.* magis -us *l. 30; superl. deest.* GLOSS. *τερατώδης. τερατολόγος.* qui ante malum significat. †festinali vultu. *cf. p. 1605, 30. legitur inde ab* OV., PAVL. FEST., COLVM.; *frequentatur a* PLIN. nat. (*16*^{ies}, prodigiose *bis*).

I *i. q. naturam vel speciem prodigii habens, prodigio similis* (*accedit supin. l. 31, acc. c. inf. l. 26*): **A** *strictius respiciuntur signa divina* (*exempla certiora*): PAVL. FEST. p. 51 cyparissiae dicuntur ignes -i a similitudine cypressorum. COLVM. 6, 37, 3 quidam ... auctores, ut Marcus Varro et ... Mago, prodiderunt mularum fetus regionibus Africae ... non -os haberi (*cf. Varro rust. 2, 1, 27* portentum. *sim. respiciuntur partus animalium*: PLIN. nat. 10, 178 partus *canum* ... aliquando singuli, quod -um putant, sicut omnes mares ... gigni). PLIN. nat. 2, 98 fiunt -i et longiores solis defectus, qualis occiso dictatore Caesare *eqs.* 16, 169 lacus *Orchomenius* ... -us, si quando amplitudinem biennio extendisset. STAT. Theb. 3, 523 similis non ante metus aut ⌞astra⌟ notavi -a magis (⌞ ⌟ *i. caelum; alii alia coni., e. g.* monstra *Müller,* signa *Slater*). TAC. hist. 3, 56, 1 contionanti *Vitellio,* -um dictu, tantum foedarum volucrum supervolitavit, ut *eqs.* APVL. met. 9, 38, 8 ostenta. ARNOB. nat. 6, 2 p. 308, 13 *deos* debere ... non terrere portentis, non -as ostentare formidines. AMBR. in psalm. 43, 7, 2 -a facta (*spectat ad Matth. 24, 24*). RVFIN. hist. 3, 8, 5 -us apparuit visus et fidem paene excedens (*gr. φάσμα τι δαιμόνιον*). *al. per hyperbolen*: IVV. 13, 62 nunc si depositum non infitietur amicus ..., -a fides et Tuscis digna libellis (SCHOL. dicitur quasi monstro similis). CLAVD. 19, 12 infaustum populis in se quoque vertitur omen; saevit in auctorem, *sc. Eutropium consulem,* -us honos (*cf. 18, 8* cesserunt eunucho consule monstra *antea enumerata*).

B *laxius (sc. respectu significandi evanido) de eis, quae (qui) a quadam norma abhorrent*: **1** *de rebus*: **a** *variis, sc. miris vel insolitis*: OV. am. 3, 6, 17 -a loquor, veterum mendacia vatum (*sic interpungunt edd. rec. plerique, ut sit subst. neutr.*). PLIN. nat. 1, 2, 50 turbines, presteres, vertices, alia -a genera tempestatum (1, 14, 22 vini -a g. XII [*var. l.* -i. *cf. 14, 116* sunt et in vino prodigia *eqs.*]). 7, 6 in quibus *gentibus* -a aliqua et incredibilia multis visum iri haud dubito. 13, 15 -a cinnamomino pretia (*cf. p. 1612, 36*). 26, 99 -a sunt, quae ... tradit Theophrastus ..., septuageno coitu durasse libidinem contactu herbae. 36, 65 alium *obeliscum* ... -a crassitudine. 37, 156 *magi chloritin* ferro includi iubent ad quaedam -a moris sui. *al.* GELL. 9, 4 tit. de barbararum gentium -is miraculis. 14, 1, 35 qui -is artibus futura omnia dicturos pollicentur (*nisi ad II*). SOL. 1, 75 Varro in relatione -ae fortitudinis (*cf. p. 1605, 24*). ARNOB. nat. 5, 10 p. 261, 22 tam -is conceptionibus tamque miris. AMBR. Noe 7, 21 in senibus grata canities, in pueris -a. CLAVD. carm. min. 34, 4 (*de crystallo aquam continente*) -a silex. *al.* **b** *quae bonis moribus repugnant*: OV. met. 9, 727 (*725* ardet ... in virgine virgo) cognita quam nulli, quam -a novaeque cura tenet Veneris (*cf.* -a Venus: MART. 1, 90, 8 inter se geminos audes, *Bassa,* committere cunnos mentiturque virum -a ⌞Venus⌟ [*χλειτορίδα intellegit Jocelyn, Papers Liverpool Lat. Seminar 3, 1981, 281, ut ad 2 pertineat*]. ANTH. 148, 4 invasit iuvenem -a Venus *coeundi cum equa*). PLIN. nat. 30, 12 senatus consultum factum est, ne homo immolaretur, palamque fit, in tempus illud sacra -a celebrata. PS. QVINT. decl. 4, 13 nescioquae me -a feritas in patrem velut telum ... librat (AMM. 29, 1, 10 -a f. *Valentis*). ZENO 1, 36, 26 seniorum ... -is ignibus (*i. amoribus; cf. p. 1605, 14*). SALV. gub. 4, 76 o inaestimabile facinus et -um (7, 83 [*de concubitu masculorum*]). *al.* **c** *quae doctrinis ecclesiae repugnant, sc. -ae sunt haereticorum doctrinae, sententiae sim.*: RVFIN. hist. 4, 7, 4 *Basilidis* -a fabularum figmenta (*gr. τερατώδεις ... μυθοποιίας*). LEO M. epist. 53, 4 Conc.^{S} II 4 p. 54, 23 diabolicorum sensuum -a commenta. serm. 22, 6 impia superstitio -umque mendacium (PROSP. resp. ad Vinc. praef.). CONC.^{S} IV 2 p. 65, 10 sermonibus. *al.*

2 *de animantibus eorumque partibus sim., sc. ita ut respiciantur eorum*: **a** *forma*: PLIN. nat. 1, 7, 3 -i partus. 5, 81 -a *dea* Atargatis, Graecis ... Derceto dicta (*cf. Lucian. 44, 14 de deae corpore ex femina et pisce*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

composito). MART. 5, 34, 4 ora ... Tartarei -a canis. QVINT. inst. 1, 1, 2 indociles non magis secundum naturam hominis eduntur quam -a corpora et monstris insignia (2, 5, 11 distortis et quocumque modo -is corporibus. 8, 3, 84 -um illud corpus *Cyclopis*. VINCENT. LER. comm. 23, 8). PAVL. dig. 1, 5, 14 (= sent. 4, 9, 3) mulier si monstruosum aliquid aut -um enixa sit. LACT. opif. 6, 2 fuisse animalia -a, in quibus ratio cessaret (*spectat ad Lucr. 5, 837* portenta). CLAVD. rapt. Pros. 3, 339 hic patuli rictus, hic -a gigantum tergora dependent. **b** *mores*: Ps. QVINT. decl. 4, 16 sedem ... -i spiritus *parricidae*. GELL. 12, 1, 8 -ae mulieres *ubera* ... arefacere ... laborant (*6* contra naturam). AVR. VICT. Caes. 5, 5 uti *Nero* ... amictus nubentium virginum specie ... in manum conveniret lecto ex omnibus -is. HIST. AVG. Heliog. 1, 2 tyrannos. Claud. 1, 3 Gallienum, -um imperatorem (*cf.* trig. tyr. 31, 7 quo, *sc. Gallieno,* nihil -ius passa est Romana res publica). AMBR. fug. saec. 9, 53 -orum senum ... flammas (*i. amores; spectat ad Dan. 13, 8 ut p. 1604, 65*). **c** *opiniones*: GELL. 17, 1, 1 nonnulli tam -i tamque vecordes extiterunt ... ut scribere ausi sint M. Ciceronem ... inconsiderate locutum (*antea*: monstra hominum). VINCENT. LER. comm. 24, 9 -um discipulum eius, *sc. Pelagii,* Caelestium (*item de haeretico*: LEO M. serm. 76, 7 -us turpium mendaciorum signifer *Manes*). CASSIOD. in psalm. 105, 19 l. 318 Iudaei ... -o sensu ... deum metallicum sibimet effecerunt.

II *i. q. vario modo ad prodigia pertinens (cf. p. 1604, 52): de loco, ubi prodigia fiunt*: Ov. met. 13, 968 -a ... atria Circes (*ad rem v. 14, 254 sqq.*). *de narratione prodigiorum*: PLIN. nat. 7, 81 auctor est Varro -a virium relatione (*nisi per enallagen ad IB1, cf. p. 1604, 53*; -a⟨rum⟩ *coni. Jan*). Ps. QVINT. decl. 18, 15 nefas -is simile fabulis. *de homine, qui prodigia narrat vel interpretatur*: QVEROL. p. 24, 19 infaustum hercle hominem, *qui funesta somnia narravit*; ... ohe homo -e, ego te iam nunc explodo *narrans meum somnium faustum* (*nisi iocose ad I spectat; ad rem v. Emrich, 1956, 186 adn. 31*). GLOSS.^{L} V Abba PRO 26 -us: astrologus.

pro subst. adhibetur neutr. l. 5. 13. p. 1604, 43. 50, masc. l. 12. 30.

adv. **prōdigiōsē.** *i. q. modo prodigioso (iuxta verba praeter l. 44)*: **1** *strictius, i. q. ita, ut signum divinum fiat, manifestetur*: PLIN. nat. 11, 204 iecori, cum quo *lien* locum aliquando permutat, sed -e (*cf. Arist. hist. anim. 507a24 τὰ τοιαῦτα ὡς τέρατα κρίνεται*). VICT. TONN. chron. II p. 193, 498 *Arianus quidam* tribus igneis iaculis ... percussus vitam impie simulque -e finivit (p. 202, 549, 2).

2 *laxius (sc. respectu significandi evanido), i. q. ita, ut cuidam normae repugnetur*: **a** *respiciuntur mores, opiniones*: PLIN. nat. 30, 95 bubonis ... oculorum cinerem inter ea, quibus -e vitam ludificantur *magi,* acceperim. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 88, 29 quia *pseudoepiscopus* unam domini ... nostri naturam -e denuntiet, alteram negans (*item respiciuntur haeretici*: CONC.^{S} II 5 p. 43, 30 qui -e ... credunt. *addas p. 23, 47 supra*). **b** *respicitur forma*: AMM. 31, 2, 2 *Huni* -e ⟨de⟩formes et pandi.

prōdigitās, -ātis *f.* *a* prodigus. *i. q. luxuria, profusio*: LVCIL. 257 nequitia occupat ⌞hoc⌟, petulantia -sque (⌞ ⌟ *genus hominum intellexit Marx,* hos *coni. I. Dousa*; NON. *ad l.* p. 159, 36 -s dicta profusio). GLOSS. V 646, 13 (*inter glossas Nonii*) -s a prodigendo.

prōdigium, -ī *n.* [*cum* prōdig- *etiam in verbo q. e.* prōd-igere (: agere) *exstet, inde potissimum vocem derivatam esse putamus; sed parum constat, qui usus illius verbi respiciatur, nisi forte cogites de ostentis, monstris, quae dei foras agunt, promunt (cf.* prodigo *II). quod Walde-Hofmann II 368 vocem ad* aio *pertinere affirmant, nec ratione linguae nec ipsa re satis probari potest. Fo.*] *de origine*: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 366 -um, quod porro dirigit (*cf. p. 1607, 1*). CIC. nat. deor. 2, 7 (*e* praedicere, *v. p. 565, 37 sqq.*). NON. p. 44, 16 -a dicta sunt porro adigenda (p. 430, 7). AVG. civ. 21, 8 p. 507, 15 -a, quod porro dicant, id est futura praedicant (CASSIOD. in psalm. 45, 9 l. 168 ISID. orig. 11, 3, 3. *al.; cf.* AVG. in euang. Ioh. 16, 3 quasi porrodicium. CASSIOD. in psalm. 134, 9 l. 168 -a quasi porro digia, id est longe praedicentia). GLOSS.^{L} III Abol. PR 103 prodigit: consumit, unde -um (*pro* prodigus *scriptum esse censet Lindsay; sed cf. p. 1607, 8 sqq.*). NOT. Tir. 58, 38 -um. *de genere: neutr. testatur* Ps. ASPER gramm. suppl. 41, 33; *non est quod de fem. cogites p. 1609, 36; masc. affert* FORTVN. rhet. 3, 4 Romani vernaculi plurima ex neutris masculino genere potius enuntiant, ut 'hunc theatrum' et 'hunc -um'. *de homine adhibitum excipitur per pron. masc. p. 1608, 69. 71. 75.* *de formis: gen. sing.* -gi *trad. e. g.* LIV. 42, 20, 1 (*cod. V saec. V*). PLIN. nat. 37, 29 (*cod. B saec. IX*); *gen. plur.* -gium PACVV. trag. 82. *de notione* (*v. etiam p. 1606, 64. 1608, 56*): GLOSS. -um: *φάντασμα, τέρας, Διὸς σημεῖον. αἴνιγμα.* monstrum. deforme signum aut monstruum. novum aliquid aut portentum. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1841 -a: terribiles eversiones. 1842 mirabilia. *al.* *legitur inde a* PLAVTO (*? v. p. 1607, 25; falso trad. p. 1611, 47*), PACVV., ACC., CIC., VARRONE *per totam latinitatem, saepius in oratione prosa, rarius apud poetas; deest e. g.* TER., CATVLLO, LVCR., CAES., HOR., PROP., MANIL.; *quoties apud auctores selectos* -um *et voces syn. frequentiores occurrant, hac tabula ostenditur*:

	monstrum	ostentum	portentum	prodigium
PLAVT.	3	–	–	*?* 1
TER.	8	–	–	–
CIC.	37 (*vers.* 1)	38	55 (*vers.* 2)	25
CATVLL.	4	–	–	–
LVCR.	2	–	5	–
SALL.	–	–	1	2
VERG.	35	–	3	4
HOR.	7	–	3	–
OV.	41	1	1	5
LIV.	1	1	10	129
VAL. MAX.	15	2	4	17
SEN. *trag.*	53	–	2	1
philos.	9	2	8	5
LVCAN.	23	–	2	2
PLIN. nat.	17	30	*ca.* 15	35
VAL. FL.	37	–	–	2
SIL.	24	–	1	3
STAT.	41	–	2	1
IVV.	13	–	1	2
TAC.	1	4	–	13
SVET.	2	18	2	5
APVL.	6	4	1	–
TERT.	10	2	4	4
LACT.	3	1	5	14
AMM.	3	–	4	2
VVLG.	9	3	22	24
AVG.	53	5	28	52

fere i. q. portentum, miraculum, signum (*de notione peculiari grammaticorum v. p. 1607, 8*): **I** *vigente vi significandi*: **A** *usu sollemni in religione de signis divinis, quibus aliquid portendi creditur* (*sc. fere de eventibus; potius de animantibus vel rebus corporeis e. g. p. 1607, 39. 58. 69. 1608, 9. ad rem v. Händel, RE XXIII 2, 2283 sqq.*). *saepius creduntur -a portendere adversa, e. g. l. 73. p. 1607, 53* (*cf. adi. e. g.* triste LIV. 25, 16, 1. 44, 37, 9 OROS. hist. 3, 5, 1, foedum LIV. 27, 37, 6. 40, 19, 1, adversum VAL. MAX. 1, 6 pr. IVST. 22, 6, 2), *rarius secunda, e. g. p. 1607, 21. 29. 35* (*cf. adi.* secundum VAL. MAX. 1, 6 pr., laetum PLIN. nat. 11, 197 SIL. 16, 128). *fere pro syn. accedunt* (*praeter exempla sub 1 allata*) portentum *supra p. 16, 20 sqq. et infra e. g. p. 1607, 27. 32. 60. 70* (*cf. p. 1608, 64*), ostentum *vol. IX 2, 1134, 83 sqq.*, miraculum *p. 1607, 57. 1608, 41* (*cf. p. 1608, 65*), monstrum *vol. VIII 1447, 1 sqq. et infra p. 1607, 58* (*cf. p. 1608, 63*), ǫmen *vol. IX 2, 574, 44 sqq. et infra p. 1607, 50,* signum *p. 1608, 42* (*accedit gen. inhaer.* signorum AMBROSIAST. in II Cor. 12, 11, 1, *cf.* ISID. Goth. 26 chron. II p. 278 signa ..., quorum -is); *fere opp.* naturae opera *p. 1607, 44* (*cf. p. 1607, 50. 52*). *iuncturae potiores: pro subi. est*: fieri *p. 1607, 49. 55 sq. et* LIV. 21, 62, 1. 25, 16, 1 PLIN. nat. 17, 245. *al.*; evenire *p. 1608, 1. 17.* TAC. ann. 12, 43, 1; accidere VAL. MAX. 1, 6, 7. *al.* PLIN. nat. 2, 222; portendere LIV. 1, 55, 5. 44, 37, 9 FEST. p. 274. *al.* *pro obi. est* (*cf. p. 1608, 7. 19 sqq. al.*): facere *p. 1608, 32. 46. al.* (fieri *v. supra*); dare *p. 1608, 41. 44. al.*; implere *p. 1607, 45. 1608, 43.* ORIG. in I reg. 14 p. 22, 15. *gen.* -i: -i similis *p. 1607, 59*; -i loco habere LIV. 1, 45, 5. *al.* PLIN. nat. 8, 173 TAC. ann. 13, 58. *al.* (*cf.* PLIN. nat. 11, 191 ut ⟨sit⟩ -i l. TAC. hist. 4, 26, 2 -i l. accipiebatur); -i modo PLIN. nat. 14, 132. 37, 29; *usu partit.* quid -i *sim.* LIV. 21, 22, 9. 23, 45, 9. 27, 25, 8 VAL. MAX. 1, 1, 8. 1, 6, 8. *cum praepos.*: in -um vertere LIV. 22, 57, 4. 40, 59, 8. *al.* TAC. hist. 1, 86, 3 (*cf.* LIV. 44, 37, 7 trahere in -um. TAC. ann. 12, 43, 1 in -um accipiebatur); in -is habere PLIN. nat. 7, 34 (*cf. p. 1609, 65*). *pendet gen. indicans id, quod portenditur* (*addasne p. 1607, 50?*): SVET. Cal. 57, 1 futurae caedis. FLOR. epit. 4, 2, 45 imminentis ruinae. HIST. AVG. Carac. 11, 1 occidendi Getae. *al.*

1 *definitiones et explicationes* (*v. etiam p. 1605, 54 sqq. 68 sqq.; a vocibus similibus distinguere conati sunt multi, quorum differentiae usu auctorum minime corroborantur, cf. Thulin, Synonyma quaedam lat., Comm. phil. in honorem I. Paulson, 1905, 198 sqq.*): **a** *distinguuntur* miraculum, monstrum, ostentum, portentum (*pro nomine generali est l. 72; testimonia de vocum usu promiscuo v. supra p. 15, 67 et vol. VIII 1446, 23. 37. IX 2, 1134, 60*): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 366 Varro ... haec ita definit: ostentum *eqs.* (*v. p. 1605, 54. vol. VIII 1446, 12; cf.* ISID. diff. 1, 459 quinque sunt ... genera -orum, ut Varro dicit, id est portentum, ostentum, -um, miraculum et monstrum). NON. p. 430, 7 -um ... semper pessimum est (*v. supra p. 15, 76*). p. 435, 27 -a *sunt* deorum minae vel irae (*v. supra p. 15, 81 et vol. VIII 1446, 41*). PROB. app. gramm. IV 200, 6 sq. futura *significat* (*v.*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

supra p. 15, 83). SERV. Aen. 2, 681 -um ... est, quod in longum tempus dirigit significationem (*v. vol. VIII 1446, 44*). AVG. civ. 21, 8 p. 507, 11 illorum ... miraculorum multitudo ..., quae monstra, ostenta, portenta, -a nuncupantur *eqs.* (*cf. p. 1605, 57*). DIFF. Suet. p. 284, 3 -um, quod solidis corporibus conspicitur, ut in caelo cometae, stella aut fax (*v. vol. VIII 1446, 51. IX 2, 1134, 77*). GLOSS. V 657, 26 monstrum aliquando in bonam partem accipitur ...; -um autem semper in malum ponitur; portentum *eqs. al. notionem q. e. detrimentum postulant gramm. explicantes veriloquium vocis q. e.* prodigus: CHAR. gramm. p. 389, 5 sq. (*v. vol. VIII 1446, 48 sqq.*) -um, quod mores faciunt, per quod detrimentum exspectatur; itaque qui -a faciunt, prodigi vocantur (*sim. ibid.* p. 389, 9 DIFF. ed. Beck p. 74, 13). **b** *distinguitur* signum (*sed nota* GLOSS. -a: signa caelestia malum pronuntiantia. -is: futuris dictionibus aut signis. *cf. p. 1608, 57*): RVFIN. Orig. in Rom. 10, 12 p. 1269^{C} signa appellantur, in quibus cum sit aliquid mirabile, indicatur quoque aliquid futurum; -a vero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. CASSIOD. in psalm. 104, 27 1. 371 signa sunt quasi vestigia aliqua futurarum sive praeteritarum rerum; -a vero pertinent ad mirabiles eventus, qui in rerum ordine antea non fuerunt. **c** *cetera exempla*: PAVL. FEST. p. 224 promonstra: -a. CLAVD. DON. Aen. 3, 365 p. 317, 9 -a dicuntur, quibus denuntiantur adversa. GLOSS.^{L} II Abav. PR 104 -um, quod sive bonum sive malum praenuntiat.

2 *illustratur usus auctorum*: **a** *apud paganos* (*etiam Christianos, quatenus -a non suo deo vel diabolo sim. attribuunt*): α *generatim* (*exempla selecta post* LIV.): PLAVT. Bacch. 1141 (*iocose*) -um hoc quidemst: humana nos voce appellant ⌞oves⌟ (*i. stulti quidam; locum Plauti esse negat Zwierlein, Zur Kritik u. Exegese IV, 1992, 105*). PACVV. trag. 82 ⌞-um horriferum, portentum⌟ pavos (⌞ ⌟ *gen. plur.*). ACC. trag. 210 mihi portento caelestum pater -um misit, regni stabilimen mei, agnum ... aurea clarum coma. 419. CIC. inv. 1, 101 locus sumetur ... ex oraculis, vatibus, ostentis, -is. Verr. II 4, 107 multa saepe -a vim eius *Cereris* numenque declarant. Phil. 4, 10 sive ... -is atque portentis di ... nobis futura praedicunt. *al.* VARRO ling. 5, 144 SALL. Catil. 47, 2. VERG. Aen. 3, 366 novum dictuque nefas ... -um (LIV. 22, 36, 6. *al.*). 5, 639 iam tempus agi res, nec tantis mora -is (SERV. ecce -um de bono). 6, 379 caelestibus (LIV. 1, 34, 9. 2, 42, 10 PLIN. nat. 1, 2, 25. *al.; cf. p. 1608, 37*). CIRIS 48. TIB. 2, 5, 80 Apollo, -a indomitis merge sub aequoribus (*cf. p. 1608, 9*). OV. met. 11, 411 anxia -is turbatus pectora Ceyx. fast. 2, 556. LIV. 1, 55, 5 magnitudinem imperii portendens -um. 26, 19, 7 -i eius, *sc. anguis immanis,* speciem. 42, 20, 4 haruspices in bonum versurum id -um ... responderunt. *et saepe.* VAL. MAX. 1, 6, 3 miro (PLIN. nat. 1, 11, 76). 1, 6, 11 magna (OROS. hist. 5, 12, 1 GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 163, 17. *al.; cf. p. 1608, 45. 1609, 38*). SEN. nat. 7, 1, 5 *cometes* -um sit an sidus. COLVM. 7, 11, 3 non habetur -um *sues mandere fetus suos* (*ad rem cf.* PLIN. nat. 8, 206). PLIN. nat. 7, 179 naturae opera, non -a, consectamur. 10, 41 implevit -um *praetor diem obeundo.* 14, 132 stetere glaciatae moles *vini* -i modo. 17, 241 inter vitia arborum est et -is locus (*cf. Theophr. hist. plant. 2, 3, 1 σημεῖα*). VAL. FL. 1, 743 deorum -is (*cf.* SIL. 16, 128 deum tam laeta ... -a. STAT. Theb. 11, 454 venerabile divum -um). QVINT. inst. 1, 10, 47 velut -o divinitus facto. TAC. hist. 1, 86, 3 *iter belli inundatum* a ... naturalibus causis in -um et omen imminentium cladium vertebatur. 4, 26, 2 apud imperitos -i loco accipiebatur ipsa aquarum penuria; ... quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira dei vocabatur. ann. 12, 64, 1 mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris -is (14, 12, 2 CLAVD. 26, 62). 15, 47, 1 -a imminentium malorum nuntia. SVET. Aug. 94, 3 -um Romae factum *esse* publice (*cf.* HIST. AVG. Comm. 16, 1 -a ... et publice et privatim hae⟨c⟩ facta sunt). TERT. nat. 2, 1, 7 nobis negotium est ... adversus exempla, -a, miracula. EPIT. Alex. 92 Alexander ... id -um ostendit (*sc. fetum portentosum; cf. 90* monstrum. *91* portentum). *al.* -i (-o, -is) similis (par IVV.): CIC. S. Rosc. 38 *parricidium* ita raro exstitit, ut ... portenti ac -i simile numeretur. Lig. 11. LIV. 5, 14, 3 intolerandam hiemem -isque divinis similem. COLVM. 1 praef. 7. PLIN. nat. 12, 129 in pretio ... -o simile est *malobathrum.* IVV. 4, 97 -o par est in nobilitate senectus. FLOR. epit. 3, 4, 4 simile -o, omnino totus interceptus exercitus (simili *trad.*). AMBR. exc. Sat. 2, 127 quid ... tam simile -i, quam homines credere in habitus ferarum potuisse mutari? quanto *eqs.* (*seq. p. 1609, 72*). *et saepe.*

β *speciatim respiciuntur*: Ⓘ *-a procuranda, expianda, ad haruspices deferenda sim.*: CIC. leg. 2, 21 (*verba legis*) -a portenta ad ... haruspices ... deferunto. TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 20, 3 quibus *arboribus infelicibus* portenta -aque mala comburi iubere oportet. LIV. 1, 20, 7 quae ... -a fulminibus ... missa susciperentur atque curarentur ([procurarentur *Gronovius; text. trad. def. Fontán, Emerita 42, 1974, 372*]. OROS. hist. 5, 4, 19). 1, 31, 4 Romanis ... ab eodem -o, *sc. imbre lapideo,* novendiale sacrum publice susceptum est. 1, 56, 5 cum ad publica -a Etrusci ... vates adhiberentur (*cf. l. 55. p. 1608, 15*). 5, 16, 1 Albani ... -i piacula (*cf.* TAC. hist. 5, 13, 1 evenerant -a, quae ... votis piare *non* fas habet gens *Iudaea*). 5, 17, 1 ad -i Albani procurationem (*al.* SEN. nat. 2, 38, 3 expiationes procurationesque -orum. *cf.* procurare *p. 1586, 64*). 10, 23, 1 eo anno -a multa fuerunt, quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit. 23, 31, 15 mare arsit eo anno, ... bos eculeum peperit, ... lapidibusque ... pluit; ob quem imbrem novendiale ... sacrum fuit, ceteraque -a cum cura expiata (*al., v. vol. V 2, 1705, 58 sqq.; cf. l. 2*). 27, 37, 6 (*nuntiatum est infantem incerti sexus natum*) id ... haruspices ... foedum ac turpe -um dicere; extorrem agro Romano ... alto mergendum (*sim. respiciuntur hermaphroditi*: 31, 12, 8 *in mare* deportatus similis [*gen.*] -i fetus erat. *al. apud eundem*). AVR. VICT. Caes. 26, 3 cum avertendis -is ... rem divinam ... ageret. *aliquid fit* ob -um, -i causa *sim.*: LIV. 3, 29, 9 ob id -um lustratum Capitolium esse (21, 62, 6 libros adire decemviri iussi. *al.*). 25, 7, 9 (= 27, 23, 4) horum -orum causa diem unum supplicatio fuit (41, 9, 7 consules maiores hostias immolarunt. 43, 13, 7 publicorum -orum c. libri a decemviris aditi *sunt. al. apud eundem*). 40, 59, 6 ludi Romani instaurati *sunt* ... propter -a, quae evenerant. Ⓘ *-a percipienda, nuntianda (sc. magistratui sim.), agnoscenda*: SALL. Catil. 30, 2 alii portenta atque -a nuntiabant (LIV. 22, 9, 8 taetra -a. 43, 13, 3 Anagniā duo -a ... sunt nuntiata, facem in caelo conspectam et bovem feminam locutam. *et saepius.* OROS. hist. 4, 4, 1 obscena et dira -a vel visa Romae vel nuntiata sunt. *al.*). LIV. 26, 23, 4 eodem anno -a aliquot visa nuntiataque sunt (40, 19, 1 -a multa foeda et Romae eo anno visa et nuntiata peregre. *al.* OROS. hist. 4, 4, 1 *supra.* 5, 15, 20 obscenum -um ac triste). 27, 37, 2 sub unius -i ... mentionem alia quoque nuntiata. 43, 13, 6 duo non suscepta -a sunt, alterum, quod in privato loco factum esset ..., alterum, quod in loco peregrino (*adde p. 1607, 71*).

b *in sacra scriptura et apud Christianos de miraculis, quae facit deus vel diabolus eorumque sequaces* (*non tam futura portendendo [ita l. 39] quam testando potestatem divinam; gr. respondet τέρας, nisi aliud adnotavimus*): α *vario usu*: VET. LAT. exod. 15, 11 (cod. 300. *al.*) *deus* mirabilis in maiestatibus, faciens -a (*Vulg.* mirabilia). psalm. 45, 9 (cod. 300 = VVLG.) videte opera domini, quae posuit -a super terram. 70, 7 (*ibid.*) tamquam -um factus sum multis (*Hier. psalt. sec. Hebr.* quasi portentum. *item pro -o est homo*: Ezech. 24, 27 [cod. 176. *al.*] *propheta,* eris illis in -um [*Vulg.* in portentum]). LACT. inst. 4, 19, 6 *cum Christum crucifixissent, Iudaei* ne -is quidem caelestibus facinus suum intellegere quiverunt (RVFIN. Orig. in iud. 1, 5 p. 471, 12. *al.*). AVG. civ. 12, 28 p. 556, 7 cur ... ex latere viri femina facta sit, et hoc primum quodam modo -um quid praefiguraverit, dicetur. Ps. AVG. serm. 128, 1 *Christus* natus est sine patre in terris; o miracula, o -a! VITAE patr. Iurens. 139 dando atque ostendendo ... sanitatum dona et -a multa. *al.* β *iunctura* signa et -a *sim.*: VET. LAT. exod. 11, 9 (cod. 102; *loq. deus*) ut impleam s. mea et -a mea (*Vulg.* ut multa signa fiant). deut. 6, 22 (cod. 100, *sim.* VVLG.) dedit dominus s. et -a magna et saeva in Aegypto (act. 6, 8 [Aug. serm. 316, 1, *sim. al. et* VVLG.] Stephanus ... faciebat s. et -a m. in plebe. *cf.* s. magna et -a: Matth. 24, 24 [cod. 4. *al.* = VVLG.] pseudoprophetae ... dabunt *eqs.* FILASTR. 88, 7 *apostoli* fecerunt). II Thess. 2, 9 (cod. 75. *al.*) in omni virtute et signis et -is mendacii (VVLG. -is mendacibus). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 155, 12 signa ... et -a dei fide roborantur (*gr. I 1, 2 p. 83, 20 τεράστια ut*: ORIG. in Matth. 17, 1 p. 576, 27). DRAC. laud. dei 1, 42 praemonet ante pius quam mittat tanta pericla, -is signisque docens elementa fatigat. *et saepe.*

B *t. t. artis logicae* (*pro gr. τεκμήριον*) *de media sententia syllogismi vel syllogismo primae figurae* (*sc. quo quid demonstratur*): BOETH. anal. pr. 70b2 sic dividendum signum, horum autem medium -um dicendum (nam -um dicunt esse quod scire facit, tale autem maxime medium), aut quae quidem ex extremitatibus signa dicendum, (4) quod autem ex medio, -um; probabilissimum enim ..., quod est per primam figuram.

II *per similitudinem, sed fere neglecta vi significandi, appellantur -a quaecumque aliena sunt ab ordine quodam naturali, consueto* (*comparationes, sc.* -i modo *sim., v. p. 1606, 54 sqq. 1607, 59; accedit gen. explic. p. 1609, 6. 64, qualitatis p. 1609, 74; fere pro syn. accedunt in malam partem maxime* monstrum *l. 69. p. 1609, 50. 70. al. et e. g.* CIC. Verr. II 4, 47 Catil. 2, 1, portentum *l. 72 sq. p. 1609, 67.* CIC. Phil. 13, 49 [*cf.* -orum portenta *p. 1609, 9*]; *in bonam partem* miraculum *p. 1609, 46*): **A** *de animantibus* (*de rebus per prosopopoeiam p. 1609, 10. 34, de falsis numinibus sub ld*): **1** *in malam partem refertur potius ad*: **a** *scelestos, pravos, saevos sim.*: α *homines*: CIC. Verr. II 2, 79 quod umquam huiusce modi monstrum aut -um audivimus ..., qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat *eqs.*? Sest. 38 habebam inimicum non C. Marium ... sed duo importuna -a *Pisonem et Gabinium,* quos *eqs.* Vatin. 36 in duobus -is rei publicae *Pisone et Gabinio* (Pis. 9 a fatali portento -oque rei p. *Clodio.* Phil. 13, 49 [*de Antoniis*]. *cf.* Pis. frg. 1 hoc portentum huius loci, monstrum urbis, -um civitatis *Pisonem*). *al.* SEN. contr. 1, 7, 8 *uxor* peperit mihi tria nescio quae -a variis generibus ... furentia; alium, qui *eqs.* ORAT.

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 15 odi illud palaestricum -um *Valerium Asiaticum* (*cf. 2, 14* latronis). QVINT. decl. 319, 4 femina inter -a numeranda, *sc. quae filium occidit.* PS. QVINT. decl. 3, 3. PANEG. 10, 2, 1 te ... -um multo taetrius *quam Geryonem* opprimentem (*i. Carausium*). CLAVD. 3, 89 -um cunctis immanius hydris ... Rufinus. COD. Theod. 9, 40, 17 (*de Eutropio*) lutulentum -um. 16, 5, 6, 1 nefanda ... -a sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu (*de haereticis ut*: COLL. Mos. 15, 3, 4 Manichaeos ... veluti nova ⟨et⟩ inopinata -a in hunc mundum ... progressa ... esse. CONSVLT. Zacch. 2, 11, 7 innumera ... talium -orum portenta). BOETH. cons. 2, 1, 3 (*de Fortuna*) multiformes illius -i fucos. *al.* β *bestias* (*cf. bα*): VERG. Aen. 8, 295 tu, *Hercules,* Cresia mactas -a (SERV. Cretensem taurum). EPIST. Alex. p. 198, 3 ne ... cum aquarum -is bella gereremus (*nisi ad bβ*; *de eisdem cf. p. 197, 18 sq.* maiores elephantorum corporibus hippopotami). p. 199, 18 (*de scorpionibus*). ARNOB. nat. 1, 11 p. 12, 4 tam saeva -a (*i. serpentes*). CLAVD. 17, 297. 24, 346 pardos et cetera ... -a.

b *deformes, foedos* (*sc. specie externa*): α *monstra fabulosa* (*sublucet simul color saevitiae*): OV. epist. 9, 91 -um ... triplex ... Geryones. met. 13, 917 (*loq. Glaucus*) non ego -um nec sum fera belua (*cf. 912* monstrum). SEN. Phaedr. 175 (*nutrix ad Phaedram*) cur monstra cessant, aula cur fratris *tui, sc. Minotauri,* vacat? -a totiens orbis insueta audiet ..., quotiens amabit Cressa? VAL. FL. 4, 430 Harpyiae ... depopulant *Phinea*; ... talia -a ... perpetitur. EVAGR. vita Anton. 53 p. 919 informe -um ([*gr. θηρίον*]. OROS. hist. 1, 13, 2 [*de Minotauro*]). *al.* β *homines, animalia* (*addasne l. 12?*): QVINT. inst. 7 prooem. 2 si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas, licet habeat eadem omnia, -um sit tamen (*inde suspiceris huc pertinere etiam* 8 prooem. 33 orationem ... admirabilem non sic, quo modo -a miramur, et iucundam non deformi voluptate). COD. Iust. 6, 29, 3, 1 *fetus* ad nullum declinans monstrum vel -um.

c *stultos, ineptos sim.* (*addasne l. 9?*): SEN. epist. 50, 2 uxoris meae fatuam scis ... in domo mea remansisse; ipse enim aversissimus ab istis -is sum. PLIN. epist. 9, 17, 3 ista, sic enim appellas, -a perpessus es (*1* scurrae, cinaedi, moriones mensis inerrabant). TERT. nat. 1, 7, 7 videte, ⌊quale -um⌋ adversus nos *accusandos* subornastis, *sc. Famam,* quia quod ... tanto ... tempore ad fidem corroboravit, usque adhuc probare non potuit (⌊ ⌋ qualem prodigiam *trad.; corr. Oehler, coll. Verg. Aen. 4, 181 sqq., qui prius* qualem prodigam *temptaverat; alii alia, e. g.* qualem prodiciam *Rigaltius*). AVG. civ. 22, 8 p. 566, 8 quisquis adhuc -a, ut credat, inquirit, magnum est ipse -um, qui mundo credente non credit.

d *numina falsa, inania*: PORPH. Hor. sat. 2, 4, 3 *Socrati* obiecerant ..., quod nova -a pro diis haberet (*cf. e. g. Xen. mem. 1, 1, 1 καινὰ δαιμόνια*). PRVD. c. Symm. 1, 497 cave, *Roma,* ... inania ... -a ⌊et larvas⌋ ... tibi fingere (⌊ ⌋ esse deos *var. l.*).

2 *in bonam partem refertur ad homines singulari virtute praeditos* (*v. etiam l. 62*): FLOR. epit. 1, 10, 3 illa tria Romani nominis -a atque miracula, Horatius Mucius Cloelia, qui nisi in annalibus forent, hodie fabulae viderentur. 3, 18, 6 municipalia illa -a, *sc. sociorum duces.*

B *de quibuslibet rebus (quid -i loco habeatur indicat inf. vel acc. c. inf. e. g. l. 50. 69. p. 1610, 6, coni.* quod *l. 71); refertur ad*: **1** *scelesta, turpia sim.*: CIC. Verr. II 3, 171 non mihi iam furtum sed monstrum ac -um videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare *eqs.* IVV. 6, 84 -a et mores urbis (*i. mores prodigiosos*; -um *Nisbet, referens, ut vid., ad 82 sq.* nupta senatori comitata est Eppia ludum *eqs.*). TAC. hist. 4, 58, 5 (*legatus militibus deserturis*) ne hoc -um ... vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros. PS. QVINT. decl. 12, 3 haec -a, *sc. pastus corporum humanorum,* ... omnes exsecrabuntur. VET. LAT. Ezech. 33, 29 (cod. 176) propter omnia -a ipsorum, ⌊quae⌋ fecerunt (quas *cod.; gr. βδελύγματα, Vulg.* abominationes). ARNOB. nat. 4, 27 probra et flagitiosa -a *deorum.* FIRM. err. 4, 2 quod hoc monstrum est quodve -um? *effeminati sacerdotes* negant se viros esse *eqs.* ZENO 1, 1, 17 (*spectat ad Dan. 13, 8 sqq.*) Susannam ..., insigne pudicitiae testimonium, e senioribus duo, sed uno incensi -o, ... deperire coeperant (*sc. eodem amore illicito; nisi de ipsa muliere praestantissima intellegas, ut ad A2 spectet*). HEGES. 5, 53, 1 p. 414, 27 nobis ... parantur -a poenarum, tormenta exquisitissima. EMPOR. rhet. p. 566, 30 virginem ... parricidium non refugisse habendum in maiore -o. *al.*

2 *absurda, rationi repugnantia*: CIC. or. frg. A 9, 15 te ..., Catilina, consulatum sperare ... non -um atque portentum est? LIV. 31, 29, 11 Capua ... superest, urbs trunca sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, -um. TERT. pall. 4, 1 -um est ⌊haec⌋ sine pallio fieri (⌊ ⌋ *sc. quae sunt a palliatis, i. Graecis, instituta*). ARNOB. nat. 7, 36 p. 389, 24 monstrum et -um iudicamus, quod quisquam hominum credit ... augustiorem fieri deum fumo. AMBR. exc. Sat. 2, 127 (*praecedit p. 1607, 64*) quanto maioris est -i, ... animam ... bestiarum suscipere naturam *eqs.*? LEO M. epist. 35, 1 Conc.^{S} II 4 p. 6, 23 de quo -o falsitatis quis non videat, quae opinionum monstra nascantur? ([*vers. gr. τερατώδους ψεύδους*]. serm. 28, 5 -a falsitatum).

3 *quolibet modo miranda, insolita*: OV. met. 6, 321 stagnum ... locumque -o notum (*sc. rusticis in ranas mutatis*). LIV. 23, 45, 9 (*Hannibal ad milites*) ferrum nunc hebet? an dextrae torpent? an quid -i est aliud? PLIN. nat. 14, 116 sunt et in vino -a; dicitur ... fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem *eqs.* 19, 54 (*de alimentis exquisitis*) heu -a ventris! mirum esset *eqs.* 36, 104 Milonem ... *tantum* debuisse inter -a animi humani duco. 37, 54 plurima illi *magi* prodidere de gemmis ab medicinae blandissima specie ad -a transgressi.

deriv.: prodigialis, prodigiatores, prodigiolum, prodigiosus.

prōdigīvus, -a, -um. [*a* prodigere, *cf. adi. a verbis derivata* nocīvus, recid-īvus *al. Fo.*] *i. q. prodiguus* (*sc. de hostiis; ad rem v. Pighi, De ludis saec., 1941, 310 sq.*): ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 91 ⟨inmolavit hostias⟩ -as Achivo ritu (*aliter suppl. Pighi*: ⟨inm. agnas feminas IX⟩). Sept. Sev. 5ª, 49 Pighi ⟨inmol⟩avit terrae matri s⟨uem⟩ pl⟨enam⟩ Graeco A(chivo) r(itu) -am hac pr⟨e⟩c(atione) *eqs.* (5ª, 50 ⟨hac s⟩ue plena propria ⟨prodi⟩giva).

prōdigo, -ēgī, -āctum, -ere. *a* pro *et* agere (*de forma praeverbii per* d *litteram aucta v. p. 1417, 63*). *inf. praes. pass.* -gei FRONTO p. 95, 5. *de notione* (*cf. p. 1605, 60*): FEST. p. 229 -eris, consumpseris, perdideris (*affert* CAECIL. *l. 52 et Plaut. p. 1611, 47*). SYNON. Cic. p. 418, 10 consumit. dissipat ... profundit. -it. perdit *eqs.* GLOSS. -o: *ἀσωτεύομαι.* -it: redigit. -unt: prorogant. -ere: prodere. -tis: consumptis. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1834 -ere: perditum dare. *legitur in versibus apud* NAEV., PLAVT., CAECIL., POMPON., SIL., *in prosa oratione apud* VARRONEM, SALL. *et inde a* TAC., SVET.; *p. p. p.* -tus *non ante* TERT. [*variat cum* producere *l. 64 (restit. l. 71); falsa var. l.* LACT. opif. 19, 9 -erit *pro* prodiderit.]

i. q. foras agere: **1** *vi incorporali, sc. aliquid foras dare, ut non iam praesto sit vel exsistat, consumere*: **a** *utendo, erogando* (*sc. in malam partem praeter l. 40. 57; indicatur finis per praepos.* in *c. acc. l. 36. 47. al.,* ad *l. 51, fort. etiam per dat. l. 37, nisi est abl. instr.*): α *opes, pecuniam, patrimonium sim.* (*obi. e contextu subaudiendo l. 42. 46; absolute l. 52 sqq.*): NAEV. com. 84 duo adulescentes ..., qui hic ante parta patria peregre -unt (SALL. or. Lep. 17 nisi ... aliena bene par[a]ta -erint). PLAVT. Aul. 380 festo die si quid -eris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Merc. 1020 egebit, qui suom -erit (TAC. hist. 1, 20, 1 sua). SIL. 15, 496 bello ... parata -ere in bellum. TAC. ann. 3, 52, 1 *luxus* immensum proruperat ad cuncta, quis pecunia -itur (FRONTO p. 95, 5 AVR. VICT. Caes. 40, 24). 16, 3, 1 consumebantur ... veteres opes quasi oblatis *novis,* quas multos per annos -ret *Nero* (SVET. Nero 30, 1. CLAVD. MAM. epist. 1, 3 cum tuas o. in usus inopum -is). APVL. Plat. 2, 4 p. 227 *lascivia* immoderatius fundendo patrimonia -it facultates. VLP. dig. 38, 5, 1, 17 *libertus* accepit mutuam; ... accepit et -egit. TERT. paenit. 8, 8 *deus* te filium suum, etsi acceptum ab eo -eris ..., recipiet (*respicitur parabola filii prodigi [Luc. 15, 11 sqq.] ut*: pudic. 9 p. 236, 30 qui acceptam a deo patre substantiam utique baptismatis *al.* -it ethnice vivens [HIER. in Ion. 4, 10 l. 303 D. *al.*]. PACIAN. epist. 1, 5, 8 post -ta omnia bona. PETR. CHRYS. serm. 1, 5 -ente filio dissipantur *bona*). LACT. inst. 6, 11, 23 patrimonia in res supervacuas -untur (AMBR. in Luc. 6, 56 [*ad 8, 43* erogaverat omnem substantiam] congregatio gentium ... p. vitale -erat. RVFIN. Basil. hom. 3, 3 si magistratus in theatris ... totum p. suum largitur ac -it [*Migne gr. 31, 268^{A} τοὺς ... τὸν πλοῦτον προεμένους*]. *al.*). DON. Ter. Eun. 10, 2 adulescens, qui rem familiarem ad nequitiam -erat. *al.* *absolute*: CAECIL. com. 74 -ere est, cum nil habeas, te inrid⟨er⟩ier. POMPON. Atell. 162 alter amat, potat, -it, patrem suppilat semper. PANEG. 12, 14, 6 'fruimini' aiebat *imperator militibus,* 'dissipate, -ite'. β *victum*: MOD. dig. 1, 18, 18 ut ne quis praesidum munus donum caperet nisi esculentum potulentumve, quod intra dies proximos -atur.

b *perdendo, delendo, irritum faciendo* (*usu generali*: GELL. 15, 5, 2 *v. sub* profligare): α *hominum corpus, mentem*: GELL. 2, 27, 5 *rex Philippus* qui singulos artus suos fortunae -endos daret quaestu ... gloriarum (*cf. Demosth. cor. 67 μέρος ... προϊέμενον*). TERT. apol. 48, 9 quaecumque te, *homo,* materia destruxerit, hauserit, ⌊aboleverit, in nihilum -erit, reddet te⌋ (absorpserit in n. redegerit reddet *rec. Φ. cf.* resurr. 11, 9 carnem in nihilum -tam [productam *var. l.*]). anim. 20, 4 paralysis mentem -it, pthisis servat. β *bona incorporea, vitam*: CYPR. unit. eccl. 21 si confessionem suam mala confessione -erit. AMM. 16, 12, 50 *Alamanni* -ere vitam pro victoria contendentes. TRACT. Pelag. 6, 4, 6 p. 129 in vanum -ta est castitas (MAX. TAVR. 50a, 2 saturitas ... castitatem -it, nutrit inlecebram). MAX. TAVR. 18, 2 qui aurum redigit, gratiam -it.

c *peragendo, ad finem ducendo; -itur*: α *tempus*: TERT. apol. 18, 3 *deus,* qui -to aevo isto iudicaturus sit suos cultores (-to *ed. Heraldii,* peracto *rec. Φ,* producto *vulg.*). adv. Marc. 5, 6 p. 589, 3 paene iam totis saeculis creatoris -tis. ?β *somnus*: TERT. anim. 48, 1 certiora somniari ... sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore, -to sopore (*nisi intellegas soporem foras agi, expelli, ut ad 2 vergat*).

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *vi locali, sc. propellere animalia* (*cf. p. 1610, 75*): VARRO rust. 2, 4, 8 admissuras cum faciunt, [et] -unt *sues* in lutosos limites ac lustra. 2, 7, 11 cum matribus in pabulum -endum (*sc. pullos equinos; de eadem re Colum. 6, 27, 12* producendus erit). 3, 9, 14 *gallinae parvae* -endae in solem et in stercilinum.

deriv.: prodigentia, prodigium, prodigivus, prodigus, prodiguus.

prōdigus, -a, -um. *a* prodigere, *cf.* abiga. *de origine*: PORPH. Hor. carm. 1, 12, 37 -i ... dicuntur proprie, qui bona sua a se dispergunt, quasi porro ea ab se agentes (ISID. diff. 1, 326 *et* orig. 10, 215, *v. l. 17 sq.*). CHAR. gramm. p. 389, 7 qui prodigia faciunt, -i vocantur (DIFF. ed. Beck p. 74, 13; *v. p. 1607, 11 sq.*). NOT. Tir. 58, 75 -um. *compar. et superl. desunt. de notione* (*v. etiam l. 8. 51*): LACT. inst. 6, 17, 18 eum, qui rei familiari suae non parcat, -um vocant (*postea*: -us ..., qui ... sine respectu rei familiaris effundat. *distinguitur* liberalis). SYNON. Cic. p. 423, 21 effrenatus. ... profusus. perditus. -us. sumptuosus. p. 432, 17 luxuriosus. -us *eqs.* ISID. diff. 1, 326 luxuriosus, quasi solutus in voluptates ...; ⌞-us autem sumptuosus, qui omnia porro agit et quasi proicit⌟ (⌞ ⌟ *sim.* orig. 10, 215 -us, sumptuosus atque consumptor *eqs.*). GLOSS. -us: *ἄσωτος, ἀνάλωτος, γαστρίμαργος.* profusus, largus. nimis largus, devorator. dapsilis, largus. perditus in feminis aut eversor aut persona turpis. dilapidator. dissipator substantiae. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1883 -us: naufragus (*fort. ad Cic. Sull. 41* patrimoni naufragus). *al. legitur fort. iam in* LEGE XII tab. (*v. p. 1612, 2*), *certe inde a* PLAVTO, *?* AFRAN. (*in tit. fabulae*), RHET. Her., CIC., VERG. *per totam latinitatem.* [*variat cum* prodigium *e. g.* PLIN. nat. 34, 163. 37, 67 ENNOD. epist. 1, 12, 1 p. 22, 3 (*restit.* PLAVT. Nerv. frg. 4); *falsa var. l. pro* providus *p. 1613, 22; perperam restituit Oehler* TERT. nat. 1, 7, 7, *cf. p. 1609, 37.*]

I *notione originaria significatur qui quid prodigit, large impendit. saepius adhibetur in malam partem; in bonam vel neutram partem sub A2 et e. g. p. 1612, 64. 69. 1613, 5; accedunt adv.* male *p. 1613, 13,* bene *p. 1612, 54. 1613, 30,* pie *p. 1612, 55. saepe accedit subiecto praedicative, sc. casu nom. e. g. l. 53. 57. p. 1612, 54, voc., si locum recte intelleximus, l. 71; masc. pro subst. e. g. l. 63. p. 1612, 1 (cf. p. 1613, 54); neutr. pro subst. p. 1612, 31. cum gen. obi., p. 1612, 10. 22. 53. 63. 1613, 4 et passim sub B2, 3, 4 (cf.* PRISC. gramm. III 216, 21, *qui affert p. 1613, 5); rarius cum abl. modi sim., v. p. 1612, 16 sqq.* (in *c. abl. v. p. 1612, 60*) *et cf. p. 1613, 46; cum dat. commodi p. 1612, 56. fere pro syn. accedunt* luxuriosus *l. 48,* effusus *p. 1612, 28,* nimius *p. 1612, 62,* liberalis *p. 1612, 51 (sc. ubi in bonam partem adhibetur); fere opp.* parcus *p. 1612, 56. 62,* praeparcus *l. 55,* avarus *p. 1613, 30 et* SEN. rem. fort. 10, 3, frugi SEN. epist. 120, 22; *disting.* liberalis *l. 51,* munificus *p. 1612, 13. homoeoprophora v. l. 47. p. 1612, 50.*

A *prodiguntur opes, pecunia*: **1** *potius in malam partem, sc. cum respectu effundendi vel immodice consumendi*: **a** *-i sunt animantes, sc. fere homines, vel animi, coetus sim. eorum* (*apes l. 53 sqq.; fluvius, sc. in imagine, l. 69*): **α** *quaelibet exempla* (*selecta inde ab* HOR.): PLAVT. Amph. 1031 -um te fuisse oportet olim in adulescentia. Nerv. frg. 4 ⌞producte -um esse⌟ amatorem addecet (⌞ ⌟ productae prodigium esse m *trad.*). AFRAN. (*v. p. 1620, 40*). RHET. Her. 4, 34, 46 si quis hominem -um et luxuriosum inludens parcum et diligentem appellet (MACR. Sat. 3, 16, 14). CIC. Catil. 4, 10 Lentulum largitorem et -um. off. 2, 55 duo sunt genera largorum, quorum alteri -i, alteri liberales: -i qui epulis et visceration ibus ... pecunias profundunt *eqs.* (*item disting.* liberalis *vol. VII 2, 1292, 51 sqq.*). VERG. georg. 4, 89 *e ductoribus apium* deterior qui visus, eum, ne -us obsit, dede neci (*cf.* SERV. *ad l.*: non mella conficiens, sed mella consumens. *sim. de apibus*: PLIN. nat. 11, 67 -as atque edaces [*opp.* praeparcae]). HOR. sat. 1, 2, 4 hic, ne -us esse dicatur metuens, inopi dare nolit amico *eqs.* epist. 2, 1, 238 *Alexander* poema ... tam ridiculum tam care -us emit (*item de emptore*: LVCAN. 4, 95 *miles fame laborans* toto censu non -us emit exiguam Cererem. *cf. p. 1613, 18 sq.*). PLIN. nat. 36, 116 contemplatio tam -ae mentis. SIL. 7, 138 *Hannibal* castra ... deserta relictā ostentat praedā atque invitat -us hostem. STAT. silv. 2, 1, 163 cupit omnia ferre -us et totos Melior succendere census. IVV. 7, 138 -a Roma. TAC. hist. 1, 66, 2 inopi iuventa senex -us (SVET. Tib. 42, 2). ann. 2, 48, 3 -os et ob flagitia egentes. SVET. Iul. 27, 2 -ae iuventutis subsidium unicum ... erat *Caesar.* Vit. 7, 3 *Vitellium* aetate integra, facili ac -o animo (*cf. p. 1612, 23. 32. 39*). TERT. paenit. 8, 6 mitissimum patrem ..., qui -um filium revocat (*spectat ad Luc. 15, 11 sqq. ut*: patient. 12, 7 FIRM. err. 4, 3 HIER. epist. 2, 3. *al.; cf. p. 1612, 25 et* LACT. inst. 5, 8, 11 -i ... liberi *dei*). MAR. VICTOR. aleth. 1, 303 (*in imag.*) donec *Euphrates* siccus aquis nomen (*i. debitum*) quoque -us ipsum consumat terris, pelagi quod debuit undis (*cf. e. g. Mela 3, 78 non* effluit ..., sed deficit). ARATOR act. 1, 393 (*respicitur act. 4, 34*) non -ĕ, rerum venditor, ista facis, sed qui tua iura tenere ambitiosĕ cupis (*voc. pro nom. usu praedicativo, cf. 1, 1016 sq.* exspectate ... venis; *aliter interpungunt edd., sc. vel* non, -e, r. v. *eqs. vel* non, -e r. v., ista *eqs.*). *al. fere technice apud iuris consultos* (*v. Kaser, Privatrecht I*^{2}*, 1971, 85. 278 sq.*): GAIVS inst. 1, 53 -is interdicitur bonorum suorum administratio (*sim.* VLP. dig. 27, 10, 1 pr. lege duodecim tabularum -is interdicitur *eqs.* [*postea*: bona sua dilacerando et dissipando profudit]. *cf. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 645 sq.*). reg. 12, 3 a praetore constituitur curator ... libertinis -is. PAVL. sent. 3, 4A, 12 -us ... ad bonos mores reversus ... testamentum facere potest. COD. Theod. 10, 17, 1 quaecumque pro reliquis -orum in annonario titulo ... sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur (*praeter necessitatem explicat Gothofredus 'quae pro usu cotidiano prodigi oportet', sc. subst. neutr. intellegens*). *et saepius.*

β *cum variis additamentis*: Ⓘ *gen. obi.*: PLAVT. Most. 875 *servi* peculi sui -i. HOR. ars 164 *iuvenis* -us aeris. VELL. 2, 48, 3 fortunae (*v. p. 1613, 27*). TAC. Germ. 31, 3 *Chatti* prout ad quemque venere, aluntur, -i alieni, contemptores sui. CLAVD. 8, 500 *Honorius* munificus largi, sed non et -us, auri (20, 87 leno ... alieni -us a. 22, 151. *cf. l. 54*). SIDON. epist. 1, 11, 5 pecuniae ... per avaritiam parcus, per ambitum -us (*cf. l. 53*). *al.* Ⓘⓘ *abl. modi vel causae*: TAC. ann. 15, 35, 2 iussi accusatores obicere -um largitionibus (*sc. esse Silanum*). CYPR. Demetr. 10 aut ... superbia inflatus es ... aut alea -us. ENNOD. carm. 2, 61, 3 fames lassato -a censu.

b *-i sunt hominum mores, actus sim.*: LIV. 5, 20, 2 ne quam inde ... invidiam apud patres ex -a largitione caperet *dictator eqs.* (5, 20, 5. *cf. l. 50*). LVCAN. 4, 373 o -a rerum luxuries. IVV. 10, 304 -a corruptoris improbitas. TAC. hist. 1, 74, 1 quemcumque quietis locum -ae vitae legisset *Vitellius* (PORPH. Hor. sat. 1, 8, 11. ALC. AVIT. carm. 3, 372 postquam ... vita ... consumpto mutata est -a censu [*spectat ad Luc. 15, 11 sqq.*]). PS. QVINT. decl. 5, 11 famem ..., ad quam luxuria -arumque voluptatium continuatione venisti (proditarumque *var. l.*). FRONTO p. 238, 19 sumptu numquam -o fui, quaestu interdum necessario. GELL. 6, 11, 7 luxum vitae -um effusumque. CYPR. eleem. 22 -a et stulta voluptatum ... vanitate. PS. CYPR. pudic. 12, 2 *pudicitiae est* videre, ... ne quid in se sit ... ultra honestatem productum, ne quid -um (prodignum *vel* proditum *codd.*). AVSON. 23 (259 S.), 38 -a ... sceptra Vitelli. SCHOL. Cic. Bob. p. 107, 13 -os mores.

c *-um est quodcumque vario modo ad prodigendum vel ad homines -os pertinet*: **α** *de rebus pretiosis, nimis caris* (*sc. in quas prodigitur magna pecunia*): PLIN. nat. 13, 25 odore -o *unguentorum in potus additorum.* 37, 15 e margaritis ..., tam -a re et feminis reperta. 37, 67 in tam -is pretiis (prodigiosis *Detlefsen coll. p. 1604, 48*). STAT. silv. 2, 1, 157 quid ego exsequias et -a ⌞flammis⌟ dona loquar? (⌞ ⌟ *dat. pro gen. ut e. g. Lucan. 7, 5* pabula flammis; *aliter van Dam, comm. 1984, ad l.*). TAC. hist. 1, 62, 2 Vitellius ... fortunam principatus inerti luxu ac -is epulis praesumebat (2, 95, 2. *cf.* TERT. apol. 39, 14 cenulas nostras ... ut -as ... suggillatis). -um est *cum acc. c. inf., sc. usu peculiari*: PLIN. nat. 34, 163 ⌞quae ... in scyphis cerni -um (prodigium *var. l.*) erat⌟, haec in vehiculis adteri cultus vocatur (⌞ ⌟ *fere pro 'quae in s. visa nimis cara habita sunt'*). **β** *de fabulis, in quibus sunt personae vel actiones -ae*: TERT. spect. 17 p. 19, 23 comoediae ... -ae.

2 *potius in bonam partem, sc. cum respectu liberaliter dandi, largiendi (-i sunt animantes vel actus eorum, res per prosopopoeiam l. 54)*: PLAVT. Poen. 716 propere hosce *nummos* absumi volo. :: edepol, fecisti -um promum tibi. RVT. LVP. 2, 9 (*Lysiae frg.*) ⌞-am⌟ in multos largitionem (⌞ ⌟ pergam *codd.*). MART. 1, 99, 2 tam -us atque liberalis et tam lautus eras. PRVD. cath. 7, 217 (*respicitur Matth. 6, 3*) dextram ... laudis rapacem, -am pecuniae (*item cum gen. obi.*: BOETH. cons. 2 carm. 2, 10 deus multi -us auri). psych. 581 Operatio ... effundens patrium bene -a censum. PAVL. NOL. epist. 23, 34 (*respicitur Ioh. 12, 3 sqq.*) in feminam pie -am. CE 1436, 6 *mulier* -a pauperibus, nam sibi parca nimis. *al.*

B *prodiguntur varia; sublucente haud raro imagine rei pecuniariae significantur*: **1** *qui impendunt, profundunt vel offerunt, praebent* (*fere de animantibus eorumque virtutibus sim.; de terris l. 64 sqq. 75, sidere l. 72, fluvio p. 1613, 1*): **a** *generatim*: **α** *cum praepos.* in *c. abl.*: CIC. ad Brut. 23, 3 unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius et tamquam -us. ENNOD. epist. 1, 24, 1 p. 35, 12 ut sis ita parcus in gratia, -us in querela (4, 6, 3 p. 101, 25). **β** *cum gen. obi.*: HOR. epist. 1, 7, 42 Ithace locus ... neque planis porrectus spatiis nec multae -us herbae ([PORPH.: nec largus, nec qui multas herbas proferat]. AVIEN. orb. terr. 360 -us herbarum caespes iacet [*gr. 241 εὔβοτος εὐλείμων τε*]). SIL. 6, 144 quorum *laticum* est haud -a tellus *Libyca.* STAT. Theb. 6, 767 hic ... cunctatus vires dispensat, at ille nocendi -us incautusque sui ruit omnis (CLAVD. 17, 227). VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 l. 214 Sisinnius fuit ... laboris -us, ad omnia perseverans. SYMM. epist. 2, 2 -a laudis vetustas (*postea*: mihi ... sermo parcior ... est). AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 349, 4 *meretrix* osculi -a (o(s)culis *var. ll.*). CLAVD. 22, 461 *Aquarius* madidae ... -us urnae (*sc. imbrium; cf. p. 1613, 1*). carm. min. 9, 30 *hystrici est* parcus ... sui tumor iraque numquam -a telorum. **γ** *sine additamentis*: OV. met. 15, 81 -a divitias alimentaque mitia tellus suggerit. CLAVD. rapt. Pros. 2, 70 *Hermus*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amnis ... undantem declinat -us urnam. *ironice et acerbe de Parca*: CE 443, 4 (*saec. II?*) *puellae* fata, sanguinea palla quae texit -a Clotho.

b *speciatim respiciuntur qui vitam impendunt, se periculis offerunt sim.* (*hic illic sublucet respectus perdendi, maxime l. 15*): **α** *cum gen. obi.*: HOR. carm. 1, 12, 38 animae ... magnae -um Paulum ([*cf.* PORPH.: contemptorem vitae]. SIL. 1, 225 -a gens a. et properare facillima mortem. *adde loc. seq.*). OV. am. 3, 9, 64 sanguinis atque animae -e, Galle, tuae (ITIN. Alex. 53 tanti -us s. SALV. epist. 4, 20. *cf. l. 18 sq. et* PRVD. perist. 2, 18 armata pugnavit Fides proprii cruoris -a). STAT. Theb. 3, 69 ut mihi -a vitae pectora ... aspicias (8, 406 v. -a virtus. FAVST. REI. epist. 5 p. 186, 1. *al.*). PANEG. 12, 23, 4 *homines* tam -os sui ([*cf. ibid. antea*: perire festinant, *12, 24, 2* qui vitam ... contemnat]. HEGES. 5, 42, 6 hostem ... iam sui -um et totum se expendentem periculis. PRVD. perist. 3, 68 male -a corda sui. COD. Theod. 9, 25, 3). CLAVD. 5, 183 lucis, *sc. vitae,* -us ... impetus. MACR. Sat. 7, 3, 21 si virum fortem vituperes quasi salutis suae -um. **β** *cetera exempla*: SIL. 15, 42 (*de Virtute*) haec -a Paulum, haec Decios ... Erebi detrusit ad undas. STAT. Theb. 10, 764 (*loq. Menoeceus se devovens*) gaudia, ... toto quae sanguine -us emi. Ps. PROSP. carm. de prov. 948 sanguine quos *fideles* proprio quaesivit -us emptor (*sc. Christus; cf.* ARATOR act. 2, 324 cum -a Iesu ... velit pietas succurrere cunctis).

*?***2** *qui ex intimo proferunt, produnt* (*si coll. p. 1611, 1 agnoscas imaginem localem nec ad 3 trahere malis; cf. falsam var. l. pro* providus OV. met. 12, 18 veri -us augur): HOR. carm. 1, 18, 16 arcani ... fides -a. HEGES. 1, 40, 1 promptiore lingua et secretorum -a (POMER. 3, 9, 1 *sunt* -i s., tenaces malorum).

3 *qui perdunt, male consumunt vel contemnunt, neglegunt* (*cf. 1b et 2*): VELL. 2, 48, 3 C. Curio ..., vir ... suae alienaeque et fortunae et pudicitiae -us. SEN. dial. 10, 1, 4 non accipimus brevem vitam sed facimus nec inopes eius sed -i sumus (*cf.* EVCHER. laud. her. 34 illos *habitatores deserti* aeternitatis rectissime avaros, bene -os brevitatis [*i. vitae temporariae*]). GELL. 11, 5, 4 *sec. Pyrrhonem nihil decerni posse concedat necesse est,* quisquis homo est non praeceps neque ⌊iudicii⌋ sui -us (⌊ ⌋ *si de facultate iudicandi dictum; opiniones intellegunt alii, ut locus ad 1 pertineat*). SYMM. or. 7, 3 *in amicitiis comparandis non* ita sum -us publicae dignitatis, ut de alieno solvam contractum domesticae gratiae. PRVD. psych. 311 luxuria extinctae iam dudum -a famae (COD. Theod. 2, 14, 1 f. suae -os). ENNOD. carm. 2, 24, 4 fera -a legis (*sc. lupa, i. meretrix*). 2, 75, 1 recti dissuasor, -us aequi. dict. 18, 5 -us frontis est (*i. pudoris*), qui punitorem mali credit facinorum sectatorem (epist. 9, 4, 2 p. 231, 15. *cf.* -a frons *c. gen. obi.*: epist. 1, 12, 1 p. 22, 3 pudoris [*al. apud eundem*]. 4, 11, 1 p. 106, 12 honestatis [*antea*: dispendium pudoris]. opusc. 2, 122 p. 325, 9 verecundiae. *gen. subaudiendo*: epist. 2, 28, 2 p. 70, 4 frons diu -a [*sc. pudoris sim.*]).

4 *qui peragunt aetatem* (*cf. p. 1610, 70*): AVSON. 12, 8 (225 S.), 1 hoc tegor in tumulo, quarti iam -us aevi, Nestor.

II *notione deflexa*: **A** *cum respectu magnitudinis, fere i. q. amplus, magnus sim.*: MORET. 35 *mulier* cruribus exilis, spatiosā -a plantā. TERT. pall. 1, 1 *tunicae* neque trans crura -ae ... nec brachiis parcae. SOL. 9, 22 hunc ... lapidem ... parturientibus opitulari fama -a est. AVSON. Mos. 104 *salmo,* cui -a nutat alvus. **B** *cum respectu intemperantiae eorum qui prodigunt, fere i. q. effrenatus, immodicus sim.*: QVINT. decl. 292, 3 (*agitur de puero formoso*) isti, qui -is omnes oculis intuentur (profugis *vel* protervis *coni. Shackleton Bailey, Harv. Stud. Class. Phil. 37, 1983, 234*). TAC. ann. 11, 26, 3 *Messalina* nomen ... matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiae, cuius apud -os novissima voluptas est (*'in omne genus voluptatis effusos' explicat Ruperti*; perditos *coni. Nipperdey*). GELL. 1, 15, 17 quorum lingua tam -a infrenisque sit, ut ... aestuet conluvione verborum taeterrima (AMM. 28, 6, 28 sibi iussas *esse* abscidi linguas ... ut -as [procaces *coni. Wagner, alii alia, praeter necessitatem*]). 19, 2, 3 voluptates duae gustus atque tactus, id est libidines in cibos atque in Venerem -ae (*cf. 19, 2, 1* quae inmodice voluptas capitur. *2 voluptas,* quae nimia ... est).

adv. **prōdigē.** *compar. et superl. desunt. legitur inde a* CIC., *non nisi in prosa oratione.*

i. q. modo prodigo (*opp.* parce *l. 74*): **1** *respicitur effusio immoderata, inconsiderata*: **a** *rerum*: **α** *opum sim.*: -e vivere: CIC. Phil. 11, 13 non possunt non -e vivere, qui nostra bona sperant, cum effundant sua. AVG. conf. 1, 18, 28 ut in longinqua regione vivens -e dissiparet, quod dederas proficiscenti dulcis pater (*sec. Luc. 15, 13* vivendo luxuriose. *eodem spectant*: serm. 330, 3 QVODV. temp. barb. 1, 7, 14. *al.; cf. l. 73*). *cum verbis effundendi sim.*: SEN. dial. 7, 20, 4 quidquid habeo nec sordide custodiam nec -e spargam. 10, 10, 4 ille, qui multa ... avare rapuit, -e effudit. APVL. Socr. 22 p. 170 invenias in rationibus multa -e profusa. COD. Theod. 2, 29, 1 eorum, quae -e nefarieque proiecerunt. GREG. M. in euang. 36, 7 (*spectat ad Luc. 15, 11 sqq.*) partem substantiae ... -e expendit. **β** *quarumlibet*: SEN. dial. 9, 3, 8 alii parce illo, *sc. tempore,* utimur, alii -e. TERT. apol. 11, 10 illum deum deificum ..., qui non temere nec indigne nec -e tantum praemium *divinitatis* dispensarit. PORPH. Hor. carm. 2, 14, 25 adservans, quod heres -e sit abusurus, *sc. Caecuba vina.*

b *hominum, sc. quibus non parcitur vel quorum vita non servatur*: SEN. epist. 88, 30 clementiam, quae alieno sanguini tamquam suo parcit et scit homini non esse homine -e utendum.

2 *respicitur abundantia*: SOL. 11, 4 *Creta* non stipata c urbibus, sicut perhibent, qui -e lingua largiti sunt (*var. l.* linguam, *sed potius obi.* urbes *intellegendum*).

deriv.: prodigalitas, prodigitas.

prōdiguus, -a, -um. *a* prodigere, *cf.* ambiguus, exiguus. *i. qui prodigitur, sc. technice de hostiis, quae totae traduntur igni* (*cf.* prodigivus): FEST. p. 250 -ae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur, unde homines quoque luxuriosi, prodigi. *Brenner.*

prōdīnunt *v.* prodeo *p. 1595, 43. 45.*

prōdis *v.* prode. **[prōdisco** *falsa var. l., v. p. 571, 70.***]**

1. **prōditio,** -ōnis *f. a* prodere. *legitur fere sing. (plur. binis locis apud* CIC., LIV. *et e. g. p. 1615, 62) in sermone pedestri inde a* CATONE, CIC., CAES., *frequentant nimirum historici et declamatores; in poesi exstat singulis locis apud* VERG., LVCAN., PETRON., PRVD. *al., quinquies apud* OV.

i. q. actio prodendi: **I** *proditur tempus, ut sit fere i. q. prolatio* (*cf.* GLOSS. -o: dilatio [*nisi falso pro* del-, *v. p. 1615, 49*]): CATO orat. 222 cum -em non haberent *milites* (*v. p. 1628, 48*). FEST. p. 253 (*si recte suppl. Müller coll. p. 1628, 49*) ⟨proditio diei est⟩ prodictio (-duc- *Lindsay*), nam quod prodi⟨...⟩.

II *produntur quaelibet, sc. quae traduntur, deseruntur, deteguntur* (*fere fide violata praeter p. 1615, 3. 45 et plura sub B3* [*excusatur per adi.*: meritissima *p. 1615, 58,* necessaria *p. 1615, 67 et* CASSIOD. in psalm. 7 l. 12, pia *p. 1615, 47,* sancta *p. 1615, 67*]). *passim accedunt gen. subi. vel obi. (cf. praepos.* in *l. 56. p. 1615, 35), ceterum praepos.* ad *p. 1615, 43 (cf.* defectio ad *vol. V 1, 288, 33 sq.); gen.* -is *pendet e subst.* (*exempla potiora*): CIC. Verr. II 5, 106 crimen (Scaur. frg. 1, 4 LIV. 44, 16, 6. *al.*). Phil. 12, 6 suspicionem (top. 76 NEP. Phoc. 4, 1. *al.*). LIV. 27, 16, 3 auctor (*al., v. vol. II 1203, 23 sq.*). SEN. benef. 3, 25 praemia (CVRT. 5, 12, 5 IVST. 2, 15, 14). CVRT. 3, 13, 6 merces (LVCAN. 4, 221 TAC. hist. 3, 48, 2). 4, 5, 17 consilio (IVST. 2, 15, 16 ORIG. in Matth. ser. 84 p. 196, 12). LVCAN. 4, 221 pretium (TAC. hist. 3, 57, 1. 3, 78, 1 ann. 13, 56, 1). QVINT. inst. 5, 10, 107 reo (7, 1, 42. *al.* CALP. decl. 32. *al.*). 7, 2, 53 causis (decl. 266, 3 CLAVD. DON. Aen. 2, 155 p. 169, 7). *al.; cf. iuxta verba*: -is accusare NEP. Milt. 7, 5 Timoth. 3, 5 LIV. 40, 12, 9. *al.,* damnare *vol. V 1, 14, 45 sqq.,* insimulare *vol. VII 1, 1912, 7 sq., sim. al.*

A *generatim* (*sc. modo -is minus definito respicitur societas quaedam cum hostibus inita praeter l. 55 sqq.*): CIC. inv. 1, 37 parentis occisio, patriae -o (Cato 40 p. -es. LIV. 23, 15, 7 GELL. 2, 7, 11. *al.*). Phil. 12, 6 *ut Pansa pacis fautor* falsam -is a se suspicionem depelleret. *al.* BELL. Alex. 7, 3 aptissimum esse hoc genus *Alexandrinorum* ad -em. SALL. Iug. 47, 4 *Iugurthae legatos* consul inlectos ad -em domum dimittebat. *al.* LIV. 2, 25, 1 Volsci ..., si qua nocturna transitio -ove fieri posset, temptant castra. *al.* SEN. contr. exc. 4, 7, 2 populus Romanus veneno vinci hostem noluit, -e noluit. contr. 7, 7 them. -is sit actio. *al.* QVINT. inst. 5, 10, 107 lex est: 'qui patri -is reo non adfuerit, exheres sit' ...; lex altera: '-is damnatus cum advocato exulet'. decl. 266, 3 quoniam ... in causa -is de totius civitatis discrimine litigetur. *al.* TAC. hist. 2, 41, 1 incertum fuit, insidias vel -em an (an -em vel *trad.*) aliquod honestum consilium coeptaverint *tribuni ad Caecinam venientes.* ann. 1, 59, 3 non ... se -e ... sed palam adversus armatos bellum tractare *dixit Arminius. al. extra bellum* (*addasne vi quadam generali p. 1616, 30?*): CIC. fam. 5, 12, 4 multorum in nos perfidiam, insidias, -em notabis. LIV. 5, 11, 3 *plebi* extorqueri tribuniciam potestatem *arguit tribunus*; id ... scelere ac -e collegarum factum. SEN. nat. 4 praef. 3 -i, si capieris *blanditiis adulatorum,* ipse te trades. PETRON. 107, 6 si ... intervertissent pecuniam ..., si fidem -e laesissent *Encolpius et Giton.* 130, 2 (*verba Encolpii, qui spem amicae frustraverat*) -em feci, hominem occidi, templum violavi.

B *speciatim -o fit potius*: **1** *derelinquendo, deserendo, neglegendo*: **a** *rem publicam, ducem, socios sim.*: CIC. Verr. II 1, 35 (*34* quaestor consulem, exercitum ... deseruit) illam relictionem -emque consulis sui (*de eadem re*: 37 -o consulis tui conscelerata. *cf.* II 1, 41 miser cum esset Cn. Dolabella, *qui Ciliciae praefuit,* ... -e istius nefaria). CAES. Gall. 7, 20, 1 *Vercingetorix a suis* -is insimulatus, ... quod ... discessisset. *al.* NEP. Milt. 7, 5 accusatus ... est -is, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset. Timoth. 3, 5. OV. trist. 1, 3, 76 ultores habuit -is equos *Mettius Fufetius* (*de eodem*: LIV. 1, 27, 2 suis *populis* per speciem societatis -em reservat. 1, 28, 4). LIV. 33, 16, 5 *ut principes Acarnanum,* quod auctores eius sententiae fuissent (*sc. societatis cum Romanis ineundae*), -is ... damnarentur. LVCAN. 4, 221 (*loq. Petreius*) numquam nostra salus pretium mercesque nefandae -is erit. FRONTIN. strat. 1,

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 2 legionem ... corruptam *esse* ... ad -em. 2, 2, 14 simulata ... -e. TAC. hist. 3, 57, 1 *centurio classem* ad defectionem traxit fictis Vespasiani epistulis pretium -is ostentans. *al.* *produnt ipsi dei* (*sc. iniuriam ulciscentes*): PRISC. rhet. 6, 17 p. 555, 28 deorum ... placatorum providentia custoditur salva res publica, violatorum vero -e corrumpitur (*gr. aliter*). **b** *varia*: CIC. ac. 2, 27 et amicitiarum -es et rerum publicarum. LIV. 3, 69, 4 consules ... per -em dignitatis patrum plebi adulatos. VET. LAT. sap. 17, 12 (11) nihil ... est timor, nisi ⌞praesumptionis adiutorium -o cogitationis auxiliorum⌟ (*gr. προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων bis lat. redditum, v. Thiele, ed. Beuron. ad loc. p. 162 et 169*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 40, 1 -em fidei pietatisque (*Migne gr. 35, 448^{C} προδοσίαν. cf.* CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 2, 3 -is suae invidiam [*haeretici cuiusdam*]).

2 *tradendo hostibus vel inimicis, exponendo periculis sim.* (*in imag. l. 18. 40*): **a** *homines* (*singulos e. g. l. 24. 30 sqq., copias sim. passim; addasne l. 56?*): CIC. Verr. II 5, 106 ut ... -is crimen inferret *Verres nauarchis* (*antea*: quod classem praedonibus prodidissent). CAES. civ. 3, 83, 2 *quidam* postulavit ... L. Afranium -is exercitus. OV. am. 1, 5, 16 (*in imag.*) *puella* cum ita pugnaret, tamquam quae vincere nollet, victa est non aegre -e sua. LIV. 25, 16, 16 ne dubia -o esset *Flavi imperatorem in insidias inducentis.* 37, 10, 8 ratio simulatae -is (*5 ducem* classem ... traditurum *esse*). SEN. contr. 7, 7, 7 *imperator* non ante intellexit -em, quam proditus est. *al.* CVRT. 3, 13, 6 quo maior -is merces foret, obicere hosti parabat ... praedam, nobiles viros *eqs.* 5, 10, 6 placuit ... regem comprehendere *Alexandro tradendum* ...; si ... -em aspernatus esset *Alexander eqs.* TAC. hist. 3, 48, 2 postquam merces -is ... ostendebatur ..., perfugas tradidit *rex.* 4, 25, 1 *milites putant* eiusdem *Hordeonii* -e ⟨se⟩ caesos nullis supervenientibus auxiliis. *al.* PANEG. 6, 6, 4 *ut obsessa multitudo obsides* traderet, relatura cum reliquiis suis infamiam -is suorum. AMM. 15, 13, 2 -e Caesaris Galli *a plebe discerptus est Syriae consularis* (-i *trad.; cf. 14, 7, 5 consularem* multitudini dedit). *traditur Christus*: IREN. 1, 31, 1 *haeretici quidam* Iudam proditorem ... dicunt ... perfecisse -is mysterium. HIL. in psalm. 2, 12 qui *Iudaei* -em mercati erant. PRAEF. bibl. monarch. in Luc. p. 271, 1 filio -is extincto, *sc. Iuda* (perditionis *var. l.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 16, 3 ad -em ... Christi (*Migne gr. 35, 1249^{B} προδίδωσι*). ORIG. in Matth. 15, 26 p. 427, 7 propter *Iudaeorum* infidelitatem ... et -em in Christo (*gr. διὰ τὴν εἰς τὸν Ἰησοῦν ἀπιστίαν καὶ προδοσίαν*). *al.* **b** *loca, civitates sim.*: CIC. dom. 129 ut capta res publica consulum -e vi tribunicia teneretur. CAES. civ. 3, 21, 5 quae *familia Caelii* -em oppidi appararet ([-e o. apparere(t) *trad.*]. VAL. MAX. 8, 1 absol. 9. *cf.* -o urbis: LIV. 9, 25, 3. 23, 39, 7. *al. apud eundem*). NEP. Phoc. 4, 1 propter -is suspicionem Piraei. OV. ars 3, 578 (*in imag.*) omnia tradantur – portas reseravimus hosti – et sit in infida -e fides. LIV. 5, 29, 4 -e oppidum captum. 24, 37, 5 *Hennensium principes* pacti cum Himilcone de -e praesidii (24, 39, 7). 27, 16, 3 Philemenus, qui -is ad Hannibalem auctor fuerat. 28, 30, 4 patefacta inmatura -o est. *al.* *notione fraudis sublata vel negata*: AMM. 24, 1, 10 (*8 dux* hortabatur ad deditionem defensores) -is ... auctor (*item fere pro syn. est* deditio: 27, 12, 7). CORIPP. Ioh. 4, 76 -e pia civis patefecit amicus *oppidum.*

3 *detegendo, revelando vel indicando sim.*: **a** *verbis*: **α** *proditur magistratibus indagantibus, iudici, contioni* (*cf.* GLOSS. -o: delatio [dil- *var. l.*]): VERG. Aen. 2, 83 quem *Palameden* falsa sub -e Pelasgi insontem infando indicio ... demisere neci (*v. Conington-Nettleship, 1884, ad l.; item iuxta* indicium *l. 75; aliter viri docti plerique sec.* SERV. sub falso crimine -is. *cf. imitatores*: LAVRENT. paen. p. 96^{C} *Achab* per factionem dolosae mulieris f. sub -e iustum trucidavit *Naboth* [*Vulg. III reg. 21, 10* falsum testimonium]. VITA Caes. Arel. 1, 24 per falsam -em [*1, 21* falsis ... accusationibus]). SEN. benef. 3, 25 *tempore proscriptionum,* cum praemia -is ingentia ostendantur (*opp.* praemium fidei. *an ad 2?*). PETRON. 98, 2 in potestate tua esse Gitonem *fugitivum* meritissima -e monstrabo (propositione *trad.*). TERT. nat. 1, 7, 21 quis ... pro⟨di⟩tionem criminis alicuius sine crimine ipso aut vendit aut redimit *pretio*? VLP. dig. 48, 18, 1, 26 plerique ..., dum metuunt, ne forte *latrones* adprehensi eos nominent, prodere eos solent ...; *quare non* passim impunitas eis per huiusmodi -es concedenda est. HIER. epist. 57, 3, 1 *leges* cum suscipiant -em, damnant proditorem (*antea*: delatoribus). AVG. de mend. 13, 22 p. 441, 14 -e occisurus es *homicidam.* COD. Theod. 9, 6, 2 in quo *crimine maiestatis* etiam servis honesta -o est. 10, 10, 12, 2 *delator* post victoriam tertiae -is capitali supplicio coherceatur. EPIST. pontif. 648 Loewenfeld 7 ne quid pro tam sancta et necessaria -e a suo patiatur antistite *clericus delator.* STAT. eccl. ant. p. 173, 110 adulationibus et -bus vacare. ARATOR act. 2, 1025 (*ad 23, 16 sqq.*) delator honeste, ... -e places. *al.* *produnt rei interrogandi*: PALLAD. c. Ambr. fol. 337^{v}, 43 *reorum* sermo ... vel in -em vel in defensionem sui fuerat expectandus. COD. Theod. 9, 35, 7 sceleratorum -o consiliorum, quae per ... tormenta quaerenda est. **β** *proditur cuilibet*: LIV. 4, 30, 3 legem ... cum ab tribunis parari consules unius ex collegio -e excepissent. PETRON. 125, 3 quid, si *quis* ... indicium ad amicos detulerit totamque fallaciam invidiosa -e detexerit? frg. 28, 5 -is opus (*antea*: vulgasse fidem *secreti*). PLIN. nat. 7, 150 suspicio *Augusti* in Fabium arcanorumque -em. TAC. ann. 15, 45, 3 *venenum est* vitatum ... a Seneca -e liberti. 15, 52, 1 coniuratis ... metu -is permotis. *al.* FLOR. epit. 3, 18, 9 id nefas (*sc. consilium consules necandi*) -e discussum est. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 26 ('qui ... sacrum volgarit') -em mysteriorum. PANEG. 3, 14, 6 cum -em futuri verborum ambago celaret *in omine quodam.* AMBR. inst. virg. 1, 7 iustus ... non -em criminis metuit, sed contagionem. ENNOD. opusc. 4, 34 p. 391, 9 alis pernicibus per -is suae ordinem dei servum, in quo loci degeret, fama vulgavit (*cf. 30 p. 390, 12* insidiatricis famae linguis. *non est quod cogites de* 2. proditio). *al.*

b *indiciis variis* (*v. etiam infra l. 29*): MACR. Sat. 7, 2, 5 respondere temere ..., unde saepe nascitur inscitiae -o. 7, 11, 1 *Servius* pressus ... verecundia usque ad -em ⌞coloris⌟ erubuit (⌞ ⌟ *gen. subi., cf. ibid. 2* quam *verecundiam* in te facies rubore indicat. *vix recte ad* 2. proditio *trahunt Jan, 1852, ad l. aliique*). CASSIAN. conl. 7, 16 *fures noctu minutias harenarum spargentes* ad certissimam ... metalli ... notitiam quadam elicitae vocis -e perveniunt (*distinguentes sonorum varietatem*). *per paradoxon*: EVSEB. GALLIC. hom. 35, 8 haec est natura iustitiae, ut, quanto studiosius abscondi optat, tanto clarius innotescat, et occultatio ipsa -o sit.

***?2. prōditio,** -ōnis *f.* *a* prodire, *si quidem vox est agnoscenda.* *i. q. actio prodeundi, progressus:* *lectione dubia*: INSCR. Année Épigr. 1989 n. 604 (Vjesnik Arh. Hist. Dalm. 80, 1987, 42. *saec. II?*) locus donatus ⌞a Fab aera -o⌟ l(ongum) p(edes) octo, latum p(edes) q(u)att(u)or (⌞ ⌟ *exspectes nomen, e. g.* a Fab(io) Epafrodito; *vix de area prodeunte*). *interpretatione inter* 1. *et* 2. -o *ambigua* (*cf. etiam l. 10. 15*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 140 *errores veterum* memorare superfluum est, quippe cum eorum vires ⌞-e temporis⌟ exspirasse videantur (⌞ ⌟ *subestne προϊόντος τοῦ χρόνου sim.? indicium temporis intellegit e. g. Drabkin*). SIDON. epist. 5, 13, 4 quia dicitur ... ⌞pernicies⌟ appropinquare, cuius -bus deus obviet, praeveni morbum providentiae salubritate (⌞ ⌟ *sc. Seronatus in cives crudeliter saeviens, ut de eius iniuriis, facinoribus cogitari possit, cf. e. g. p. 1614, 56 et versionem, quam fecit Loyen*).

***prōditor,** -ōris *m.* *a* prodere. *de notione* (*cf. p. 1617, 51*): CLAVD. DON. Aen. 12, 40 p. 555, 33 non ... ille solus est -r, qui auro venditat patriam aut exercitum decipit aut necandum hostibus aliqua fraude transcribit, (p. 556, 2) -r etiam ille est, inquit *Latinus Turno,* qui furentem patitur ire in mortem. ISID. orig. 10, 221 -r pro eo quod detegit; item -r perditor (*sec. p. 1619, 17*). GLOSS. -r: *προδότης.* supplantator, traditor aut deceptor. *al.* *legitur in poesi singulis fere locis apud* PLAVT., HOR., OV. (*ter*), SIL., STAT. *al., saepius in oratione soluta inde a* RHET. Her., CIC., CAES., *imprimis apud historicos et declamatores.* [*variat in codd. hic illic cum* perditor, *v. p. 1617, 20. vol. X 1, 1258, 28.*]

i. qui prodit (*plerumque fide violata sim. praeter 1b, 3aβ, 3b, 4b* [*cf.* -r studiosus et diligens COD. Theod. 14, 18, 1]; *gr. respondet προδότης, quod infra negleximus*). *iuxta ponitur vel distinguitur* desertor *p. 1617, 28. 32. 35 et* CIC. p. red. ad Quir. 13 fin. 3, 64. *al.,* hostis *v. vol. VI 3, 3061, 30 sqq., adde infra p. 1618, 30. 36 et* CIC. Sull. 88. *al.,* parricida *v. vol. X 1, 440, 84 sq.,* perfuga *ibid. 1411, 67, adde* LIV. 24, 47, 10, praevaricator QVINT. inst. 12, 1, 24. *al., v. p. 1090, 55 sq.,* speculator *p. 1618, 18,* transfuga *l. 64. p. 1617, 31. 1618, 23. al.* *accedit saepe gen. obi. subst. variorum, v. e. g. 2a; iuncturam tritam* -r patriae *v. vol. X 1, 769, 45.* *iuxta nomen proprium e. g. l. 60. 66. 75; apponitur aliis subst., ut vergat in vim adi. spectantis ad animantes l. 72. p. 1617, 12. 1618, 26. al., ad res p. 1617, 65 et passim sub 3b; ponitur masc., ubi exspectes fem. p. 1617, 63. 65.* *in lusu verborum* -em prodere AVG. serm. 49, 6.

1 *tradendo, dando*: **a** *hostibus vel inimicis*: PLAVT. Rud. 50 *quidam* scelestus, Agrigentinus, urbis -r (FLOR. epit. 1, 12, 5). CIC. Phil. 3, 17 Numitoriam Fregellanam, -is filiam (*cf.* fin. 5, 62 Pullum Numitorium Fregellanum -em [*opp.* urbis conservatorem]). LIV. 1, 11, 7 *Sabini Tarpeiam* necavere ... prodendi exempli causa, ne quid usquam fidum -i esset. 4, 61, 10 *arce expugnata* -i praeter libertatem duarum familiarum bona in praemium data. 24, 45, 3 ad Faleriorum Pyrrhique -em. 25, 16, 20 Lucanum -em ac transfugam. *al.* SEN. contr. 10, 5, 25 conciderat ... per -es Olynthos. VAL. MAX. 5, 4 ext. 7 *quidam* et patris servator nec patriae fuit -r. CVRT. 5, 1, 44 Armenia Mithreni, Sardium -i, data est. 8, 14, 36 imperii regnique. *al.* TAC. hist. 4, 3, 2 quem *servum* -em Tarracinensium diximus (*3, 77, 1 dixit se* arcem traditurum). *al.* *proditur Christus*: VET. LAT. Luc. 6, 16 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) *Iesus apostolum elegit Iudam,* qui erat -r (*cod. 8* traditor). act. 7, 52 (cod. 5, *sim. al. et* VVLG.) cuius *Christi* nunc vos -es et homicidae effecti estis ([*cod. 50* traditores]. *item de Iudaeis*: HIL. in psalm. 51, 17 -r populus. *aliter, cum respectu necis infantium* [*Matth. 2, 16*]: QVODV. symb. 1, 5, 18). TERT. patient. 3, 7 -em suum secum habuit *Christus.* resurr. 20, 5 triginta argenteis adpretiatus a -e. Ps. TERT. haer. 2 p. 217, 16 Iudam -em defendunt *haeretici* (*de eodem in appositione*: CYPR. unit. eccl. 22

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LACT. mort. pers. 2, 4. IVVENC. 4, 626 [*Matth. 27, 3* qui eum tradidit]. *al.*). *al.* **b** *cuilibet utenti, fruenti*: TERT. idol. 9, 1 propono angelos esse illos desertores dei ... -es etiam huius curiositatis, *sc. astrologiae* (*v. p. 1620, 18; fortasse simul de inventoribus; cf.* ARNOB. nat. 4, 14 p. 217, 14 *Mercurius* exul et -r apud Aegyptum litterarum [*e Cic. nat. deor. 3, 56* Aegyptiis ... litteras tradidisse]). SYMM. epist. 1, 31, 1 (*Ausonio*) libelli tui arguis -em (*cf.* 4, 30, 2 in manus tuas scripta nostra venisse fratre nostro Minervio -e).

2 *derelinquendo, deserendo, neglegendo*: **a** *c. gen. obi. rerum*: RHET. Her. 4, 40, 52 suae pudicitiae -r est, insidiator alienae. CIC. Sest. 17 *Piso et Gabinius consules,* -es vestrae dignitatis, hostes bonorum omnium. LIV. 2, 59, 9 invectus *est Appius* ... in -em exercitum militaris disciplinae, desertorem signorum. 4, 48, 16 *tribuni appellant collegas* -es plebis commodorum ac servos consularium. TAC. hist. 4, 10 *quidam* testis in Baream *amicum,* -r corruptorque amicitiae. MEN. dig. 49, 16, 4, 10 qui ad dilectum olim non respondebant, ut -es libertatis in servitutem redigebantur. TERT. nat. 2, 17, 4 *dei peregrini Romanis faventes* quasi d⟨eser⟩tores et destitutores, im⟨mo -es patrii⟩ soli (*si recte suppl.*). *al.* *significantur qui veram religionem deserunt*: VET. LAT. II Macc. 5, 15 (rec. L, *sim. cett.*) *Menelaus sacerdos* legum et patriae fuit -r (*rec. B falso trad.* perd-). CYPR. epist. 51, 1, 2 a desertoribus et profugis recessisse, -es fidei et ecclesiae catholicae inpugnatores reliquisse. 73, 11, 2 praevaricatores veritatis, ... -es unitatis. RVFIN. hist. 4, 16, 4 veritatis ac pietatis ... hostis ... et -r (ORIG. in Matth. ser. 100 p. 220, 5). *al.* **b** *exempla cetera* (*potiora, cf. 4a*): CIC. Verr. II 1, 38 *Sulla Verri, qui ad eum defecerat,* praemia ... tribuit, ... habuit honorem ut -i, non ut amico fidem (*cf. p. 1614, 65 sqq. et* II 5, 152 Verres, ille vetus -r consulis). CAES. Gall. 6, 23, 8 qui *ducem* ... secuti non sunt, in desertorum ac -um numero ducuntur. NEP. Dat. 6, 8 -es perculit (*6, 6* transierant). VELL. 2, 63, 3 *Plancus* nunc adiutor D. Bruti designati consulis, ... mox eiusdem -r. 2, 83, 1 Plancus non iudicio ..., sed morbo -r ... transfugit ad Caesarem. CVRT. 8, 3, 14 transfuga et -r *Spitamenes.* 9, 6, 13 totidem -es, totidem desertores sumus, quot te *procurrentem* non potuimus persequi. SIL. 16, 620 (*Scipioni in Africam traiecturo*) tu fessos ... deseris ac septem denudas -r arces. FRONTIN. strat. 1, 11, 2 *aurum congestum,* ut repraesentari merces -bus posset. TAC. hist. 1, 72, 1 eiusdem *Neronis* desertor ac -r *Tigillinus.* ann. 12, 18, 1 frater Cotys, -r olim, deinde hostis, metuebatur *a Mithridate Bosporano.* *al.*

3 *detegendo, revelando, indicando*: **a** *dictis, scriptis*: α *in malam partem, sc. de eo qui fide violata, damno illato sim. aliquid indicat:* *cuilibet*: CIC. S. Rosc. 117 qui *T. Roscius* initio -r fuit, deinde perfuga, qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit. OV. am. 2, 8, 26 culpae -r ipse meae (*antea*: index). 3, 12, 30 -r ... Tantalus (*cf. e. g. 3, 7, 51* taciti vulgator). LIV. 40, 7, 7 utraque domus, *sc. Persei et Demetrii,* speculatorum et -um plena erat. CVRT. 6, 7, 11 -em amatoris (*cf. 7* ut scelus tegat). TAC. ann. 3, 50, 3 suorum ipse flagitiorum -r *Clutorius* (*3, 49, 1* per vaniloquentiam iecerat). 14, 4, 4 extitisse -em *insidias indicantem.* TERT. nat. 1, 7, 14 non ipsi *Christiani* -es sui (*sc. se non infamant*). *al.* *iudici*: SEN. benef. 3, 37, 4 *accusator rei filium* sperans fore -em parentis invisi. VLP. dig. 48, 18, 1, 26 non facile ... *reis* indicantibus -es suos creditur. AVG. de mend. 13, 22 p. 441, 15 -em ... divina scriptura detestatur; an forte -r non est, qui iudici interroganti verum indicat, esset autem -r, si quemquam ultro ad exitium deferret? *eqs.* COD. Theod. 9, 25, 3 exigi *non* convenit -em (*antea*: accusationis ... licentia absque metu delationis indulta). 10, 10, 17 servum domini delatorem ... in exemplum omnium -um *puniri.* *al.* *hostibus*: STAT. Theb. 10, 437 ut adflictos turparem ego -r Argos? (*432* ede *consilia Argivorum*). FRONTIN. strat. 1, 1, 6 *dux* studiose cum -e egit (*antea*: quendam ... omnia quae apud ipsos agerentur nuntiare Parthis). MEN. dig. 49, 16, 6, 4 exploratores, qui secreta nuntiaverunt hostibus, -es sunt. AMM. 31, 10, 20 punito scutario -e, qui festinare principem ad Illyricum barbaris indicarat. *al.* β *in neutram vel bonam partem de eo qui quem certiorem facit vel de ipsa oratione*: DIOM. gramm. I 300, 10 *oratio* velut ⌞internuntius ac -r⌟ humanae mentis (gentis *codd.*) ad indicia exprimenda cogitationis per os ... agitatur (⌞ ⌟ -nuntia et prodroma *Scriverius, sed item trad. masc.* ENNOD. epist. 2, 26, 1 p. 68, 10 -r mentis loquella). PAVL. NOL. epist. 32, 9 qui ... vel -is vel scriptoris nomine culpandus es *versus meos parietibus ecclesiae inscribens.* PS. AVG. serm. 96, 1 invenerunt tandem inferi -em (*sc. Lazarum resuscitatum*). PETR. CHRYS. serm. 62, 8 (*ironice*) patris tempora, initia filii explorator novus, singularis inventor, -r divinitatis expone. FAVST. REI. epist. 10 p. 216, 11 habeo ... -es tuos (*sc. indicantes merita tua. cf.* RVRIC. epist. 1, 1 p. 352, 15 *ut* -bus meis *me commendantibus* censorium praebeatis adsensum). FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 28, 1 spiritus sanctus -r est secreti divini. *al.*

b *signis, sonitu* (*fere pro adi. praeter p. 1618, 3 sq.*): HOR. carm. 1, 9, 21 latentis -r ... puellae risus. PANEG. 2, 37, 2 intimos mentis adfectus -r vultus enuntiat. SYMM. or. 2, 16 Romanae coloniae *deletae* vestigia et tituli sceleris -es. PS. AMBR. paenit. 4 p. 976[C] *Cain,* non habes ullum hominem testem; ecce habes effusum sanguinem -em, ipse te ... accusat. PRVD. c. Symm. 2, 704 pervigil anser, -r occulti ... pericli (*in obsidione Capitolii*). CLAVD. carm. min. 35, 4 *non* potuit toto mentiri corpore gemmam *crystallus, cui aqua inerat,* sed medio mansit -r orbe latex. DRAC. laud. dei 1, 57 ventura monet per tot praesagia somnus -r.

4 *modo vario vel parum definito*: **a** *usu communi, sc. in malam partem* (*nisi quaedam ad 2 trahere malis*): α *exempla quaelibet*: RHET. Her. 2, 26, 41 sicarii aut -is ... definitionem (-fensionem *var. l.*). 4, 28, 38 -r ... patriae. CIC. Verr. II 1, 38 omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum; nemo umquam sapiens -i credendum putavit. 1, 98 (*in imag.*) non modo -i, sed ne perfugae quidem locus in meis castris cuiquam fuit. fam. 12, 3, 2 *Antonius* ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici deberent de -bus. *al.* OV. Ib. 369 -r ... auriga tyranni *Oenomai* (*item de Myrtilo*: FIRM. err. 15, 2). LIV. 2, 4, 7 (*2, 3, 6* reciperandi regni consilia) -bus ... in vincla coniectis. 40, 5, 12 (*verba Persei spectantia ad Demetrium*) -em nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu. *al.* SEN. contr. 7, 7, 1 imperator supplicium tulit, -r pretium. 10, 5, 25 iratum -i suo *Prometheo* Iovem. *al.* SEN. benef. 1, 10, 4 homicidae, tyranni, ... sacrilegi, -es. *al.* QVINT. inst. 12, 9, 15 *oratoris* mali et in suscepta causa perfidi ac -is est, peius agere quam possit. decl. 307 leg. -r torqueatur, donec conscios indicet. *al.* TAC. Germ. 12, 1 -es et transfugas arboribus suspendunt. ann. 1, 58, 1 -es etiam iis, quos anteponunt, invisi sunt. *al.* VET. LAT. II Tim. 3, 4 (cod. 75. *al.* = VVLG.) erunt homines se ipsos amantes ..., -es, protervi. CYPR. eleem. 19 praevaricator ... et -r pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas. *al.* β *ponitur pro convicio* (*vi quadam generali; cum respectu certo cf. e. g. p. 1617, 10. 21 sqq.*): CIC. Sest. 33 hominis desperati et -is rei publicae casum (*sc. Pisonis; de Pisone et Gabinio*: 35 cum senatus ... pro ducibus -es aut potius apertos hostes haberet. Vatin. 18 duobus non consulibus, sed -bus huius civitatis ac pestibus. *al. de utroque vel alterutro*). Vatin. 25 duo nefarios patriae -es, domesticos hostes (*Catilinam et Cethegum*). Att. 9, 14, 2 (*verba Caesaris*) ab illo *Sulla* patriae -es de exsilio reductos esse. fam. 1, 6, 1 (*Lentulo pro consule*) cogitationes et inimicorum et -um tuorum. SALL. or. Phil. 15 (*ad M. Aemilium Lepidum*) nostri -r, istis infidus, hostis omnium bonorum. 20 Cethegi atque alia -um patrocinia. TAC. hist. 4, 21, 2 (*Vitelliani respondent Civili*) neque -is neque hostium se consiliis uti. FIRM. math. 1, 3, 5 cur divinam *astrologiae* scientiam -is animo perfidus accusator inpugnat? CE 1340, 1 ⟨munde, tuas fug⟩io insidias, vale -r.

b *singulariter significatur qui efficit, creat* (*cf. p. 1617, 4. 1627, 42*): BOETH. cons. 4, 6, 56 naturarum omnium -r deus (*ibid.* ea, quae protulit in sui similitudinem).

f. **prōditrīx,** -īcis. *i. quae prodit* (*in malam partem praeter l. 51. 52. 56; vox vitatur p. 1617, 63. 65; pendet saepius gen. obi., acc. c. inf. fort. l. 52; apponitur subst., ut vergat in vim adi. l. 54* [*etiamne l. 52?*]): **1** *detegendo, indicando:* *de mulieribus*: QVINT. decl. 272 tit. orbata -x (*cf. ibid. in lege*: qui consilia publica ⟨e⟩nuntiaverit). SCHOL. Stat. Theb. 5, 247 *Hypsipyle* -x coniurationis. 12, 123 'impia coniunx': -x (*postea*: latebras coniugis prodidit). CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 4, 1 Severam omnium -em (*11, 3, 3* omnia ... arcana pandebat. *de eadem*: 11, 9, 2). *de rebus*: SERV. Aen. 8, 223 quae *pars* (*i. oculi*) -x mentis est. 9, 353 'lux inimica': -x. PRVD. perist. 1, 11 fama ... terras in omnes percucurrit -x hic patronos esse mundi (*sc. martyres sepultos*). VAL. CEM. hom. 20, 9 (*respicitur praemium delatoris*) si in aliena domo -x pecunia non haberet ingressum. SEDVL. op. pasch. 3, 6 p. 236, 6 *maris modo saevientis* inopinata temperies praesentiae -x fit divinae. **2** *modo vario vel parum definito*: LACT. inst. 1, 10, 9 *Ariadnen* patris -em, fratris interemptricem. ZENO 2, 7, 18 noli esse sacrilega, noli -x legis; profano cur nubas? SERV. auct. Aen. 4, 402 *Myrmicem* -em. ecl. 8, 29 p. 97, 18 *Apollo filiabus Dionis* divinationem concessit adiecto, ne -es numinum esse vellent. ORIG. in Matth. ser. 78 p. 186, 29 *pars fidelium* facta -x veritatis ... transiit ad haereses.

[prōditōrius *trad. in homilia saec. XII* PS. AVG. serm. ed. Mai 161, 3.]

1. prōditus, -a, -um *v.* prodo.

2. prōditus, *abl.* -ū *m.* *a* prodere. *i. q. actio prodendi, sc. detegendi, indicandi*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 168 qualitatem *concupiscentiae non malam* ... criminatorum eius ... -u vindicabo (*allatis locis quibusdam Augustini; cf. 3, 176* retectas esse Manichei dogmatis medullas, quibus fides vestra concrescit). *Hajdú.*

[prōdīves *v. p. 576, 11.*]

prōdius *adv.* [*errore ortum videtur pro* propius (*cf. l. 75*), *vix revocandum ad* prod-ire. *Fo.*] NON. p. 47, 10 -s dictum interius (ulterius *Pohl*), longius: a prodeundo, quasi porro eundo; Varro Vergula Divina (*sc. Men. 574*): primum venit ... intra muros; deinde accedit ⌞-s⌟ atque introit domum (⌞ ⌟ *vocem vix recte Varroni tribuit Astbury* [*intellegens fort. compar. adv. q. e.* prode, *cf. Ritschl, Opusc. IV 763*]; propius *post alios Bücheler,* *[Bk.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Kl. Schr. I 135, putans Nonium mendo scripturae in exemplari Menippearum suo deceptum esse). *Bk.*

prōdo, -didī, -ditum, -ere. [*compos. priscum a* pro *et radice* *dō *'dare', cf. gr. προ-δίδωμι et vet. ind.* pra-dā *notionibus partim congruentibus; v. etiam vol. X 1, 1261, 14. Fo.*] NOT. Tir. 12, 69 -it. 12, 83 -idit. *de formis* (*inter verba tertiae coniug. affert e. g.* CHAR. gramm. p. 477, 30): *coni.* -uit *v. p. 1629, 27; fut.* -ebuntur GREG. TVR. Andr. 20; *perf.* -ded- CENTO de eccl. 22 *et hic illic in var. l., e. g.* NOVELL. Valent. 21, 2 pr. STAT. eccl. ant. p. 179, 205. *de notione*: FEST. p. 229 -it[a]: memoriae porro dat et fallit, item ... procedit (*sc.* -it *a* prodire), item perdit (*affert* ENN. ann. 428). *al.* (*v. p. 1628, 49. 1629, 27*). NON. p. 363, 21 sqq. -ere significat deferre (*affert* VERG. Aen. 2, 127), differre vel excludere (VERG. Aen. 1, 252 LVCIL. 214 TER. Andr. 313), protendere vel edere (VERG. Aen. 4, 231 CIC. Verr. II 5, 36 Cato 25). DOSITH. gramm. 73, 7 (*sim.* DIOM. gramm. I 414, 19) -ere modo ⌞ante⌟ dare significat (⌞ ⌟ *e. g. ante muros sim. i. extra?*), ut -ere patriam dicitur, modo porro dare et propagare (*affert* VERG. Aen. 4, 231). SERV. auct. Aen. 4, 231 -ere ... significat et occulta detegere ... et decipere vel perdere (*affert* VERG. Aen. 1, 252); et est in infinitum haec lexis polysemos (*affert* PLAVT. *p. 1628, 40*). SYNON. Cic. p. 438, 12 -tum. traditum. provulgatum. factum. usitatum. inveteratum. p. 440, 2 -ta. insinuata. provulgata. GLOSS. -o: *προδίδωμι. ἐκφαίνω.* -ere: nudare, detegere. *al.; ceterum v. infra. legitur in poesi inde a* PLAVTO (*ter*), ENNIO (*semel, v. p. 1625, 56*), TER. (*quinquies*), *in prosa oratione inde a* CATONE (*semel*), RHET. Her. (*quater*); *frequentatur a* CIC. (*plus quam centies, praecipue in oratt.*), LIV. *aliisque historicis,* PLIN. nat. (*plus quam 250ies, cf. p. 1621, 71. 1622, 6 sqq.*); *vox deest* TIB., *bis exstat apud* HOR. (*in* sat.), *sed frequentia notabili apud* OV. (*39ies*) *et* LVCAN. (*21ies*). [*confunditur in codd. imprimis cum* perdere CIC. Flacc. 103 SALL. Iug. 106, 3 OV. fast. 4, 715. *et saepius* (*v. etiam vol. X 1, 1261, 47 sqq.*), prodesse SEN. Phaedr. 883 PLIN. epist. 7, 29, 3. *al.,* prodicere OV. epist. 10, 118 PLIN. nat. 24, 177. *al.* (*falso trad. p. 1602, 44*), prodire *v. p. 1595, 61 sqq. 71 sqq.,* producere PLAVT. Trin. 340 SEN. nat. 3 praef. 1. *al.,* providere CELS. 6, 6, 39C SEN. epist. 9, 9. *al.*]

exempla sic digerenda putavimus:

I *foras dare*:

A *e quolibet loco interno, i. q. edere, in lucem proferre*: **1** *variis modis: l. 57* (*in malam partem p. 1620, 13*). **2** *indicando dictis vel scriptis: p. 1620, 31* (*iudici sim. p. 1621, 17; cuilibet, sc. divulgando, p. 1621, 60*). **3** *indicando signis: p. 1622, 49.*

B *e loco tuto, e praesidio, i. q. proicere, dedere*: **1** *in universum: perdendo p. 1624, 11, tradendo p. 1625, 24.* **2** *in re militari et vita publica: p. 1625, 53.* **3** *in iure (-ere causam sim.): p. 1627, 22.*

C *ex ipsa origine, i. q. edendo creare, efficere: p. 1627, 42.*

II *porro dare*:

A *pro obi. est tempus, i. q. producere, proferre: p. 1628, 39.*

B *pro obi. est quidlibet, i. q. tradere, committere: posteris p. 1628, 54, singulis p. 1629, 26.*

appendix structurarum: p. 1629, 36.

I *praeverbio revocando potius ad notionem q. e. foras* (*in lusu verborum cum* prodire AVG. ord. 1, 5, 14 l. 43. *raro vergunt in usum adi. vel subst. part. praes.* -ens, *v. p. 1622, 11, et p. p. p.* -tus, *v. imprimis l. 19 sq. p. 1620, 38. 1627, 45. 1628, 58*): **A** *e quolibet loco interno vel secreto, abdito, ut significetur i. q. edere, detegere, in lucem proferre, manifestum facere* (*accedit saepe dat. sive (in)commodi ut l. 60, sive eius, cui quid detur [sublucente colore dedendi sub 2a, opponendi l. 72], raro praepos., v. l. 65. 70. p. 1620, 10*): **1** *variis modis emittendi vel exhibendi, in conspectum dandi sim.* (*de partu v. C1b*): **a** *in neutram partem*: α *generatim* (*-untur res praeter l. 74 sqq.*): PLAVT. Rud. 589 (*tempestas comparatur potationi*) *Neptunus* alvom ⌞-i speravit⌟ nobis salsis poculis (LVCR. *p. 1625, 47 contulit Leo, tamen pro* ⌞ ⌟ *coni.* perpurigavit; *cf.* alvum deicere *e. g. Cato agr. 158, 1*). LVCAN. 1, 625 -unt ... suas omenta *hiantia* latebras. VAL. FL. 5, 233 *noctu regem* exterruit ingens -ta vox: '...' (*vix ad 2; sim. emittuntur audienda*: HIER. in Is. 4, 10, 12 l. 28 ut ne fletum quidem et gemitum victi ... -rent). SIL. 9, 2 cladis ... futurae signa per Ausoniam -entibus irrita divis (NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 8 si lacrimis ... paenitentis animi s. -erint). 9, 108 luna -ente ... radiavit ... umbo (*cf. p. 1620, 29*). PLIN. epist. 4, 14, 1 quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi -o; accipies ... hendecasyllabos nostros (*item exhibentur libri* [*aliter p. 1622, 1. 1629, 34*]: HIER. epist. 57, 2, 2 ut domi haberet exemplar nec facile in vulgus -ret [-iret *var. l.*]. SVLP. SEV. Mart. prooem. 2). IVL. VAL. 3, 6 ordines primi ... repedantes ignitas statuas *antea occultatas* incursantibus bestiis -unt (*sublucet color opponendi, gr. p. 102, 2 παραβληθῆναι*). AVIEN. orb. terr. 435 Danubium -unt secreta repente barbara (*cf. p. 1620, 2*). *al. reflexive vel mediopass.* (*de fluvio* HEGES.): HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 33, 19 *Elisabeth gravida iam* non absconditur (*Luc. I, 24*), sed tota libertate ⌞se -it et exsultat⌟ *eqs.* (⌞ ⌟ *gr. ἐπαρρησιάσατο*). HEGES. 3, 26, 1 p. 234, 11 *Iordanes* quasi fons scaturrit atque emergens -itur (produc- *var. l.*). PRVD. apoth. 299 coram -tus ... ipse deus ... mortalem *docuit.* AVG. serm. 375 C, 6 coll. Morin p. 345, 2 (*ad Marc. 5, 34* vade in pace) iam -e te et manifesta te in turbam. β *in iure* (*exhibentur probationes, producitur delator*): SEN. contr. exc. 6, 1, 1 chirographum -e. 10, 6 *quidam* -idit *furtum suum* (*sc. litteras crimen testantes*). COD. Iust. 5, 12, 15 (*a. 293*) probationum indicia iure -ta non habentur irrita (*opp.* amissis ... instrumentis. *cf.* 7, 16, 15 [*a. 293*] cum ... iure -ta debeat admitti probatio). SYMM. rel. 41, 2 cum apud virum perfectissimum rationalem Bassianum ... delator bonorum *vacantium* ... -retur (pet- *trad.*). *al.*

b *in malam partem, sc. contra fas, contra alicuius voluntatem sim.; pertinet potius ad*: α *tradendum, exhibendum*: CVLEX 241 *Tantalus* nectareas divum ... -idit escas. SVET. Aug. 67, 2 *punivit ministrum,* quod pro epistula -ta denarios quingentos accepisset (Tib. 50, 1. *loci spectant ad 2, si intellegendum est argumentum epistulae*). TERT. cult. fem. 1, 2 l. 6 cum ... materias *ornamentorum* ... bene occultas et artes ... -issent *angeli peccatores* (*sec. librum Enoch; in eadem re*: 2, 10 l. 15 CYPR. hab. virg. 14). AMM. 18, 3, 3 ancilla ... chartulam *dominae* -idit *accusatori.* AVG. civ. 1, 10 p. 19, 26 sq. quidam ... Christiani tormentis excruciati sunt, ut bona sua hostibus -rent; illi vero nec -ere nec perdere potuerunt bonum, quo ipsi boni erant. *al.* β *ostendendum*: OV. epist. 16, 249 -ta sunt ... tunica tua (*sc. Helenae*) pectora laxa atque oculis aditum nuda dedere meis (*cf.* MART. 3, 72, 4 sulcos uteri -ere nuda times). ars 3, 228 claude forem thalami: quid rude -is opus *curae faciei*? met. 14, 741 adaperta ... ianua factum -idit. Ib. 624 *filium* latentem -idit officio luminis ipsa parens (*cf.* REPOS. 134 -untur amores lumine, Phoebe, tuo). VAL. FL. 3, 195 *hastam advolantem* -idit ... luna *refulgens* (*cf. p. 1619, 67*). MART. 4, 22, 3 -idit unda latentem *puellam.* 4, 85, 2 -at perspicuus ne dua vina calix. *al.*

2 *indicando dictis vel scriptis* (*sc. -untur de quibus sermo est; vocem emissam v. p. 1619, 63*): **a** *personis certis, saepe singulis* (*sc. infestis, poenam illaturis sim. praeter l. 56 sqq. p. 1621, 6 sqq., ut subluceat notio dedendi sim. sub B illustrata, praesertim cum apponatur saepe dat., e. g. l. 38. 47. 51*): α *variis*: Ⓘ *-untur animantes, quorum deteguntur nomina, latebrae, facinora, secreta sim.* (*e contextu subaudiendi sunt l. 55; exempla inde a* SEN. *selecta*): PLAVT. Bacch. 963 Vlixem, *qui habitu mendici tegebatur,* ... cognitum ab Helena esse -tum Hecubae. AFRAN. com. tit. -tus (*nisi spectat ad B; fabulam forma* in -to *laudant* FEST. p. 277 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 564. *al.; addas fort.* NON. p. 397, 7 Afranius -to [*Quicherat*; prodigo *trad.*]). CIC. Cluent. 143 ab amicis imprudentes ... -imur, et est nescioquis ..., qui nostra consilia ad adversarios deferat. Att. 2, 20, 3 charta ipsa ne nos -at, pertimesco; itaque posthac ... *ἀλληγορίαις* obscurabo *ea, quae de re p. scribam.* VERG. Aen. 2, 127 *Calchas interrogatus* recusat -ere voce sua quemquam *mactandum.* OV. ars 1, 395 (*versu spurio*). 3, 668 indicio -or ab ipse meo. met. 2, 704 sq. (*quaesivit Mercurius de furto, quod ipse fecit*) me mihi, perfide, -is? me mihi -is? LIV. 5, 21, 5 Veientes ignari se iam a suis vatibus, iam ab ... oraculis -tos *esse Romanis.* VAL. MAX. 6, 5, 1 p. 298, 5 eum, qui bene mereri paratus fuerat, -ere *noluit senatus* (*antea*: nomen *eius* suppressit. *ad rem cf. l. 74*). PHAEDR. app. 24, 2 *pastor capellam laesit; rogat,* ne se domino -ret. SEN. epist. 107, 5 alium occiderunt, alium -erunt (*servi ut*: TAC. hist. 4, 1, 2 pessimi servitiorum -ere ultro dites dominos. TERT. nat. 1, 7, 15). PRIAP. 21, 2 tu *furto* suffragare ... indicio nec nos -e, Priape, tuo. FRONTIN. strat. 3, 11, 5. TAC. ann. 14, 53, 1 Seneca criminantium non ignarus, -entibus iis, quibus aliqua honesti cura *fuit. al. in neutram partem* (*sc. respectu infestandi sublato*): LVCAN. 6, 428 quis noscere fibra fata queat, quis -at aves (*sc. explicet, quid aves adnuntient*). 10, 181 (*Caesar sacerdoti*) *religionis secreta* profer noscique volentes -e deos (*cf. p. 1622, 28*). AVSON. 2, 7 (146 S.), 22 quis me -idit? quis ista iam dixit tibi (*scribae velocissimo*), quae cogitabam dicere? 26, 96 (302, 24 S.) *Croesus* rogat, beatum -am, si quem noverim. *al.*

Ⓘⓘ *-untur res*: Ⓐ *secreta fidei commissa, facinora, mala consilia sim.* (*exempla inde a* SEN. *selecta*): HOR. sat. 1, 3, 95 si *amicus* -erit commissa fide (PORPH. Hor. carm. 1, 18, 12 epist. 1, 18, 37. *al.*). OV. met. 13, 246 (*loq. Vlixes*) *Dolona* cuncta coegi -ere et edidici, quid ... Troia pararet. LIV. 23, 16, 11 *Hannibal* ratus ... -ta conloquia esse. 40, 23, 3 *Demetrii* consilium ... fratri -itur ([*syn.* indicatur]. VAL. MAX. 3, 3, 2 CVRT. 8, 2, 30. *al.; cf. p. 1621, 42*). SEN. benef. 3, 19, 3 ut *servus* secreta domini -at (epist. 88, 29 [*nisi absolute*]. CVRT. 7, 7, 24 arcana ... et s. *al.*). PETRON. frg. 28 vers. 7 *Midae* minister fodit humum regisque latentes -idit aures. QVINT. decl. 337, 5 aliquis conscientia ... flagitii admissi, priusquam -atur, mori vult. IVV. 9, 115 arcanum (*cf. l. 69*). TAC. ann. 14, 44, 2 multa sceleris *in dominum parati* indicia praeveniunt: servi si -ant, possumus ... tuti ... agere. GELL. 3, 8, 3 (*e Val. Ant., v. hist. 21*) ut de Timochare nihil -rent *Pyrrho legati,* sed monerent, *ut insidias caveret.* ASPER Macr. Sat. 3, 6, 13 praemio

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corrupti sacra servis publicis -erunt *Potitii. al.* *confitendo*: MART. 10, 5, 19 *apud inferos* cum fateri Furia iusserit verum, -ente clamet conscientia: 'scripsi'. SVET. Tit. 10, 2 *moriens dixit* exstare ... *unum* suum factum paenitendum ...; id quale fuerit, ... *non* -idit. AMBR. paenit. 2, 1, 5 crimina sua (*antea*: fateri domino). 2, 7, 57 delictum proprium -e, ut iustificeris (profer *var. l.*). *al.* Ⓑ *quaelibet*: VAL. FL. 3, 216 (*nisi ad p. 1622, 17*) vos -ite, divae *Musae,* Eumenidum noctisque globos, vatique patescat armorum fragor (*sc. proelii nocturni*). 3, 410 *Celaenus* mihi, quae danda forent lustramina caesis, -idit. STAT. Theb. 1, 443 -ite tandem: unde orti, quo fertis iter, quae iurgia? PLIN. epist. 6, 17, 6 qua ratione ductus tibi ... indignationem meam -idi (*1* indignatiunculam ... effundam). TERT. orat. 3 p. 182, 10 nomen dei patris nemini -tum fuerat; ... nobis revelatum est in filio. VET. LAT. Sirach 37, 8 consiliarius -it consilium (*gr. ἐξαίρει βουλήν*). GAVDENT. serm. praef. 10 tractatus, quos ... apud te olim fuisse -isti. *al.* *enucleando* (*cf. p. 1620, 57*): AVSON. 27, 13 (393 S.), 77 *interpres aenigmatum* tibi Cadmi ... filias ... Cnidiosque nodos -idit.

β *iudici, magistratui, regi, senatui sim.* (*deo iudici l. 55*): Ⓘ *notione communi, sc. indicandi, deferendi* (*exempla dedimus selecta inde a* CVRT.): *-untur animantes* (*caput l. 22; quaedam etiam ad B trahere possis, maxime l. 22 sq. 34* [*sed nota differentias l. 37. 41*]): CIC. S. Rosc. 105 *vicini* plerumque indicant, per eos plerique *sontes* -untur. de orat. 3, 10 *Caesaris Strabonis* caput hospitis Etrusci scelere -tum *in rostris positum est* (*cf.* VAL. MAX. 6, 5, 7 *quendam* proscriptum et in villa latentem a servo -tum). Tusc. 2, 31 ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, -ente conscios (*item de iis, qui tormentis interrogantur*: SEN. contr. 2, 5, 5 sub quo *tortore* mariti uxorem -erant. TERT. mart. 4, 7 coniuratos. *al.; cf. l. 44*). NEP. Paus. 4, 6 *oravit conscium,* ne enuntiaret nec se ... -ret (*4, 2* litteras ephoris tradidit). CVRT. 6, 7, 9 *oravit,* ne -ret se *regi insidias parantem.* TAC. ann. 15, 57, 2 *libertina quaedam negando perseveravit,* cum ingenui ... intacti tormentis ... -rent *suos.* TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 27 (*Iesus ante seniores sacerdotesque, Luc. 22, 66 sqq.*) cur ... non vel tunc alium *Christum* eis -idit? VLP. dig. 4, 2, 7, 1 si *fur,* ne -atur ab eo, qui deprehenderit, alienaverit *aliquid* (*ibid. iterum. cf.* 12, 5, 4, 1 si dederit fur, ne -retur). VET. LAT. Marc. 14, 10 (cod. 1, *sim. al. et* VVLG.) Iudas ... abit at pontifices, ut eum -ret (*gr. παραδοῖ, cod. 3. al.* traderet, *quod verbum ponitur 14, 11 ceterisque locis, e. g. Matth. 26, 15 sq.; item de Iuda*: CYPR. epist. 59, 2, 4. ORIG. in Matth. ser. 98 p. 216, 28 *in horto* adpropiavit ad tradendum filium dei, quem iam -erat. *al.*). IVL. VAL. 2, 36 (*verba Alexandri*) uti *Darei interfectores* se -ant mihique indicent. AMM. 28, 1, 19 Amantius haruspex ... occultiore indicio -tus, quod *eqs.* COD. Theod. 7, 18, 1 desertores (7, 18, 7 pr. nisi eos *d.* ... -erit aut comprehensos ... severitati iudiciariae obtulerit. *al.*). *al.* *-untur res*: SALL. Catil. 26, 3 *Cicero consul* effecerat, ut Q. Curius ... consilia Catilinae sibi -ret (LIV. 34, 25, 8. *al., e. g. l. 44*). SEN. contr. 2, 5, 18 tyrannicidium non -isti (*sub tortore ut*: PLIN. nat. 34, 72 consilia *coniuratorum* ... non ... -idit. COD. Iust. 5, 37, 22, 2 [*a. 326*] -ere veritatem. *al.; cf. l. 25. 55*). QVINT. decl. 344, 3 (*loq. accusator*) nondum -o causas *facinoris.* TAC. ann. 15, 59, 1 -ta coniuratione (16, 17, 6 Caesari. FLOR. epit. 4, 12, 33). MAECIAN. dig. 29, 5, 14 *servus* caedem eius *domini non* -erat. COD. Theod. 6, 31, 1 *delictum* severitati iudiciariae. *al.* Ⓘⓘ *vi aucta accedit color arguendi, convincendi* (*exempla minus dubia; cf. etiam p. 1622, 37*): GELL. 4, 5, 4 *haruspices perfidi* delati ad populum -tique sunt et, cum de perfidia confessi essent, necati sunt. PAVL. dig. 35, 2, 39 *servum* propter indicium -tae mortis *domini* ... libertate donavit (*cf. Vlp. dig. 29, 5, 3, 13 si* caedem domini arguerit). HIL. in Matth. 27, 3 occulta ... cogitationum divini iudicii cognitione -entur. HEGES. 1, 43, 5 p. 108, 1 -it quaestio missum ex Aegypto venenum (COD. Theod. 10, 20, 18 quaestione -ente, quibus ... ministris ... tinguebatur *vestis purpurea*). COD. Theod. 7, 13, 11 *reus* convictus ac -tus *poenam solvat.* 9, 44, 1 *si* -ti fuerint ... invidiam inimicis creare voluisse (*Cod. Iust. 1, 25, 1* probati). *al.*

b *cuilibet vel omnibus, sc. divulgando sim.* (*prope accedit usus, qui infra sub IIB1a illustratur*): α *generatim -itur*: Ⓘ *opere scripto*: Ⓐ *pro obi. sunt argumenta* (*specimina pauca, cf. appendicem structurarum*): CIC. Scaur. 42 fallacissimum genus esse Phoenicum omnia monumenta vetustatis atque omnes historiae nobis -erunt (Planc. 94. *cf. abl. instr.*: leg. 1, 62 facta ... sapientium ... sempiternis monumentis -ere [*syn.* edat]. COLVM. 5, 1, 1). div. 1, 121 caput arsisse Servio Tullio dormienti quae historia non -idit? (ARNOB. nat. 5, 8 p. 258, 9 AVG. civ. 5, 19 p. 229, 28. *al.; addas l. 64*). off. 3, 97 ut ... poetae tragici -erunt (*opp.* apud Homerum. *item de ipsis auctoribus*: VARRO ling. 5, 148 *de lacu Curtio* Procilius non idem -idit quod Piso. LIV. 30, 3, 6 ut Antias Valerius -it. *al., passim apud* PLIN. nat.). LIV. 7, 42, 3 aliis annalibus -tum est neque dictatorem Valerium dictum ... neque *eqs.* (PLIN. nat. 19, 87). 8, 18, 2 sq. illud pervelim ... -tum falso esse ...; sicut -itur tamen res ..., exponenda est (*item pass. non indicato auctore*: 8, 24, 1 eodem anno Alexandream in Aegypto -tum *est* conditam. MANIL. 2, 722 ratio nec -ta simplex *est. sim. al.*). *al.* Ⓑ *pro obi. sunt ipsa scripta* (*singula librorum exemplaria v. p. 1619, 69*): COLVM. 7, 5, 17 commenta *Boli* ... sub nomine Democriti falso -untur. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 6 opusculum ... sine auctore -tum. 1, 2 p. 25, 14 si *auctor* agnosci metuis, cur opus -is, ne dicam, cur ista conscribis? *al.* Ⓒ *absolute de iis, qui versantur in edendo, scribendo*: PLIN. nat. 3, 1 ut eos quisque *auctor* diligentissime situs diceret, in quibus ipse -bat. 3, 125 interiit oppidum ... Parra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamtum (-num *trad.*) -ente se altius quam fortunatius situm (*item abl. absol. ad indicandam aetatem scribentis*: 6, 191. 7, 23. 8, 194. *cf.* 13, 42 *palma quaedam* erat ..., cum -rem, fertilis). 4, 98 immodica -entium discordia est (*item part. praes. plur. pro subst.*: 6, 208 ex ... varietate -entium). *al. apud eundem.*

Ⓘⓘ *voce, fama*: CAES. Gall. 6, 20, 3 magistratus, quae visa sunt, occultant, quaeque esse ex usu iudicaverunt, multitudini -unt. OV. met. 11, 183 *famulus regis Midae* cum nec -ere visum dedecus auderet ... nec posset reticere. LVCAN. 8, 15 fama -ente ruinas *Pompeianorum.* SIL. 3, 222 -ite, Calliope, famae, quos horrida coepta excierint populos (*cf. p. 1621, 7; ad plur. v. Verg. Aen. 9, 525* vos, o C., ... aspirate). QVINT. inst. 11, 1, 30 nec sine causa Graeci -erunt, ut vivat, quemque etiam dicere (*v. Otto, Sprichw. n. 1299; item -itur proverbium*: FLOR. epit. 2, 18, 11. *aliter p. 1629, 19*). GELL. 12, 12, 3 ea res ... -ta est et in vulgus exivit. TERT. orat. 17 p. 191, 9 *orantes voce clara* -endo petitiones suas quid minus faciunt, quam si in publico orent? AMM. 15, 7, 7 ut -idere rumores assidui. *al.*

β *speciatim -untur*: Ⓘ *sacra, futura, arcana naturae* (*sc. quae divulgare fere religio est*): LIV. 5, 15, 9 *irati dei fecerunt,* ut excidium patriae fatale -ret *haruspex* (*10* quae di ... volgari velint). LVCAN. 1, 632 (*loq. haruspex*) vix fas, superi, quaecumque movetis, -ere me populis. 10, 195 (*loq. sacerdos*) secreta ... -ere ... populis ignota profanis (edere *var. l., v. Holmes, Class. Quart. 43, 1993, 268; cf. 10, 198* sacras populis notescere leges). *al.* BVC. Eins. 1, 26 fas mihi sit vidisse deos, fas -ere mundo (mundum *trad.*). PLIN. nat. 2, 3 (*2 mundus* sacer est) furor est mensuram eius animo quosdam agitasse atque -ere ausos. 2, 247 *terrae* circuitum Eratosthenes ... CCLII milium stadiorum -idit ...; improbum ausum. VAL. FL. 4, 481 (*loq. Phineus*) fata loquax mentemque Iovis ... -eram miserans hominum genus. TERT. apol. 35, 12 ab angelis desertoribus -tas *artes haruspicum, magorum sim.* AVG. c. acad. 2, 10, 24 *ne* mentibus ... profanis quaedam veritatis sacra -rentur. *al.* Ⓘⓘ *nocentes detegendi, convincendi, flagitia coarguenda* (*cf. p. 1621, 50*): OV. met. 11, 192 *harundinum* lucus ... -idit agricolam (*famulum Midae, cf. p. 1620, 70*). PHAEDR. 4, 19, 17 (*canum legati aulam Iovis inquinaverant*) rumor legatos ... -idit. PLIN. nat. 28, 112 cognitis -tisque mendaciis Graecae vanitatis (*cf. e. g. 28, 114* inrisu coarguentur). TERT. apol. 7, 4 *nos Christiani* cottidie obsidemur, cottidie -imur ...; quis umquam ... *caeso* infanti supervenit? HIL. trin. 5, 2 per fidei ... confessionem vipereae doctrinae fraudulentiam -turi. 11, 24 *ut* impiae voluntatis sensum ... ex ipsa ... veritate -amus. ASTER. ad Renat. l. 346 -ente eorum imperitiam apostolo ac dicente: '...' (*II Petr. 2, 17*). AVG. c. Pelag. 3, 9, 25 divinis documentis *Pelagiani* -untur et vincuntur (*antea*: quaerunt latebras). *al.*

3 *indicando signis, monstrando indiciis* (*quae ponuntur passim per abl.* [-ere indicio *l. 61. p. 1623, 11. 43,* signo *p. 1623, 68, sim. al.*], *saepe pro subi., e. g. l. 65 sq. 69 sqq. p. 1623, 6. 26. al., ceterum indicantur per praepos.* de *l. 67 et* CYPR. epist. 59, 3, 3, per *p. 1623, 12. 70 [cf.* nec sine *p. 1623, 25], enunt. secund. l. 63 [cf. enunt. prim. p. 1623, 40 sqq.]; ipsa signa edita v. p. 1619, 65; saepius reflexive, v. l. 60. p. 1623, 25. 41. 62. al., mediopass. fortasse p. 1623, 23. 30. al.*): **a** *spectat ad praesentia vel praeterita, quae monstrantur*: α *rebus variis, ut aliquis (aliquid) potius*: Ⓘ *cognoscatur: -untur res*: VARRO ling. 9, 37 figura verbi ut sit ea, quae ex se declinatu (-ta *trad.*) genus -ere certum possit (*cf.* PHOC. gramm. V 435, 1 quarta coniugatio ..., quam imperativus modus -it i litteram in fine conservans. *al.*). VERG. georg. 2, 254 quae *terra* gravis est, ipso tacitam se pondere -it. OV. epist. 12, 38 eminet indicio -ta flamma suo. LVCAN. 4, 309 mollius arvum -idit umorem *sitientibus.* APVL. mund. 17 p. 326 *subterranei ignes* -unt longinquitatem flammae, cum tepidiores ⟨a⟩quas reddunt, *quae praeterfluunt. al.* *-untur animantes*: OV. trist. 4, 4, 9 tua te bona cognita -unt (*antea*: positis pro nomine signis dictus es). Pont. 4, 13, 11 -ent auctorem vires *carminis.* TERT. nat. 1, 4, 14 nec aliunde *nos Christiani* -imur quam de bono nostro (*cf. Scap. 2, 10* nec aliunde noscibiles quam de *eqs.*). *al.* Ⓘⓘ *deprehendatur, occupetur* (*-untur animantes latentes, clam agentes eorumve actiones sim.*): VERG. Aen. 9, 374 *refulgens* galea Euryalum ... noctis in umbra -idit (*cf.* OV. met. 13, 106 nitor galeae ... insidias -et manifestabitque latentem). OV. am. 1, 8, 109 *clam auscultantem* me mea -idit umbra. CVRT. 3, 11, 11 *Dareus fugit* insignibus ... imperii, ne fugam -rent, ... abiectis (*cf.* 3, 12, 5 ne cultu -retur *Dareus*). SCRIB. LARG. 196 *tauri sanguinis potum* vestigia cruoris relicta inter dentium commissuras -unt. LVCAN. 6, 128 *Pompeius* pulvere nullo -tus agmen agit. 6, 279 *proelia* elatus

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

specula ... -idit ignis. PLIN. nat. 13, 25 *quendam* proscriptum ... in ... latebra unguenti odore -tum *esse.* MART. 14, 92, 2 redemptoris -ere furta solet *quinquepedal. al.*

β *animantium vultu, forma sim.* (*deteguntur affectus vel crimina aut convincuntur nocentes praeter l. 12. 13. 17*): HOR. sat. 2, 5, 104 gaudia -entem vultum celare (*cf.* -ere vultu: OV. met. 2, 447 difficile est crimen non -ere v. SEN. Phaedr. 363 quamvis tegatur, -itur v. furor. LVCAN. 3, 356 turbato iam -ta v. ira. *al., e. g. l. 33; v. et l. 15*). OV. ars 1, 326 *taurus Pasiphaen* implevit ... et partu -tus auctor erat (*cf.* MART. 6, 39, 5 *filii spurii* materna -unt capitibus suis furta). fast. 2, 172 *Callisto gravida* uteri manifesta tumore -itur indicio ponderis ipsa suo. MANIL. 4, 722 (*de gentium diversitate*) Syriam -unt torti ... crines. SEN. amic. p. 27 per quam *frontem* -untur animi. STAT. Theb. 10, 645 aspera -unt ora deam *Virtutem* nimiique gradus. QVINT. decl. 247, 15 facie adfectum, ... totis oculis misericordiam -idit. TAC. hist. 1, 75, 1 *insidiatores* Othoniani novitate vultus ... -bantur. *al.* *?struct. inversa*: EVSEB. GALLIC. hom. 35, 13 exhaustorum magnitudinem membrorum -bat robur antiquum et ... mortificationem Christi praeferebat (*pro* magnitudo -bat robur *positum putat Bulhart, Wien. Stud. 66, 1953, 162; an coni.* magnitudine, *ut subi. utriusque verbi sit ipse sanctus?*).

γ *animantium actionibus variis, affectibus* (*cf. δ*): *ut cognoscatur aliquis eiusve animus, affectus*: OV. epist. 21, 197 nec miror sensisse *eum meum animum alienum,* notis cum -ar apertis: ... versor, cum venit ille, ... nec loquor *eqs.* met. 2, 433 *Iuppiter Dianae faciem indutus amplectitur virginem* nec se sine crimine -it (*sc. stupro*). SEN. contr. 2, 3, 4 quid me intempestivae -itis lacrimae? (CVRT. 5, 2, 19 l. obortae -idere animum). OCTAVIA 542 manifesta quamvis pectore insociabili vultuque signa -rent odium mei. STAT. Theb. 10, 645 *v. sub β.* QVINT. decl. 245, 7 pecuniae fames alias videtur -ere cupiditates. PLIN. paneg. 82, 9 *quales simus,* otio -imur (*non occupationibus nostris*). HIL. in Matth. 11, 3 cum totum se dominus ... miraculis -isset, caecorum scilicet visu *eqs. al.* *ut indicentur res variae*: LVCAN. 4, 623 *Hercules Antaeum* exhausit ..., quod creber anhelitus illi -idit et ... sudor. 5, 157 *v. sub δ.* PETRON. 82, 4 cum ... vultu atque ipsa trepidatione mendacium -issem. SIL. 5, 571 vani ... senectam *pugnantis* -bant ictus (10, 115). 9, 83 sumpto ... -ere coepta ... clipeo. TAC. ann. 15, 10, 1 accitur legio duodecima, et unde famam aucti exercitus speraverat, -ta infrequentia. *al.*

δ *clamore, sono, sermone* (*unde aliquid colligitur [aliter sub 2]; -untur saepe animantes, sc. qui latere volunt [praeter l. 48], res e. g. l. 40. 44. 50 sqq.*): OV. epist. 11, 49 *pariens non* tenui vocem; 'quid', ait *anus,* 'tua crimina -is?' (*cf.* met. 14, 180 volui inclamare, sed hosti -ere me timui. PETRON. 22, 4 *ancilla* exclamavit ... et fures -idit). 11, 72 patrias vagitus ad auris venit et indicio -itur ille *infans* suo. Ib. 490 -tus inclusae Cacus ab ore bovis. hal. 79 *canes* -unt clamore feram (LIV. 4, 37, 9 pavorem). LIV. 23, 34, 6 *Poenos, qui se Graecos esse dixerant,* interrogatos ... sermo -idit (31, 14, 8). COLVM. 8, 13, 2 *anser* clangore -it insidiantem (LVCAN. 10, 400 *dux non* -idit arma ... c. tubae). LVCAN. 1, 677 *matrona* vocibus his -ens urguentem pectora Phoebum: '...' (5, 157 non rupta trementi verba sono nec vox *satis magna* ... veritam *esse Pythiam* se credere Phoebo -erant). PETRON. 20, 6 ancilla risu meo -ta. 100, 1 opus (*i. coitum*) anhelitu -et *senex.* PLIN. nat. 9, 36 *testudines* summa in aqua obdormiscere; id -i stertentium sonitu. SIL. 15, 606 (*de signo bucinae*). FRONTIN. strat. 2, 5, 31 ne fremitu *equorum* ... cogitata -rentur. PLIN. epist. 8, 18, 3 se ... ipsos, dum insectantur illum *testatorem,* turpissimis confessionibus -unt. SVET. Tib. 6, 1 *infans parentes* navigium clam petentes vagitu suo paene ... -idit (TERT. virg. vel. 14, 6 *virgines falsae* infantium suorum vagitibus -tae. DIOM. gramm. I 478, 18. *al.; cf. l. 42*). *al.*

ε *indicio non expresse indicato*: SEN. Thy. 332 magna nolentem quoque consilia -unt. VAL. FL. 4, 491 nec -ta pestis ante, sed in mediis dapibus *Argonautae* videre volucres (*sc. Harpyias*). STAT. Theb. 8, 718 *iacti* teli non eminet auctor; ... Melanippus erat, nec -idit ipse (*nisi ad 2*). QVINT. inst. 12, 1, 29 -it ... se, quamlibet custodiatur, simulatio. decl. 351, 9 in metu ipsum metum -ere *non debui.* TAC. hist. 1, 17, 1 nullum ... animi motum. *al.*

b *spectat ad futura, quae praesignificantur* (*cf. p. 1622, 26 sq.*): VERG. Aen. 10, 99 flamina prima ... caeca volutant murmura venturos nautis -entia ventos (*item respiciuntur prognostica*: SIL. 14, 344 pluvias Titan ut -ret ortu fuscatis tristis radiis. VEG. mil. 4, 41, 1 multis ... signis et de tranquillo procellae et de tempestatibus tranquilla -untur. *al.*). LVCAN. 7, 151 non ... abstinuit venturos -ere casus per varias fortuna notas. SIL. 8, 625 nec ... cessarunt superi vicinas -ere clades. AVR. VICT. Caes. 41, 14 rei publicae permixtionem fore ostentorum mira -idere. AMM. 21, 1, 9 amat ... benignitas numinis ... his quoque artibus *auspiciorum* -ere, quae impendent. CLAVD. 26, 259 *lupus portento* casurum -idit hostem. MEROB. poet. 135 -entia fatum lumina *Aetii pueri. al.*

B *e loco tuto, e praesidio, tutela, cura sim., ut significetur i. q. proicere, exponere, dedere, in periculum mittere* (*in malam partem praeter p. 1626, 64; accedunt saepe structurae indicantes, cui quid dedatur, v. infra 1b et 2aβ* [*distinximus dat. comm. l. 72. p. 1626, 20*]; *ad A2 relegavimus animantes indicio delatorum -tos, v. p. 1620, 34. 1621, 19*). *coniungitur e. g. cum* deserere *l. 30. p. 1626, 1. 1627, 24,* oppugnare *p. 1626, 7. 10,* proicere *p. 1625, 58. 1626, 13. 44, cf. differentias* DON. Ter. Ad. 458, 1 socius deficit, ⌞parens -it⌟, patronus deserit (⌞ ⌟ *affert l. 61. 68*); *plus est quam* deserere *vel* relinquere *p. 1626, 4 sq., opp. e. g.* defendere *l. 20. p. 1626, 14. 22. al.,* servare *p. 1625, 63. 1626, 14* (*etiamne p. 1625, 57?*).

1 *in universum*: **a** *pertinet potius ad perdendum, deserendum, fallendum sim.* (*absolute e. g.* SEN. epist. 9, 9 exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu -entium [*nisi subaudias 'amicos'*]. CYPR. epist. 52, 2, 1 *Novatus* curiosus semper, ut -at): α *-untur res*: Ⓘ *notione communi -untur*: Ⓐ *varia*: TER. Haut. 479 (*v. p. 1341, 35*) vitam et ... pecuniam omnem ([SCHOL. Ter. Bemb. abiecturum atq⟨ue⟩ neglecturum; nam -ere est porro dare]. COD. Iust. 5, 37, 22, 2c [*a. 326*] remota servorum custodia ... vita minorum ... -batur). CIC. Verr. II 4, 39 *ut Eriphyle* pulchritudine eius *monilis* incensa salutem viri -ret (Phil. 13, 16). Lig. 6 *Ligari* causam animadverte, *Caesar,* ... qua fide defendam: -o meam (ARNOB. nat. 2, 72 p. 151, 13. *cf. p. 1627, 22*). Att. 10, 9, 2 fortunas meas (*v. l. 65*). VERG. Aen. 10, 593 (*acerbe*) nulla tuos currus fuga segnis equorum -idit. PROP. 2, 7, 10 limina *amicae* ... -ta. OV. rem. 11 nec te, *Amor* ..., nec nostras -imus artes *hoc opere.* SEN. dial. 3, 8, 2 *animus ira captus* non potest utilem illam vim *suam* ... -tam iam infirmatamque revocare. epist. 114, 22 in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri et inclinata vel -ta est (*cf. l. 52?*). OCTAVIA 269 *Messalina* coniugem traxit suum natumque ad umbras, -idit lapsam domum. STAT. Theb. 8, 276 quo ⌞-ta⌟ laurus transeat atque orbum vittae decus *Amphiarao mortuo* (*coni.* provida, *sed cf.* SCHOL. -ta: deserta). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 17, 2 -it et deserit unitatem, *qui probat baptisma haereticorum. al.* Ⓑ *fides, iura, praecepta*: CIC. Verr. II 4, 60 di immortales violati *sunt,* ... hospitium spoliatum ac -tum *est.* leg. 1, 21 dasne ... hoc nobis ... naturam ... *a dis* regi? ... :: do sane. ... :: *Epicurei non* ferent, si audierint te primum *doctrinae* caput ... -isse (*cf.* ac. 2, 27 *sapientiae decretum* nullum sine scelere -i poterit; cum enim decretum -itur, lex veri rectique -itur. 2, 133 dogma -ere). ac. 2, 23 qui statuit omnem cruciatum perferre ... potius quam aut officium -at aut fidem (SALL. Catil. 25, 4 *Sempronia* f. -erat, creditum abiuraverat. APVL. met. 4, 21, 2 ne ululatu quidem f. sacramenti -idit *latro moriens.* CYPR. epist. 74, 8, 4 dum f., dum veritas -itur [*christiana ut*: laps. 7. LACT. opif. 19, 9 f. devotionemque. COD. Theod. 11, 39, 11. *al.*]). VERG. Aen. 4, 431 coniugium antiquum, quod *Aeneas* -dit (SERV. decepit. SERV. auct. quidam '-idit' pro 'perdidit' accipiunt [*affert* Aen. 1, 252 *l. 67*]. *cf.* ARNOB. *infra*). CYPR. epist. 65, 1, 2 *quidam lapsus* audet sibi ... sacerdotium, quod -idit, vindicare. Fort. 11 p. 342, 2 relicta et -ta dei lege (CARM. de resurr. 74 -ta ... suum decepit l. maritum *Eva. addas l. 36*). ARNOB. nat. 5, 22 p. 276, 20 matrimonii -idit ius Leda (CLAVD. 15, 402 -ta [per- *var. l.*] iura). *al.*

Ⓘⓘ *colore peculiari -untur: corporea, quae fraudantur fundamento, structura solida sim.*: LVCR. 4, 519 (*513* in fabrica, si prava est regula prima) *ut* ruant ... -ta iudiciis fallacibus omnia primis. 6, 563 (*560 concussa* incumbit tellus, quo venti *subterranei* prona premit vis) *aedificia* inclinata minent in eandem -ta partem (*cf. l. 26*). 6, 606 ne pedibus raptim tellus subtracta feratur in barathrum rerumque sequatur -ta summa funditus. CLAVD. carm. min. 30, 168 perfidus obice ... -idit Oenomai deceptum Myrtilus axem. *actio, quae ad irritum deducitur*: LVCR. 6, 835 *in inani* claudicat ... pinnarum nisus ... et conamen ... alarum -itur omne.

β *-untur animantes* (*eorum pars corporis l. 70, qualitas l. 74*): Ⓘ *a quibuslibet* (*maxime a propinquis, amicis; exempla inde a* SEN. *selecta*): TER. Hec. 672 *puerulum* an non alemus, Pamphile? -emus quaeso potius? (DON. *ad l.* 1 deseremus, proiciemus, porro dabimus). Ad. 692 *socordia tua* -isti te et illam miseram et gnatum (DON. *ad l.* 3 decepisti vel deseruisti). ACC. trag. 39 ut *Clytaemestra,* quae tum absentem ... coniugem tetinerit, nunc -at ultorem (*coni. alii alia*). RHET. Her. 4, 13, 19 non ius iurandum reliquisti? non amicos -isti? *eqs.* (SEN. epist. 101, 15. *al.*). CIC. Att. 10, 9, 2 ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omnis tam temere -rem *ex Italia discedens.* CATVLL. 30, 3 iam me -ere, iam non dubitas fallere, perfide? (*5* me ... deseris in malis). VERG. Aen. 1, 252 (*Venus suspicatur Iovem falsa promisisse*) unius *Iunonis* ob iram -imur atque Italis longe disiungimur oris (*vix recte* SERV. porro damur, scilicet ab Italia; *sed cf. l. 43*). PROP. 4, 4, 41 -ta ... cornua *Minotauri a sorore.* OV. epist. 6, 135 -idit ... patrem (*Medea ut*: VAL. FL. 7, 309 *discessura* videt externo se -ere p. dura ⌞viro⌟ [*dat. comm. ut p. 1626, 19, vix ad b; abl. causae intellegunt alii*]. *cf.* OV. epist. 12, 109 [*loq. Medea*] -tus est genitor). rem. 11 *v. l. 23.* CELS. 3, 4, 8 ut *medicus* aegrum neque supervacua materia oneret, neque imbecillitatem fame -at (⟨in⟩ imbecillitatem *Heine in plagulis*). SEN. Thy. 139 -tus oc-

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cidit deceptor domini Myrtilus. TERT. adv. Val. 2, 4 simplicitas sola deum ... agnoscere poterit ..., prudentia sola ... -ere. CYPR. epist. 55, 13, 2 qui et se et omnes suos -idit *sacrificando idolis* (*opp.* protexit). PAVL. PELL. euch. 452 *deus,* me ... quanto ... melius nosses, in me -endo probasti (*sc. non adiuvans nimis ardua temptantem, cf. 455* conatus inhibendo meos. *vix recte Brandes subesse putat notionem promovendi, Moussy verbum q. e.* prodire). *al.* *-untur equitantes ab animalibus vehentibus* (*cf. l. 34*): OV. fast. 4, 715 *aries* -idit Hellen (*item* GERM. 533). SEN. Oed. 144 *equus* concidit ... dominumque prono -idit armo. Ⓘⓘ *ab amatoribus perfidis, a coniuge* (*cf. l. 16. p. 1624, 41*): TER. Ad. 692 *v. p. 1624, 60.* CATVLL. 64, 190 (*loq. Ariadna*) prius ..., quam iustam a divis exposcam -ta mulctam. PETRON. 91, 8 (*Giton Encolpio*) ego te reliqui an tu me -isti? VAL. FL. 7, 486 (*loq. Medea*) ego -ta abibo. PRVD. apoth. 624 (*in imag.*) improba Virgo -it amatores (*sc. alia sidera*). Ⓘⓘⓘ *ipsis rebus* (*re pro homine v. l. 2; cf. 2bβ*): CIRIS 150 *puella* -ta ludo *violavit sacra.* OV. epist. 10, 118 (*loq. Ariadna*) in me iurarunt somnus, ventusque fidesque; -ta sum causis una puella tribus. PLIN. nat. 14, 141 *oculi vino* graves -unt maritum (*sc. ut adulterium fugiat eum; sec. var. l.* marito *ad A trahunt alii*). SIL. 2, 247 *Theron Hannibalem petivit clava*; frustrato -tus ictu *fugit.* 15, 709 occubuit clipei transfixo -tus aere. 16, 432 ni successu nimio laetoque pavore -tus ... foret *auriga.* MART. 5, 84, 3 *aleator* blando male -tus fritillo. DICT. 4, 11 tua te, *Achilles,* inconsulta temeritas -idit. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 212 siquidem insueta materia vexatus stomachus ... -at aegrotantes. *al.*

b *pertinet potius ad dedendum, tradendum, sc. indicatis hominibus infestantibus vel periculis, malis sim., quibus aliquis -itur* (*aliter p. 1624, 72; ceterum huc fort. spectat l. 3; ad obi. accedit gerund. l. 36. 39*): α *cum dat.:* *animantium* (*partis corporis* HIER.): TER. Haut. 639 anui illi -ta abs te filia est ..., uti veniret palam (*cf. 629* ei dedi exponendam). VAL. MAX. 6, 1, 3 filiae suae virginitatem a paedagogo -tam ⌞Fannio Saturnino⌟ (*dat., v. Linderski, Rhein. Mus. 133, 1990, 87; in imag.*: CYPR. sent. episc. 49 *utrum sponsam, i. ecclesiam,* incorruptam ... custodimus an integritatem eius ... corruptoribus -imus? qui enim baptisma ecclesiae commune cum haereticis facit, sponsam Christi adulteris -it). SIL. 17, 137 corruit ... equus *et* ... rectorem -idit hosti. CYPR. sent. episc. 61 qui haereticis ecclesiae baptismum concedit et -it. FIRM. err. 12, 6 qui Saturnum filio -erunt. HIER. epist. 52, 17, 1 coegisti me ... ora reserare et confodiendum me ⌞linguis⌟ omnium -ere (⌞ ⌟ *nisi abl.*). *rerum*: MANIL. 5, 541 hanc *Andromedam* ... poenae dirorum culpa parentum -idit (*cf. l. 51*). PANEG. 5, 6, 7 radices ... vitium *male cultarum* ... propaginem ... -unt imbribus eluendam et solibus perurendam. IVVENC. 2, 784 trepidi -unt sibi credita leto *semina* (*Matth. 13, 20 sq.*). 4, 434 Christum ... -ere morti (*Matth. 26, 21* me traditurus est. *cf. l. 49*). AVSON. app. A 6 Od. 5 (449 S.), 6 trabium compago dissolvitur; quo casu *Vlixes* -itur ultimae spei. PRISC. rhet. 2, 7 p. 552, 29 Medea ... debens pudicitiam servare, amoris ⌞turpitudini⌟ -idit eam (⌞ ⌟ turpitudine *Halm, errore typothetae; postea*: tradidit). β *cum praepos. vel adv.* (*huc fort. p. 1624, 75, vix p. 1628, 39; ad struct. cf. p. 1626, 43*): LVCR. 3, 603 quid dubitas ..., quin *anima pereat* extra -ta corpus ... foras, in aperto, tegmine dempto? (*cf. p. 1628, 1*). VERG. Aen. 12, 42 (*Latinus Turno*) quid ... dicet Italia, ad mortem si te ... -erim (SERV. morti opponere. *cf. l. 41 et* IVVENC. 3, 587 -etur ad ultima mortis *Christus* [*Matth. 20, 18* tradetur ... et condemnabunt eum morte]). AVSON. 12, 13 (230 S.), 1 -tus ad poenam ... fraude *Helenae* ... Deiphobus (*cf. l. 38*).

2 *in re militari et vita publica* (*ad rem v. Fuhrmann, RE Suppl. IX 1221 sqq.*): **a** *exempla notionem illustrantia*: α *-unt potius, qui praesidio nudant, periculo afficiunt, perdunt sim.* (*notabiliora selecta*): Ⓘ *temere, inscite agentes*: ENN. ann. 428 in sperando cupide rem -ere summam (*coniungasne 427* servare*? explicat* FEST. *p. 1619, 10*). CAES. civ. 1, 30, 5 *Cato* queritur ... sese proiectum ac -tum a Cn. Pompeio, qui ... rebus imparatissimis ... bellum suscepisset. LIV. 4, 40, 5 -tam Veiis rem publicam esse ab ducibus, -tum deinde, quia illis impune fuerit, ... ab consule exercitum (*cf. 4, 37, 6* omnia temere ac neglegenter egit). 6, 30, 6 ab ducibus utrobique -tae temeritate atque inscitia res. 9, 4, 12 -untur ea omnia (*sc. tecta, incolae*) deleto hoc exercitu, non servantur. 10, 19, 2 ne pravo cum collega certamine rem publicam -at. 26, 2, 8 legiones (*antea*: exercitum in locum praecipitem duxisse). *al.* Ⓘⓘ *deserentes, neglegentes officium, auxilium negantes sim.*: CIC. Verr. II 5, 135 -tum esse te a Cleomene, *qui classem amisit.* Sest. 50 nonne, si meam vitam deseruissem, rem publicam -issem? CAES. civ. 2, 32, 8 *nonne vos* proiecit ille *imperator vester fugiens*? ... non -ti per illum Caesaris beneficio estis conservati? SALL. Iug. 106, 3 *Sulla dixit se* mansurum potius quam -tis (perd- *var. l.*), quos ducebat, turpi fuga ... *suae* vitae parceret. OV. met. 13, 67 *Nestor* volnere tardus equi ... -tus a socio est (*64* desertum. *cf. Hom. Θ 94 sqq.*). LIV. 2, 43, 6 consul rem publicam sustinuit, quam exercitus odio consulis ... -bat (*7* insequi fusos *hostes* pedes noluit). 4, 2, 13 *dilectum non haberi velle* quid esse aliud, quam minari se -turum patriam, oppugnari ... passurum? 7, 31, 7 deditos *Campanos et auxilium petentes* non -i *debere.* 26, 6, 17 desertam ac -tam a primoribus Capuam *esse, ut ab ignobili regeretur. al.* Ⓘⓘⓘ *consentientes cum hostibus sive externis sive domesticis, transeuntes ad eos* (*ut quaedam vergant ad β*; *distinguitur* deserere *l. 7. 10 et e. g.* CIC. dom. 2 VEG. mil. 3, 9, 10, relinquere *l. 15 et e. g.* CIC. Verr. II 1, 77 Phil. 13, 26, oppugnare *l. 15 [iuxta pos. l. 7. 10],* transfugere *l. 27*): CIC. Verr. I 11 *consulem,* cui ... pro quaestore fuisset, ... non solum deseruit, sed etiam oppugnavit ac -idit (PS. ASCON. *ad l.* p. 208, 23 '-ere' gravius *est,* cum ad eos, qui amici esse debent, refertur hoc verbum [*v. vol. IX 2, 803, 28*]). p. red. in sen. 10 *consules* me ... non modo deseruerunt ..., sed -erunt, oppugnarunt, omni auxilio ... spoliatum esse voluerunt. p. red. ad Quir. 21 qui per simulationem amicitiae nefarie me -erunt (*discessum suadentes; cf. e. g.* Att. 3, 19, 3 me a meis consiliariis -tum et proiectum vides). har. resp. 3 qui *consules* me, qui rem publicam, cum defendere deberent, servare possent, ... primo reliquerunt, deinde -erunt, postremo oppugnarunt. CAES. civ. 1, 74, 3 *milites Petrei transfugientes* fidem ab imperatore *Caesare* de Petrei ... vita petunt, ne ... suos -isse videantur. 2, 32, 7 desertos ... se ac -tos a vobis, *milites,* dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt *Pompeiani.* SALL. epist. Mithr. 8 (*hyperbolice*) *Romani* Eumenem ... -idere ⌞Antiocho⌟ pacis mercedem (⌞ ⌟ *dat. comm., vix ad β*; *sim.* TAC. hist. 3, 86, 2 qui Vitellium Vespasiano -idere, cum a Galba *iam* descivissent. *cf. p. 1624, 72*). NEP. Phoc. 2, 3 *Demosthenem* non solum ... non defendit, sed etiam -idit (*ut in exilium mitteretur*). PROP. 4, 4, 87 *Tarpeia* -erat portaeque fidem patriamque. LIV. 23, 30, 8 Locrenses descivere ad Bruttios ... -ta multitudine a principibus. 28, 27, 13 (*ad milites seditiosos*) quam *patriam* cum Mandonio ... consociando consilia -batis. SEN. dial. 8, 1, 4 (*in imag. de Stoico praeceptum Epicuri praedicante*) quin tu ..., si partium piget, transfugis potius quam -is? *al.* *? -it qui custodiendum e manibus emittit* (*falso tradi pro* perdere *putant edd.*): MOD. dig. 48, 3, 14 pr. ea *custodia* -ta. *ibid.* 7 si fugitivum domino reddendum ⌞-erit⌟ (*Basilic. 60, 35, 15, 7 ἀπολύσει*).

β *-unt potius, qui tradunt, dedunt infestanti*: Ⓘ *indicatur cui vel quo*: Ⓐ *animantibus* (*per dat.; cf. l. 19*): RHET. Her. 4, 8, 12 qui -ere hostibus patriam cogitarit (CIC. p. red. in sen. 32 ut me et rem publicam non modo desereret sed etiam h. rei publicae -ret *consul.* CAES. Gall. 4, 25, 3 *legionis* aquilam. SALL. Iug. 31, 18 rem publicam. 31, 25 hosti ... -ta senatus auctoritas, -tum imperium vestrum est. LIV. 27, 25, 3 Tarentum. *al.*). CIC. Verr. II 5, 106 quod classem praedonibus -issent *nauarchi.* NEP. Phoc. 3, 4 Piraeum Nicanori. LIV. 4, 61, 8 arcem Romanis (24, 27, 7 Romano Syracusas. *al.*). 24, 30, 14 *ut* receptos tutarentur neu -rent Syracusanis. 26, 39, 15 Tarentum Hannibali (27, 46, 10 castra. *al.*). *al.* *cum acumine -untur captivi, sc. relinquuntur, non redimuntur*: SIL. 10, 652 obsecrantes, captivum vulgus ut auro pensarent ..., miranti durarunt *senatores* -ere Poeno. Ⓑ *rei malae, iniquae* (*per praepos. vel acc. directionis; cf. 1bβ*): LIV. 22, 44, 7 si quid proiectis ac -tis ad ... improvidam pugnam legionibus accideret (24, 30, 8 -tos ad caedem commilitones). 26, 12, 11 Capuam ... traditam in manum hostibus, ... se quoque et praesidium in omnes cruciatus -tos *esse* (IVL. VAL. 3, 21 in quanta discrimina -remur ab hisce Indis *viam monstrantibus*). CARM. c. pag. 38 ⌞venum patriam⌟ qui -idit (⌞ ⌟ vinum patriae *trad., quod nonnulli defendunt*).

Ⓘⓘ *exempla cetera* (*pauca selecta, minus dubia; v. quae monuimus l. 4*): CAES. civ. 3, 67, 5 *Puleionis* opera -tum exercitum C. Antonii demonstravimus (*sc. ut Pompeium sequeretur*). SALL. hist. frg. 2, 87 D 1 neque se arma neque socios ... -turos firmabant *oppidani.* NEP. Them. 8, 5 cum ab Atheniensibus ... exposceretur *Themistocles* ..., supplicem non -idit *rex.* PROP. 4, 4, 56 (*verba Tarpeiae*) *Tati,* dos tibi non humilis -ta Roma venit. LIV. 6, 10, 1 parte Nepesinorum -ente civitatem facta erat deditio. 22, 60, 16 *Hannibalem* castra -i et arma tradi iubentem. 25, 16, 6 nisi imperatoris et eiusdem hospitis -ti capite ... foedus ... sanxisset (*7* si ... imperatorem tradidisset). 28, 19, 2 -endis, qui ... ad eos perfugerant, interficiendisque. LVCAN. 10, 355 nec -ta tantum est *Caesari,* sed *ab eo Cleopatrae* donata Pharos. TAC. hist. 4, 70, 4 *Tutor* fidens loco, quia pontem ... abruperat, ... incursu cohortium ... et reperto vado -tus fususque *est.* AMM. 25, 9, 8 Nisibi -ta *a Ioviano sec. pacis condiciones* (*12* urbe tradita). *al.* *-untur libri, qui publice conquiruntur*: COD. Theod. 16, 5, 34, 1 *haereticorum* codices ... quaeri ac -i ... mandamus ... cremandos. *ibid.* aliquid ... occultasse nec -isse.

b *syntactica et stilistica quaedam*: α *accedit obi.*: ENN. ann. 428 rem ... summam (OV. met. 13, 59 r. Danaam. LIV. 6, 30, 6. *al.; cf. l. 72*). RHET. Her. 4, 8, 12 hostibus patriam (*saepius, v. vol. X 1, 768, 43 sq.*). CIC. Verr. I 11 consulem (*sc. Cn. Carbonem ut* II 1, 77. 3, 6). II 5, 106 classem praedonibus (5, 110 sq. TAC. hist. 3, 40, 1 SVET. Aug. 74). p. red. in sen. 32 rem publicam ... hostibus (Sest. 50 PLANC. Cic. fam. 10, 21, 5 SALL. Iug. 31, 18 LIV. 4, 40, 5. *al.*). har. resp. 58 imperatores (Phil. 13, 26 LIV. 25, 16, 6. 28, 23, 6 SEN. contr. 7, 7, 7. *al.*). Pis. 56 salutem (LIV. 9, 14, 16. 30, 9, 9). Phil. 10, 15 causam veteranorum (LIV. 4, 57, 10. 34, 23, 5.

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. l. 22). div. 2, 37 (*in imag.*) urbem ... -itis, dum castella defenditis (LIV. 22, 50, 3. 23, 16, 3. 24, 3, 13. *al.*). CAES. civ. 1, 76, 2 exercitum ducesque (3, 67, 5 SALL. epist. Mithr. 12 LIV. 4, 40, 5. 5, 11, 8. *al.*). SALL. Iug. 31, 25 imperium (LIV. 27, 9, 12 VAL. MAX. 3, 7, 8. *al.*). hist. frg. 2, 87 D 1 neque ... arma neque socios (LIV. 8, 15, 5. 26, 13, 19. *al.*). NEP. Phoc. 3, 4 Piraeum (*item cum nomine oppidi saepius, e. g.* LIV. 24, 27, 7 Syracusas. 26, 39, 15 Tarentum). LIV. 3, 30, 8 praesidium (9, 26, 1. 24, 36, 10. *al.* IVST. 18, 1, 9. *al.*). 4, 26, 10 summi imperii ius (LVCAN. 4, 801 iura senatus. *cf. l. 36. p. 1624, 47*). 6, 10, 1 civitatem (32, 25, 1. QVINT. decl. 307, 3 populum, c., exercitum). *al.* β *pro agente est res* (*actio sim. hominum praeter l. 18; cf. p. 1625, 14*): CIC. Att. 3, 8, 4 cuius (*Hortensii?*) ... scelere impulsi *ad fugiendum* et -ti simus. VERG. Aen. 1, 470 Rhesi ... tentoria ..., primo quae -ta somno Tydides ... vastabat (OV. epist. 1, 40 rettulit ... Rhesumque Dolonaque caesos *esse,* utque sit hic s. -tus, ille dolo. LIV. 31, 24, 5 idem ibi *Athenis* somnus eademque neglegentia erat, quae Chalcidem ... -erat). OV. epist. 10, 70 (*loq. Ariadna*) pater et tellus iusto regnata parenti -ta sunt facto ... meo. LIV. 22, 50, 3 fuga ... sicut urbem -idit, ita exercitum servavit. 38, 40, 12 Romanos iniquitas locorum barbaris per calles notas occursantibus ... -bat. *al.* γ *ponitur absolute*: LIV. 45, 6, 1 -tum *a Perseo amicum* ..., quia non -erat. SEN. dial. 8, 1, 4 *v. p. 1626, 26.* QVINT. decl. 294, 9 quomodo -erit, quo pretio, quo tempore, quo loco. 334, 7. *al.*

3 *in iure*: **a** *respectu vario*: causam -ere (*de praevaricatore v. p. 1090, 2 et 1093, 48; cf. p. 1624, 20. 1626, 75*): CIC. Verr. II 1, 84 (*antea*: iudicio non persequi) cur c. populi Romani deseruisti ac -isti, cur iniurias, *quas legatus subieras,* ... reliquisti? (*cf.* c. publicam: LIV. 2, 54, 8. 3, 71, 4 *cum consules testem* vociferantem ... -i p. c. submoveri iussissent). Caecin. 50 *in explicandis verbis edicti* rem et c. et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam -ere. QVINT. inst. 4, 2, 78 si neque defenderint neque narraverint, tota c. -etur. MAVRIC. dig. 49, 14, 15 pr. si c. egisset et -isset. *al.* *exempla cetera*: CIC. Flacc. 81 (*verba accusatoris*) *subscriptor* a Flacco *reo* corruptus est, is me deseruit ac -idit. QVINT. inst. 4, 2, 127 quae circumstantibus *iactationis causa* ostentare volumus, iudicibus -imus. VLP. dig. 4, 4, 18, 1 *dum minor se* ab advocatis -tum queratur. 48, 5, 2, 1 si legem -isse dicatur ob hoc, quod adgressus accusationem ... destitit (*cf. p. 1624, 45*). COD. Iust. 5, 52, 2, 1 (*a. 284*) *nisi tutores* causam agendo sua sponte iura pupilli -erunt. **b** *respicitur aliquid fraudulenter adversario tradendum* (*accedit dat. praeter* VLP.): VLP. dig. 47, 11, 8 si quis instrumenta sua -ta esse dicat (PAVL. sent. 5, 25, 8 sq. [= dig. 48, 19, 38, 8 sq.] adversario [MARCIAN. dig. 48, 10, 1, 6]). PAVL. sent. 5, 15, 5 (= dig. 22, 5, 16 coll. Mos. 8, 3, 1) qui falso ... testimonia dixerunt vel utrique parti -erunt (*sim.* EDICT. Theodor. 42).

C *ex ipsa origine, ut significetur i. q. edendo creare, efficere sim.*: **1** *-it qui (quod) generat, condit animantem* (*fundamentum stirpis l. 50; in struct. pass. indicatur, unde quis proveniat, per abl. passim, praepos.* ab *l. 50,* ex *l. 51 sqq. al., adv. l. 48; p. p. p.* -tus *vergit hic illic in usum adi., cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1922 sqq. [cod. Paris.] -tus: natus. ... genitus. procreatus. *eqs.*): **a** *vario usu* (*cf. p. 1628, l. 3*): ACC. trag. 520 inclute *Vlixes,* parva -te patria. MANIL. 5, 415 hinc (*i. constellatione quadam*) ... tortor poenaeque minister ... -itur. APVL. met. 1, 2, 1 originis maternae nostrae fundamenta a Plutarcho ... -ta. 1, 23, 3 generosa stirpe -tum *Lucium.* 4, 16, 1 genere Thracio -tus *Nicanor.* VLP. dig. 50, 16, 195, 2 qui ex eadem domo et gente -ti sunt. ARNOB. nat. 2, 43 p. 116, 11 ex causis principalibus -tae ... animae. 4, 16 p. 220, 17 *dea* ex caeno et ex gurgitibus -ta coagulataque limosis (*ibid. p. 220, 5* quam Nilus ... generavit). PRVD. cath. 3, 137 venit nova progenies, aethere -tus alter homo. ham. 185 *angelus* factus de stirpe bonus, bonitatis in usum -tus. *al.* **b** *de ipsis genitoribus vel parientibus* (*ut simul spectet ad A*): GRATT. 264 iunge pares *canes* ... -antque tibi metagonta parentes. APVL. met. 9, 33, 6 *gallina* praematurum ... -idit partum. ARNOB. nat. 2, 70 p. 148, 5 Liber, Venus, Diana ... Iove patre sunt -ti et genitore Saturnio procreati. 5, 25 p. 281, 12 per quam *partem* ... subolem -ere *solent feminae* (LACT. ira 18, 10). PS. LACT. PLAC. fab. OV. 15, 3 quae nascuntur, quoniam in initio -ta teneras ... species habeant, *eqs.* (*cf. Ov. met. 15, 221* editus in lucem). *al.*

2 *-it qui facit magistratum sim.*: *technice*: CIC. dom. 38 ipsum *interregem* patricium esse et a patriciis -i (*al., v. vol. VII 1, 2265, 6 sqq.; cf.* CIC. leg. 3, 9 *patres* ex se -unto, qui comitiatu creare consules rite possit [*sim.* 3, 10]. *v. Kunkel-Wittmann, Staatsordnung II, 1995, 279 adn. 23*). MIL. 27 iter ... Miloni *dictatori* esse Lanuvium ad flaminem -endum (46 ASCON. Mil. p. 31, 4. *cf. vol. VI 1, 855, 24*). *usu laxiore*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 18 dictatores -ti sunt (*antea*: magistratum constitui). AVSON. 23 (279 S.), 119 Helvi, ... princeps decretis *patrum* -te (-ere, *i.* -eris, *Green*), non studiis *militum.*

3 *-it qui (quod) quolibet modo efficit, instituit sim.* (*in usum vel notitiam posterorum sub b et c et e. g. p. 1628, 12*): **a** *varia (corp. p. 1628, 3. 11 sq.), quae -untur: causa naturali vel qualibet*: LVCR. 2, 933 aliquo

tamquam partu, quo *sensus* -itur extra (quod -tum e. *trad.; 931* oriri). SEN. nat. 5, 13, 3 omnia pericula venti erupti de nubibus -unt (-deunt *var. l.*). NERAT. dig. 41, 1, 14 pr. quae primum a natura -ta sunt et in nullius adhuc dominium pervenerunt (*e. g. litora, ferae*). APVL. Plat. 1, 18 p. 217 quam *insaniam* vitiosa qualitas corporis -it. TER. MAVR. 1362 unum numerus ante quam secundum -idit (*1361* creatum). CHAR. gramm. p. 62, 20 sermonis a natura -ti ordinatio (*sim.* DIOM. gramm. I 334, 31. 439, 20). *al.* *opera hominis vel numinis*: GRATT. 96 felix, tantis quem primum industria rebus -idit auctorem (*sc. inventorem instrumenti venatorii; ad A trahunt Enk aliique*). APVL. met. 2, 4, 5 in quo, *sc. opere mirifice figurato,* summum specimen operae fabrilis ... signifex -idit. FLORENT. dig. 11, 7, 42 *defuncti cuiusdam* monumentum generaliter res est memoriae causa in posterum -ta (*postea*: factum). TERT. spect. 11 p. 14, 8 gymnicas artes Castorum et Herculum ... disciplinae -erunt. OPT. PORF. carm. 21, 14 Bassus nunc -ere carmen imperat. IVVENC. 4, 9 *pharisaeorum* -it fallacia fructum. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 141, 17 ab iambico trochaicum *metrum* ... -idit *Archilochus. al.* **b** *exempla imitanda ipsamve imitationem*: CIC. Flacc. 24 ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum -retis. 25 in hoc ... reo ne quod perniciosum exemplum -atur (Sest. 59 illius funesti anni -to e. LIV. 1, 11, 7 *Sabini Tarpeiam* necavere ... -endi e. causa. 5, 27, 13 eventu huius belli duo salutaria exempla -ta humano generi sunt. VELL. 2, 119, 4. *al.* SEN. epist. 78, 21 CVRT. 8, 5, 12 TAC. hist. 1, 3, 1. *al.; aliter infra l. 65*). VELL. 2, 6, 5 id unum nefarie ab Opimio -tum, quod capitis ... civis Romani pretium se daturum ... proposuit. **c** *instituta legitima* (*non nisi pass., sc. p. p. p.* -tus *praeter* LIV.): LIV. 1, 32, 5 ut ..., quoniam Numa ... religiones instituisset, a se (*i. Anco Marcio*) bellicae caerimoniae -rentur. IVLIAN. dig. 19, 5, 3 quorum *contractuum* appellationes nullae iure civili -tae sunt. POMPON. dig. 19, 5, 11 actiones, quae legibus -tae sunt (GAIVS dig. 44, 7, 5 pr. eo ... nomine -tae sunt a. *quaedam. al.* VLP. dig. 47, 2, 17 pr. actio ei, *qui cum servo suo litigare vult,* a veteribus -ta *non* est. *al.*). GAIVS dig. 41, 1, 1 pr. ius gentium cum ipso genere humano -tum. inst. 4, 118 *exceptiones* omnes vel ex legibus ... substantiam capiunt vel ex iurisdictione praetoris -tae sunt. PAPIN. dig. 19, 5, 1 pr. ut cessantibus iudiciis -tis et vulgaribus actionibus ... descendamus ad eas, quae in factum appellantur. VLP. dig. 7, 9, 12 -tum est neminem rem suam nisi furi condicere posse. *al.*

II *praeverbio revocando potius ad notionem q. e. porro, protinus* (*ad notionem v. p. 1619, 9. 16. 1629, 28; vix huc p. 1624, 69*): **A** *pro obi. est tempus, fere i. q. producere, proferre*: **1** -ere vitam, *sc. longiorem facere* (*vix ad p. 1625, 24*): PLAVT. Trin. 340 de mendico male meretur, qui ei dat ..., nam et illud, quod dat, perdit et illi -it (producit *P*) vitam ad miseriam. **2** -ere dies *complures, sc. prolatando interponere, sinere ut procedant ad moram faciendam* (*cf. p. 1639, l. 1687, 40*): TER. Andr. 313 *a Pamphilo* impetrabo, ut aliquot ... nuptiis -at dies (NON. *v. p. 1619, 13.* DON. *ad l.* 2 [*sim.* SCHOL. p. 83, 25] proferat, prolatet, differat [*affert* LVCIL. *infra*]. *Eugraph. 306* ut nuptias aliquot proferat dies). **3** -ere diem *constitutam, sc. differre*: CATO orat. 222 te, C. Caecili, diem ⌊-⟨di⟩disse⌋ militibus legionis III, cum proditionem non haberent (⌊ ⌋ *suppl. ex lemmate* FEST. p. 242 -isse non solum in illis dicitur, qui patriam hostibus -erunt, sed etiam tempus longius fecisse). LVCIL. 214 possisne elabi an ⌊porro⌋ -enda dies sit (⌊ ⌋ DON. *supra, om.* NON., *quem v. p. 1619, 12*).

B *pro obi. est quidlibet, quod alicui datur, fere i. q. tradere, committere sim.* (*accedit passim dat., imprimis* posteris *vel* memoriae, *praepos.* ad *vel* in *p. 1629, 6 sq. 19*): **1** *posteris (cf. p. 1627, 74); dictis scriptisve (sed progenie p. 1629, 20) -untur*: **a** *cognoscenda, recordanda* (*hic inseruimus, quae fere ab alio ad alium tradi videntur, sc. usu quodam generali, qui tamen aegre distinguitur ab IA2b; ad struct. v. appendicem; ad notionem cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1917 sqq. [cod. Paris.] -tum: memorabile. aeternitati mandatum. traditum memoriae *eqs.*): α *exempla varia*: RHET. Her. 4, 44, 57 *gloria Decii* cum summa laude -ta. CIC. Arch. 15 *summorum virorum* virtutes litteris -tae sunt (fam. 5, 16, 3. *al., e. g. l. 75*). Flacc. 62 inter deos certamen fuisse -tum est. rep. 2, 4 *id* concedamus ... famae ... a maioribus -tae (*cf. p. 1629, 8. 13. al.*). 6, 23 laudes uniuscuiusque nostrum a patribus acceptas posteris -ere (*al., v. p. 202, 32. 80 sq.; addas e. g.* CAES. Gall. 7, 77, 13 *exemplum* institui et p. -i). div. 1, 12 nihil est ... quod non longinquitas temporum excipiente memoria -endisque monumentis efficere atque adsequi possit. ad Q. fr. 1, 1, 44 ea *gloria* tibi est communicanda mecum, -enda liberis nostris. *al.* CAES. Gall. 6, 18, 1 Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant idque ab druidibus -tum dicunt. VARRO ling. 5, 42 *Capitolium* antea montem Saturnium appellatum -erunt (*item act. subiecto non definito*: PLIN. nat. 34, 33 Hercules ab Euandro sacratus, ut -unt, in foro boario. 35, 167 hoc idem circa Cassandream -unt fieri. 37, 133. *al.*). *al.* β *iungitur cum* memoria (*v. et p. 1629, 6 sq.*): CIC. inv. 2, 3 *virginum* nomina multi poetae memoriae -erunt (*saepe, v. vol. VIII 677, 70 sqq.*). Verr. II 1, 47 id, quod est -tum memoria ac litteris, La-

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tonam ... confugisse Delum (*al., v. ibid. p. 675, 80 sq.*). off. 2, 63 *beneficiorum* memoria liberis posterisque -atur (*item est pro obi. ibid. p. 675, 84 sqq.*). COLVM. 1, 4, 6 multos ... deerrasse memoria -idit.

b *utenda, servanda, colenda* (*maxime iura, instituta sim.; exempla potiora, a p. 1628, 25 aliena*): CIC. Verr. II 5, 36 *aedili datum est* ius imaginis ad memoriam posteritatemque -endae ([*cf.* NON. *supra p. 1619, 13*]. Rab. Post. 16 sella curulis, ... imago ipsa ad posteritatis memoriam -ta. APVL. flor. 7, 5 posteris). dom. 77 cum hoc iuris a maioribus -tum sit, ut nemo civis Romanus ... civitatem possit amittere (*sim.* div. 2, 112 ut, id quod -tum est a maioribus, iniussu senatus ne legantur quidem libri *Sibyllini*). Mil. 83 qui *maiores* sacra, qui caerimonias, qui auspicia ... coluerunt et nobis suis posteris -erunt (leg. 2, 47 ut conserventur sem⟨per⟩ et deinceps familiis -antur et ... perpetua sint sacra. *cf.* 2, 27 ea, quae a maioribus -ta est cum dominis tum famulis ..., religio Larum). leg. 3, 4 *regnum* primum ad homines iustissimos ... deferebatur ..., deinde etiam deinceps posteris -batur (*cf.* off. 3, 84 *regnum* a Tantalo et Pelope -tum iure obtinebatur). Cato 25 non accipere modo haec, *sc. sata sim.*, a maioribus ..., sed etiam posteris -ere (*explicatur p. 1619, 14*). LIV. 23, 47, 6 Taurea ... 'minime, sis', inquit, 'cantherium in fossam'; quae vox in rusticum inde proverbium -ta est. *-itur* genus, *sc. propagandum*: VERG. Aen. 4, 231 qui *Aeneas* ... Italiam regeret, g. alto a sanguine Teucri -ret (SERV. 'protenderet', id est 'propagaret'. GLOSS. produceret vel longiorem faceret. *cf. p. 1619, 13*). ARNOB. nat. 2, 59 p. 134, 17 beluarum ... innumerabilia genera cuius rei sunt causa ⌞vel informata vel -ta⌟? (*nisi syn., ut locus spectet ad IC1*).

2 *singulis quibusdam* (*pauca minus dubia, sc. sublato respectu infestandi vel detegendi sim.* [*cf. imprimis p. 1620, 32. 1625, 24*]): FEST. p. 229 -uit: porro dederit, ut est in lege censoria: 'porticum sartam tectam habeto, ⌞-ito⌟'; alias -erit (⌞ ⌟ *sc. novo conductori, v. Mommsen, Staatsrecht II 451 adn. 4*). APVL. met. 10, 23, 4 *mater filiolam, ne maritus occideret,* -idit vicinis alumnandam (*aliter p. 1624, 59*). PRVD. apoth. 280 quando est, ut -tus ignis ignem diminuat? AVIAN. fab. 12, 9 (*loq. Fortuna*) *in agro* inventa meis non -is munera templis (*cf. Ellis, 1887, ad l.*). GREG. TVR. glor. mart. 63 *peregrinus* quidam ... libellum ... detulit, lectori *ecclesiastico* ... -idit ad legendum (*cf. p. 1619, 69*).

appendix structurarum: **1** *indicatur quid vel de quo -atur* (*absolute v. imprimis p. 1622, 5. 1627, 19 et e. g. p. 1619, 67. 1624, 12*): **a** *per acc. obi.: passim inde a* PLAVTO; *reflexive vel mediopass. p. 1619, 74 sqq. 1622, 54 sq. 1624, 61. 1625, 36. al. accedit praedic.* (*exempla certiora, cf. l. 55*): LIV. 5, 31, 8 *Scipio* Potitum interregem -idit (22, 34, 1 ASCON. Mil. p. 38, 5. *al.*). GRATT. 62 quos -it fabula ... semideos. 96 *v. p. 1628, 8.* DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 26 *diem* lu⟨gub⟩rem (*v. p. 1430, 71*). FEST. p. 310 suillum genus invisum Veneri. SEN. nat. 3 praef. 1 secreta ... aliis noscenda -ere (-ducere *var. l.*). PLIN. nat. 2, 162 altissimum *montem* -idit Pelium. *al.* SVET. Aug. 3, 1 *C. Octavium* a nonnullis argentarium atque etiam inter divisores ... -tum *esse. al. pro acc. (nom.) praedic. ponuntur struct. variae e. g. l. 46. p. 1622, 33 et* PLIN. nat. 3, 46 quas *colonias* ille *Augustus* in eo -idit numero. 13, 91 Atlans mons peculiari -itur silva.

b *per praepos.* de: CIC. Planc. 94 haec de sapientissimis ... viris (*item iuxta pron. vel adi. neutr. e. g. p. 1620, 74 et* PLIN. nat. 37, 54 plurima. SVET. gramm. 4, 11 aliquid). Brut. 39 de nullo ut diserto memoriae -tum est (57 de quo sit m. -tum eloquentem fuisse. NEP. Alc. 1, 1. *al.*). PLIN. nat. 10, 4 de eo -idit Manilius ... neminem extitisse *eqs.* TAC. ann. 4, 35, 1 PONT. vita Cypr. 12, 8. *al.*

c *per acc. vel nom. c. inf.* (*saepius subaudienda copula* esse, *e. g. l. 70 et* CIC. Cato 63 div. 1, 55 NEP. Them. 10, 5; *pendet inf. solus e. g.* LIV. 40, 29, 2 nusquam pluvisse. FIRM. err. 13, 4 ita esse): α *e formis pass., maxime* -tum est, *pendet*: ① *acc. c. inf.*: CIC. Verr. II 4, 103 hoc memoriae -tum est ... praefectum ... dentes eburneos ... e fano sustulisse (dom. 134 rep. 1, 16 ita. *al.* LIV. 3, 39, 2. 8, 6, 1. *al.* R. GEST. div. Aug. 13 [*gr. ὁμολογεῖται*]. *et saepe; cf. p. 1628, 75*). Flacc. 62 certamen fuisse -tum est (*nisi ad l. 63*). nat. deor. 3, 59 *Astarten* Adonidi nupsisse -tum est. VARRO rust. 1, 40, 5 LIV. 7, 42, 3. 8, 24, 1. *et saepe.* ② *nom. c. inf.* (*cf. l. 61*): LVCR. 3, 978 quaecumque Acherunte ... -ta sunt esse. FEST. p. 189 quo *loco* frui soliti -untur augures. PLIN. nat. 2, 99 *soles plures* conspecti ... -untur. 3, 121 *Padus quandam* figuram ... facere -tus. *al.* IVST. 44, 4, 12 AMM. 29, 1, 25 COD. Theod. 9, 34, 9. *al.*

β *e formis act. pendet acc. c. inf.*: CIC. Scaur. 42 fallacissimum genus esse Phoenicum ... historiae nobis -erunt. Planc. 94. Mil. 8 doctissimi homines memoriae -erunt eum *parricidam* ... liberatum *esse* (NEP. Them. 10, 5 Paus. 2, 2 LIV. 27, 26, 13. 38, 55, 2 FEST. p. 177. *al.*). div. 1, 121. VARRO ling. 5, 42 *v. p. 1628, 70. al.*

d *per enunt. secund.*: α *interrog.* (*cf. interrog. rectam iuxta imperat.* -ite *p. 1621, 9*): CIC. div. 1, 2 quid cuique *sideribus* significaretur, memoriae -erunt. CVLEX 194 qui casus sociarit opem ..., -ere sit dubium. PLIN. nat. 28, 64 VAL. FL. 3, 410 SIL. 3, 222 SVET. Tit. 10, 2. *al.* β *varia: iuxta obi.*: LIV. 38, 50, 2 *nullum* exemplum -tum memoriae esse, ut imperator *victoria parta* ... inhonoratus ... urbem iniret (*cf.* hoc iuris ..., ut *p. 1629, 8,* ita ... ut CIC. Brut. 289). SVET. Cal. 19, 3 causam operis ... *esse* -tam, quod *mathematicus aliquid* ... affirmasset (*cf.* AMM. 28, 1, 19 haruspex ... indicio -tus, quod *eqs.*). *pro obi.*: HIL. in psalm. 51, 4 populus ... regi ... -it, quod in domo Abimelech sit *David* ([*postea*: -ens ... eum in domo esse]. AMBR. in Luc. 10, 78 AVG. civ. 4, 27 p. 179, 31. *al.*). GREG. M. moral. 2, 22 *ut* nobis ... -retur, quia praenuntia tribulationis est laetitia satietatis.

e *per orat. rectam: solam*: STAT. Theb. 1, 443 *p. 1621, 9. iuxta alias struct. e. g. p. 1623, 48 et* COLVM. 7, 3, 23 non aliter sentio, quam ut -idit Maro: '...' (*Verg. georg. 3, 324 sqq.*).

f *per adv., e. g.* ita *l. 4. p. 1629, 60. al.*, ut *l. 12 et* CIC. de orat. 1, 261 off. 3, 97. *al.*

2 *de structuris indicantibus cui (vel quo) quid -atur v. p. 1619, 55. 1625, 24 sqq. 1626, 31 sqq. 1628, 53; addas dat. p. 1628, 41. 44, praepos.* ad *p. 1628, 41,* in *c. acc. p. 1628, 13 (cf. p. 1628, 18), adv.* extra *p. 1628, 1; unde quid emittatur indicavimus p. 1627, 44, addas praepos.* ab *p. 1628, 16. 1629, 21,* ex *p. 1619, 67.*

deriv.: 1. proditio, proditor (-trix), 2. proditus (-ūs). *Morelli.*

prōdoceo, -ēre. *a* pro *et* docere. [*non huc spectat* GLOSS. contendunt: ... -ent (= GLOSS.^{L} IV Plac. c 7 c.: ... pro docent).] *i. q. docendo proclamare, publice docere sim.* (*vix recte quidam de vi temporali cogitant coll. gr. προδιδάσκειν*): HOR. epist. 1, 1, 55 'o cives, ... virtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo -et, haec recinunt iuvenes dictata senesque (*cf. Porph. ad loc. 53* a quibus *feneratoribus* vult tamquam a magistris doceri populum).

prōdormio, -īvī, -īre (*nisi perf. referas ad* prōdormīsco, -ere; *sed ad verba per notionem non bene dinoscenda v. e. g. vol. V 1, 2031, 16 sqq. IX 2, 37, 47 sq. 38, 27 sq.*). *a* pro *et* dormire. *certe dictum est de eo, qui maturius cubitum it (v. enim l. 35. 38 sqq.), ut agnoscenda videatur vis praeverbii temporalis* (*fort. sec. gr. προχαθεύδω*) *et notio sit i. q. ante tempus vel dormire vel somnum capere* (*de aliis explicationibus v. van den Hout, comm. 1999, ad loc. p. 24*). *exempla*: FRONTO p. 9, 13 sive -as sive pervigiles (*ad Aur. Fronto p. 6, 1* cupio ... paulisper a me abscedat *somnus,* et lucubratiunculae ... facultatem tribuat). p. 75, 13 (*inde in indice* p. 69, 39) ego -vi (*infirmitatis causa, v. ibid. p. 75, 7*). AVR. Fronto p. 62, 9 ego aliquantum -vi propter perfrictiunculam, quae videtur sedata esse; ergo ab undecima noctis in tertiam diei ... legi (*cf. p. 62, 4* incipiam dormire, nam *vigilare nolo valetudinis causa*).

prodromus *adi.* (*non leguntur nisi formae masc.*), *πρόδρομος. scribitur* pru- *l. 47,* -dorm- *l. 55, forma gr. -ov trad. litt. gr.* PLIN. epist., HIER.

i. q. praecurrens, praecursor (*adhibetur fere pro subst., sed iuxta subst. l. 58. 60. 61*): **1** *de hominibus: de comitibus apparitoribusve, qui antecedunt Pompeium ex Asia redeuntem*: CIC. Att. 1, 12, 1 mihi Pompeiani -i (pru- *fere trad.*) nuntiant *aliquid. de praecursore Christi*: ZENO 2, 8, 7 ex -i ... eius designatione (*Iohannem baptistam intellegens affert Mal. 3, 1* angelum ..., qui praeparabit viam). **2** *de ventis, qui antecedunt ortum Caniculae sideris* (*ad rem v. Böker, RE XXIII 96 sqq.*): CIC. Att. 16, 6, 1 remis *navigandum erat* ..., -i nulli *fuerunt.* COLVM. 11, 2, 51 VI id(us) Iul(ias) -i flare incipiunt (*cf. l. 57 et* PLIN. nat. 2, 123 huius *Caniculae* exortum diebus VIII ferme aquilones antecedunt, quos -os appellant). GELL. 2, 22, 25 qui *venti* etesiae et -i appellitantur *eqs.* (APVL. mund. 14 p. 321 e. et -i [-dorm- *codd. potiores*] spirantes ex omni parte. AMM. 22, 15, 7 spirantibus -is *et* ... etesiarum ... flatibus repellentibus eius *Nili* meatum). *c. gen. obi.*: PLIN. nat. 18, 270 XIII kal(endas) *Augustas* ... etesiarum ... -i flatus incipiunt. **3** *de genere ficorum*: PLIN. nat. 16, 113 *ficos* praecoces ..., quas Athenis -os vocant. HIER. in Is. 9, 28, 1 l. 43 *-ov* ficum (*cf. supra p. 698, 69*). **4** *de epistula*: PLIN. epist. 4, 9, 23 habebis hanc interim epistulam ut *-ov* (*cf. p. 522, 10*).

[prōdūcibilis *falso trad. pro* improducibilis HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 1 p. 305, 20, *v. vol. VII 1, 695, 8.*] *Bk.*

***prōdūco,** -dūxī, -ductum, -ere. *a* pro *et* ducere. NOT. Tir. 7, 34 -it. 7, 49 -xit. *de formis: imperat.* -c SEN. contr. 10, 1, 14. *al.* SEN. dial. 11, 18, 2 APVL. apol. 46, 3. *al.* (*syncopam servato accentu paenultimae circumflexo testatur* PRISC. gramm. II 130, 1 -ce, -c). *inf. perf. act.* -xe TER. Ad. 561. *syllaba secunda brevis trad.* DRAC. Romul. 5, 38 *p. 1641, 54* (-dūc- *decies apud eundem*). *de notione* (*v. etiam sub IA et B*): PAVL. FEST. *v. p. 1533, 28* (*cf. vol. V 2, 366, 14 sqq.*). NON. p. 372, 24 sqq. -ere dicitur longius ducere (*afferuntur* VERG. Aen. 2, 637 LVCIL. 907 CIC. Cato 46. VARRO Men. 355 [*explicationi sequenti, sc.* prosequi, *tribuit Passeratius*]), -ere prosequi (VERG. Aen. 9, 487), -ere instituere (TER. Ad. 314 LVCIL. 679), -ere deducere (TER. Ad. 402), -ere foras ducere (TER. Haut. 144 CIC. Verr. II 3, 63 LVCIL. 1009). CHAR. gramm. p. 480, 18 -o: *προάγω, ἐκτείνω.* GLOSS.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-it: *ἐκτείνει, ἐξάγει, προάγει καὶ ἐλαύνει σίδηρον ἢ χαλκόν.* -ens: *προβαλών.* -tus sum: promotus sum, *προήχθην, προέκοψα.* GLOSS. biling. 4 W 32 *παρεκτ(ε)ίνει*: deducit, -it, extendit. *sim. al.* *legitur fort. iam in* LEGE XII tab. (*v. p. 1634, 36*), *certe in versibus inde a* PLAVTO (*decies*), ENN. (*semel*), TER. (*octies*), LVCIL. (*quater*), *postea apud poetas plerosque sed locis paucis excepto* MANIL. (*15 ies*); *in prosa oratione occurrit inde ab* ASELL., SISENNA, RHET. Her., *frequentatur a* CIC. (*plus quam 110 ies, maxime in oratt.*), *Corp. Caes.*, SEN. *philos.*, QVINT. [*confunditur vel variat in codd. maxime cum* praeducere *et* perducere, *v. p. 590, 55 et vol. X 1, 1282, 8 sqq., ceterum cum aliis compos., e. g.* educere IVV. 8, 266 (*falsa var. l.* LVCAN. 3, 105), *et cum* procudere *p. 1556, 38 sq.*, prodere *p. 1619, 31*, prodicere *p. 1602, 42 sq. 53. al.*, prodigere *p. 1610, 25. al.*]

exempla sic digerenda putavimus:

I *transitive*:

A *i. q. foras ducere*:

1 *spectat ad motum localem*:

a *generatim*: α *-untur animantes: l. 74.* β *-untur res: p. 1632, 57.*

b *speciatim respiciuntur qui educuntur*: α *ad pugnandum: p. 1633, 30.* β *publice spectandi: p. 1633, 54* (*histriones, gladiatores p. 1633, 62*). γ *ad magistratum sim., sc. ut dicant vel iudicentur: p. 1634, 19* (*in contionem p. 1634, 21, in iudicium p. 1634, 39, ad ducem militarem p. 1634, 63*). δ *ad supplicium: p. 1634, 73.* ε *partu edendi: p. 1635, 12.* ζ *funere efferendi: p. 1635, 22.*

2 *transfertur ad*: **a** *procreandum, efficiendum: p. 1635, 32* (*-untur animantes p. 1635, 33, res incorp. p. 1635, 59, corp. p. 1636, 24*). **b** *educandum, instituendum: p. 1636, 50.* **c** *proponendum legenda vel audienda: p. 1636, 73.* **d** *actiones varias: p. 1637, 19.*

B *i. q. porro ducere, extendere sim.*:

1 *in sermone communi spectat ad*: **a** *varias actiones incorp.: p. 1637, 41* (*-untur animantes promovendi p. 1637, 42, impellendi p. 1637, 71; -untur res variae p. 1638, 12, verba, sc. ut plus significent, p. 1638, 27*). **b** *tempus transigendum p. 1638, 41, differendum p. 1638, 60, protrahendum p. 1639, 8.* **c** *vitam, incrementum naturale: p. 1639, 37.* **d** *locum et corporea: p. 1639, 72* (*cum respectu provehendi p. 1639, 73, extendendi p. 1640, 18; de forma in longum porrecta p. 1640, 54*).

2 *in sermone gramm. vel rhet. spectat ad*: **a** *compositionem orationis: p. 1640, 72.* **b** *pronuntiationem: p. 1641, 12.*

II *intransitive i. q. prodire, progredi: p. 1641, 51.*

p. p. p. productus, -a, -um *pro adi. vel etiam subst. p. 1642, 7, adv.* producte *p. 1642, 72.*

I *transitive* (*reflexive p. 1632, 54. 1633, 4. 48. 1640, 28. 66. 1641, 72; mediopass. p. 1632, 54. 1640, 12 et e. g.* MANIL. 5, 313; *obi. quod efficitur v. p. 1635, 32. 1640, 19; accedit acc. praedic. maxime p. 1633, 61. 1634, 5 sqq. 36. 1635, 41. 1636, 53; obi. suppl. vel absolute p. 1632, 9. 25. 1633, 47. 1634, 13. 55. 1637, 42. 1641, 36. al.; part. praes.* -ens *pro subst. p. 1632, 36. 1633, 68, p. p. p.* -tus *pro adi. vel subst. v. p. 1642, 7*): **A** *fere i. q. foras ducere, educere, in conspectum dare sim.* (*pro agente hic illic inducitur id, quod condicio vel causa sim. est, ut quis [quid] -atur, v. e. g. p. 1632, 45. 56. 1635, 12. 1636, 25; ad notionem cf.* SCAVR. gramm. VII 32, 12 qui domo excedit, procedere, qui ex ea quid ducit, -ere *dicimus.* GLOSS. -it: excutit, promit vel dicit. *sim. al.; opp. e. g.* (abs)condere *p. 1632, 56. 1633, 11. 1637, 18,* latere *p. 1632, 53,* occultare *p. 1637, 17,* reducere *p. 1633, 37. 42. 47,* recipere *p. 1632, 64*). *indicatur quo per praepos. saepe, maxime* ad *inde a* LVCIL. 1009 *passim, v. e. g. p. 1634, 27. 52* (*cf. p. 1637, 43. 1638, 4. 13. al.*), ante PLAVT. Capt. 252 LIV. 5, 27, 2. *al.*, extra SEN. dial. 3, 18, 3. VET. LAT. lev. 24, 14 (Cypr. testim. 3, 13). *al.*, in *c. acc.* SISENNA hist. 43 *et saepe, v. e. g. p. 1633, 32. 1634, 29 sqq. (cf. p. 1637, 43. 1638, 13*; in medium *v. p. 1637, 3 et vol. VIII 595, 16 sqq.), per dat.* caelo MANIL. 5, 526 VAL. FL. 6, 528. *al.*, luci ALC. AVIT. carm. 2, 286, *cf. pron. pers. p. 1632, 39. al., per adv. e. g. p. 1632, 2. 3 (cf. p. 1637, 36. 1640, 12); indicatur unde per praepos.* ab *p. 1632, 10. 17. 1637, 32* (*cf. p. 1640, 24. al.*), de GALBA Cic. fam. 10, 30, 3 TERT. adv. Hermog. 16, 4. *al.*, ex *p. 1632, 5 sqq. 1633, 50. 1636, 64. al., per abl.* PLAVT. Amph. 217 castris. CIC. Verr. II 5, 136 domo. OV. ars 2, 211 *v. p. 1632, 60.* MANIL. 5, 364 undis. 5, 394 *v. p. 1633, 5.* APVL. met. 4, 4, 1 stabulo. *al., per adv. e. g. p. 1632, 2. 3* (*cf. p. 1640, 11. 65*).

1 *spectat ad motum localem* (*addidimus imagines quasdam p. 1632, 19. 1633, 49; per imaginem motus describitur forma p. 1633, 21*): **a** *generatim*: α *-untur animantes* (*membra pro homine p 1632, 16; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): Ⓘ *respicitur potius qui e loco vel in locum ducit*: Ⓐ *indicatur quo vel unde*: PLAVT. Capt. 252 ubi sunt isti, quos ante aedis iussi huc -i foras? Epid. 477 quin tu fidicinam -i intus iubes? 479 quin tu huc -is fidicinam? TER. Ad. 561 non tu eum rus hinc modo -xe aibas? (SCHOL. Ter. Bemb. porro deduxisse). CAES. Gall. 7, 45, 2 magnum numerum iumentorum ex castris ... -i. civ. 1, 58, 3 *nostri* minus ... peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerariis navibus erant -ti *in longas* (*si recte trad.*; traducti *Meusel*). VARRO rust. 2, 4, 19 non -unt ex haris matrem *porcorum* (*item -untur animalia in pascua sim.*: 3, 10, 4 -unt in prata [*sc. anseres*]. PHAEDR. app. 21, 3 ad bibendum. COLVM. 7, 10, 4 in pascua. *al.*). OV. met. 8, 214 *avis* ab alto ... teneram prolem -xit in aëra nido (*inde* VAL. FL. 7, 376). LIV. 5, 27, 2 pueros ante urbem ... exercendi ... causa -ere. 7, 10, 5 *aequales iuvenem* armatum ... adversus Gallum ... -unt (*ad certamen singulare*). 23, 3, 7 *senatorem Campanum* e curia -i iussit. PETRON. 126, 13 dominam -it e latebris. APVL. met. 1, 23, 8 hospitem meum *domo* -c ad proximas balneas. VET. LAT. psalm. 24, 15 (cod. 136) *dominus* -it a laqueo pedes meos (*gr. ἐκσπάσει, cod. 300. al. et Vulg.* evellet, *Hier. psalt. sec. Hebr.* educet). Is. 42, 7 (Cypr. testim. 2, 7) -ere a vinculis vinctos et de domo carceris sedentes in tenebris (*gr. ἐξαγαγεῖν, Vulg.* educeres). *al.* *in imagine*: ENN. ann. 114 o Romule, ... o genitor, ... tu -isti nos intra luminis oras (*explicat Cic. rep. 1, 64* vitam honorem decus sibi datum esse iustitia regis existimabant. *simul intercedit imago procreandi, pariendi, cf. p. 1635, 12. 32*). VET. LAT. Mich. 7, 9 (Ps. Cypr. ad Novat. 12) *dum* faciat iustitiam *deus* ... et -at me ad lucem (*gr. ἐξάξει, Vulg.* educet). *al.* Ⓑ *sine tali indicatione*: TER. Ad. 402 *filium* satin scis ibi (*i. ruri*) esse? :: oh, qui egomet -xi (*cf. l. 4*; DON. mutata praepositione non deduxi [*cf. p. 1630, 74*], sed -xi dixit, id est porro duxi). VARRO Men. 355 valete et me palmulis -ite *applaudentes* (*de explicatione Nonii v. p. 1630, 72*). PROP. 4, 1b, 89 cum geminos -ret Arria natos *in militiam ituros* (*sim.* OV. epist. 13, 143 nova nupta marito ... arma dabit ... -etque virum. *cf. p. 1633, 30*). COLVM. 6, 2, 2 cum -entur iuvenci (*e stabulo ut e. g.* 6, 27, 12 paulatim ... -endus erit *pullus equinus. cf. l. 8*). 11, 1, 14 *vilicus* familiam ... semper ad opera cunctantem ... festinanter -at. QVINT. decl. 388, 14 utinam ... *saevis* tempestatibus -tus esses, puer (*sc. in litus; cf. 13* progressa es). VET. LAT. iud. 19, 24 (cod. 100) -am illas *feminas* (*22* educ, *25* eiecit ... foras; *gr. resp. ἐξάγειν, Vulg.* educere). AVG. in psalm. 101, serm. 2, 3 *Lazarus e sepulcro* processit ... virtute -entis. ALC. AVIT. carm. 4, 563 *Noe* -ens ... corvum (*545* emissa ... alite). *al.*

Ⓘⓘ *respicitur potius qui in conspectum dat, facit ut quis praesto sit*: Ⓐ *-untur homines*: PLAVT. Bacch. 1147 *agni* (*i. filii*) nisi nobis -untur iam atque emittuntur foras. LVCIL. 1009 -unt me ad te, tibi me haec ostendere cogunt. POMPON. Atell. 140 particulones ⌞-am tibi⌟ (producantibus *trad.*, -c cantibus *Frassinetti*). VARRO Men. 368 Briseidem -ere *legatis Agamemnonis.* LIV. 27, 17, 16 -tae ... in conspectum iis *barbarorum principibus* coniuges liberique. SEN. Tro. 513 quem *filium abditum* ne tuus -at in medium timor, procul hinc recede. epist. 87, 6 familiam nemo cito speciosiorem -et. PETRON. 25, 2 *Quartilla poscente* continuo ... -ta est puella. SVET. Otho 5, 2 primo quinque speculatoribus commissa res est, deinde decem aliis, quos singuli binos -erant. *al.* Ⓑ *-untur animalia: iumenta, quae praestanda sunt rei publicae vel militibus*: CAES. Gall. 7, 11, 2 arma conferri, iumenta -i, ... obsides dari iubet (*inter condiciones deditionis ut*: 7, 12, 3 equos). LIV. 27, 43, 10 *ut* commeatus ... in viam deferrent, equos iumentaque alia -rent. CHAR. dig. 50, 4, 18, 3 *v. p. 1644, 51.* *varia, quae in conspectum veniunt*: SOL. 40, 23 *chamaeleon* latet hieme, -itur vere. AVIEN. Arat. 1829 si ⟨se⟩ modico -ant agmine (-na *trad.*) ab undis *aves.* CASSIOD. in psalm. 101, 7 l. 247 *nycticoracem* sicut diei fulgor abscondit, ita adventus noctis -it.

β *-untur res*: Ⓘ *quaelibet* (*quae variis modis educuntur, extrahuntur sim.*): CAES. civ. 2, 4, 1 veteres ... ex navalibus -tas naves (SERV. Aen. 3, 520 n. -imus *proficiscentes. al.*). MORET. 11 -it acu stuppas *incendendas.* OV. ars 2, 211 tereti scamnum -ere ⌞lecto⌟ *ad scandendum* (⌞ ⌟ *potius abl. quam dat.*). MANIL. 5, 526 quaerere sub terris aurum *et* ... naturam eruere ... *et gazam* novo tandem -ere caelo. COLVM. 3, 16, 1 cum supra summam scrobem compluribus internodiis -tum est *semen vitis immissum.* 11, 3, 52 *ut vasa* -antur et rursus intra tecta recipiantur. *al.* PLIN. epist. 6, 20, 8 vehicula, quae -i iusseramus. FRONTO p. 51, 25 Galbam (*i. Catonis orationem*) ... ad Centumcellas -es. VET. LAT. num. 20, 10 (cod. 100) numquid de petra hac -emus vobis aquam? ([*gr. ἐξάξωμεν, Vulg.* poterimus eicere]. psalm. 77, 16 [cod. 303] -xit a. de petra et eduxit sicut flumina aquas [*gr. ἐξήγαγεν ..., κατήγαγεν, Vulg.* eduxit ..., deduxit]. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 2 impulsa rotali machina a. -ere *e puteo. al.*). deut. 14, 28 (Aug. quaest. hept. 5, 20) post tres annos -es omnem decimam fructuum *levitis et advenis* (*gr. ἐξοίσεις, cod. 100* inferes, *Vulg.* separabis). *al.* arma -ere *pro a. (ef)ferre i. militiam subire*: CASSIOD. Ios. antiq. 3, 288 inventa sunt milia *tot* ..., qui potuissent a. -ere (*gr. ὁπλιτεύειν. cf. p. 1639, 29*). ⓘⓘ *corpora caelestia eorumve lux, quae oriuntur, in conspectum feruntur*: MONTAN.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. frg. 1, 1 incipit ardentes Phoebus -ere flammas. MANIL. 1, 621 quam *Vrsam* septem stellae primam iam sole remoto -unt ... praebentem lumina nocti. 4, 535 si cui per summas ... -erit undas ora Leo. 5, 103 incipient Haedi tremulum -ere mentum. 5, 313. 5, 364 Arquitenens cum se totum -erit undis (5, 394 se patrio -ens [*Housman,* -et in *sim. trad.*] aequore Piscis). SEN. nat. 7, 3, 1 an *cometae* vices servent et illos ad suum diem certus ordo -at. VAL. FL. 6, 528 quem *Luciferum* Venus ... gaudet -ere caelo (VVLG. Iob 38, 32 numquid -is L. ... et Vesperum ... consurgere facis? *al.; cf.* ISID. nat. 26, 10 *Christus* velut L. per incarnationis mysterium -itur). AVIEN. Arat. 1404 *Sol sua* sidera -ens (*gr. 775 ἀνεχόμενος. opp.* sidera ... condit). *al.* Ⓘⓘⓘ *quae e corpore animantium extrahuntur, secernuntur* (*cf. bε*; *aliter l. 25*): CELS. 7, 26, 2[L] *ut uncus* facilius ... illum *calculum* -at (2[K] propelli ..., protrahi). SCRIB. LARG. 230 haemorrhoidas -tas medicamento (*cf. 227* cadere cogit h.). VET. LAT. Sirach 22, 24 (Rufin. Orig. in exod. 4, 5) punge oculum et -it lacrimam, punge cor et -it sensum ([*gr. 22, 19 κατάξει ... ἐκφαίνει, Vulg.* deducens ..., proferet]. *al., sc. de flentibus, v. vol. VII 2, 840, 39 sq.; cf.* VITA Hil. Arel. 4 l. 9 *quidam* -ens flumina lacrimarum). CYPR. Fort. 11 p. 339, 3 -ta et exsecta ... lingua (*ad II Macc. 7, 4* amputari linguam). CHIRON 272 -es stercora ex aqua calida *infundenda* (ORIBAS. syn. 1, 19, 1 Aa p. 64, 15 propter -enda s. [*gr. χομιδῆς ἕνεκα, La* ut provocem]). *al.* Ⓘⓥ *quae exseruntur: spectat ad formam vel situm prominentem* (*exempla certiora; cf. p. 1640, 54*): LVCAN. 2, 614 hinc (ha(n)c *var. ll.*) latus angustum ... Hesperiae tenuem -it in aequora linguam. STAT. Theb. 9, 492 stabat gramineae -ta crepidine ripae ... fraxinus (*v. Dewar, 1991, ad l.*). *spectat ad actionem -endi membra corporis*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 40 linguam *aegroti* -endo atque conducendo (PETR. CHRYS. serm. 121, 7 *canes* non ad morsum dentes, sed l. ad obsequium ... -unt). VITA Hil. Arel. 20 l. 25 -c ... pedem ... succidendum (*postea*: pedem ... protendit).

b *speciatim respiciuntur:* **α** *qui educuntur ad pugnandum, ad bellum gerendum* (*ad exercitationem l. 45 sq., reflexive l. 48; saepius in locut.* -ere in aciem, *v. vol. I 410, 78 sqq.; cf. p. 1632, 12. 29*): PLAVT. Amph. 217 castris ilico -it omnem exercitum (CAES. civ. 3, 55 [56], 1 in aciem aequum in locum. LIV. 2, 59, 2. *al.*). CAES. Gall. 1, 48, 3 pro castris suas copias -xit et aciem instructam habuit (*al., v. vol. IV 908, 74 sqq.*). civ. 2, 33, 2. 3, 37, 2 quin -tis legionibus proelio decertaret (BELL. Afr. 70, 7 legiones -tas cum elephantis, quos ante castra ... conlocaverat, reducit in castra. TAC. ann. 1, 63, 2). BELL. Afr. 27, 2 elephanti ... in aciem -untur (*cf. l. 37*). Alex. 14, 3 sq. Alexandrini classem -unt atque instruunt ...; (4) magnum praeterea numerum ... scapharum -unt (VELL. 2, 85, 1. *al.*). 38, 3 quo *loco* longius constituerat suam non -ere aciem (FRONTIN. strat. 2, 3, 7 reductis cornibus -taque media acie. IVST. 11, 13, 1. *al.*). NEP. Milt. 5, 4. Hann. 5, 3 M. Minucium Rufum ... dolo -tum in proelium fugavit (*nisi ad p. 1637, 71*). LIV. 26, 3, 1 eos *milites* ... -tos in aciem ... vim hostium non sustinuisse (MACER dig. 49, 16, 12, 2 m. in castris continere, ad exercitationem -ere [*cf.* HIST. AVG. Did. 5, 9 ad exercitium militare]). *al.* FRONTIN. strat. 1, 4, 8 Pompeius ... adsidue -ere et reducere in castra instituit (*sc. copias; cf. p. 1641, 57*). VET. LAT. I Macc. 10, 77 (rec. B) *dux* subito -xit se in campum (*gr. προῆγεν intrans., rec. V* exiit). *al.* *in imagine*: CIC. leg. 3, 14 doctrinam ex umbraculis eruditorum ... in ipsum discrimen aciemque -xit *Demetrius Phalereus.* SEN. dial. 7, 27, 2 -i ... illi *virtuti* et temptari expedit (*3* facite impetum: ferendo vos vincam). TAC. dial. 26, 6 *ut* aliud nobis *oratorum* agmen -ret (*5* velut in aciem educere).

β *qui exhibentur publice spectandi, palam agentes sim.* (*cf. γ*; *in definitione*: VLP. dig. 43, 29, 3, 8 exhibere est in publicum -ere [*v. vol. V 2, 1417, 70*]): Ⓘ *servi venales* (*iumenta* APVL.): TER. Haut. 144 ancillas servos ... omnes -xi ac vendidi (*explicatur p. 1630, 74*). Eun. 134 *virginem* -it, vendit (DON. *ad l.* 1 -i venales dicuntur). FEST. p. 322 in qua *auctione* novissimus ... -itur ... senex. SEN. contr. 10, 5, 1 -itur puer. *al.* SEN. epist. 47, 9 qui illi *servo* impegerat titulum, qui inter ... mancipia -erat. SVET. gramm. 4, 5 (*ex Orbilio*) cum familia alicuius venalis -retur. APVL. met. 8, 23, 3 ad mercatum -imur. *al.* Ⓘⓘ *histriones, gladiatores sim.* (*vix recte putatur -i ipsum fabulae argumentum* SEN. nat. 1, 16, 1 obscenitatis in scaenam usque -tae [perd- *trad., cf. Hine, Studies, 1996, ad l.*]): CIC. Att. 4, 15, 6 *actor quidam* erat ante manu missus quam -tus. S. C. Larin. 9 ne quis senatoris filium ... in scaenam -ret (SVET. Nero 4 matronas ... ad agendum mimum -xit in s. *cf. l. 64*). CVRT. 6, 2, 6 maestiorem *quandam captivam canere iussam* ... et -entibus eam ... reluctantem (*postea*: inter convivales ludos ... ostendi). LVCAN. 4, 710 harenae muneribus non ira vetus concurrere cogit -tos. PLIN. nat. 7, 158 *anus quaedam* reducta est in scaenam ...; -ta fuerat tirocinio a M. Pomponio aedile. 36, 120 *Curio* victores e gladiatoribus suis -xit. QVINT. inst. 3, 6, 18 *v. p. 1061, 22.* decl. 302 them. *auctoratus* -tus. 302, 3. PLIN. epist. 7, 24, 6 -tis ... pantomimis. SVET. Aug. 43, 2 in circo aurigas cursoresque et confectores ferarum ... -xit. Claud. 21, 2. TERT. mart. 3, 4 *v. vol. V 2, 679, 80.* INSCR. Tripol. 606 (*aet. Carac.*) *cuidam* pantomimo ..., Romae adulescentium -torum condiscipulo, ad Italiae spectacula ... provecto. *al.* *indicatur qualis quis -atur*: RVT. LVP. 2, 6 *poetae in prologis* humana figura -erunt personas (*per prosopopoeiam fictas*). SEN. contr. 7, 3, 9 Laberium (*codd. exc., om. cett.*) divus Iulius ludis suis mimum -xit (*item per praedic.*: SEN. epist. 95, 33 is *homo in circo* iam nudus inermisque -itur. TERT. pall. 6, 3 omnis gladiatorum ignominia togata -itur [*sc. in pompa?*]). HIER. adv. Pelag. 3, 12 l. 23 eundem ... hominem personarum varietate mutata in Martem Veneremque -unt. Ⓘⓘ *quilibet*: CAES. civ. 3, 81, 1 quos *captivos* Caesar ad murum -endos curaverat, *ut deditionem suaderent.* SEN. contr. 3 praef. 13 (*antea*: scholam quasi ludum esse, forum arenam) agedum istos declamatores -c in senatum, in forum. PLIN. epist. 2, 14, 3 *in centumviralibus causis olim* adulescentibus locus *dicendi non* erat nisi aliquo consulari -ente; ... nunc ... non inducuntur, sed inrumpunt. SVET. Nero 13, 1 Armeniae regem ... -xit ... curuli residens. AMPEL. 16, 4 ante currum eius *Pauli* in triumphum -tus *Perses.* TERT. idol. 18, 7 quanti eum *dei filium* fasces -rent, ... nisi gloriam saeculi *contemneret.* SVLP. SEV. chron. 1, 28, 4 Samson *vinctum* ... in pompam publicam -ere. *al.*

γ *qui (quae l. 58) ducuntur ad magistratum, iudicem sim. ipsumve populum, ut aliquid testentur, confirment sim. vel ut de iis decernatur* (*cf. etiam δ et p. 1637, 4. 15*): Ⓘ *in contionem* (*militum l. 31. 35*): ASELL. hist. 7 eum *filium* ... -i iussit populoque commendavit *Ti. Gracchus* (*item sine additamentis*: CIC. har. resp. 48 *Clodius* -bat ... M. Bibulum *augurem. al.* CAES. Gall. 7, 20, 9 *Vercingetorix* -it servos [*10* edocti, quae interrogati pronuntiarent]. *al.* SALL. Iug. 33, 4 -to Iugurtha verba facit *tribunus plebis. al.*). SISENNA hist. 43 servulum ... in populum -xit armatum (NON. p. 130, 2 in ... pro ad. *cf.* ad populum: CIC. Vatin. 40 cum ... -tus ad p. ... testimonium dixeris. LIV. 3, 64, 7. 10, 26, 1 et in senatu et -tus ad p. *al.*). CIC. Verr. II 1, 122 *tribunus plebis quendam virgis caesum* in conspectum populi Romani -xit (FRONTIN. strat. 1, 11, 18 *dux* infirmissimum quemque *captivum* ... in c. suorum *militum* -xit). p. red. ad Quir. 16 ad vos. dom. 40 tu M. Bibulum in contionem, tu augures -isti (*al., v. vol. IV 731, 51 sqq. 732, 37*). Att. 2, 24, 3 *Caesar* Vettium in rostra -xit (VAL. MAX. 6, 1, 7. *al.; cf.* pro rostris: SVET. Iul. 20, 5). CAES. civ. 1, 20, 5 *milites* Domitium -tum in publicum ... custodiunt. LIV. 2, 52, 8 *Verginius* collega testis -tus (3, 58, 8. *cf. l. 42*). *al.* *subest fortasse sermo* LEGIS XII tab. (*v. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 627*): GELL. 20, 1, 47 trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium -bantur *debitores.* Ⓘⓘ *in iudicium causarum variarum* (*quae ad populum feruntur v. l. 26 sqq., patronum -entem v. l. 13; exempla selecta*): CIC. inv. 2, 125 ipsum adversarium quasi in testis loco -endo, hoc est interrogando. Q. Rosc. 42 unus mihi testis est -endus *gravissimus* (Verr. II 5, 131 auctores t.que. ad Q. fr. 2, 4, 1 in Sestium. *al.* S. C. de Cn. Pisone [Vestigia 48, 1996] 25. SEN. contr. 9, 4, 18. *al.; cf. l. 36*). Verr. II 1, 90 *legati Milesii* facinus non modo negare ‚interrogati„ sed ne -ti quidem reticere poterunt (‚ „ *sc. extra iudicium*). 1, 151 me populariter agere ..., quod puerum -rem *cum patruo teste.* 5, 75 in iudicio coactu ... meo -ere ad ignotos ... eum, quem archipiratam esse diceres (*cf.* in iudicium: 5, 113. 5, 136). Flacc. 35 coram -ti *testes.* SEN. contr. 7, 8 them. rapta -ta nuptias optavit (*Quint. decl. 309 them.* educta ad magistratum). 10, 4, 16 reum (COD. Theod. 9, 1, 18 e custodiis. *al.; cf. l. 51*). QVINT. inst. 4, 1, 28 pignora reorum -ere (*in epilogo*). decl. 249, 15 te ... ream detuli, ... -xi ad magistratus (270, 3 [per- *trad.*]. 270, 10 CALP. decl. 16. *al.*). POMPON. dig. 28, 5, 23, 4 ut in ius -i non possint (VLP. dig. 2, 7, 5, 2. *al.*). TERT. scorp. 10 p. 169, 7 *Christianorum* persecutio hic (*in terra*) erumpit et traditio hic -it et interrogatio hic compellit. PONT. vita Cypr. 15, 3 -tum iam esse *Cyprianum* (*sc. ad magistratum; cf. e. g.* PASS. Fructuos. 2, 1 fecerunt in carcere dies sex et -ti sunt ... sexta feria). *al.* *-itur ipsa res, qua aliquid probatur* (*vix iam* LEX repetund. [CIL I[2] 583] 34 tabulas *eqs.* [*spatio relicto aptius esse* ⟨pos⟩cere *quam* ⟨produ⟩cere *vidit Lintott. Judicial reform, 1992, ad l.*]): VET. LAT. deut. 22, 15 (Aug. quaest. hept. 5, 33) *parentes* -ent virginalia puellae ad senatum (*gr. ἐξοίσουσιν, cod. 100* proferent, *Vulg.* ferent). IVLIAN. epit. novell. 44, 2 quam *chartulam* ... -bat adversarius (*antea*: proferebat). *ibid.* instrumentum. Ⓘⓘⓘ *ad ducem militarem* (*cf. p. 1632, 49*): CAES. Gall. 5, 52, 2 legione -ta cognoscit non decimum quemque esse reliquum militem sine vulnere. 7, 89, 4 sq. iubet arma tradi, principes -i; ipse ... pro castris consedit, eo duces -untur. civ. 1, 23, 1 omnes senatores ... equitesque Romanos ad se -i iubet. 3, 28, 4 *milites* se Otacilio dediderunt; qui omnes ad eum -ti ... interficiuntur (*cf.* 3, 71, 4 *Labienus captivos* -tos ... interfecit. LIV. 26, 15, 7 sq. *legatus* imperavit ..., ut *magistratus Sidicinus* -ret Campanos ...; [8] -ti omnes *sunt* ... ac securi percussi *eqs.*). *al.* LIV. 22, 58, 2 cum *Hannibal* captivis -tis ... socios ... dimisisset. *al.*

δ *qui ad supplicium ducuntur* (*cf. l. 68 sqq.*): CIC. VERT. II 5, 10 *servos damnatos* -i ad supplicium necesse est. *ibid.* fieri nihil potest, -endi sunt (*item non indicatur quo* [*cf. vol. V 1, 2140, 46 sqq.*]: 5, 71 alios alio tem-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pore -ere. *al. ibid.* PASS. Montan. 15, 4 Flavianus ... -tus gloriam suam passione perfecit. *al.*). 5, 156 qui capitibus involutis ... -bantur, ut securi ferirentur. 5, 157 civis Romanos ad necem -ere. *al. ibid.* SEN. dial. 3, 18, 3 damnatus extra vallum -tus est. VET. LAT. deut. 22, 21 (Aug. quaest. hept. 5, 33) -ent adulescentulam ad ianuam domus patris ipsius et lapidabunt eam (*gr. ἐξάξουσιν, cod. 100* educent, *Vulg.* eicient). PASS. Perp. 20, 8 quando ... -imur ad vaccam? (*cf. gr. βαλλόμεθα πρὸς τὴν δάμαλιν*). AVG. civ. 3, 28 p. 140, 14 de ipsa curia tamquam de carcere -bantur ad gladium. *al. ? inde explicandum*: ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 20 (*queritur bos immolandus*) ut ... in nefas extraneum mea vita et innocentia -atur (prodigatur *Kroll*).

ε *qui partu eduntur* (*-unt qui [quae] parientibus auxilio sunt vel condicionem quandam praebent praeter l. 17 sq.*): VARRO ling. 5, 69 donec *aliquem* mensibus actis -xit in lucem (*Iuno Lucina ut*: HOR. carm. saec. 17 -as subolem [*13* aperire partus]). MANIL. 4, 273 quos gemini -unt ... Pisces (*cf.* PERS. 6, 19 geminos, horoscope, varo -is genio). SIL. 1, 112 partus ... recusent ... -ere matres (VLP. dig. 37, 9, 1, 15 in lucem). TERT. anim. 37, 4 *ut* mense *septimo* interdum -atur dei imago. SER. med. 640 *medicamentum* mortua ... -it corpora partu (*Plin. nat. 29, 32* evocat). FIRM. math. 1, 8, 5 procreatos nos fatum -it in lucem. PRISCILL. tract. 1, 19 (*in imag.*) nos eclesia matre editi et sapientia obstetricante -ti. *al.*

ζ *qui (quae) funeris pompa efferuntur*: VERG. Aen. 9, 487 terra ignota ... iaces nec te tua ⌞funere⌟ mater -xi (⌞ ⌟ *Bembo,* funera *trad., v. Dingel, 1997, ad l. et cf. vol. VI 1, 1603, 60 sqq.*; NON. *v. p. 1630, 73*). LVCAN. 2, 298 parentem natorum ... -ere funus ad tumulos ([ADNOT. quod populi turba prosequitur, -ere proprie dixit]. APVL. met. 4, 34, 1 toto prosequente populo vivum -itur f. et ... Psyche comitatur ... exequias suas. SYNON. Cic. p. 419, 3 comburitur. ... exequias it. iusta facit. funus -it. *cf.* VERG. *supra*). STAT. Theb. 6, 121 cui *tibiae* teneros suetum *est* -ere manes. 8, 115 non tumulo, non igne miser lacrimisque meorum -tus ... veni *ad inferos.* silv. 2, 1, 21 nigrae sollemnia pompae ... et puerile feretrum -xi.

2 *transfertur ad*: **a** *actionem procreandi, efficiendi, curandi ut crescat sim.* (*cf. p. 1639, 2, aliter p. 1640, 19*): α *pro obi. sunt animantes*: Ⓘ *-unt parentes* (*maxime pater [cf. p. 1632, 21; matres parientes v. l. 17]; addidimus crabrones* PLIN.; *ceterum huc spectat fortasse infra p. 1636, 54. 61*): PLAVT. Capt. 763 quasi in orbitatem liberos -erim (VARRO Men. 235 qui se eunuchat aut alioqui l. ⟨non⟩ -it. *al.; cf. e. g. p. 1636, 62*). Rud. 1173 filia mea, salve; ego is sum, qui te -xi pater. PLIN. nat. 11, 74 maiores nidos fingunt *crabrones,* in quibus matres futuras -ant (*cf. Arist. hist. anim. 628a18 γεννᾷ*). Ivv. 8, 271 malo pater tibi *Achillis simili* sit Thersites, ... quam te Thersitae similem -at Achilles. EPIT. Alex. 19 more barbaro e matre sua duos filios et tres filias -erat. *al.* Ⓘⓘ *-unt alii, sc. dei, natura sim.* (*status l. 50*): LVCR. 4, 1223 inde Venus varia -it sorte figuras *progeniei.* VERG. Aen. 12, 900 qualia nunc hominum -it corpora tellus. SEN. Oed. 747 *terra* suo reddi gremio modo -tos vidit alumnos *draconis dentibus satos.* epist. 42, 1 mediocria ... saepe fortuna -it (*antea*: generari). 104, 23 magnanimos nos natura -xit (121, 3 quare hominem n. -erit. AMBR. hex. 5, 2, 5 murices. *al.*). TERT. anim. 32, 3 *contraria sunt* igni ... quaecunque *animalia* de aemulo -entur elemento, de aqua scilicet. adv. Marc. 1, 8 p. 300, 14 quia et illum *Saturnum* novitas aliquando -erit, cum primum consecravit (*antea*: deos peperit *novitas*). 2, 8 p. 344, 19 ad vivendum ... *deus* -erat hominem ([*postea*: vivere ... praestiterat]. 3, 9 p. 391, 1 quod carnem nullam ... -erit *deus Marcionis.* LACT. inst. 2, 8, 3 *deus* -xit similem sui spiritum ...; [*4*] deinde fecit alterum [*cf. p. 1764, 48*]. *al.*). VET. LAT. gen. 1, 24 (Tert. adv. Hermog. 22, 1. *al., sim.* VVLG.) -at terra animam vivam secundum genus ([*gr. ἐξαγαγέτω, cod. 111. al.* eiciat]. FILASTR. 12, 1 sorices. *al.*). *al. -it qui aliquem procreari docet* (*cf. p. 1639, 50*): TERT. adv. Prax. 8 p. 237, 21 *v. supra p. 1477, 75.*

β *pro obi. sunt res*: Ⓘ *incorporeae*: Ⓐ *usu fere technico artis*: ① *gramm. -untur verba, quae fiunt:* Ⓐ *derivatione*: CIC. nat. deor. 2, 66 nomen ... -tum, ut Portunus a porta, sic Neptunus a nando paulum primis litteris immutatis (*cf. e. g. 3, 62* unde ductum sit *nomen*). COLVM. 8, 2, 2 insula, quam ... -to nomine ⌞alitis⌟ Gallinariam vocaverunt (⌞ ⌟ *gen. poss.; alii per gen. identitatis intellegunt nomen suffixo auctum, ut spectet ad B*). GELL. 7, 12 tit. *'testamentum'* a testatione -tum (*disting. 'sacellum'* a sacro imminutum). 7, 12, 3 alia mille per huiuscemodi formam -ta (*opp.* composita). 11, 15, 4 a quibus *verbis* -untur. CHAR. gramm. p. 277, 7 a celer nescio an celere (*adv.*) -i possit. *qualibet formatione*: HOR. epist. 2, 2, 119 adsciscet nova *vocabula,* quae genitor -erit usus. ars 59 signatum praesente nota -ere nomen ([-cudere *var. l.; antea*: nova ... n. protulerit]. BOETH. arithm. 1, 28, 9 eadem ... similitudine usque in infinitum n. -antur). ② *arithm. et mus. -untur, quaecumque efficiuntur computatione variaque artium ratione* (*cf. p. 1638, 37*): BOETH. arithm. 1, 14, 4 *numeri incompositi* neque ex aliis -untur neque in alios reducuntur (*syn.* procreare, proferre; *cf. gr. 1, 11, 3 συνίστανται*). 1, 32, 23 duplex sesqualtera summa -ta est. 2, 23, 6 tricenaria mihi pyramidis forma -itur (*gr. 2, 14, 3 ἀποτελεῖταί μοι*). mus. 2, 7 p. 232, 27 multiplices proportiones ex aequalitate -imus (*syn.* procreamus). 3, 15 p. 294, 22 *terminus* A ... usque ad P quinque tonos ac duo semitonia minora -xit. *et saepius apud eundem.*

Ⓑ *in sermone communi*: MANIL. 4, 229 discunt ... bellum et quodcumque pari studium -itur arte. SEN. dial. 3, 21, 1 si videtur alicui magnum animum ira -ere (*cf. 3, 20, 1* aliquid iram ad magnitudinem animi conferre). Ivv. 15, 32 dira quod exemplum feritas -erit (AVG. nupt. et concup. 2, 34, 58 cuius rei ... creator in oliva et oleastro -xit e.). VVLG. prov. 30, 33 qui provocat iras, -it discordias. RVFIN. Orig. in exod. 4, 8 p. 181, 9 *anima* primos ... motus secundum desiderium carnis -it *in infante.* CLAVD. 18, 155 *Abundantius* rebus Eois exitium primoque sibi -xit. VITA Hil. Arel. 3 l. 31 -ta laetitia. CONC.^{S} I 5 p. 283, 2 de his ... longus iam a nobis sermo -tus est (*gr. I 1, 7 p. 59, 27 πεποίηται. cf. I 5 p. 138, 9* longiorem habuimus ... s.). BOETH. cons. 5, 1, 8 eventum temerario motu ... -tum. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 144 p. 370 bellum contra Demetrium -it et ... victoriam obtinuit ([*gr. πόλεμον ἐκφέρει*]. 13, 149 p. 370 [*gr. πολεμούσας*]. *cf.* 13, 275 p. 380 expeditionem contra Samariam [*gr. στρατεύει. sim.* 14, 103 p. 399 *pro gr. ἐπὶ ... ἔρχεται*]. 14, 105 p. 399 contra Parthos militiam [*gr. στρατεύειν*]). VITAE patr. Iurens. 35 *diaboli* calliditas ... de prosperis adversa -ens. *al. -untur soni sim.* (*cf. p. 1637, 21 sq.*): RVFIN. hist. 1, 8, 9 suspiria convulsis ... -ta visceribus. PRVD. apoth. 8, 47 *tibiae flatus* sonitus -it acutos. VAL. CEM. hom. 6, 5 (*de cantu*) -ta sine syllabis verba. *al.*

Ⓘⓘ *corporeae*: Ⓐ *partes corporis animantium* (*quae naturaliter vel auxilio medicamenti excrescunt aut a deo finguntur*): CELS. 7, 3, 3 sq. -i carnem conveniet et foveri vulnus ... *et* imponi spongiam ...; (4) per quae cum caro -atur *eqs.* (8, 4, 11 quo facilius *emplastrum* c. -at. 8, 4, 19. 8, 10, 7^{K} cibis ... c. -entibus. *aliter p. 1635, 53*). VET. LAT. psalm. 68, 32 (cod. 303. *al.* = VVLG.) *vitulum* cornua -entem et ungulas ([*gr. ἐκφέροντα*]. DRAC. Romul. 8, 559 cum Iuppiter ipse taurus ... -xit c. fronte). LACT. opif. 5, 1 cum deus fingeret animalia ..., ex ipsa corporis summa -xit caput; item -xit quaedam membra longius, quae vocantur pedes (5, 7 a corpore. 5, 13 a summa fronte). PALLAD. 1, 28, 6 cum incipit crista -i *pavonibus.* HIL. in psalm. 55, 5 *ut Iesus* aure -ta de vulnere abscisae auris vulnus obduceret (*respicitur Luc. 22, 51 ut* trin. 10, 28. *al.*). *al.* Ⓑ *plantae, fructus sim.*: SEN. nat. 2, 6, 6 quid ... aliud -it fruges ... quam spiritus intentio et unitas? TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 6 arborem bonam malos ... fructus non licere -ere (*al., v. p. 1641, 72*). VET. LAT. gen. 1, 12 (cod. 111. *al.*) -xit terra herbam (*gr. ἐξήνεγκεν, var. l. ἐξήγαγεν, Ambr. Noe 20, 74* eiecit, *Vulg.* protulit). 3, 18 (Rufin. symb. 20) *terra* spinas ... -et tibi ([*gr. ἀνατελεῖ, Cypr. patient. 11. al.* eiciet, *Vulg.* germinabit]. psalm. 57, 10 [cod. 325. *al., aliter gr. et Vulg.*]). CE 1238, 7 (*saec. III*) cum maturas segetes -erat annus (EVCHER. laud. her. 39 [*in imag.*] in his saxis). PALLAD. 4, 10, 30 cum folia -ere incipiunt fici. *al.* Ⓒ *varia*: SEN. nat. 4, 2, 20 si nives flumina possent ... magna -ere. epist. 65, 2 ratio materiam format, ... ex illa varia opera -it. VET. LAT. Ezech. 28, 18 (Arnob. Iun. confl. 2, 27, *sim.* VVLG.) -am ... ignem de medio tui et ... devorabit te (*gr. ἐξάξω, Tycon. reg. 7* educam). Marc. 9, 2 (cod. 1) *fullo* non potest sic alba -ere *vestimenta* (*gr. λευκᾶναι, Vulg.* candida facere). *al.*

b *actionem educandi, instituendi hominem* (*fere educendo e statu rudi, e schola sim.; fortasse ad promovendum spectant l. 67. 70 [cf. p. 1637, 42], ad procreandum e. g. l. 54. 61 sq.* [*cf. p. 1635, 32*]): PLAVT. Asin. 544 intro abi! ... :: audientem dicto, mater, -isti filiam (*item indicatur qualis -atur*: CIC. Verr. II 1, 32 *filium* sui simillimum -xit. Ivv. 6, 241 filiolam ... -ere turpem [*antea*: ut tradat ... mores]. 14, 228 laevo monitu pueros -it avaros. TAC. dial. 28, 5 Corneliam ... praefuisse educationibus ac -isse principes liberos). Bacch. 455 fortunatum Nicobulum, qui illum -xit sibi; ... (457) hic ... rite -tust patri: ... obsequens ... est (CE 445, 4 [*saec. II ex./III in.*] quales quisque sibi cupiat -ere natos. *cf. vi hostili* Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 209 p. 612 ut in se reges -at [*gr. καθ' ἑαυτοῦ βασιλεῖς ἐπιτρέφων*]). TER. Ad. 314 qui *senex* illud -xit scelus (*si recte huc traxit* NON. *supra p. 1630, 73 una cum* LVCIL. 679 ducunt uxores, -unt ... liberos). CIC. Q. Rosc. 30 ubi didicisset *Panurgus* omnes quaerebant; nihil ab hoc *Roscio* pravum ... -i posse arbitrabantur. Pis. 37 (*contumeliose*) Epicure noster ex hara -te, non ex schola (SEN. benef. 4, 6, 6 insita sunt nobis ... artium semina, magisterque ex occulto deus -it ingenia [*inde* TERT. anim. 20, 1]. AMM. 30, 4, 21 *iudices* ex ... Catonis disciplina -tos). ad Q. fr. 2, 13, 2 Cicerone nostro minore -endo. TERT. nat. 2, 7, 10 ingenuitatis studia -itis. apol. 15, 3 corpus *mimi* impurum et ad istam artem effeminatione -tum (AVSON. 8 [322 S.], 75 *adulescentes* ad mores artesque bonas fandique vigorem -xi. *sim. indicato fine*: CASSIOD. var. 1, 24, 3 -ite iuvenes vestros in Martiam disciplinam). CIL XII 2039 quem vice fili educavit et studis liberalibus -xit. *al.*

c *actionem proponendi legenda vel audienda* (*sc. ea ipsa, de quibus quis scribit, loquitur; aliter l. 21. p. 1634, 58. 1637, 21; sublucet imago -endi gladiatoris p. 1637, 1, testis imprimis p. 1637, 6*): SEN. contr. 4 praef. 1 non

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

semel omnes *rhetores* -o, aliquid novi semper habeat libellus (*comparantur* munerarii ..., qui ... nova paria ... ⟨dis⟩pensant. *cf. ibid.* 2 singulos -endo). VAL. MAX. 3, 7, 11 *Accius poeta* -atur in medium (RVFIN. hist. 5, 8, 9 ea, quae scripserunt, -it in m. *Irenaeus. al.; in iudicio*: COD. Theod. 5, 13, 2 iugationem ... in m. -i ac retractari). SEN. apocol. 1, 2 si *historico* necesse fuerit auctorem -ere (*antea*: iuratores exegit. *item ad fidem praestandam* [*sec. p. 1634, 20*]: AMM. 21, 5, 7 [*Iulianus ad milites*] *mihi* -turo ... incorruptam conscientiam meam, quod nihil *adversi* ... temptabo). dial. 6, 12, 5 si tibi ingentem lugentium numerum -ero. ARNOB. nat. 5, 26 Eleusiniorum ... origines -unt turpes ... elogia litterarum. EVSEB. EMES. serm. 22, 11 ne quis -at contradictionem (*nisi vi efficiendi ad a*). BOETH. arithm. 1, 23, 2 *numerus submultiplex* in alterius comparatione -tus (*gr. 1, 18, 2 συγκρίνηται. cf. 1, 23, 1* comparatus cum altero). *al.* *secreta detegenda* (*cf. l. 25*): SEN. epist. 105, 6 *animi affectus* non aliter quam ebrietas ... secreta -it. IVV. 8, 266 occulta ad patres -xit crimina servus (*Liv. 2, 4, 6* rem ad consules detulit). IREN. 1, 15, 6 mysteria ... breviter expedire et ea, quae ... sunt occultata, in manifestum -ere (*gr. εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν ut etiam* 5, 6, 1 *fratres* absconsa hominum in m. -entes. *al.; cf. l. 28*). *al.*

d *actiones varias* (*vigente hic illic imagine loci; v. etiam p. 1635, 30*): α *eliciendi, provocandi* (*v. etiam infra l. 71*): OCTAVIA 737 *meam* continet vocem timor, quam nunc fides pietasque -xit tua (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 54, 8 *inique agens non* compescit ... dolentum gemitus, sed -it). AMBR. hex. 5, 24, 84 *iam* nocturnae aves circumvolant et ... sui ... adsumendam commemorationem -unt (*nisi locum ad l. 71 trahas legens* ad sumendam). β *ostendendi, detegendi* (*dictis l. 13*): VET. LAT. psalm. 36, 6 (cod. 136) *dominus* -at sicut lumen iustitiam tuam *eqs.* (*gr. ἐξοίσει, cod. 300. al. = Vulg.* educet). AVG. gen. ad litt. 6, 13 p. 188, 5 *deus* certas temporum leges generibus qualitatibusque rerum in manifestum ex abdito -endis adtribuit. ALC. AVIT. carm. 6, 581 *deus* maluit ... facinus ... pandere et obtectas laqueis -ere fraudes. *al.* γ *abducendi, liberandi* (*cf. p. 1632, 16*): VET. LAT. psalm. 114, 8 (cod. 136) -xit ipsam animam meam a morte atque oculos meos a lacrimis atque pedes meos ab inpetu (*gr. ἐξείλατο, cod. 300* liberavit, *Hier. psalt. sec. Hebr.* eruit, *Vulg.* eripuit).

B *fere i. q. porro ducere, in longum ducere, extendere sim.* (*hic illic ad gradum nimium, e. g. l. 75. p. 1638, 3. 21 sqq. 29. 1640, 15 sq.; vim praeverbii illustrant additamenta* longius *p. 1640, 12. al. et vol. VII 2, 1650, 3 sqq.,* in longum *ibid. 1642, 35 sqq. 83 sq. [cf.* ISID. orig. 10, 216 -xit quasi porro illum duxit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1942 -tus: in longum tractus, quasi p⟨or⟩ro ductus. *al.]; opp. e. g.* coartare *p. 1638, 27. 1640, 27,* contrahere *p. 1640, 26,* corripere *p. 1641, 14*): **1** *in sermone communi*: **a** *spectat ad varias actiones incorporales* (*cf. imagines p. 1639, 75*): α *-untur animantes* (*obi. suppl. l. 48. p. 1638, 4*): Ⓘ *qui promoventur, adiuvantur, foventur* (*dignitas sim. indicatur per praepos.* ad *l. 50. 57. 60. al.,* in *l. 52. 68. 70,* per *l. 63, abl. l. 63. 65; huc vergit p. 1636, 51*): Ⓐ *generatim*: LVCIL. 523 quos divitiae -unt. SEN. contr. 3 praef. 3 *erat in Cassio Severo* pronuntiatio, quae histrionem posset -ere. 4 praef. 4 nisi illum ... magnitudo patris non -ret, sed obrueret. SEN. benef. 2, 9, 2 *quaedam beneficia* non -unt nec honestiorem faciunt. epist. 110, 2 *deorum* favore -i. IVV. 6, 609 *Fortuna quosdam* fovet ... utque suos semper -it alumnos. APVL. met. 11, 15, 2 *Fortuna,* dum te ... discruciat, ad ... beatitudinem ... -xit. VET. LAT. Sirach 20, 29 sapiens in verbis -et se ipsum (*gr. προάξει*). PORPH. Hor. carm. 1, 34, 13 ('deus obscura promens') ⟨attenuatus⟩ in claritatem aliquam a deo -itur. Ⓑ *speciatim in civitate* (*ecclesia l. 68*): CIC. dom. 21 (*20* bello gerendo M. Catonem praefecisti) quem tu ... non pro illius dignitate -eras. rep. 1, 68 dantur imperia ..., postremo, a quibus -ti sunt, existunt eorum ipsorum tyranni. fin. 3, 52 ut ... nemo dicit ... regem ipsum quasi -tum esse ad dignitatem – id est enim *προηγμένον* –, sed eos ..., quorum ordo proxime accedit ... ad regium principatum, sic in vita ... ea, quae secundum locum obtinent, *προηγμένα,* id est -ta, nominentur (*v. p. 1642, 66*). CASS. Cic. fam. 12, 13, 1 me ... ad optimam spem patriae ... -endum (*cf.* 12, 13, 2 me excipere et ad omnia, quae velis et probes, -ere). EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 1 quin per eosdem articulos et gradus -endus sit, per quos frater eius -tus sit. LIV. 40, 56, 7 omni genere honoris -ere eum non destitit *rex.* CE 990, 7 (*saec. I*^{1}) *patronus* Cottanum ... -xit honore tribuni. CVRT. 7, 1, 11 *Philotae amici* ad magna ... ministeria illius ... suffragatione -ti. PLIN. epist. 6, 23, 4 est *iuvenis* indolis optimae, brevi -turus alios, si interim provectus (-duc- *var. l.*) fuerit a nobis. *al.* *in ecclesia*: THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 2 p. 100, 4 is in clero et ⌞recipitur et -itur⌟ (*gr. εἰς μέσον παράγεται. sim. ibid. pro gr. (παρ)άγειν*: p. 101, 1 in clero. p. 101, 5 ad functionem clericatus. p. 101, 15 in clerum).

Ⓘ *qui inducuntur, impelluntur* (*accedit respectus excitandi, provocandi maxime p. 1638, 4. 9; addasne l. 24. p. 1633, 43?*): RHET. Her. 1, 3, 4 quo res cognitu facilior esset, -ti sumus, ut de orationis partibus loqueremur ⟨4, 44, 58 -ti sumus ut plura diceremus, quod *eqs.* SEN. dial. 11, 8, 3 non audeo te usque ⟨eo⟩ -ere, ut fabellas ... conectas. FRONTO p. 88, 23. *al.*). CAES. civ. 3, 104, 3 *Pompeius* quadam notitia Septimii -tus ... naviculam ... conscendit (*an ad p. 1631, 75?* perductus *Bücheler*). VERG. ecl. 1, 72 en quo discordia cives -xit miseros (perduxit *var. l., v. Wagner, 1830, ad l.*). MANIL. 4, 526 *signum caeleste quoddam* dabit studia et doctas -et ad artes (PLIN. nat. 9, 122 nulla sponsione ad hoc [*i. sumptum faciendum*] -to *divite quodam.* TRYPH. dig. 4, 4, 37, 1 *nisi* miseratio aetatis ad mediocrem poenam iudicem -erit. *al.*). SEN. contr. 7 praef. 1 *Albucius* incipiebat ... sedens et, si quando illum -erat calor, exsurgere audebat (*cf. de eodem Suet. rhet. 30, 3* calore ... provectus). SEN. epist. 115, 4 evocante ... vultus *paene divini* benignitate -tus adoret. APVL. met. 7, 3, 3 hoc tantum inpatientia -tus volui dicere. *al.*

β *-untur res*: Ⓘ *variae, quae augentur, promoventur, incitantur sim.* (*effectus indicatur passim per praepos.* ad, in): CIC. fin. 3, 52 *v. p. 1637, 59.* OV. met. 8, 643 *Baucis* ignes suscitat hesternos ... et ad flammas anima -it anili (perducit *var. l.*). SEN. benef. 2, 23, 1 danti in tantum -enda notitia est muneris sui, in quantum delectatura est, cui datur (*simili struct.*: epist. 15, 7 *qui* in tantum procedat, in quantum audaciam eius patientia ... -eris). QVINT. decl. 340, 12 *puer mangoni* pretium excisa virilitate -et. POMPON. dig. 1, 2, 2, 13 per quem *iuris peritum* possit cottidie in melius -i *ius.* VLP. dig. 1, 16, 6, 3 xenia -enda *non* sunt ad munerum qualitatem (*nisi ad l. 31*). PORPH. Hor. carm. 3, 2, 26 qui linguam suam usque ad proditionem mysteriorum Cereris -unt (*cf.* NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1, 1 petulantia usque ad periculosam verborum temeritatem -ta). AVG. grat. Christ. 45, 49 *Iesus* usque ad ... lacrimas movit et -xit affectum *Petri paenitentis* (EVSEB. GALLIC. hom. 35, 9 *latitando* -is a. *te desiderantium*). COD. Iust. 7, 47, 1 pr. dubitationes ... in infinitum -tae sunt (*opp.* in angustum coartare). *al.* Ⓘⓘ *praecepta, verba sim., quae extenduntur, ut ad alia pertineant, plus significent* (*in iure praeter l. 36 sq.; cf. p. 1639, 32*): AFRIC. dig. 47, 2, 62 pr. quod ... non eo usque -endum ait (*Iulianus?*), ut etiam *eqs.* (VLP. dig. 14, 1, 1, 5 utilitatem navigantium). VLP. dig. 11, 7, 8, 3 loci puri appellatio et ad aedificium -enda est (PAVL. dig. 1, 3, 14 ad consequentias [*sim.* 50, 17, 141 pr.]. MOD. dig. 1, 3, 25 *ut salubria* duriore interpretatione ... -amus ad severitatem. COD. Iust. 8, 16, 9, 1. *cf. l. 20*). PAVL. dig. 41, 2, 1, 16 num haec regula longius -enda sit, ut *eqs.* MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 6 p. 726 tam foeda comparatio in ... immensitatem *dei* -i non debuit (PASS. Petr. 14 p. 36, 20 istam ... sententiam in me -xi). Ⓘⓘⓘ *numeri, qui multiplicantur* (*cf. supra p. 1635, 72*): BOETH. arithm. 1, 28, 7 si ..., qui ex his nati fuerint, ternarii multiplicatione -eris, idem rursus efficient.

b *spectat ad tempus* (*ad spatium vitae l. 46. 49. 59. al., cf. p. 1639, 38*): α *potius transigendum, peragendum* (*sc. actione, condicione quadam, quae illustratur per abl. vel praedic. saepius,* in *c. acc. l. 51, ponitur pro subi. l. 56*): TER. Ad. 591 cyathos sorbilans paullatim hunc -am diem ([*colore prosequendi coll.* VERG. *p. 1635, 23,* TER. *p. 1632, 25 explicat* DON. *ad l.* 2 ad metaphoram tamquam vel morientis diei. *aliter*: SCHOL. Ter. Bemb. longiorem faciam]. CIRIS 296 *cur filia* erepta ... diem potui -ere vitae? [*ad β trahit Lyne, 1978, ad l., ad γ vol. V 1, 1048, 25*]. *cf. l. 75. p. 1639, 19*). TIB. 1, 4, 5 *Priape,* nudus ... -is frigora brumae, nudus et ... tempora sicca Canis (RVT. LVP. 2, 7 vitae tempus una ... consuetudine. SIL. 6, 54 [prae-, per- *var. ll.*]. *al.*). MANIL. 3, 532 hora ... non ulli similis -itur horae. 4, 854 *sidera* languescunt ..., sed modo in affectus totus -itur annus, nunc brevius lassata manent (TERT. monog. 3, 10 a. *tot* ... exinde -tis. PAVL. NOL. carm. 31, 23 coeperat octavum -ere parvulus a.). SEN. Ag. 54 cur ... noctis aestivae vices hiberna longa spatia -unt mora? (*nisi ad A2a*). LVCAN. 10, 173 longis ... -ere noctem ... adloquiis (MART. 2, 89, 1 vino. AVIEN. orb. terr. 753 -it n. ludus sacer [*cf. gr. 574 ἐννύχιαι*]. *al.*). STAT. Theb. 8, 219 *Thebani* vario -unt *noctis* sidera ludo. AVIEN. orb. terr. 1256 largum populis *Persiae* -itur aevum. AVSON. 14, 25 (369 S.), 7 *Sol* moderatur tempora vitae, dum breve solliciti spatium -imus aevi. *al.*

β *potius prolatandum, differendum*: Ⓘ *notione communi -untur:* *animantes* (*sc. remorandi sim., nisi locos ad γ trahere malis*): TER. Andr. 648 nisi me lactasses amantem et falsa spe -res. LVCIL. 907 si retinere ⌞hunc⌟ voles, si longius te -turum et diutius *speras* (⌞ ⌟ *amorem intellexit Marx, ut spectet ad γ; explicatur p. 1630, 71*). CIC. Quinct. 30 condicionibus hunc quoad potest -it. ENNOD. epist. 5, 11, 4 p. 135, 13 longa supplicatione -itur ... sublevandus *quidam celeriter.* 7, 13, 3 p. 181, 24 ut *garrulus* usque adeo -retur, donec exigerent scripta responsum. *punctum temporis, res variae*: POMPON. dig. 35, 1, 19 pr. placuit non semper mortis *testatoris* tempus observari, sed voluntate *eius* patrocinante tardius -i (ENNOD. opusc. 5, 23 p. 399, 20 *deus,* -isti ultionis t.). AVR. VICT. Caes. 14, 8 Hadriano cupiente fatum -ere (AVSON. 10, 7 [166 S.], 7 in longam -xit fata senectam. *cf. p. 1687, 52*). SYMM. epist. 6, 14, 2 defectus annonae, quem nulla -it novae frugis accessio. 7, 14 in praesentiam ... comitis agenda -o, quem mox ... adfore *dicunt.* HEGES. 5, 40, 2 p. 384, 3 *infans comestus* -xit matri ... diem mortis (*cf. l. 46*). EVGRAPH. Ter. Phorm. 606 *ut*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phormio prolatando -at nuptias. *al.* ?Ⓘⅱ -ere moram, *sc. prolatando efficere vel interponere* (*huc traximus coll. p. 1628, 42. 1687, 40; cf. etiam A2a*): TER. Andr. 615 dicam aliquid me inventurum, ut huic malo aliquam -am m. (productem m. *edd. multi vix recte sec.* DON. *ad l.* et ˌ'-tam'ˌ legitur; significat autem differam, protendam, prolatem [ˌ ˌ *acc. p. p. p., non latet forma coni.*]). OPTAT. 6, 4 p. 152, 3 -istis moras, ut ... diutius remanerent *sine praesidio.*

γ *potius protrahendum, longius continuandum* (*vitam sim. v. sub c, animantes p. 1638, 61; fort. huc p. 1638, 63 et vol. X 1, 1286, 21*): CIC. Brut. 251 oblivionem quaerens ... sermonem -xi longius (rep. 6, 10 in multam noctem. FRONTO p. 112, 17 diu. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 16 in longum. *al.*). Cato 46 *convivium* ad multam noctem ... vario sermone ... -imus ([(pro)dicimus *var. l.*]. LIV. 33, 48, 6 multo ... vino in serum noctis. *al.; cf.* HOR. sat. 1, 5, 70 iucunde cenam -imus. carm. 3, 21, 23 [*ad testam vini*] te ... -ent lucernae, dum ... fugat astra Phoebus [PORPH. *ad l.* 21 se ... potando hilaritatem ... convivii usque in crastinum mane -turum]. *sim. al.*). CAES. Gall. 4, 30, 2 *Britanni rebellantes decreverunt* rem in hiemem -ere (civ. 1, 83, 3). LENT. Cic. fam. 12, 14, 5 non ... cupiditate provinciae -i longius spatium mihi volo. MANIL. 3, 639 Capricornus ... -it ... diem *post brumam* ([*cf. 640* tempora supplet]. CLAVD. DON. Aen. 4, 60 p. 364, 14 ['instaurat ... d.'] ut -ret d. volens diutius habere praesentem, quem amabat. EVSEB. GALLIC. hom. 2, 2 [*opp.* minoratur]. *cf. p. 1638, 46*). SEN. contr. 1 praef. 11 nisi aliquid, quo memoria eorum *oratorum* -atur, posteris traditur (SEN. dial. 11, 18, 2 fratris ... -c memoriam aliquo scriptorum monumento tuorum). SEN. nat. 5, 8, 3 *venti* circa mediam ... diem relanguescunt nec ... usque in meridiem aura -itur. epist. 116, 4 'aliquatenus timere permitte'; sed illud 'aliquatenus' longe -itur nec, ubi vis, accipit finem. SIL. 1, 681 Fabius ... parcus ... lacessere Martem et melior clauso bellum -ere ferro (9, 135). 2, 305 vix conducto -ximus ˌarmaˌ Lacone (*i. bellum, nisi trahas ad p. 1632, 72*). STAT. silv. 4, 8, 42 ulterius ... -ere questus non licet. SVET. Aug. 78, 2 *somnum* ultra primam ... lucem. TERT. ieiun. 1 p. 275, 4 quod stationes ... in vesperam -amus. *al.* *spectat ad ius* (*cf. p. 1638, 27*): VLP. dig. 2, 14, 52, 3 -i ad perpetuam praestationem id pactum postulabatur (*opp.* quoad viveret heres). 15, 2, 1, 3 usque ad annum -i obligationem (PAVL. dig. 45, 1, 91, 4 [*ibid.* perpetuatur obligatio]. *al.*). 50, 13, 1, 14 nutricia eo usque -emus, quoad infantes uberibus aluntur.

c *spectat ad vitam, incrementum naturale, quae sc. sustentantur, augentur sim. vel continuantur* (*accedente respectu temporis maxime l. 50 sq. 52 sqq. 64 [cf. p. 1638, 40]; aliter de forma procera, v. p. 1640, 32*): α *-itur vita, spiritus sim.*: RHET. Her. 4, 24, 34 neque erat, qui vitam -remus *in castris obsessis* (VARRO rust. 3, 14, 3 *cochleae* ad propolam v. diu -unt. BELL. Afr. 24, 4 alga ... iumentis esurientibus data v. eorum -bant. NEP. Att. 21, 6. VERG. Aen. 2, 637 abnegat excisa v. -ere Troia [*explicatur p. 1630, 71*]. *al.; cf. l. 51*). SEN. contr. 1, 1, 20 quo *cibo* spiritum posset -ere (Ps. QVINT. decl. 12, 2 ut ... animam sustineremus, ... s. -remus). SEN. epist. 58, 32 potest frugalitas -ere senectutem. LVCAN. 4, 796 non tulit ... animam -ere ... ceciditque (IVV. 15, 94 alimentis talibus usi -xere animas. AVIEN. orb. terr. 1243 per compendia). TAC. ann. 12, 8, 1 eo usque spem vitae. 13, 52, 2 *senectam* ultra vitam *heradipetarum* ... -xit *dives* (AVSON. 3 [390 S.], 39). *al.* *-it, qui dicit aliquid diuturnius esse* (*cf. l. 36. p. 1635, 57*): CIC. Brut. 60 Varro ... vitam ... Naevi -it longius. β *-untur ipsi viventes (etiam plantae l. 56. 60):* *indicatur quo per praepos.* ad, in: RHET. Her. 4, 43, 55 aluit haec *patria* me, ... honeste -xit usque ad hanc aetatem. CIC. Quinct. 99 *ut,* quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem -xit, eadem usque ad rogum prosequatur. OV. trist. 4, 6, 11 tempus ... in canas semen -it aristas. QVINT. decl. 268, 23 *ope medicinae* -tus est ... usque ad ˌeamˌ pater (ˌ ˌ *corruptum*; aetatem *sim.?*). Ps. PROSP. carm. de prov. 894 quos inter crimina tutos ... senectus extremas turpis vitae -xit in oras (*cf. p. 1632, 20*). *al.* *exempla cetera*: HOR. carm. 2, 13, 3 ille et nefasto te posuit die ... et sacrilega manu -xit, arbos. GRATT. 522 *quodlibet pabulum est* satis -ere *genus quoddam equorum.* SEN. epist. 121, 18 -it fetus suos natura, non abicit (*postea*: tutela). QVINT. decl. 260, 16 qui animal hoc (*i. hominem*) prorogat -itque *alendo.* CE 420, 11 (*saec. I ex.?*) tertius a decimo cum me -ret annus. TERT. anim. 37, 5 vis *animae* ... paulatim cum carne -itur (*antea*: crescere). VET. LAT. Col. 2, 19 (Mar. Victorin. adv. Arium 1, 25; *cf.* Ps. Aug. spec. 50) caput Christi, ex quo omne corpus per ... coniunctiones ... -tum crescit (*gr. συμβιβαζόμενον,* cod. 77 -tum vel copulatum, *Vulg.* constructum. *in eadem imagine*: Eph. 4, 16 [cod. 77] ex quo *Christo* totum corpus ... ˌ-tumˌ ... incrementum ... facit [ˌ ˌ connexum *var. l. ipsius cod. sec. Vulg., gr. ut supra*]). ENNOD. epist. 2, 2, 3 p. 41, 24 in longum ˌ-ereˌ (*imperat. pass.; 'vitam ... extendas' Hartel in indice ed.*).

d *spectat ad locum et corporea varia*: α *-itur qui (quod) movetur, provehitur* (*vi praeverbii hic illic minus vigente, e. g. p. 1640, 7. 10*): RHET. Her. 4, 47, 60 (*in similitudine, v. p. 1587, 52*) ut -tus studio ... ultra facile procurras (*item in imagine p. 1640, 15 et e. g.* SEN. dial. 9, 10, 6 *cupiditates* finitae non in immensum incertumque -ent *animum* [*antea*: non sunt ... cupiditates in longinquum mittendae]. nat. 6, 7, 5 ultra illos *oculos* ... -ere animum [*v. app. crit.*]). VARRO ling. 9, 9 qui triclinium constrarunt, si quem lectum ... nimium aut parum -erunt. VITR. 10, 9, 4 *ut circumactus* denticulus ... unum denticulum tympani plani -at (*antea*: cogat praeterire). COLVM. 6, 2, 9 cunctantem -it *bos bovem* (*v. p. 1587, 57*). VAL. FL. 5, 381 *Dianam* ad sua Caucaseae -unt flumina nymphae. PAVL. dig. 8, 2, 20, 5 retro duci potest stillicidium, ... -i non potest. VET. LAT. prov. 4, 27 (Aug. epist. 215, 5. *al.*) *deus* itinera ... tua in pace -et (*gr. προάξει, om. hebr. et Vulg. genuina*). AVIEN. orb. terr. 654 si quis ... eoos cumbam -at in ortus (*sim.* 1210 gressum [*gr. 1016 ὁδεύσῃς*]). FAV. EVL. 17, 2 inde ... ad cancri octavam partem lux aucta -itur; unde ... regreditur *eqs. al.* longius -ere (*cf. l. 21. 27*): CAES. civ. 3, 100, 2 elicuit naves Laelianas atque ex his l. -tam unam quinqueremem ... cepit. HIRT. Gall. 8, 48, 3 *cum Commius* fuga vehementi Volusenum -isset l. SEN. suas. 1, 7 (*in imag.*) l. me fabellarum dulcedo -xit. COLVM. 6, 2, 8 paulatim l. cum oneribus -endi sunt *boves.* *al.*

β *-itur quod in longum extenditur, dilatatur sim.* (*vel etiam quod ita efficitur, e. g. l. 22. 41. 45. 51 sqq.*): Ⓘ *usu communi, sc. pertinet ad actionem -endi, quae fit*: Ⓐ *ratione varia*: CAES. civ. 1, 58, 1 quoad licebat latiore uti spatio, -ta longius acie circumvenire nostros. LIV. 21, 5, 9 vallo ... ita -to, ut locum ad transgrediendum hostes haberent (praed- *Walters; v. Walsh, 1973, ad l.*). MART. 9, 73, 1 *sutor* dentibus antiquas solitus -ere pelles. SVET. Iul. 39, 2 spatio circi ab utraque parte -to. VLP. dig. 43, 19, 3, 15 ne quis dilatet aut -at *iter.* ARNOB. nat. 2, 40 *ut* possessionum ... -rent fines (AMBR. Nab. 3, 12. *al.*). 6, 18 in sigilliolis parvulis contrahere se deos et ... coartari, at vero in vastis porrigere se longius atque in maximitate -ere (*item reflexive*: PRVD. apoth. 274 extendens nec se substantia tractim -xit *dei patris, ut filius fieret* [*cf. p. 1557, 6*]). CLAVD. 1, 181 (*178* parat auratas trabeas) longum tenues tractus -it in aurum (*'protendit laminas ... in filum aureum longum' Burmannus; aliter e. g. Taegert, 1988, ad l.*). *al.* Ⓑ *crescendo vel faciendo ut crescat* (*huc traximus quae respiciunt proceritatem, longitudinem; alia v. sub cβ*): CIRIS 498 *os Scyllae coepit* gracili mentum -ere rostro. PAVL. FEST. p. 225 *v. supra p. 1519, 44.* COLVM. 4, 13, 1 ut rectam vitem -at in iugum. 4, 24, 20 licet eo usque materiam *palmitis* -ere, dum paene terram contingat. 5, 5, 8 posito semini harundo adnectitur, quae velut infantiam eius ... educet -atque in tantam staturam, quantam *eqs.* CARM. de pond. 104 cylindrus *tantus,* quantum inter nodos ... -it harundo. ALC. AVIT. carm. 6, 354 maximus ipse *Sisarra,* forma ... quem ... immensā ... levans -xit verticis arce. Ⓒ *delineando*: SEN. nat. 1, 1, 6 ignes tenuissimi iter exile designant et caelo -unt. IVV. 2, 94 supercilium ... tinctum obliqua -it acu. SCAVR. gramm. VII 33, 8 super i ... apex non ponitur; melius ... in longum -etur. TERT. cult. fem. 1, 2 l. 14 quo *pulvere nigro* oculorum exordia -untur. MART. CAP. 6, 712 *parallelae lineae* -tae in infinitum (BOETH. arithm. 2, 6, 2 si a medietate per singulos angulos l. -antur [*gr. 2, 7, 4 ἀχθῶσι*]. *al.; cf. var. l. p. 590, 82*). Ⓓ *procudendo* (*cf. p. 1556, 32 sq. 1631, 1*): IVV. 15, 166 ferrum ... incude ... -isse (*168* gladios extendere). CYPR. epist. 69, 8, 2 *turibula conflata* in laminas ductiles -untur (*sec. num. 16, 38, v. vol. V 1, 2166, 20 sq.*). HERM. vulg. vis. 1, 3 aerarius -ens opus suum (*gr. σφυροκοπῶν, Pal.* faber ... molliens opus). SYMPH. 55, 1 (*acula*) longa, sed exilis, tenui -ta metallo. SERV. auct. Aen. 9, 503 gladium longiore lamina -isse. AVG. in psalm. 97, 6 l. 4 'ductiles tubae' (*v. p. 1643, 30*) aereae sunt, tundendo -untur. *al.*

Ⓘⅱ *per imaginem motus describitur forma in longum porrecta regionum rerumque variarum* (*cf. p. 1633, 21*): Ⓐ *p. p. p.* -tus (*vergit in usum adi.; cf. p. 1642, 54*): SEN. nat. 7, 17, 1 *forma* in longum -ta (*v. p. 1521, 45*). AVIEN. orb. terr. 410 *Europa et Africa apud columnas Herculis* -to coeunt sibi caespite terrae. AMM. 17, 4, 7 *obeliscus* specie quadrata in verticem -tus angustum. CLAVD. carm. min. 5, 3 *insula* in longum -ta latus. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 2 ut rotunda in ventrem *ampulla* cresceret ore -to (*postea*: oris extantis concavum [*ut trahas fort. ad p. 1633, 21*]). CASSIOD. in psalm. 148, 7 -ta nimis corporea magnitudo *draconis.* *al.* Ⓑ *formae ceterae*: AVIEN. orb. terr. 554 Graiae confinia terrae ... prolixa ... longis iugera -unt spatiis (*gr. 400 πολλὸν ἀνερχομένη*). 635 in matutinos Pachynus -itur ortus (*gr. 471 πρὸς αὐγὰς ... ὁρόωσα*). 710 hinc Sporades crebro -unt caespite sese (CLAVD. carm. min. 9, 16 *spiculum hystricis* in extremum s. -it acumen. PRISC. periheg. 631 *Taurus mons* longis s. spatiis -it ad Indos [*Avien. orb. terr. 841* ardua ducit]). 1103 hinc tellus Arabum -it caespite campos (*gr. 927 παρακέκλιται ... πολλὸν ἀνερχομένη, Prisc. periheg. 869* protenta diu). *al.*

2 *in sermone gramm. (metr.) vel rhet.* (*vix huc p. 1635, 63*): **a** *spectat ad compositionem orationis operisve scripti*: α *uberiorem, copiosam, nimis longam* (*cf. l. 15. p. 1642, 31 sqq.*): CIC. inv. 1, 26 (*inter vitia exordii*) quod pluribus verbis ... ultra quam satis est -itur. de orat. 3, 49 non nimis longa continuatione verborum, non valde -tis iis, quae *eqs.*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AQVILA rhet. 24 p. 30, 19 membrum longius -xit. CHAR. gramm. p. 362, 4 (*item* DIOM. gramm. I 460, 11) ut brevitatem splendide -at *periphrasis.* AMM. 27, 2, 11 historiam -ere per minutias ignobiles. SIDON. epist. 1, 4, 3 eloquia ... brevia -i, ... porrecta succidi. PRISC. rhet. 1, 3 p. 551, 19 sic breviter dices; si velis -ere, sic: '...' (*gr. ἐκτείνειν. cf. p. 552, 4* proferes orationem morando). *al.* **β** *diffluentem, parum distinctam*: CIC. de orat. 3, 186 continuatio verborum ... est ... iucundior, si est articulis ... distincta, quam si continuata ac -ta (*cf. 185* sine intervallis ... profluens). **γ** *metro non coartatam*: ISID. orig. 1, 38, 1 (*fort. e Varrone, v. frg. 319 F.*) prosa est -ta oratio et a lege metri soluta; ... quae non est perplexa (-flexa *var. l.*) numero ... prosa oratio dicitur, in rectum -endo.

b *spectat ad pronuntiationem*: **α** *-untur vocales, syllabae sim., quae longae proferuntur secundum naturam vel artem metricam* (*cf. p. 1642, 10; opp.* corripere *passim*): VARRO ling. 9, 104 'ruta' ... ita dicimus, ut u -amus (*antea*: u dicimus longum. *item -untur vocales singulae*: SCAVR. gramm. VII 33, 3 [*contextu corrupto*]. GELL. 4, 17, 2 ['conicere'] in ... verbi praepositione ⟨o⟩ ob eandem *metri* causam -unt *quidam* [*nisi supplemento reiecto trahas ad l. 36*]. *al.; cf. l. 22. 30*). PAVL. FEST. p. 120 ('lustra') vocabuli prima syllaba -itur (QVINT. inst. 1, 5, 18 cum s. correpta -itur ut 'Italiam' [*Verg. Aen. 1, 2*]. VEL. gramm. VII 55, 26 Accium ... vocales geminantem, ubicumque -itur s. *al.* GELL. 13, 23, 3. *et saepe; cf. var. l.* OV. Pont. 4, 12, 13). VEL. gramm. VII 47, 21 *vocales* -bantur corripiebanturque (SCAVR. gramm. VII 18, 15 TER. MAVR. 358. *al.*). 53, 1 aliud *est,* si -as 'pīla' et ⟨si⟩ corripias 'pĭla' (*item -untur ipsa verba*: GELL. 9, 6, 3 num ... 'actito' et 'actitavi' -enda sunt? TER. MAVR. 471 'Aurunci', quod ... barbarum est -ere [*v. p. 1642, 25 sq.*]. SERV. auct. Aen. 1, 498 'Dianam' veteres ... -bant. *al.*). GELL. 2, 17, 1 (*sec. Cic. p. 1643, 6*) 'in' et 'con' praepositiones ... -i atque protendi, cum litterae *s vel f* sequerentur ([*opp.* correpte pronuntiari]. 2, 17, 3 sq. PROB. inst. gramm. IV 149, 33. *al.*). 7, 15 tit. (*om. codd. vet.*) an 'e' littera corripi an -i debeat (TER. MAVR. 1307 MAR. VICTORIN. gramm. 5, 20. *al.*). *al.* SACERD. gramm. VI 474, 27 o pura terminata *nomina* genetivo o -ant necesse est (*item -unt res l. 37 et e. g.* PROB. inst. gramm. IV 183, 3 verba secundae coniugationis praesens tempus modi infiniti ... necesse est ut -ant. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 35, 5 necessitas metri aut -entis aut corripientis easdem *syllabas.* PRISC. gramm. II 10, 15 m ... ante n positum nec -ens ante se vocalem. *al.*). *al.* *obi. supplendo vel absolute*: GELL. 4, 17, 6 neque ob neque sub praepositio -endi habet naturam (*sc. vocalem sim., nisi* -ere *intrans. i. q. longum fieri*). 7, 15, 2 *quidam* 'quiescit' ... e littera correpta dixit; alter ... *eum reprehendit,* quoniam -ere debuisset, non corripere (*cf. l. 17*). **β** *-untur sententiae vel verba, quae acuuntur ab oratore, actore*: QVINT. inst. 9, 4, 89 *apta verborum collocatione fiunt numeri; ipsa verba* neque augeri nec minui nec sicuti (sicut in *Winterbottom*) modulatione -i aut corripi possunt. 9, 4, 108 *in clausula 'non turpe duceres'* paulum ... morae damus inter ultimum atque proximum verbum et 'turpe' illud intervallo quodam -imus. 11, 3, 167 'in coetu ...' (*Cic. Phil. 2, 63*): -enda *sunt* omnia trahendaeque ... vocales. 11, 3, 179 dulces exclamationes theatri causa -ere. **γ** *-itur accentus, qui transponitur accedente enclitico*: PS. PRISC. gramm. III 521, 2 sunt ... syllabae tres, in quibus accentus -itur, que ne ve, ut itáque, quando adverbium est *nec coniunctio ítaque* (*cf. Diom. gramm. I 433, 21* adducunt).

II *intransitive fere i. q. prodire, progredi* (*v. etiam l. 38; obi. suppl. v. p. 1631, 50*): **A** *-unt proficiscentes*: **1** *in bellum, ad pugnandum* (*sunt qui addant* DRAC. Orest. 298 -ere telis [proludere *Mähly*]. Romul. 5, 38 advena campo -at armatus [*metro invito, v. p. 1630, 68,* prodeat *Duhn*]): VET. LAT. I Macc. 11, 15 (rec. L) -xit Ptolomeus et occurrit ei in manu valida (*gr. ἐξήγαγεν, rec. B* exivit, rec. V -xit ... exercitum. *item de duce, ut subaudire possis acc.* copias *sim.* [*cf. p. 1633, 47*]: PASS. Typas. 1 contra quos *latrones* multi iudices -erant). DRAC. laud. dei 2, 298 ut ... in externos ... -ret hostes ... armata manus. Orest. 816 dixit et accinctus capulo -xit in hostem (*Orestes solus interfecturus Pyrrhum*). *loco obscuro*: TERT. pall. 2, 6 *Heraclidae* Peloponnesum occupando -unt (*'proficiscuntur [vel oriuntur] ad occupandam P.' intellegunt viri docti; 'promovent P. civitatibus condendis' Heine in plagulis, ut aptum sit iis, quae pari structura addidit Tert.*). **2** *in quemlibet locum*: VET. LAT. Luc. 5, 3 (cod. 3) ascendens ... in unam naviculam ... rogavit ..., ut -rent terrā quantulumcumque (*gr. ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν, cod. 4. al.* inducerent, *14* promoveret, *Vulg.* reducere). COMM. instr. 2, 1, 31 *fluvium* transire iubentur ... et dominus ipse -it cum illis (*respicitur IV Esdr. 13, 47*).

B *-unt orientes* (*si recte trad.; cf. l. 62*): **1** *fructus sim.*: VET. LAT. Marc. 4, 29 (codd. 8 *et* 11) terra fructificat ... spicam ...; et cum -erit ⌞fructus⌟, statim mittit falcem *agricola* (⌞ ⌟ *nisi acc. plur. coll.* cod. 5. *al.* fructum; *sed gr. ὅταν δὲ παραδοῖ* [*i. permittit*] *ὁ καρπός,* VVLG. cum se -erit fructus). DRAC. laud. dei 1, 179 pigmenta per herbas -unt (*'i. prodeunt' Vollmer in indice ed., cf.* DRAC. *l. 59 sq.*; -cit [*sc. India*] *Kent, cf. Eug. Tolet. carm. 1, 62* pigmenta ... eduxit *India*). **2** *mala*: SACR. Gelas. 1399 *ut homines* cognoscant et te indignante talia flagella (*i. famem et pestilentiam*) ⌞-ere⌟ et te miserante cessare (⌞ ⌟ procedere *vel* prodire *exhibent loci gemini, v. Corp. Christ. 160 A orat. 942*).

C *-unt actionem continuantes*: BOETH. top. Arist. lat. 161a8 non amplius potest -ere interrogans (*gr. μηκέτι δύναται προάγειν, cf. 161a4* interrogans non potest longius proferre [*gr. ποῤῥωτέρω προαγαγεῖν*]).

p. p. p. **ˢprōductus,** -a, -um *pro adi.* (*adhibitum pro subst. l. 12 sq. 55. 65*). *compar.* -ior *saepe inde a* CIC., *superl.* -issimus *apud* COLVM. *sub 1b.*

A *-are edenda vel bibenda*: CATO agr. 50, 2 ubi daps -ta comestaque erit, verno arare incipito (*cf. ibid.* tit. ubi daps -ta erit. *de eadem dape, ut vid.*: 132, 2 daps Iovi assaria pecunia, urna vini; Iovi caste -ato sua contagione [caste ⟨polluceto⟩ *Latte, cf. 132, 1* Iovi ... polluceto *eqs.*; -ato *idem significare quod* polluceto *censet Goujard, Rev. Phil. 46, 1972, 270 sq.*]). NOVIVS Atell. 14 quod -vi (*Bothe,* -ari *codd.*) modo, si tris mensae sint in aede, ut pariter dispertiam (*e fabula, cui titulus est* Decuma; *cf. B infra*). TEST. (CIL XIII 5708) 2, 10 edulia ⟨quisque sibi⟩ paret et potui, quod -e[i]tur infra ante cel⟨l⟩am memoriae ..., et ibi consumant. **B** *-are* decimam (*sc. fere in cultu Herculis ad aram maximam; cf. l. 37*): FEST. p. 237 Potitium et Pinarium Hercules, cum ad aram *maximam* ... d. bovum ... -asset, genus sacrifici edocuit. SAB. Macr. Sat. 3, 6, 11 *mercator quidam* bene re gesta d. Herculi -vit (*de eadem re Serv. auct. Aen. 8, 363* d. Herculi dicavit). FRONTO p. 230, 12 Numa ... nonne inter liba et decimas -andas et suovetaurilia mactanda aetatem egit? Ps. AVR. VICT. orig. 6, 5 ⟨T⟩recaranus ... apud eam *aram maximam* d. sui pecoris -vit. 6, 6 Herculi. 6, 7.

II *usu communi i. q. profanum reddere, impie tractare* (*sc. fere ea, quae pro sacris habentur, aliter maxime sub C2; gr. respondet βεβηλοῦν, nisi alia adnotavimus; cf.* SYNON. Cic. p. 419, 9 corruptum. ... violatum. -tum. inquinatum. foedatum *eqs.* p. 434, 4 minuit ... delibat. mutilat. -at *eqs.* GLOSS. -o: *βεβηλῶ.* -at: violat, contaminat. violat vel polluit. -atur [prolanatur *trad.*]: a re⟨li⟩gione excluditur. *al.*): **A** *-antur, quae (qui) vario modo polluuntur, contaminantur, violantur* (*c. abl. modi vel instr. p. 1660, l. 7 sq. 20. 39. 51. al.; cf.* de *p. 1660, 17. fere pro syn. accedunt* polluere *p. 1660, 8. 46. 55,* impiare *p. 1660, 24,* inquinare *p. 1660, 55*): **1** *res et loca*: **a** *quae strictius cum deis vel cultu eorum coniunguntur; violatur religio*: α *paganorum*: LIV. 3, 19, 7 cum ... servorum dux -tis omnibus in cella Iovis ... habitaret. OV. am. 3, 9, 19 (*de morte Tibulli*) sunt ..., qui nos *vates* numen habere putent; scilicet omne sacrum Mors impor-

tuna -at (epist. 7, 129 [*Dido ad Aeneam*] pone deos et quae tangendo sacra -as; non bene caelestes impia dextra colit. SEN. benef. 1, 10, 2 in ... bellorum ... civilium insaniam, qua omne sanctum ac s. -etur. PETRON. 89 vers. 52 HIST. AVG. Heliog. 6, 6. *cf. l. 29. p. 1658, 69*). STAT. Theb. 8, 52 (*loq. Pluto*) anne -tum totiens Chaos hospite vivo perpetiar? APVL. met. 4, 30, 1 (*queritur Venus de cultu suo ad Psychen translato*) nomen meum ... terrenis sordibus -atur. ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 18 (*loq. hostia*) numquid ... religiosa quaedam loca substructionibus pollui -vique privatis? PRVD. perist. 10, 894 *lingua Romani martyris* fas -vit vetus. *al.* β *Christianorum vel Iudaeorum*: VET. LAT. lev. 18, 21 (cod. 104) non -bis nomen sanctum ([*cod. 100* execraberis, *cod. 103* contaminabis, *Vulg.* pollues]. 19, 12 [cod. 104, *sim. al.; Vulg.* pollues]. *al.; cf. l. 6. 30*). Mal. 2, 11 (Cypr. testim. 1, 1) -vit Iudas sancta domini (*Vulg.* contaminavit ... sanctificationem. *cf. l. 3. 72*). I Macc. 4, 38 (recc. L, V) viderunt ... altare ab hoste -tum ([*rec. B* coinquinatum]. 4, 44 [recc. L, V; *rec. B* inquinata]). CYPR. laps. 28 non videndo idola nec ... sanctitatem fidei -ando (PETR. CHRYS. serm. 27, 3 ut *Balaam* ... -ret totam de turpitudine s. *cf. etiam l. 74*). testim. 3 capp. 50 sacramentum fidei non esse -andum (unit. eccl. 15 HEGES. 2, 9, 1 p. 155, 19). FVLG. aet. mund. p. 161, 3 *Nabuchodonosor* arcam ... foederum ... sacratam pagano lustramento -at. AMBR. Ioseph 3, 18 -ta mysteria (HEGES. 1, 1, 1. *cf. p. 1661, 12*). RVFIN. hist. 2, 5, 7 templum (SVLP. SEV. chron. 2, 22, 1). 2, 6, 2 *Caligula consecrata* loca eorum *Iudaeorum* ... contra religionem moremque gentis -ari iubet (IVLIAN. epit. in psalm. 43 praef. *cf. l. 8*). IVLIAN. epit. in psalm. 78, 1[c] -tis ritibus sacris loca quoque impiata sunt. COD. Theod. 11, 39, 11 sacrum baptisma (16, 7, 4, 1. *al.*). *al.*

b *varia*: CVRT. 5, 1, 38 *feminae Babylonienses in conviviis* summa ... amicula exuunt paulatimque pudorem -ant (LACT. inst. 5, 8, 7 AMM. 31, 8, 8). STAT. silv. 3, 3, 2 Pietas, cuius ... rara -tas inspectant numina terras. TAC. dial. 11, 2 studiorum ... sacra -antem Vatini potentiam. PS. QVINT. decl. 6, 10 hoc nomen *matris* -ari nefas est. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 1 invehitur in luxuriam [omnem] omnia -antem. CYPR. hab. virg. 20 *virginum* gloria omnis ac dignitas -atur. LACT. inst. 3, 20, 4 qui arcana mundi et hoc caeleste templum -are impiis disputationibus quaerunt (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 5, 6 'peccavi in caelo' [*Luc. 15, 18*]: dum ... sidera deos esse blasphemat, et haec eadem -at adorando). DRAC. Orest. 972 Mycenaea triplex ... scaena -at Graiugenum famam. *al.*

2 *animantes eorumque partes*: **a** *spectat ad homines, qui polluuntur*: α *variis actionibus vitiosis*: STAT. Theb. 9, 8 -tum Melanippi funus acerbo vulnere (*cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 19, 31 [*respicitur sepulcrum violatum*] studio eruendi et -andi manes). DRAC. laud. dei 1, 497 *deus Adam et Evam* increpat ore tonanti, sacrilegos quos iura dei calcasse -a[n]t (*em. Walter, ut* calcasse *pro subi. sit; sunt, qui locum ad C referant, sed v. Moussy-Camus, comm. ad l.*). β *stupro sim.*: QVINT. inst. 11, 1, 84 ubi quis pudenda queritur, ut stuprum, praecipue in maribus, aut os -tum (*eodem spectare vid.* LACT. inst. 5, 9, 17 qui sanctissimam ... corporis sui partem contra fas omne polluant ac -ent). VET. LAT. Sirach 47, 22 reclinasti, *Salomon,* femora tua mulieribus ..., dedisti maculam in gloria tua et -asti semen tuum (profugasti *var. l.*). VINCENT. LER. comm. 4, 6 temeratae *sunt* coniuges ..., -tae virgines. γ *ritibus paganis, doctrinis haereticis sim.* (*sc. apud Christianos*): GAVDENT. serm. 15, 21 ne ... sacrificatis diabolo cibis -emur immundis. CARM. c. pag. 45 fraude nova ... miseros -are (*cf. 82* facere ... profanos). AVG. civ. 17, 22 tit. *Hieroboam* impietate idolatriae ... populum -vit. IVLIAN. in Os. 2, 5 -tae genti personam meretricis aptavit. FVLG. RVSP. c. Fastid. 7 qui ... negat veritatem carnis in unigenito deo, Manichaeae pestis crimine -atur (*antea*: polluitur. *postea*: inquinatur). incarn. 6 mortifero sensu perfidiae -ari (*sc. haeresi Sabelliana*).

b *spectat ad deum, Christum* (*ad eucharistiam l. 58 sq.*): CYPR. epist. 15, 1, 2 *lapsis* eucharistiam dare, id est sanctum domini corpus -are (HIL. coll. antiar. p. 55, 16). COD. Theod. 16, 10, 7 cum ... moneamus castis deum precibus excolendum, non diris carminibus -andum. ORIENT. carm. app. 3, 50 -ti victricia signa cruoris, *sc. Christi crucifixi.*

B *-antur, quae (qui) negleguntur, non observantur, vel statu sacro privantur*: **1** *varia* (*homines l. 64*): LIV. 31, 44, 4 *Atheniensis* plebes ... scivit, ut ... dies ... festi, sacra, sacerdotes, quae *olim* ... instituta essent, omnia -rentur. VET. LAT. num. 30, 3 (Aug. quaest. hept. 4, 56) homo, quicumque voverit votum domino ..., non -bit verbum suum (*cod. 100* irritum faciet [*sim. Vulg.*]). I Macc. 1, 63 (rec. L) ut non polluerentur escis et non -rent testamentum sanctum (*recc. B, V* infringere legem dei sanctam). SERV. Aen. 2, 713 ('templum ... vetustum') ad quod nec viris erat aditus, sicut hostes putabant; nam Aeneas scit ante esse -tum (*nisi ad A*). SVLP. SEV. chron. 2, 18, 6 idolis supplicare, legem -are (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 624 legis sancta). *-at ipse deus*: VET. LAT. psalm. 88, 35 (cod. 300. *al.* = VVLG.) neque -bo testamentum meum. 88, 40 (cod. 300. *al.*) -asti in terra sanctitatem eius *servi tui* (VVLG. -asti ... sanctuarium eius, HIER. psalt. sec. Hebr. -asti ... diadema eius). *al.* **2** *dies festi* (*addas l. 64*): OV.

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 4, 390 Minyeia proles urget opus spernitque deum festumque -at (*de eadem re 4, 33* intempestivā turbantes festa Minervā). VET. LAT. Ezech. 22, 8 (Tert. adv. Iud. 4, 2; *loq. deus*) sabbata mea ... -astis ([*Vulg.* polluistis]. Matth. 12, 5 [cod. 1; *cod. 4. al.* = *Vulg.* violant]. IREN. 5, 34, 3. *al.; cf.* -are diem sabbati *sim.*: VVLG. II Esdr. 13, 17 FAVST. Aug. c. Faust. 19, 6). COD. Iust. 3, 12, 9 pr. (*a. 469*) dies festos ... *nolumus* ullis exactionum vexationibus -ari.

C *-antur, quae divulgantur, produntur* (*accedit* in publicum *l. 12, dat. personae l. 14*): **1** *plenius vigente notione impietatis -antur res sacrae*: APVL. met. 5, 11, 6 (*Cupido ad Psychen*) uterus *tuus* gestat nobis infantem ..., si texeris nostra secreta silentio, divinum, si -veris, mortalem. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 5, 3 ne in publicum sancta mysteria -emus ([*cf. Migne gr. 36, 17*^{B} *μυστικῶς τὰ μυστικὰ φθέγγεσθαι*]. CONC.^{S} II 2, 2 p. 22, 16 [= COD. Iust. 1, 1, 4, 2; *a. 452*] Iudaeis et paganis ... -ant veneranda m. [*gr. II 1, 3 p. 120, 34 ἔκπυστα ... ποιοῦσι*]. *cf. p. 1660, 20*). **2** *notione impietatis evanescente -antur varia*: PALLAD. 1, 35, 2 interest, ut res -ta non valeat (profana *var. l.; antea*: hoc in occulto debet esse remedium). SYMM. or. 1, 14 nondum adulta rerum a te, *Valentiniane,* gestarum -o monumenta (*nisi ad 1; cf. Pabst, ed. 1989, comm. ad l.*). AMM. 29, 2, 14 rectoris imperii caries tota stoliditatis apertius est -ta.

III *vi deflexa*: **A** *transitive accedente dat. fere i. q. impie, perverse consecrare* (*notione non tam a I derivanda quam a IIA, cf. Braun, Approches de Tert., 1992, 279*): TERT. idol. 10, 2 etsi non -tus alicui idolo *ludimagister Minervae stipem consecrans* verbo tenus de idolothyto ⌞esse⌟ dicatur (⌞ ⌟ *i. edere*). spect. 9 p. 11, 20 illa *idololatria* damnatur, quae elementis mundialibus -atur (*inde* ISID. orig. 18, 41, 3 dum hac *equorum* spectatione deorum cultibus atque e. m. -antur, eosdem deos ... colere noscuntur [*sc. -antur spectatores, ut vid.; alii -ari equos intellegunt, cf. antea: equos* albos zephyris ... sacraverunt]). *p. p. p. pro subst. neutr. de carne immolaticia*: IND. capp. bibl. I Cor. A 51 p. 166 de convivio gentium et -tis (*spectat ad I Cor. 10, 28* hoc immolaticium est idolis). **B** *absolute, i. q. profana committere, i. ritu pagano sacrificare*: SVLP. SEV. chron. 2, 20, 1 *Matthathias* profana contemnens Hebraeum publice -antem ... iugulavit (*cf. I Macc. 2, 23 sq.*).

p. p. p. **profānātus,** -a, -um *pro adi., i. q. profanus (factus), impius (exempla certiora): de rebus*: POTAM. subst. 8 haeresis -a. PRVD. ham. 458 *Iudaei captivi* de ... -o discunt sordescere cultu. COD. Theod. 16, 6, 6 pr. *orthodoxos* caeno -arum religionum ... polluere (-orum *var. l.*). *de diabolo*: ALC. AVIT. carm. 3, 422 -i ... fraude latronis.

*deriv.: ?*profanarius, profanatio, profanator. *Montuschi.*

profānus, -a, -um. [*plerique a* pro *et* fanum *derivatum putant, ut significetur quod ante fanum est (cf. l. 45), et ideo nondum vel non iam consecratum est; v. e. g. Bader, Formation des compos. nom. 1962, 279. illud* pro- *licet mirum videatur, res adhuc non potuit melius explicari. Fo.*] *de origine* (*cf. l. 60. 72*): VARRO ling. 6, 54 hinc (*sc. a* fanum) -um, quod est ante fanum coniunctum fano. CHAR. gramm. p. 305, 20 (*ex Palaem.*) *'pro'* significat ... aliquando derogationem ..., cum dicimus -us lucus, id est non sacer, quasi porro a fano positus, quod Graeci *βέβηλον* dicunt (MACR. Sat. 3, 3, 3. *al.*). *scribitur in codd. medii aevi saepius* proph-, *e. g.* FEST. p. 218 SEN. benef. 7, 27, 2 APVL. met. 3, 15, 1. NOT. Tir. 58, 41. 74, 55. *de formis: nom. plur. masc.* -eis CIL I^{2} 1486. *compar.* -ior IVLIAN. Aug. nupt. et concup. 2, 13, 27 p. 279, 26 quid ... -ius (*inde* AVG. *ibid.* 2, 16, 31 p. 284, 22 nihil ... -ius. *cf.* magis -us *p. 1663, 12, si recte trad.*); *superl.* -issimus HIL. c. Const. 12. 14 trin. 6, 15 IVLIAN. in Am. 8, 4 sqq. l. 55. *al.* *de prosodia*: prŏ- *testatur e. g.* GELL. 2, 17, 5 *confirmatque usus poetarum* (*sed* prō- CYPR. GALL., *e. g.* exod. 271). *de notione et differentia* (*cf. l. 45. 48, ceterum p. 1663, l. 65. al.*): TREBAT. *v. l. 66.* FEST. p. 250 (*explicatur formula manumissionis, v. p. 1484, 18*) '-i' *significat,* ⌞quod sacrum non sit⌟ et quod omni religione solutum sit (⌞ ⌟ *sim.* PAVL. FEST. p. 228). p. 253 -um est, quod fani religione non tenetur. SERV. auct. Aen. 4, 638 sacrum est quod ad deos pertinet, -um quod ad homines. 12, 779 -um proprie dicitur, quod ex religiosa re in hominum usum convertitur ...; sacro -um contrarium, ut festo profestum, fasto nefastum; ergo non omne, quod sacrum non sit, -um, sed quod sacrum fuerit et esse desierit. MACR. Sat. 3, 3, 3 -um ... id esse, quod extra fanaticam causam sit, quasi porro a fano et a religione secretum (*affert* VERG. Aen. 6, 258). 3, 3, 4 Trebatius -um id proprie dici ait, quod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemque conversum est (*affert* VERG. Aen. 12, 779, *cf. l. 61. p. 1659, 45*). CASSIOD. in psalm. 88, 40 l. 572 -um dictum est irreligiosum. ISID. diff. 1, 423 (*distinguitur a* nefarius, nefandus) -us ..., cui sacris non licet interesse (*sim.* orig. 10, 224). GLOSS. -us: *βέβηλος, ἀνόσιος. ἀνίερος. ἀθέμιτος.* qui sacrum polluit, alienus a fano. sacrilegus *eqs.* -um: inlicitum. -i: *ἀμύητοι κτλ.* -a: polluta, violata. -is: pessimis et inlicitis. iniustis. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, RHET. Her., CIC., CATVLLO *per totam latinitatem* (*in titulis saec. I a. Chr. p. 1662, 21. 65 sq.*). [*falso trad. pro* profanatum *p. 1659, 40 sqq.*]

i. q. non sacer, βέβηλος (*quam vocem, ubi in gr. respondet, fere omisimus. saepe masc. pro subst., v. ad IB et IIA 1, fem. p. 1663, 26. 1664, 24, neutr. l. 38. 74. p. 1665, 41. 57. 74. al.; structuras collegimus p. 1663, 20. 1664, 12. 1666, 16; in paronomasia iuxta* fanum *l. 75. p. 1665, 43 et* VEN. FORT. vita Pat. 10, 31): **I** *mero respectu privationis -a dicuntur quaecumque a sacris aliena sunt* (*fere pro syn. ponuntur e. g.* alienus *p. 1663, 41,* expers *p. 1664, 4,* extraneus *p. 1663, 32. 48,* profestus *p. 1694, 38. 45; opponitur imprimis* sacer, *v. A 1, ceterum e. g.* consecratus *l. 58. 60,* pius *p. 1663, 71,* religiosus *l. 25. 26. p. 1663, 31. al.,* sacrosanctus *p. 1663, 4. 54*): **A** *res* (*victimae l. 68 sq.; significantur fere quae non sunt iuris divini; usu paulo laxiore sub 1a et 2b*): **1** *opponitur vel distinguitur* sacer (*cf. etiam definitiones p. 1661, 58. 60. al.; simul opponuntur inter se* publicus *et* privatus *e. g. l. 17. 23. 28*): **a** *in locutionibus quibusdam fere proverbialiter ad significandum animum omnia audentis, nulla re abstinentis sim.* (*cf. p. 1663, 4*): PLAVT. Merc. 362 nil potest clam illum, *sc. patrem meum,* haberi; nec sacrum nec tam -um quicquam est, quin ibi ilico adsit. Trin. 286 rapax, avarus ... sacrum -um, publicum privatum habent (frg. inc. 19 sacrum an -um habeas, parvi penditur). HOR. epist. 1, 16, 54 sit spes fallendi, miscebis sacra -is (*sim.* PRISC. Anast. 197 lucri causa commiscent sacra -is. *aliter l. 54*).

b *usu communi*: **α** *adi.*: CIL I^{2} 1486 (*Tibure*) lapides -eis, intus sacrum (*in termino templi consecrati ca. a. 82 a. Chr., v. Valvo, Aevum 61, 1987, 113 sqq.*). RHET. Her. 2, 4, 7 locus quaeritur, ... sacer an -us, publicus an privatus fuerit ([*sim.* CIC. inv. 1, 38 QVINT. inst. 5, 10, 38]. CIC. har. resp. 9 [*e responso haruspicum*] l. sacra et religiosa -a haberi. LIV. 40, 2, 1 MIN. FEL. 5, 9. PAVL. dig. 45, 1, 83, 5 cum *locus* ex sacro religiosove -us esse coeperit. *al.; cf. infra l. 60*). CIC. Verr. II 4, 120 aedificiis omnibus publicis privatis, sacris -is ... pepercit *Marcellus* (*sim. de aedificio*: MARCIAN. dig. 1, 8, 6, 3 si quis ... privatim sibi constituerit sacrum, sacrum non est, sed -um). LIV. 26, 34, 12 signa, statuas ..., quae eorum sacra ac (an *Walsh*) -a essent, ad pontificum collegium reiecerunt (*cf. l. 58; sim. de rebus pretiosis*: TERT. apol. 25, 14 rapinae sacrarum divitiarum et -arum. SYMM. epist. 1, 64, 1 quod auri, quod argenti, privati et publici, sacri et -i, Mauritaniae fuit). VLP. dig. 1, 8, 9, 3 proprie dicimus sancta, quae neque sacra neque -a sunt, sed sanctione quadam confirmata. MACR. Sat. 3, 3, 1 inter decreta pontificum hoc maxime quaeritur, quid sacrum, quid -um, quid sanctum, quid religiosum. *al.*

β *neutr. pro subst.* (*respicitur saepe actio rapiendi, spoliandi*); sacrum *et* -um *ponuntur structura*: Ⓘ *eadem*: CIC. Verr. II 4, 2 nihil istum ... neque privati neque publici neque -i neque s. tota in Sicilia reliquisse. 5, 1 quin ... Verres ... s. -aque omnia et privatim et publice spoliarit (LIV. 25, 40, 2). SALL. Catil. 11, 6 delubra spoliare, s. -aque omnia polluere. LIV. 6, 33, 4 cum faces pariter s. -isque inicerent. *al.* SEN. benef. 7, 27, 2 hic ex privato, hic ex publico, hic ex -o, hic ex s. rapit. QVINT. inst. 8, 3, 69 illa -orum ⌞s.que direptio (*cf.* TERT. nat. 2, 17, 15 rapinae -orum et ⟨sacro⟩rum). TAC. hist. 2, 56, 1 Vitelliani spoliare, rapere ...; non s., non -o abstinebant. *al.* PLIN. epist. 8, 8, 6 is *pons* terminus s. -ique. *al.* Ⓘⓘ *diversa*: HOR. ars 397 fuit haec sapientia quondam publica privatis secernere, sacra -is (*cf.* SEN. benef. 7, 7, 3 totum mundum deorum esse ... templum, ... tamen a sacris -a discerni). LIV. 5, 52, 7 *vobis migraturis* haec omnia in -o deseri placet sacra? CVRT. 10, 1, 3 cum omnia -a spoliassent, ne sacris quidem abstinuerant. *al.* *transfertur ad significandum, quod mortale est*: CLAVD. 8, 239 *Prometheus humani generis* opifex veritus confundere sacra -is distribuit partes animae (*cf. ad rem Plato Tim. 69*^{D} *τὸ θεῖον ... τὸ θνητόν*).

2 *cetera exempla*: **a** *strictius de iis, quae non consecrata sunt, non propria sunt dei* (*-a sunt fere corporea vel loca, ius l. 73*): CIC. Verr. II 4, 4 L. Mummius, cum ... -a ... signa tolleret, ... Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. dom. 125 sin ista consecratio legitima est, quid est, *Clodi,* quod -um in tuis bonis esse possit? part. 36 in locis *spectatur* ..., consecrati an -i *sint* (LIV. 45, 39, 13 epulae senatus, quae nec privato l. nec publico -o, sed in Capitolio eduntur. GELL. 14, 7, 7 in curia Hostilia et in Pompeia ..., cum -a ea l. fuissent, templa esse per augures constituta. COD. Iust. 3, 44, 4, 1 [*a. 223*]. *al.; cf. supra l. 23*). nat. deor. 2, 67 in liminibus -arum aedium. LEX vic. Furf. (CIL I^{2} 756) 9 *donum templo datum* ubei venum datum erit, id -um esto. 12 quae pequnia ad eas res data erit, -a esto. LIV. 22, 10, 3 (*e rogatione pontificis maximi*) quod ver attulerit ex ... bovillo grege, quaeque -a erunt, Iovi fieri ...; (5) si id moritur, quod fieri oportebit, -um esto, neque scelus esto. FEST. p. 250 -i ... auri (*v. p. 1484, 18*). PAVL. FEST. p. 37 cum -ae silvae rami deciderentur. VET. LAT. I reg. 21, 4 (Cypr. testim. 3, 32) non sunt panes -i in manu mea, nisi panis sanctus unus (*Vulg.* laicos). COD. Iust. 3, 44, 9 (*a. 245*) agrum purum monumento cohaerentem -i iuris esse. VVLG. lev. 10, 10 scientiam discernendi inter sanctum et -um, inter pollutum et mundum (*item neutr. pro subst.*: IVLIAN. in Am. 7, 7 hostes ... fana et -a cum totis urbibus concremantes. *al.; cf.*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. -a: loca non sacrata). *al.* -um facere: CIC. Verr. II 4, 122 has tabulas M. Marcellus, cum omnia victoria illa sua -a fecisset, *sc. deis evocatis,* tamen religione impeditus non attigit (PLIN. nat. 16, 8 *postquam* sacrosancti [*i. tribuni plebis*] omnia -a facere *coeperunt* [*in imag., cf. 1a*]). VERG. Aen. 12, 779 (*Turnus ad Faunum Terramque*) colui vestros ... semper honores, quos contra Aeneadae bello fecere -os (*respicitur 12, 770 sq.* stirpem Teucri ... sacrum sustulerant. *ad loc. cf. p. 1659, 45. 1661, 68*). FEST. p. 253 *v. infra p. 1694, 38.* **b** *laxius de iis, quae vario modo sacra non sunt, vulgaria, communia sunt* (*exempla certiora, cf. e. g. p. 1665, 21*): PLIN. nat. 15, 135 adeo ... in -is usibus pollui laurum et oleam fas non est, ut ne ... accendi ex iis altaria ... debeant. TAC. ann. 13, 57, 3 tegmina corpori derepta iniciunt *in flammas,* quanto ⌞magis⌟ (*del. Acidalius*) -a et usu polluta, tanto magis oppressura ignes *terra editos.* APVL. apol. 56, 2 lana ... Pythagorae scitis -us vestitus est, sed ... lini seges ... amictui ... sacerdotibus ... usurpatur (CLAVD. 8, 126 *Honori* membra ... v. numquam temerata -o). SVLP. SEV. chron. 2, 46, 5 *Priscillianus erat* plus iusto inflatior -arum rerum scientia. nihil (*i. non*) -um est *c. enunt. secund., fere i. q. arcanum est*: DAMIG. lapid. 30, 20 nihil -um est ..., ut (quod *ed. princ.*) iste lapis, *i. magnes,* ad se adducat ... ferrum.

B *homines eorumve sensus sim., qui extranei sunt* (*struct. separativas v. l. 47. p. 1664, 2. 10; passim masc. pro subst., fem. l. 26*): **1** *a rebus divinis*: **a** *eo quod initiati non sunt sacris*: **α** *paganorum vel quorumlibet*: CATVLL. 64, 260 orgia *Bacchi,* quae frustra cupiunt audire -i. VERG. Aen. 6, 258 'procul este, -i' conclamat vates (SERV. qui non estis initiati, *ἀμύητοι, βέβηλοι.* CLAVD. DON. alieni. *sim. discedere iubentur -i*: CALP. ecl. 2, 55 ite procul, sacer est locus, ite -i. IVV. 2, 89 ite -ae. *cf. l. 74. p. 1664, 26*). OV. ars 2, 601 Cereris ritus ... vulgare -is. met. 3, 710 oculis illum *Penthea* cernentem sacra -is (7, 256 arcanis o. removere -os). APVL. apol. 55, 8 Liberi patris mystae ..., scitis, quid ... absque omnibus -is tacite veneremini. met. 11, 5, 5 (*loq. Isis*) id sacrum nec sollicita nec -a mente debebis opperiri. 11, 16, 9 cuncti populi tam religiosi quam -i. 11, 23, 4 semotis procul -is. *al.* TERT. apol. 7, 7 unde extraneis notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant -os *eqs.*? MIN. FEL. 24, 12 qui sanguine suo libat ..., non -us melius esset quam sic religiosus? LACT. inst. 4, 27, 5 haruspices ... conquerentes -os homines, *i. Christianos,* sacris interesse (FIRM. math. 4, 22, 1. *al.*). 7, 1, 1 ne -is auribus ... religiones proderentur (7, 1, 3 -is vel imperitis a. AMBR. Abr. 1, 5, 38). *al.* **β** *Christianorum vel Iudaeorum* (*nonnulla aegre a p. 1664, 46 distinguuntur*): TERT. pudic. 10 p. 239, 16 propter civitatem -am, nondum dei compotem. CYPR. epist. 69, 2, 1 si ... hortus conclusus (*cf. cant. 4, 12*) est ... ecclesia, patere res clausa alienis et -is non potest. PASS. Montan. 22, 3 ut sacramentis ... nullus -us arbiter interesset (*cf. p. 1664, 7*). AMBR. in psalm. 36, 6, 3 *deus* assumens ... sibi ecclesiam de -is (*opp.* Iudaeorum populus). HIER. in psalm. 1 p. 5, 3 quod *Iosias* solus inter -os reges non abierit in consilio impiorum. AVG. bapt. 6, 8, 12 *avari, invidi sim. sunt* -i, quia ab illo dei sanctuario spiritaliter interiore seclusi sunt. *al.* *per gen. vel praepos.* ab *indicatur, cuius rei quis expers sit*: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 5 publicanum ... extraneum legis et Iudaismi -um (*spectat ad Luc. 5, 27 sqq.*). LACT. inst. 2, 15, 2 his *daemonum cultoribus* ..., qui -i sunt a sacramento veritatis (7, 24, 10 -i a s.). 2, 16, 13 -i a veritate (*cf.* 2, 15, 2 *supra et* 7, 26, 8 istos veri -os). HIL. c. Const. 7 veterum turbator es, -us novorum es (*v. Rocher, ed. 1987, comm. ad l.*).

b *eo quod carent sanctitate: tribunorum plebis*: LIV. 9, 9, 1 dedite ... -os nos, quos salva religione potestis; dedetis deinde et istos sacrosanctos, *i. tribunos plebis,* cum primum magistratu abierint. *sacerdotum*: HEGES. 5, 1, 3 p. 294, 11 cerneres ... sacerdotes simul et -os iacere (*item opp.* sacerdos: HIER. epist. 22, 23, 2 [*in imag.*] ne sacrarium dei quisquam -us inspiciat. DRAC. Romul. 8, 178 [*nisi ad p. 1664, 19*]). CLAVD. 18, 330 hi *eunuchi* nullas meriti vittas semperque -i. *monachorum*: PS. PROSP. carm. de prov. 51 *anachoretae* non aliam subiere necem quam quisque -us.

2 *ab aliis rebus* (*fere per similitudinem quandam sacrorum*): **a** *a disciplinis altioribus, sc. philosophia, litteris, artibus*: HOR. carm. 3, 1, 1 odi -um vulgus et arceo ([*locum citat* PETRON. 118, 4, *explicat* PORPH. -os allegoricos indoctos dicit; ceterum -i proprie dicuntur sacris non initiati, ergo quasi Musarum -os dicit. *sim.* SCHOL.]. GELL. praef. 20 *v. p. 1694, 45.* AVSON. 15 praef. [335 S.], 38). SEN. epist. 95, 64 in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur; at praecepta ... -is quoque nota sunt. LVCAN. 10, 195 *Nili* secreta ... populis ignota -is. APVL. apol. 12, 1 alta illa et divina Platonica ... omnibus -is incognita (*opp.* rarissimo cuique piorum). AVSON. 17 praef. (326 S.), 2 operta musarum mearum ..., quamquam non -us, irrumpis. AMM. 25, 2, 5 corpora ... qui credit caelitus posse labi, -us ... iudicatur et demens. CLAVD. rapt. Pros. 1, 4 gressus removete, -i; iam ... spirant praecordia *nostra* Phoebum (*cf. etiam l. 25 sqq.*). AVG. c. acad. 1, 1, 1 (*opp.* veris amatoribus *philosophiae*). 2, 10, 24 ne ... pollutis mentibus et quasi -is quaedam veritatis sacra proderentur. BOETH. cons. 1, 3, 8 -ae multitudinis errore. *al.* *accedit gen. rei, cuius quis expers est* (*addas p. 1663, 66*): APVL. Socr. 3 p. 122 -a philosophiae turba imperitorum. MIN. FEL. 5, 4 studiorum rudes, litterarum -os, expertes artium (MACR. somn. 1, 18, 2 [*opp.* doctrinā initiatis]). **b** *a quibuslibet secretis vel vetitis*: APVL. met. 9, 27, 2 (*iocose*) *adulter absconditus* conspectui -o redditus. CYPR. ad Donat. 1 ne eloquium nostrum arbiter -us impediat (*cf. p. 1663, 42; vix ad a*). RVFIN. hist. 4, 6, 3 *arcebantur Iudaei* decretis Hadriani, ita ut ... eis ... paternum solum -is obtutibus *non* liceret inspicere. AVG. serm. 138, 7 qui ab isto ⌞cubiculo⌟ (*cant. 1, 3*) -i non estis.

II *accedente respectu repugnantiae -a dicuntur quaecumque sacris contraria sunt* (*indicatur, cui personae vel rei male congruant, per praepos.* erga *l. 62,* in *c. acc. l. 68 sq.* [*fortasse etiam p. 1665, 27. 64*], iuxta *l. 67 [aliter intellegas dat. l. 74]; fere pro syn. occurrunt e. g.* impius *l. 42. p. 1665, 14,* incestus *p. 1665, 30,* nefarius *p. 1665, 22,* sacrilegus *l. 38 sq. 57. 66 sqq.; opponuntur* pius *p. 1665, 19. 59,* sacer *p. 1665, 30,* sanctus *p. 1665, 8 et sim. al.*): **A** *animantes*: **1** *homines vel eorum coetus, partes sim. (saepe masc. pro subst., maxime sub b, fem. l. 24); respiciuntur*: **a** *quilibet irreligiosi, impii, scelesti sim.*: OV. ars 1, 645 fallite fallentes; ex magna parte -um sunt genus (*i. puellae, cf. 657* periuras). met. 2, 755 arcanā -ā detexisse manu (LVCAN. 8, 551. *al.*). 2, 833 verborum poenas mentisque -ae (FIRM. math. 5 praef. 6 sacrilega cupiditas ... aut -ae m. ardor. CLAVD. 28, 106. *cf. l. 56, aliter l. 1. p. 1663, 31*). 8, 840 Erysicthonis ora -i. 11, 413. LVCAN. 6, 515 tenet ora -ae ... macies (*fem. pro subst.; describitur Erictho*). PETRON. 139, 1 vers. 3 -us Laomedon gemini satiavit numinis iram (-am *trad., sc. Iunonem; v. app. crit.*). SIL. 17, 28 procul hinc, quaecumque -ae, ferte gradus, nec vos casto miscete labori (*opp. 30 sq.* si qua pudica mente valet *eqs.; cf. p. 1663, 25 sqq.*). STAT. Theb. 1, 232 gentem ... -am, *sc. domum Oedipodae* (ANTH. 806, 37 *Thessalorum* [*respicitur Lucan. 6, e. g. 443* dirae ... g.]). 3, 621 effreno iuvenis *Capanei* clamore -i. *al.* TAC. ann. 14, 2, 1 pervulgatum esse incestum *Neronis* ..., nec toleraturos milites -i principis imperium. VET. LAT. lev. 21, 7 (Aug. loc. hept. 3, 51. *al.*) mulierem fornicariam et -am ([*gr. βεβηλωμένην, Vulg.* scortum et vile prostibulum]. CHROMAT. in Matth. 1, 3 l. 100 m. sceleratam atque -am. *al.*). PS. CYPR. adv. Iud. 5, 3 o ... civitatem -am et populum domini nece cruentum! (*cf. 5, 1* impie Israel. *item de Iudaeis Christum morte afficientibus*: IVVENC. 4, 639. HIL. in Matth. 29, 2 Israel -us. *al.*). FIRM. math. 8, 33, 3 ut lectio eorum *librorum* religiosis pateat, -is semper ac sacrilegis denegetur. CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 21, 29 *Aiacem* illum sacrilegum, illum -um, illum, qui in templo ... *Cassandram* stupro violavit. *al.* *-i iudicantur esse Christiani*: TERT. nat. 1, 9, 9 qui *dei* vos ⟨a⟩ meritis -orum non discernunt (*antea*: contemptores *deorum*). ARNOB. nat. 1, 26 ⌞-os⌟ nos, impios *nominat Iuppiter* (⌞ ⌟ *si recte restit.; v. app. crit.*). PRVD. perist. 10, 88 quos *cives christianos* ut -os impiati et saeculi reos necesse est ... interfici.

b *qui abnuunt, spernunt religionem Iudaeorum vel Christianorum eorumve doctrinam quandam* (*cf. l. 36*): **α** *de adversariis religionis huius vel apostatis* (*quae potius in neutram partem dicta videntur v. p. 1663, 37 sqq.*): TAC. hist. 5, 5, 4 *Iudaei censent esse* -os, qui deum imagines ... in species hominum effingant. TERT. apol. 18, 3 *deus remuneraturus* suos cultores ..., *puniturus* -os (*opp.* s. c. *item* 41, 2. *cf.* 41, 3 -is et ... suis [Scap. 2, 3]. CYPR. Demetr. 21 nobis et -is, dei cultoribus et deo adversantibus). praescr. 13 l. 15 ad -os iudicandos igni perpetuo (*opp.* sanctos). VET. LAT. II Macc. 12, 23 (rec. V) Iudas ... instabat puniens -os (*gr. τοὺς ἁλιτηρίους, rec. L* peccatores). CYPR. epist. 69, 6, 3 quod idem, qui tunc se a tribu Iuda ... sciderant ..., inter -os et gentiles conputarentur. FIRM. err. 4, 3 studia -ae mentis (24, 9 qui -ae m. furore ... venerantur ... lapidem. CYPR. GALL. exod. 271. *al.; cf. l. 21*). OPTAT. 2, 17 p. 51, 16 imperator -us et sacrilegus *Iulianus.* CARM. c. pag. 82 *Christianos* cupiens ... facere parva mercede -os. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 8 qui ad idolatriam devolvitur, non plene ... -us efficitur, nisi prius negaverit Christum. PRVD. perist. 5, 94 his intonantem martyrem iudex -us non tulit (6, 35 EVSEB. GALLIC. hom. 56, 4). EVCHER. pass. Acaun. 2, 2 Maximianus ... erga deum caeli -us impietatem suam ... armaverat. *al.* **β** *de haereticis sim.*: CYPR. epist. 59, 9, 3 *ut* sciretis eum ... unum de haereticis *esse,* perversum scilicet et -um. 59, 14, 1 a schismaticis et -is litteras ferre. 66, 2, 2 apud lapsos et -os et extra ecclesiam positos. HIL. coll. antiar. p. 49, 24 sacrilega mente, ore -o. p. 53, 14 *Athanasius* iuxta deum sacrilegus et iuxta mysteria ecclesiae sanctae -us (*cf.* p. 54, 20 sacrilegus in deum, in mysteria sacra -us. p. 149, 13 -i in patrem ..., blasphemi in Christum. IVLIAN. in psalm. 2, 2[c] in alterutrum, *sc. patrem vel filium*). PRVD. ham. praef. 44 *Marcion* summam -us dividit substantiam. AVG. c. Pelag. 2, 2, 3 -o corde *Manichaeorum* (FERRAND. epist. 3, 5 p. 894[B]). COD. Theod. 16, 5, 5 quisquis opinionem ... dei -us imminuit *eqs.* LEO M. serm. 28, 5 *Nestorius* sacrilegii -us assertor. AVELL. 233, 2 (*ad papam*) *sacerdotum nomina,* quae ⌞sedi vestrae⌟ -a cognovimus (⌞ ⌟ *potius dat. iudicantis quam incommodi, cf. in eadem re 195, 7* condemnans). *al.*

[Brenner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *animal, sc. bubo funestus* (*animalia pro cibo sumpta v. p. 1666, 3, serpentem i. diabolum v. sub 3*): Ov. met. 5, 543 regina Erebi testem, *i. Ascalaphum,* ... -am fecit avem (*550* bubo, dirum mortalibus omen). 6, 431 non Hymaeneus adest ... tectoque -us incubuit bubo.

3 *dei, daemones (qui Christianis -i sunt): de diabolo, spiritu malo sim.*: TERT. anim. 41, 4 *anima* excipitur ... a spiritu sancto, sicut in pristina nativitate a spiritu -o (*cf. 39, 3* spiritus daemonicus). bapt. 5, 5 angelus mali -us (*v. app. crit.; opp.* angelum dei sanctum). PRVD. cath. 9, 91 (*spectat ad gen. 3, 1 sqq.*) quid tibi, -e serpens, profuit ... plasma primum perculisse *eqs.*? CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 145, 25 levavit ... draco scelestum -umque caput. SEDVL. hymn. 1, 71 pater ille -us. ARATOR act. 2, 391 -o (*subst. masc.; spectat ad act. 16, 18*). *de deis paganorum*: CYPR. patient. 19 (*spectat ad exod. 32, 1*) *Iudaicus populus* -os deos ausus est postulare (LACT. inst. 1, 21, 18 d. tam impios, tam -os ... colere).

B *res* (*partes animantium v. supra sub A*): **1** *vario usu significantur*: **a** *quae repugnant ritui cuidam sacro, religioni*: **α** *Romanorum aliorumque gentilium*: Ov. fast. 6, 440 *templo Vestae ardente* flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes, mixtaque erat flammae flamma -a piae. TAC. ann. 2, 85, 4 nisi *cultores sacrorum Aegyptiorum Iudaicorumque* ... -os ritus exuissent. 4, 70, 3 inter sacra et vota, quo tempore verbis etiam -is abstineri mos esset (*nisi ad p. 1663, 8*). APVL. met. 11, 21, 9 *ut sacris initiandus* cibis -is ac nefariis ... temperare⟨m⟩. MIN. FEL. 8, 4 *Christiani* plebem -ae coniurationis instituunt. SOL. 1, 5 Valerium ... Soranum, quod ... eloqui id *nomen sacrum Romae* ausus foret, ob meritum -ae vocis neci datum. *al.* *cum respectu laesae maiestatis*: Ov. trist. 3, 5, 48 (*de poenae causa*) *non* lapsa ... sunt nimio verba -a mero. PRVD. perist. 10, 450 erumpit ... vox -a in principem.

β *Iudaeorum vel Christianorum; de rebus, quae pertinent*: Ⓘ *ad cultum paganum*: TAC. hist. 5, 4, 1 -a illic, *i. apud Iudaeos,* omnia, quae apud nos sacra, rursum concessa apud illos, quae nobis incesta. TERT. coron. 13, 7 *causae coronae gestandae sunt* omnes alienae, -ae, inlicitae. spect. 11 p. 14, 1 si ... apparatus agonum idololatria conspurcat de coronis -is *eqs.* CYPR. patient. 4 -a templa ... et sacra sacrilega. LACT. inst. 4, 10, 11 ad -os Aegyptiorum ritus animos transtulerunt *Hebraei* (SVLP. SEV. chron. 1, 24, 2 -o r. idolis sacrificare. *al.; cf. l. 20 et* COD. Theod. 16, 10, 21 -o pagani ritus errore). FIRM. err. 6, 1 in istis -is religionibus (17, 4. 21, 1 SVBSCR. Firm. err. cod. P). 20, 7 -arum aedium ruinam (SVLP. SEV. chron. 1, 52, 4 Mart. 14, 6. *cf. p. 1662, 65*). RVFIN. hist. mon. 7, 7, 1 a sacerdotibus bacchantium ritu ... -a mysteria peragentibus (COD. Theod. 16, 5, 36, 1). CYPR. GALL. exod. 1156 quam *plebem* -a iuvant (*spectat ad exod. 32, 7. item neutr. pro subst.*: COD. Theod. 16, 7, 4, 1 prodentes divinum mysterium in -a migrarunt [*postea*: baptisma profanantibus]. EVCHER. pass. Acaun. 3, 6 idolorum se -a semper detestatos *esse*). SEDVL. carm. pasch. 1, 47 fana -a (op. pasch. 1, 1 p. 178, 7). EVSEB. GALLIC. hom. 49, 7 inter gentes misericordia contingit ad -am arborem vel ad delubrum abominabile confugienti (CAES. AREL. serm. 14, 4 a. -as, ubi vota reddantur). *et saepe.* Ⓘⓘ *ad haereticos, schismaticos, blasphemantes*: TERT. praescr. 40 l. 22 *diabolus* potuit instrumenta ... sacramentorum christianorum ... -ae et aemulae fidei attemperare (HIL. coll. antiar. p. 149, 6 -issimae f. praedicatores). VET. LAT. I Tim. 6, 20 (cod. 77. *al.* = VVLG.) devitans -as vocum novitates ([*gr. βεβήλους καινοφωνίας, var. l. κενοφ-; locum explicat* VINCENT. LER. comm. 24, 3 quae nihil habent sacri, nihil religiosi *eqs.*]. II Tim. 2, 16 [cod. 75. *al.; gr. ut supra,* VVLG. -a ... inaniloquia]. *al.*). CYPR. epist. 3, 3, 2 sic de ecclesia receditur, sic altare -um foris conlocatur (68, 2, 1 -um a. erigere ... et sacrilega ... sacrificia offerre. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 16, 2). 70, 3, 3 quaecumque ... antichristi faciunt, repudiare ... et pro -is habere debemus (*item neutr. pro subst.*: 73, 5, 3 *Marcion* falsum ... credens ... adultera et -a ... accepit. HIL. c. Const. 7 doctor -orum es, indoctus piorum. *al.*). IVVENC. 2, 628 (*sec. Matth. 12, 32*) *si spiritus sanctus* -a verborum rabie violabitur. HIL. coll. antiar. p. 52, 8 impia ... scripta sensusque -os *Marcelli* (syn. 81). VITA Anton. 89 p. 88, 25 nostis nequitias ipsorum *schismaticorum* et malitiam -am. CONC.^{S} I 2 p. 46, 27 tua, *Nestori,* prava et -a dogmata (II 3, 1 p. 81, 15 perversa ... et -a. FACVND. defens. 1, 2, 3). SALV. gub. 4, 53 iactantes ... -as in deum voces. *al.* *de baptismo*: CYPR. epist. 69, 1, 1 post -um eius *Novatiani* lavacrum. 69, 16, 2 qui ... -a aqua polluuntur (72, 1, 1. 73, 1, 2 adultera et -a). 73, 6, 1 locum -i et adulteri baptismi (sent. episc. praef. de inlicito et -o haereticorum b. OPTAT. 5, 3 p. 126, 11 -is et sacrilegis). *sim. al.*

b *quae varia ratione sunt immunda, noxia, scelesta sim.* (*imprimis actiones, affectus; res corporeae maxime p. 1666, 1 sqq.*): LVCAN. 9, 779 (*si recte ante 777 transpos. Housman*) pestis natura -a *dissolventis corpora* (*alii post* pestis *interpungentes* -a *cum 780* morte *coniungunt, cf.* ADNOT. Lucan. -am mortem dicit, quod naturae secreta patefecerit). PLIN. nat. 16, 7 postquam civilium bellorum -o meritum coepit videri civem non occidere. STAT. Theb. 1, 1 alterna ... regna -is decertata odiis (SCHOL. exsecrabilibus, contra naturam sumptis). 1, 714 Megaera ieiunum Phlegyan ... dapibus ... -is instimulat (*cf. Val. Fl. 2, 194* saevas ... dapes. *sim. de cibo insueto, turpi*: TAC. hist. 4, 60, 1 absumptis ... animalibus, quae -a foedaque in usum necessitas vertit). 3, 202 *Actaeona* castos prolapsum fontes *Dianae* specula temerare -a. 12, 119 *Tydei* scelus ... morsusque -os (SCHOL. funestos. *ad rem cf. 8, 761* vivo scelerantem sanguine fauces). Ps. QVINT. decl. 11, 3 si umquam ... in me habuissent -ae cogitationes locum, si patriam odisse ... possem. CALP. decl. 2 proprium est -ae libidinis nescire, quo cadat (ZENO 1, 1, 13). APVL. met. 3, 15, 1 ne sermonis elapsi -a petulantia committam ... flagitium *secreta prodens.* CYPR. epist. 65, 3, 1 se *non* religioni sed ventri potius ... -a cupiditate servisse (LACT. inst. 2, 8, 70. *al.*). CLAVD. 22, 301 quaecumque -a pagina ... venisset, ... deleta *est* mihi (*'mandatum omne impium' explicat Burman, aliter vol. X 1, 89, 78*). rapt. Pros. 2, 215 (*loq. Pallas*) quae te, *Pluto,* stimulis facibusque -is Eumenides movere tuae? *al.*

2 -um est (videtur) *cum (acc. c.) inf.* (*cf.* ut *p. 1663, 18*): PLIN. nat. 2, 115 rupes quaedam austro traditur sacra, quam -um sit attrectari hominis manu. HIL. in Matth. 5, 12 quam -um est sanctos de gloria aeternitatis ambigere. syn. 51 non potest idcirco -um videri duos deos connominari, ne *eqs.* MAR. VICTOR. aleth. 2, 368 (*ad gen. 6, 4 sqq.*) non illis quicquam inliciti temerasse -um *erat.* DRAC. Romul. 10, 15 quae *carmina Medeae* nosse -um est, quod fuerit vulgasse nefas. *al.* *Brenner.*

adv. ⁎**profānē.** *compar. non invenimus, superl. l. 29. 31. 40; cf.* in profanum modum *Tert. apol. 21, 5.* *i. q. modo profano, impie, scelestе* (*accedit ad adi. l. 34*): **1** *respiciuntur dicta, opiniones sim.*: MIN. FEL. 8, 3 Protagoram ... consulte potius quam -e de divinitate disputantem. HIL. in psalm. 67, 21 p. 295, 18 impiissimae ... sententiae *gentilium* multa de deo stulte -eque conplexae sunt. trin. 5, 1 l. 5 (*opp.* religiose). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 72, 2 -issime catholicis sacerdotibus convitium facis, ut dicas eos negare gratiam Christi (*cui respondet* AVG. *ibid.* 1, 72, 3 cum ... impudentissime ac -issime convitiemini). epit. in psalm. 43, 26^{b} *nomen dei* contumaciter -eque despicitur. CONSVLT. Zacch. 2, 16, 14 *deum* a se factis -e permiscere. CONC.^{S} I 5 p. 352, 28 prava fides ..., -e languida (*gr. I 1, 4 p. 60, 19 νοσοῦσα τὸ βέβηλον*). *al.* **2** *respiciuntur variae actiones*: LACT. inst. 6, 23, 10 impios ..., quibus non sufficit sexus a deo datus, nisi etiam suum sexum -e ac petulanter inludant. DRAC. laud. dei 2, 511 expavit Iudaea ... Christum; invida continuo semet laesura ⌊-e⌋ sacrilega tenet arte viam livoris iniqui (⌊ ⌋ profanam *Arevalo*). IVDICIVM Pictav. Greg. Tur. Franc. 10, 16 p. 508, 24 *monasterium* tam impie et -issime distruxerunt.

deriv.: profanitas, profano.

*?***profātor** *v. p. 1733, 66.* **profātum** *v. p. 1733, 61.* *Bl.*

profātus, -ūs *m.* *a* profari (*cf. supinum p. 1733, 46*). *i. q. actio profandi* (*ipsa verba prolata fort.* PAVL. NOL.; *legitur in versibus praeter l. 47*): SEN. apocol. 7, 2 vers. 4 (*Hercules ad Claudium*) quid nunc -u vocis incerto sonas? STAT. silv. 5, 3, 103 effreno nimbos aequare -u (*declamationibus sim.*). GELL. 18, 11, 2 *voces suaves* neque dictu -uque ipso taetrae. AVSON. 11, 6 (196 S.), 51 quam fatiloquo dicte -u versus Horati: '...'. PAVL. NOL. carm. 19, 717 gratantes ... concludam laude -us. MART. CAP. 3, 222 (vers.; *antea*: mythos ... pulsos) asomato in -u. *Hajdú.*

⁎**profectīcius,** -a, -um. *a* proficisci. *i. q. statum habens eius, qui profectus est, non nisi technice in iunctura* dos -a, *qua significatur dos, quae a patre profecta est (ut distinguatur* adventicia, *i. aliunde proveniens): definitiones aliosque locos v. vol. V 1, 2042, 61 sqq. 71 sqq.; addere possis* COD. Iust. 5, 13, 1b d. ... -a ..., secundum veteris iuris nominationem. NOVELL. Iust. 91, 2 -a (*gr. -αν*). SCHOL. Basilic. 29, 1, 1 *περφεκτίτζια* (*pro προφ-*). *al.* *falsa var. l.*: ZENO 1, 1, 19 (*de iudicio Susannae, Dan. 13, 45 sqq.*) omnem repente malitiae scenam diripuit *deus,* ⌊-um⌋ crimen propere recluditur (⌊ ⌋ *def. Ballerini,* proficticium, profecticum, profecto cum *var. ll.; fuitne* pro ficticio*?*). *Bk.*

1. ⁎**profectio,** -ōnis *f.* *a* proficisci. *notatur* prof INSCR. numm. imp. Sept. Sev. *et* Carac. III p. 120 n. 225A. p. 197 n. 780. p. 283 n. 431. *al.,* profect *ibid.* p. 108 n. 138. p. 112 n. 165 sqq. *legitur sing. inde a* PACVV. (*semel; ceterum deest in versibus*), CIC., *plur. inde a* SEN. *philos.,* PLIN. *min.; vox frequentatur a* CIC. (*fere 40^{ies}* [*in epist. 24^{ies}*]), CAES. (*19^{ies}*), LIV. (*27^{ies}*). [*in codd. confunditur e. g. cum* perfectio NEP. Pel. 3, 2 AMBR. fug. saec. 2, 6. *al.* (*restit. p. 1667, 61*), professio LIV. 10, 12, 6 CYPR. mortal. 22. *al.* (*restit. p. 1667, 60 et* IREN. 4, 30, 1), protectio PSALT. Rom. 104, 38 (*restit.* SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 8). *vix recte trad.* -em *pro* factionem COD. Theod. 10, 10, 27, 3.]

i. q. actio proficiscendi vel status inde ortus (*imprimis sub IB et D2; cf.* GLOSS. exitus, egressio. II 253, 26 *ἄφιξις*: adventus, -o. 289, 21 *ἐκδημία*: peregrinatio, profectus, -o). *opp. vel disting. e. g.* reditus CIC. p. red. in sen. 23 Mil. 52. *al.* SVET. Aug. 92, 1. *al.,* remansio CIC. Lig. 4 (*bis; cf.* mansio CIC. Att. 16, 1, 3 ATT. Cic. Att. 9, 10, 8 Ps. AMBR. mans. praef. p. 9^{B}. *[Foucher]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.), reversio Cic. Phil. 1, 1. 1, 7 Serv. Aen. 5, 131, adventus Caes. civ. 3, 79, 6 Liv. 28, 26, 9 Plin. epist. 4, 1, 4. *al.; fere pro syn. est* discessus Att. Cic. Att. 9, 10, 6, abscessus Tac. ann. 4, 58, 1 (*cf. 4, 57, 1*).

I *proprie de motu locali; proficiscuntur*: **A** *exercitus eorumve duces* (*singuli milites l. 19 sqq.*): **1** *qui castra movent, se recipiunt, fugiunt sim.* (*exempla inde a* Caes. *selecta*): Pacvv. trag. 409 -e laeti piscium lasciviam intuentur (*sc. Graeci a Troia domum revertentes, ut* Dares 43). Caes. Gall. 2, 11, 1 *hostes ita* castris egressi ..., ut consimilis fugae -o videretur (*cf.* fugae similis -o: 5, 47, 4 ex hibernis. 6, 7, 8. 7, 43, 5). civ. 1, 27, 2 Pompeius ... adventu navium -em parare incipit (*in eadem re*: 1, 27, 3 ne sub ipsa -e milites *Caesaris* oppidum inrumperent. 1, 28, 2). 1, 67, 1 *in consilio* tempus -is quaeritur. 3, 76, 4 *Caesar* signo -is dato exercitum educit *e castris* (3, 85, 3 Liv. 2, 59, 6 Frontin. strat. 4, 1, 33 Tac. ann. 14, 33, 1). Bell. Afr. 1, 3 nullam praetermittere occasionem -is (*antea*: tempestates ad navigandum idoneas). Liv. 2, 14, 1 huic tam pacatae -i ab urbe regis Etrusci, *sc. Porsennae.* 10, 12, 6 -e hostium concessam victoriam (profess- *var. l.*). 26, 7, 7 (*26, 7, 2 Hannibal* movere a Capua statuit castra) -em suam, quae salutaris illis *Campanis* foret. Veg. mil. 2, 9, 3 vigiliarum sive -is tessera ab eodem *praefecto legionis* petebatur. Cod. Theod. 7, 1, 17, 1 *miles missus a numero* causas -is (profess- *Cod. Iust. 12, 35, 13*) exponat, ut ... citam remeandi accipiat facultatem. *al.* **2** *qui bellum inferunt, sc. de expeditione sim.* (*usu magis minusve technico; exempla potiora*): Cic. Pis. 88 illa in Pontum -o et conatus tuus. Brut. 227 inter -em (*sc. ad orientem*) reditumque L. Sullae. Liv. 9, 38, 4 -o Q. Fabi trans Ciminiam silvam (*cf. 9, 37, 1* hac expeditione). 21, 11, 13 repentina -o Hannibalis in Oretanos. 35, 43, 2 *Antiochus rex* non ultra differre -em in Graeciam constituit. Frontin. strat. 3, 11, 5 ut specie remanendi occultaret -em *Epaminondas.* Inscr. numm. imp. II p. 262 n. 263 (*Traianus equitans; respicitur bellum Parthicum*) -o Aug(usti) (*item in nummis*: p. 265 n. 297 Augusti -o. p. 266 n. 314. *et saepius*). Svet. Iul. 59 -em adversus ... Iubam non distulit. Vet. Lat. II Macc. 5, 1 (rec. L, *sim. al.*) Antiochus secundam -em mandavit in Aegyptum (*gr. ἔφοδον, rec. P* expeditionem). Porph. Hor. carm. 1, 35 pr. Caesaris -em commendat *Fortunae* (*cf. Hor. carm. 1, 35, 29 sq.* iturum Caesarem in ... Britannos). Hist. Aug. Aur. 13, 2 retardatus ... (a *ins. Peter*) bellica -e (*sc. in Marcomannos*). *al.*

B *viri in exsilium pulsi (fere per euphemismum, cf. l. 41): Cicero* (*var. l. dub.* Cic. Pis. 33 illud meum turbulentissimum tempus ⌞-is⌟ [*om. cod. Taur.*]): Cic. p. red. in sen. 23 ut ... dolorem -is meae reditus dignitate consoler. p. red. ad Quir. 1 *si* illam miseram -em (-fess- *Schol. Bob.*) vestrae salutis gratia suscepissem (*cf.* Schol. Bob. p. 110, 21 medellam pudori suo adhibuit dicendo tristem magis -em quam ignominiosum illud exilium fuisse). Ascon. Pis. p. 17, 9 post -em ex urbe Ciceronis. *imp. Zeno* (*cf. e. g. Lippold, RE X A 160 sqq.*): Cod. Iust. 1, 2, 16 pr. (*a. 476*) ut ... ad suum ordinem revocentur, quae ante -em nostrae mansuetudinis ... obtinebant (*vix ad principatus initium referas coll. ibid.* ante nostrum imperium).

C *populi vel coetus animalium migrantes*: **1** *varii*: Caes. Gall. 1, 3, 2 *Helvetii* in tertium annum -em lege confirmant (*cf. 1, 2, 1* ut de finibus suis ... exirent. *in eadem re*: 1, 6, 4 omnibus rebus ad -em comparatis). Diosc. 2, 166 p. 245, 16 *chelidonia herba* ventu urundinu (*i. adventu hirundinum*) nascitur et -e (-fet- *cod. Monac.*) earum defini[a]tur (*gr. 2, 180, 2 ἅμα ταῖς χελιδόσι ... ληγούσαις. item de animalibus*: Evstath. Basil. hex. 7, 4, 5 *pisces quidam* -em ... ad partes pelagi borealis intendunt [*cf. gr. ἐπὶ τὴν βοριν̣ὴν ἐπείγονται θάλασσαν*]). **2** *Israhelitae: ex Aegypto egredientes* (*gr. fere resp. ἔξοδος vel ἐξοδία. cf. l. 59*): Vet. Lat. exod. 19, 1 (Ps. Philo antiq. 11, 1) in mense tertio -is filiorum Israel de terra Egipti (*cod. 104. al.* exitus, *Vulg.* egressionis). num. 33, 38 (cod. 100. 104; *Vulg.* egressionis). psalm. 104, 38 (cod. 303. *al.* = Vvlg.) laetata est Aegyptus in -e eorum. Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 499, 28 Peregr. Aeth. 5, 9. *al. iter per eremum facientes*: Vet. Lat. num. 33, 2 (cod. 104, *sim. al.*) scribsit Moyses -es eorum et itinera eorum (*inde corrigas* cod. 100 profess- *et* Rufin. Orig. in num. 27, 7 perfect-; *gr. τὰς ἐπάρσεις, Vulg. aliter*). Ps. Ambr. mans. praef. p. 9[B] itinera, -es mansionesque a finibus Aegypti usque ad tempus et locum, quo Moyses defunctus est. Rvfin. Orig. in num. 27, 9 p. 268, 10 -is ... ordo et distinctio mansionum. *al.*

D *quilibet*: **1** *usu communi de digressu*: **a** *hominum* (*exempla pauca selecta*): Cic. Quinct. 57 (*antea*: quo die Roma in Galliam profectus sit *Quinctius*) *in ephemeride* invenitur dies -is pridie Kal. Febr. (Mil. 52. Att. 12, 34, 1 certum d. Svet. Nero 19, 1 Alexandrina *peregrinatione* ipso -is die destitit. *cf.* tempus -is: Cic. Att. 5, 6, 2 Avg. civ. 16, 15 tit. *al.*). Sull. 70 de C. Cethego atque eius in Hispaniam -e. Lig. 4 -o *Ligarii legati in provinciam Africam* ... non debet offendere; num igitur remansio? (*ad provinciam administrandam ut e. g.* Att. 5, 11, 5. Val. Max. 3, 7, 5 -em in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat). Phil. 1, 1 (*sim.* 1, 7) exponam vobis breviter consilium et -is et reversionis meae (Att. 16, 7, 1 abieci c. -is. fam. 11, 29, 1 Sen. epist. 104, 6). Att. 10, 16, 4 ut minuerem suspicionem -is aut cogitationis meae, profectus sum in Pompeianum. 11, 12, 1 Quintum fratrem lituum meae -is fuisse *scripsit Balbus verba Caesaris referens* (*ad imag. cf. p. 1667, 12, ceterum* 16, 7, 2 impulsor -is meae). 14, 13, 4 *haec* causa -is mihi ... fuit tum, cum *eqs.* (Tac. hist. 2, 1, 1 Titus ... causam -is officium erga principem ... ferebat. Svet. Tib. 40). Anton. Cic. Att. 14, 13[a], 1 subita tua -e *factum est,* ne tecum coram de hac re agerem. Sall. Iug. 73, 2 Marium fatigantem de -e ... domum dimittit *Metellus consul.* Qvint. inst. 4, 2, 58 moras et lentum -is ordinem. Tac. ann. 4, 58, 1 -o *Tiberii in Campaniam* arto comitatu fuit. Plin. epist. 4, 1, 4 *oppidum, cuius sum patronus,* adventus meos celebrat, -bus angitur. Apvl. met. 9, 9, 5 evadere supplicium tacita -e. Vet. Lat. psalm. 18, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 11. *sim. al.*) a summo caeli -o eius *solis sive Christi* et deversio eius ad summum usque eius (*gr. ἔξοδος, cod. 303. al. et Vulg.* egressio). Ivst. 23, 2, 12 finem lacrimis necessitas -is inposuit. Symm. epist. 8, 21, 1 o si reditus tuus antecaperet -is meae molitiones! Regvla mag. 58, 6 *matutinis completis fratres viatores* de sola viae -e incipiant cogitare. *et saepe. in re sacra respicitur pompa quaedam*: Ferial. Camp. Iul. 27 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 283; *a. 387*) -o ad iter Averni. **b** *rerum, animalium* (*cf. l. 12. 42. p. 1667, 51*): Cic. Cluent. 82 -o ipsius pecuniae requiratur (*cf. p. 1708, 17*). Vet. Lat. II par. 9, 28 (cod. 109) -o equorum Salomonis ex Egypto et ex omni terra (*gr. ἔξοδος, quod 1, 16 in eodem cod. vertitur* exitus; *loco utroque Vulg.* adducebantur ... equi). Dan. 9, 25 (Tert. adv. Iud. 8, 5) a -e sermonis ... usque ad Christum ducem ebdomades *tot erunt* (*gr.* [*Theodot.*] *ἐξόδου, Vulg.* exitu).

2 *potius de toto itinere, absentia* (*exempla selecta*): Sen. epist. 55, 10 (*inter causas, quibus amici separantur*) studia secreta, suburbanas -es. Qvint. inst. 7, 3, 33 si quis -em suaserit aut amicum arcessierit trans mare et is naufragio perierit. Tac. ann. 15, 36, 1 *Nero* testificatus non longam sui absentiam ... fore super ea -e adiit Capitolium. Svet. Aug. 92, 1 ingrediente ... longinquam -em (⌈*opp.* reditus⌉. Clavd. Don. Aen. 8, 55 p. 121, 11. *cf.* Cassiod. hist. 9, 14, 11 *se* praeparare ... ad longam -em [*Theodoret. 5, 9, 9 ἀποδημίας*]). Apvl. met. 9, 8, 4 si qui de -e sollicitus divinum caperet[ur] auspicium. Iren. 4, 23, 1 *Ioseph cum Maria* usque in Aegyptum suscipiens -em et inde regressum. Firm. math. 4, 15, 3 *si luna* per vacuum cursus suos dirigat ..., faciet ⌞adsidua⌟ (*Kroll,* ex sua *trad.*) -e peregrinos. Symm. epist. 6, 29, 2 ob omissam diu ad Gallias -em (*ibid.* itinere). Schol. Cic. Bob. p. 120, 8 (*ad Mil. 28* profectus *est* id temporis) hora undecima ... eum *Milonem* -em coepisse (prot- *cod.*). Avg. in euang. Ioh. 34, 6 ille *sol* cursu suo ad occidentem pergit; tibi forte ad orientem -o est. Conc.[S] II 2, 2 p. 38, 17 episcopi ... non ⌞per -em⌟ absentes (*sc. a civitatibus suis*; ⌞ ⌟ profecti sed *sim. var. ll.*). Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 113, 16 ista -o (*cf. l. 10 sq.* ad Aegyptum iter). Cassiod. var. 3, 50, 2 *ut boum itinere defectorum* -o saniorибus animalibus adiuvetur. *al.*

II *tropice*: **A** *per imaginem egredientis, alium locum petentis respicitur*: **1** *excessus e vita, migratio in caelum*: Tert. patient. 9, 3 -o est, quam putas mortem (*ibid.* abisse). Cypr. epist. 76, 7, 2 expectatis cotidie laeti ⌞-is⌟ vestrae salutarem diem et iam iamque de saeculo recessuri ad ... domicilia divina properatis (⌞ ⌟ profess-, provect- *var. ll.*). mortal. 22 venturus ad Christi sedem ... lugere non debet ..., sed potius ... in -e (profess- *var. l.*) hac sua et translatione gaudere. Hier. hom. Orig. in Luc. 15 p. 94, 25 ut ... digni remissione et -e ad meliora simus (*antea*: pergere ad sanctos patres, ad quos et Abraham profectus est). Rvfin. hist. mon. 9, 5, 1 (*ad morientem*) cur inparatus es ad -em? (in -e *var. l.; cf. gr. ὡς ἀνέτοιμος ὑπάγεις πρὸς τὸν θεόν*). Orig. in Matth. ser. 56 p. 130, 23 (*respicitur Matth. 24, 37 sqq.*) cum venerit deus verbum adferens consummationem -is vitae (*subesse vid. gr. τὸ τῆς ἐξόδου τέλος, cf. ibid. l. 31; de* provectioni *cogitat Klostermann*). **2** *conversio ad meliorem vitam, ad fidem sim.*: Iren. 4, 30, 1 in vera nostra -e (vestra professione *trad.*), hoc est in fide ..., per quam de numero gentilium exempti sumus (*opp.* typica -e *Israhelitarum ex Aegypto; cf.* 4, 30, 4 quae ex Aegypto -o fiebat ..., typus et imago fuit -is ecclesiae, quae erat futura ex gentibus). Ambr. fug. saec. 2, 6 (*antea*: Levitae fugitantes sunt mundi huius [*sec. num. 35, 6*]) Christus ... omnes vocavit, omnibus -o patet (-cto, perfectio *var. ll.*). Ennod. epist. 7, 14, 5 p. 183, 14 *presbyter quidam* tunc ... saeculi blandimenta calcavit, quando aetatis *provectae* ... -em eius retinere catena non valuit. *allegorice sec. iter Israhelitarum* (*v. p. 1667, 59*): Ps. Ambr. mans. 2 p. 15[C] -o ... ex Ramesse ad Socoth est ad meliora. Rvfin. Orig. in num. 27, 7 p. 265, 9 quantae nobis immineant -es et quantae mansiones ad iter, quod ducit ad regnum.

B *per imaginem peregrinantis dicitur de vitae cursu* (*cf. l. 65 et ID2*): Ps. Ambr. mans. praef. p. 10[A] quanta nobis in hac ad terram viventium -e immineant discrimina. p. 10[B] ut tandem superatis quibusque itineris difficultatibus ... -em nostram gloriose perficiamus.

appendicula additamentorum indicantium: quis (quid) proficiscatur: per gen. vel pron. poss. passim (*gen. rei v. sub ID1b; aliter l. 16. p. 1669, 15*). *quo*: Cic. Sull. 70 de ... eius *Cethegi* in Hispaniam -e (Pis. 88 Liv.

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21, 11, 13. 35, 43, 2 VAL. MAX. 3, 7, 5. VET. LAT. II Macc. 5, 1 [rec. L, *sim. al.*]. *al.*). LIV. 9, 38, 4 trans ... silvam (QVINT. *p. 1668, 27* [*si* t. mare *ἀπὸ κοινοῦ*]). SEN. epist. 55, 10 suburbanas -es. SVET. Iul. 59 adversus Scipionem et Iubam. VET. LAT. II Macc. 5, 1 (rec. X) Aegyptum (*sc. per acc. direct., si recte trad.*; rec. L. *al.* in Ae.). SYMM. epist. 6, 29, 2 ob omissam diu ad Gallias -em (HIER. hom. Orig. in Luc. 15 p. 94, 25. *al.; aliter p. 1668, 18*). *unde*: CAES. Gall. 5, 47, 4 si ex hibernis ... -em fecisset (LIV. 26, 21, 14. 27, 33, 4 ASCON. Pis. p. 17, 9. VET. LAT. II par. 9, 28 [cod. 109]. *al.*). LIV. 2, 14, 1 -i ab urbe regis Etrusci (33, 3, 11. 37, 25, 2. VET. LAT. psalm. 18, 7 [Tert. adv. Marc. 4, 11. *al.*]. IVST. 22, 7, 2. *al.*). VET. LAT. exod. 19, 1 (Ps. Philo antiq. 11, 1) de terra Egipti (num. 33, 38 [cod. 100. 104]. PEREGR. Aeth. 5, 9 AVG. nupt. et concup. 2, 1, 1. *al.*). AVG. civ. 16, 16 p. 153, 23 in Charra habitatio eius *Abrahae* et inde -o. CHRYSOST. hom. III 821^{C} post Aegypti -em (*sc. Israhelitarum; cf. Migne gr. 49, 379 ὅτε ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου. item per gen. fort. p. 1668, 55, sed vix agnoscas var. l.* Siciliae *pro* a Sicilia IVST. 23, 4, 1).

2. prōfectio, -ōnis *f.* *a* proficere. *i. q. actio vel effectus proficiendi, sc.*: **1** *utilitas, commodum, fructus sim.* (*c. gen. eius, quod prodest*): VET. LAT. psalm. 29, 10 (cod. 136) qu(a)e *tibi, domine,* -o sanguinis *mei,* si descindo (*i.* -scen-) in corruptelam? (*gr. ὠφέλεια, cod. 300. al. et Vulg.* utilitas). **2** *progressus, emendatio, correctio sim.* (*cf.* GLOSS. *προκοπή. disting.* perfectio AVG., incipientia RVRIC.): AMBROSIAST. in II Cor. 13, 11, 1 ('gaudete, perfecti estote') gaudium hoc de emendatione erit, unde et poterit provenire -o (perf- *var. l.; rectane?*). RVFIN. Orig. in psalm. 36-38 praef. quae *dictio Origenis* ad emendationem vel -em morum tota respiceret (*antea*: profectuum semitam docet). AVG. in psalm. 5, 10 in -e se esse, id est in provectu ad perfectionem, nondum in ipsa perfectione (*cf. ibid. 5, 9* de progressu ad perfectionem dictum). RVRIC. epist. 2, 40 quod -i vestrae (*sc. episcopi*) et illorum (*sc. iuvenum*) incipientiae ... a nutritore domino nil negetur (perf- *coni. Engelbrecht in ed. p. LXXIX; cf. vol. X 1, 1351, 6 sqq.*). *Foucher.*

***profectō** *adv.* [*a praepos.* prō *et subst.* factum; *iunctura* *prŏ̄ faktō(d) *'tamquam factum'* (*cf.* CIC. Att. 13, 1, 2 OV. am. 2, 13, 6) *coaluit in adv.* *prófaktō(d) *syllaba secunda attenuata; v. Leumann, Gramm. 1977, 241. 270. 561* (prŏ-); *Fruyt, Bull. Soc. Ling. 85/1, 1990, 190. 202. Fo.*] *adv. testantur* PAVL. FEST. p. 37. POMP. gramm. V 251, 13 (*distinguitur part. verbi q. e.* proficisci). *al.* *corripitur paenultima* PLAVT. Mil. 185a. 290 Poen. 907 Pseud. 201. 255 (*si recte trad.*); *cf. e. g. Drexler, Iambenkürzung, 1969, 215 sqq.* *de notione* (*ornandi causa et fere abundanter poni affirmat* SERV. *p. 1674, 41 sq.*): PAVL. FEST. p. 37 corgo apud antiquos pro adverbio, quod est -o, ponebatur. CHAR. gramm. p. 244, 11 *adfirmandi adverbia* (*cf. p. 1670, 75*) sunt ... scilicet, etiam ..., -o, plane (*cf.* SYNON. Cic. p. 435, 16 nimirum -o scilicet plane sane *eqs.*). CLEDON. gramm. V 68, 36 -o sine dubio est. GLOSS. certe. re vera, utique. GLOSS.^{L} II Philox. PL 32 plane: -o, *σαφῶς, μέντοι, ὄντως, τῷ ὄντι.* PR 286 -o: *δηλονότι, δηλαδή. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO (*plus quam 100*^{ies}) *aliisque scaenicis, raro in dactylis, sc. in fine versus apud* LVCR. (*quinquies*), VERG. (*semel*), HOR. (*semel*), OV. (*quater*), AETNA (*bis*), LVCAN. (*quinquies*), CLAVD. (*semel*). *al., in prosa oratione fort. semel apud* CATONEM (*v. p. 1673, 69*), *certe inde a* RHET. Her. (*ter*), VARRONE (*semel*), CIC. (*plus quam 370*^{ies}); *e posterioribus saepius habent* LIV. (*maxime in orat. sive recta sive obliqua*), PLIN. *mai.*, LACT., AVG., GREG. M., *raro e. g.* VITR., DIG., TERT., HIER., *numquam* CAES., CELS., COLVM. *al.*

est locutio affirmantis et persuadere volentis aliquid pro facto esse, sive id ita est sive id se credere aliquis indicare vult (*cf. e. g. usum* LIV. *l. 50 sq.; hae notiones saepe distingui non possunt [cf. testimonium p. 1670, 3], illa tamen praevalet apud scaen. vet., haec apud* CIC., *v. Steinitz, De affirmandi particulis latinis, 1885; iuxta alias particulas v. in appendice*; -o *ponitur pro subi. p. 1670, 3 et apud gramm.*): **I** *pertinet potius ad totum enuntiatum*: **A** *acuere videtur relationem, quae intercedit inter duas sententias (vel inter longiores partes contextus) coniunctas*: **1** *per parataxin*: **a** *in colloquio* (*etiam secum loquentis*): **α** *respondetur interroganti* (*cf. p. 1670, 71 sqq. 1671, 13, aliter sub IIA*): PLAVT. Amph. 569 tune id dicere audes ...? :: -o, ut loquor, res ita est. 781 estne haec patera ...? :: haec ea est -o patera. Pseud. 310 an iam mortuost? :: utut est, mihi quidem -o ... mortuost. 1331 numquid iratus es ...? :: nil -o. *al.* RHET. Her. 4, 16, 23 si vicisset, non idem fecisset? non -o tam sapiens fuisset. CIC. inv. 1, 56 populus Thebanus id patieturne fieri? -o non patietur. Mil. 31 numquid igitur aliud in iudicium venit ...? -o nihil. Phil. 14, 23 num ... voluit ...? -o noluit. Brut. 186 nemone ... anteferret ...? nemo -o. nat. deor. 1, 84 an tu mei similem putas esse aut tui deum? -o non putas. Tim. 12 rectene igitur unum mundum diximus ...? unus -o (*deest gr.*). *al.* LIV. 28, 29, 3 stipendiumne ... serius numeratum ... causa fuit, cur ... desciscerentis ...? insanistis -o, milites *eqs.* SEN. Ag. 150 novum crimen struis? :: res est -o stulta nequitiae modus. QVINT. inst. 8, 3, 3 AMBR. paenit. 1, 12, 55. *al.* **β** *sine interrogatione acuitur vel assensus vel contradictio*: PLAVT. Amph. 370 sqq. at mentiris etiam: certo pedibus ... venis. :: ita -o. :: nunc -o vapula ob mendacium. :: (371) non edepol volo -o. :: at pol -o ingratiis; (372) hoc quidem '-o' certum est, non est arbitrarium. 1084 haec sola sanam mentem gestat ... :: immo omnes sani sunt -o (Most. 1082 ille quidem hau negat. :: i. edepol negat -o. Rud. 994). Mil. 1280 vide ne sies in exspectatione ... :: non ero -o (*sim.* TER. Eun. 381). Most. 736 prospere vobis cuncta ... processerunt ... :: ... hau nego; nos -o probe, ut voluimus, viximus. 956 nemo habitat. :: habitat -o, nam *eqs.* Persa 15 Toxilus ... meus amicust. :: is est -o (*sim.* Rud. 1172). Poen. 1088 tua opust opera. :: ... -o uteris, ut voles, operam meam. Pseud. 255 Ballio, audi. :: surdus sum -o inanilogistae. *al.* TER. Haut. 856 id est -o. CIC. S. Rosc. 121 'cum Chrysogono sunt *servi.*' – ita credo (*ironice*); ... non ita est -o, iudices. *al.*

b *in qualibet ratiocinatione*: **α** -o *ponitur in sententia posteriore, ut priori addatur*: Ⓘ *causa, explicatio*: PLAVT. Amph. 1100 neque gementem ... audivimus; ita -o sine dolore peperit. Curc. 418 alibi te meliust quaerere hospitium tibi; apud me -o nihil est Summano loci. Men. 647 *palla* huic surruptast, non tibi; nam -o, tibi surrupta si esset, salva non foret ([*nisi trahas ad p. 1672, 55*]. TER. Ad. 893 hominem maxumi preti te esse ... iudicavi ...; n. is mihi -ost servus spectatus satis, quoi *eqs.* [*nisi trahas ad 2aβ*]. CIC. Catil. 3, 19 hoc certe ... *non* praetermittendum ... est; n. -o memoria tenetis *eqs.* Tusc. 1, 2 [*sequitur*: certe ...; quid loquar de]. fam. 3, 9, 3. *al.*). Mil. 954 loquere, auris meas -o dedo in dicionem tuam. 1258 nescio ubi hic prope adest ...; olet -o. *al.* TER. Hec. 320 perii; ... nescio quod magnum malum -o ... me celant. CIC. div. in Caec. 70 honoris amplissimi puto esse ... accusare improbos ...; et -o aut hoc remedium est aegrotae ... rei publicae ... aut ... -o nulla umquam medicina ... reperietur. Verr. I 32 iudices, iam vos consulo ...; id enim consili mihi -o taciti dabitis *eqs.* (Manil. 47 magnis imperatoribus ... propter fortunam ... imperia mandata ... esse ...; fuit e. -o quibusdam summis viris ... adiuncta fortuna. Tusc. 1, 94. *al.* LVCR. 1, 241 res omnis eadem vis ... conficeret ...; tactus e. leti satis esset causa -o. LIV. 3, 21, 5 PLIN. nat. praef. 16. *al.*). orat. 133 *exempla* a Demosthene sumamus ...; ea -o oratio *nobilissima est. al.* SALL. Catil. 2, 8. 51, 42 hanc ego causam ... magnam puto; -o virtus ... maior illis *maioribus* fuit ... quam in nobis. LIV. 5, 17, 2 inventum ... tandem est *nefas* ...: nihil -o aliud esse quam *eqs.* 27, 47, 7 cura angebat *Hasdrubalem* ...; -o haud mediocri clade absterritum insequi non ausum *Hannibalem. al.* SEN. Herc. f. 312 meliora mente concipe ...; aderit -o *Hercules.* PLIN. nat. 18, 43 QVINT. decl. 347, 5. *al.*

Ⓘⓘ *consequentia*: Ⓐ *vario usu*: PLAVT. Pseud. 201 *quasi Dircen ad taurum* ego te distringam ad carnarium; id tibi -o taurus fiet. Stich. 277 onustum pectus porto laetitia ... neque lubet nisi gloriose quicquam proloqui -o. CIC. Scaur. 48 *L. Metellus* utinam posset parumper existere; eriperet ... stirpem -o suam (Brut. 103. Att. 14, 17, 2 u. ... conveniam; multum -o proficiam. fam. 4, 1, 1 u. ... potuissemus ...; -o ... tulissemus. *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 33, 1. SALL. Iug. 102, 8 u. ... placuisset; -o ... accepisses. SEN. epist. 89, 1. *al.*). de orat. 2, 16 experiar ... et te exorabo -o. nat. deor. 2, 16 est aliquid melius *quam homo*; est igitur -o deus. Att. 4, 16, 9 haec mallem integra re tecum egisse; -o enim aliquid egissem. *al.* LIV. 3, 35, 6 (*collegae de Ap. Claudio plebis fautore*) apparere nihil sinceri esse; -o haud gratuitam ... *eius* comitatem fore. SEN. contr. 1, 2, 9 conversata es cruentis *hominibus* ...; inde est -o, quod potes hominem occidere. SEN. clem. 2, 1, 4 o vocem ... dignam ...; nunc -o consentire decebat. CVRT. 3, 12, 19 PLIN. nat. 7, 190. *al.* Ⓑ *praecedit iussum, hortatio*: CIC. Quinct. 79 quaeso, ut diligenter attendatis; -o intellegetis *eqs.* (*sim.* Tull. 26). S. Rosc. 48 refer animum sis ad veritatem ...; iam -o ... intelleges *eqs.* Verr. II 3, 221 permittite, ut liceat ...; videtis iam -o *eqs.* Caecin. 60 *sola* verba si valent, ... dicito; vinces -o. fam. 5, 13, 3 circumspice omnia membra ...: nullum reperies -o, quod non fractum ... sit. *al.* Q. CIC. pet. 19 hoc tibi faciendum est ...; -o homines ... excitabuntur. SEN. epist. 24, 2 timorem tuum taxa; intelleges -o. PLIN. nat. 2, 239. *al.*

ⓘⓘⓘ *eadem vel similis sententia*: PLAVT. Amph. 24 (*20* pater huc me misit ad vos oratum) -o hoc petere me ... a vobis iussit. 649 virtus praemium est optumum; virtus omnibus rebus anteit -o. Asin. 809 (*773* satis placet, *802* pulchre scripsti) placent -o leges. Aul. 98 (*90* cave quemquam ... intromiseris) -o ... neminem volo intromitti. 125 multum loquaces ... omnes habemur *mulieres* nec mutam -o repertam ullam esse (*in negatione contrarii ut*: Cas. 83 ea invenietur ... pudica ... neque quidquam stupri faciet -o. Merc. 22 [*interpol.*] *elegantia omnes* multat infortunio nec pol -o quisquam sine grandi malo ... studuit elegantiae). Bacch. 324 non edepol scio ... :: fertne ...? :: ... verum nescio; -o de auro nil scio, nisi nescio (*item altero interloquente*: Cist. 666 crepundia haec sunt ... :: sanane es? :: haec sunt -o. Mil. 290 aspicio osculantem Philocomasium ... :: quod ... scelus ... audio? :: -o vidi. Trin. 511 [*v. 499*]. *al.* TER. Andr. 554 irae sunt ... :: fabulae! :: -o sic est [DON. *ad l.* -o confirmatio est]. Eun. 184). 520 (*516*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mihi decretumst renumerare ... aurum patri) -o stabilest me patri aurum reddere. Trin. 1072 is est, certe is est, is est -o. *al.* Ter. Hec. 782 (*777* mulieres suspectas fuisse falso ... invenimus) -o in hac re nihil malist. Haut. 236 (*231* vereor ne *eqs.*) nescio quid -o mi animus praesagit mali. Rhet. Her. 4, 42, 54 nullum tantum est periculum, quod sapiens ... vitandum arbitretur; ... -o nullum vitae discrimen ... fugiendum putabit. Cic. Quinct. 39 (*ironice*) ita credo: ...; id erat -o; credamus hoc. Flacc. 53 non est ita, ... non est -o. Mil. 69 erit, erit illud -o tempus. *al.* Ov. met. 4, 323 qui te genuere, beati, et frater felix, et fortunata -o, siqua tibi soror est. Plin. nat. 2, 4 (*3* furor est) furor est -o, furor. *al.* *cum amplificatione quadam*: Plavt. Capt. 327 non ... lucrum omne esse utile ... existumo; ... est etiam, ubi -o damnum praestet facere quam lucrum. Cas. 912 num radix fuit? :: non fuit. :: num cucumis? :: -o hercle non fuit quicquam holerum. Poen. 1007. Acc. trag. 143 neque di regunt neque -o deum supremus rex ⟨res⟩ curat omnibus ([*corr. alii aliter*]. Lvcr. 3, 986. 3, 1013 qui neque sunt usquam nec possunt esse -o. *al.*). Cic. div. in Caec. 52 quam multa te deficiant, vides; quam multa sint in te, quae reus nocens ... cupiat esse, -o iam intellegis. *al.*

Ⓘⓥ *oppositio*: Plavt. Pseud. 677 iam instituta ... cuncta ... habebam; sed -o hoc sic erit: centum ... consilia ... devincit ... Fortuna ([*nisi ad l. 52 trahas*]. Cic. leg. agr. 2, 35. Tusc. 1, 118 non enim temere ... creati sumus, sed -o fuit quaedam vis. *al.* Brvt. Cic. fam. 11, 4, 1 si ... dubitarem, ... peterem ...; sed -o est ita *eqs.* Nep. Pel. 2, 3. *al.*). Cic. S. Rosc. 30 *patroni* desunt; qui libere dicat ..., non deest -o, iudices. Verr. II 5, 23 in his iniquitatibus unum haesisse Apollonium, ceteros -o multos ... pecunia se liberasse (*vix iungas* -o multos, *ut spectet ad p. 1675, 12*). Caecin. 9 alterius rei causam vosmet ipsi ... sustulistis, alterius ego ... -o auferam. Att. 3, 15, 3 potest ille aliquid praetermittere; tu, nisi quod erat, -o non scripsisti. *al.* Aetna 416 *non* hoc uno (*sc. quantitate*) ... vincit *molaris lapis* ...: -o miranda est lapidum vivax ... virtus. Liv. 23, 45, 6 arma signaque eadem se noscere ...; militem alium -o *esse.* Apvl. Plat. 1, 11 p. 205 quod *medioximi* ... diis summis sint minores, natura hominum -o maiores. *al.*

β -o *ponitur in sententia priore, ut per sequentem addatur*: Ⓘ *probatio*: Plavt. Amph. 493 nemo id probro -o ducet Alcumenae; nam *eqs.* (Mil. 1292. *al.* Cic. S. Rosc. 128 -o aut ... eludimur ... aut ... tabulae publicae corruptae ... sunt; nam ... constat. *al.* Cael. Cic. fam. 8, 4, 4 Val. Max. 2, 2, 5. *al.*). Capt. 54 -o expediet fabulae huic operam dare; non pertractate facta est neque item ut ceterae. Cas. 913 *id* calamitas -o attigerat numquam: ita ... grande erat (Pseud. 894 -o quid nunc primum caveam, nescio; ita in aedibus sunt fures. 1252 Ter. Eun. 507). Rud. 359 Neptune, ... te aleator nullus est ⌞sapientior -o;⌟ nimis lepide iecisti bolum: periurum perdidisti (⌞ ⌟ sapientior; -o *Lindsay, ut spectet ad p. 1670, 15*). Ter. Eun. 396 est istuc datum -o, ut grata mihi sint, quae facio omnia; ... vel rex semper maxumas *gratias* mihi agebat (Schol. Ter. Bemb. sine dubio). Cic. Verr. II 2, 175 -o ... non mentientur; litteras enim ... removere potuerunt, fidem suam ... removere non possunt (nat. deor. 2, 133. 3, 63 Lael. 70. *al.* Liv. 1, 50, 4 Val. Max. 6, 3, 2. *al.*). Cluent. 189 non est -o de illo veneno celata mater; nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum. *al.* Liv. 8, 27, 4. 22, 42, 5 insidias -o esse: ignes ... relictos, ... argentum ... vel⟨ut⟩ obiectum ad praedam vidisse. *al.* Ⓘⓘ *explicatio vel continuatio sententiae similis* (*exempla selecta inde a* Cic.): Plavt. Merc. 268 nunc hoc -o sic est: haec *mulier* illast capra, *quam somnio vidi* (Ter. Hec. 379 -o hoc sic est, ut puto: omnibus nobis *eqs.* Cic. Cael. 33 qui -o, si exstiterit, ... sic loquetur: '...' [*nisi ad p. 1672, 55*]. Lvcan. 9, 477 Gell. 9, 11, 2. *al.; cf. supra l. 20*). Ter. Ad. 28 -o hoc vere dicunt: si absis uspiam *eqs.* Cic. Caecin. 70 quod vobis venire in mentem -o necesse est: nihil esse in civitate *eqs.* fam. 12, 22, 2 illud -o *faciam*: ... tuam famam ... tuebor. Sall. Iug. 85, 23 -o ita se res habet: maiorum gloria posteris quasi lumen est (Plin. nat. 7, 132 i. est -o: alius de alio iudicat dies. 16, 4. *al.*). Ov. met. 8, 72 sibi quisque -o est deus: ignavis precibus Fortuna repugnat. Sen. epist. 71, 19 hunc animum ... -o sapientia ... tradet: persuadebit unum bonum esse, quod honestum. Lvcan. 7, 445 sunt nobis nulla -o numina; ... mentimur regnare Iovem. Plin. nat. 2, 43 non sumus -o grati erga eos, qui *indagant rerum naturam* ..., miraque ... ingeni peste ... caedes condere annalibus iuvat. *al.* *in iteratione* (*propter anaphoram* -o *priori membro tribuendum videtur; alias iterationes habes l. 8. p. 1675, 9 sq.*): Cic. Mil. 21 non fuit ea causa ... -o, non fuit, cur *eqs.* (*v. Clark, 1895, ad l.*). Qvint. decl. 324, 9 numen erat -o, numen illud, quod *eqs.* Apvl. apol. 17, 6. Ⓘⓘⓘ *oppositio, distinctio*: Plavt. Poen. 597 aurum est -o hic ... comicum ..., verum ad hanc rem agundam Philippum est. Ter. Haut. 420 aut ego -o ingenio egregio ad miserias natus sum, aut illud falsumst ... diem adimere aegritudinem hominibus. Cic. nat. deor. 1, 5 alterum fieri -o potest ..., alterum certe non potest. fam. 13, 13 tibi -o iucundum, mihi certe erit gratum. Lvcr. 5, 421 nam certe neque consilio primordia rerum ordine se ... locarunt nec quos ... darent motus pepigere -o, sed *eqs.* (*inde suppl.* 1, 1023). Liv. 2, 39, 7 quae *discordia* -o orta esset ..., sed externus timor ... inter se iungebat animos. Val. Max. 7, 7, 5 movit -o Pisonem patria maiestas, ... sed aliquid etiam flexit ... liberorum numerus. Plin. nat. 7, 106 ceteri -o victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam. Qvint. decl. 337, 4. *al.*

γ -o *ponitur in parenthesi*: Cic. Planc. 87 non *erat* disceptando decertandum – nam -o ... numquam ... id mihi ipsi auxilium meum defuisset –, armis fuit ... dimicandum. Att. 2, 22, 1 quam vellem Romae mansisses – -o, si haec fore putassemus! – nam *eqs.* (*v. Constans, Rev. Phil. 5, 1931, 237 sq.; aliquid excidisse putant edd.*). 13, 23, 1 ut non possimus plane simul vivere – intellegis enim -o, in quo ... posita sit *συμβίωσις* –. Liv. 22, 55, 4 qui obvios percontando – aliquos -o ex fuga passim dissipatos fore – referant quae fortuna consulum ... sit. Qvint. decl. 314, 10. *al.*

2 *per hypotaxin*; -o *ponitur*: **a** *in enunt. regente, quod determinatur*: α *enunt. condicionali* (*occurrit fere modus indefinitus vel irrealis, potentialis nimirum raro, e. g. l. 35*): Ⓘ *protasis postponitur*: Plavt. Cas. 698 negat ponere *arma* alio modo ullo -o, nisi ... sciat *eqs.* (-o *ponitur ultimo loco ut*: Cic. Catil. 3, 22 tantae res creditae ... barbaris ... numquam essent -o, nisi. de orat. 2, 361. *al.* Cvrt. 9, 8, 18. *al.*). Poen. 907 -o ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit (-o *ponitur primo loco ut*: Pseud. 94 -o nullo pacto possum vivere, si illa a me abalienatur. *al.* Cic. S. Rosc. 101 Verr. II 3, 89 Att. 11, 22, 2. *al.*). *al.* Varro Men. 338 quod -o ... eveniet, si *eqs.* (-o *ponitur secundo loco ut*: Cic. Catil. 4, 21 erit -o ... aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte *eqs.* Cael. 69 quod -o. div. 1, 47 est -o. *al.* Sall. or. Macri 11 quae -o. *al.*). Cic. Font. 33 quod ego -o non crederem, nisi ... audissem. Rab. perd. 25 qua in causa tute -o fuisses, si ... potuisses. *al.* Bell. Hisp. 25, 7 (*iuxta lacunam*). Liv. 5, 5, 7. *al.* Ⓘⓘ *protasis antecedit*: Plavt. Poen. 1281 si ego minam non ultus fuero ..., tum -o me sibi habento scurrae ludificatui (-o *ponitur secundo loco ut*: Ter. Ad. 147 si ... adiutor si⟨e⟩m eius iracundiae, insaniam -o cum illo. Cic. Caecin. 48 vis -o quaedam obstiterit necesse est. Mil. 68 quodsi. *al.* Liv. 21, 41, 8 respiceret -o. Phaedr. 3, 19, 11 Cvrt. 8, 5, 14. *al.*). Rud. 304 nisi quid concharum capsimus, incenati sumus -o (-o *ponitur ultimo loco ut*: Cic. Cluent. 7. Cael. 1 [*initio orationis*] si quis ... adsit ignarus legum ..., miretur -o, quae *eqs. al.; in gradatione*: Cic. Quinct. 40 si debuisset *pecuniam,* ... petisses statim; si non statim, paulo quidem post; ... sex quidem illis mensibus -o; anno vertente sine controversia). Cic. inv. 1, 69 quodsi *reus* ... saluti rei publicae profuit, -o non potest *eqs.* (-o *ponitur primo loco ut*: S. Rosc. 62 quae nisi ... manifesta sunt, -o res ... credi non potest. Font. 25 Catil. 3, 2 Sull. 80. Tim. 6 [*gr. 29^A δῆλον ὡς*]. *al.* Sall. Iug. 4, 4. 31, 19. *al.* Liv. 27, 9, 6. *al.*). Lig. 25 quodsi Caesaris causa in provinciam veniebatis, ad eum -o ... venissetis. de orat. 1, 150 si ... fortuitam orationem ... cogitatio ... vincit, hanc ipsam -o ... diligens scriptura superabit. *al.* Hirt. Gall. 8, 21, 2. *al.* *ponitur condicio generalis, ex qua quid speciale deducitur* (*saepe per pron., forma* hic -o): Cic. Arch. 1 quodsi haec vox ... non nullis aliquando saluti fuit ..., huic -o ipsi ... salutem ferre debemus. dom. 1 quodsi ullo tempore magna causa ⟨in⟩ sacerdotum ... potestate versata est, haec -o tanta est, ut (Brut. 7 quod si fuit ... tempus u. ..., tum -o fuit, cum *eqs.* phil. frg. IX 11 *v. infra*). Mil. 4 si umquam ... potestas vobis iudicandi fuit ..., hoc -o tempore eam potestatem ... habetis (phil. frg. IX 11 quodsi ullum u. animal consecrandum fuit, illud -o fuit. fam. 15, 4, 13 si quisquam fuit u. ..., ego -o is sum. Fronto p. 53, 22). fin. 5, 78 si est quisquam ..., is es -o tu (off. 1, 111 omnino si quidquam est decorum, nihil est -o magis quam. *al., e. g. l. 52*). *al.* Ⓘⓘⓘ *protasis inseritur* (*huc fortasse p. 1670, 18. 1671, 54. 1673, 32*): Plavt. Asin. 244 (*nisi ad p. 1670, 62*) interii, si non invenio ... viginti minas; et -o, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi (*item* -o *antecedit ipsam coniunctionem*: Ter. Haut. 1003 -o, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali. Cic. Quinct. 46 -o, si. Verr. II 3, 72 -o, si. Cael. 67. *al.* Ps. Sall. rep. 2, 12, 6 Liv. 2, 28, 3. *al.; non est, quod* -o *ad protasin trahas*). Cic. har. resp. 57 etenim, si ..., nullum -o dedecus reperire posset *poeta,* quod *eqs.* de orat. 3, 145 sed etiam, si ..., -o numquam conquiescam. *al.* Anton. Cic. Att. 14, 13^a, 2. *al.*

β *enunt. relativo (hucine p. 1670, 20?):* *quod anteponitur vel inseritur*: Plavt. Asin. 601 qui sese parere apparent huius legibus, -o numquam bonae frugi sient (-o *ponitur primo loco ut*: Truc. 228 quemquem hominem *meretrix* attigerit, -o ei ... damnum dari. Cic. S. Rosc. 50 Tusc. 5, 43. *al.*). Curc. 531 quoi homini di sunt propitii, lucrum ei -o obiciunt. Cic. S. Rosc. 94 ego -o, qui *eqs.* fam. 1, 9, 22 quae me moverunt, movissent eadem te -o. *al.* Hor. ars 315 qui didicit ..., ille -o *eqs.* Liv. 25, 38, 10 Plin. nat. 10, 137 Qvint. inst. 7, 1, 46. *al.* *quod postponitur*: Cic. fam. 15, 6, 1 ea est enim -o iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Val. Max. 3, 7 ext. 1 laudanda -o fiducia est, quae ... examinat. Lvcan. 5, 351 sunt ista -o curae castra deis, qui ... voluerunt. Plin. nat. 5, 4 minus -o mirentur ..., qui cogitent *eqs.* 7, 44. *al.*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γ *enunt. variis* (*cf. p. 1674, 13*): Plavt. Amph. 844 delenitus sum -o ita, ut me qui sim nesciam (Epid. 470 *tibi vendam fidicinam*; atque ⌞ita⌟ -o, ut eam *peregre ducas* [⌞ ⌟ *i. hac condicione, verbo subaudiendo; possis etiam ad II trahere*]. Cic. de orat. 2, 271 sic -o se res habet, nullum ut sit *eqs.* nat. deor. 3, 65 efficiam -o, ut fateare. *al.*). Merc. 863 non ... quiescam ... prius -o, quam ... amicam ... investigavero (Lvcan. 9, 1084 maiore -o, q. metui poterat, discrimine gessimus arma. Qvint. decl. 259, 6). Rhet. Her. 4, 11, 16 socii ..., cum belligerare nobiscum vellent, -o ratiocinati essent *eqs.* (Cic. Verr. II 2, 118 c. *multi* ... defendantur, -o vereri non debeo, ne *eqs.* 4, 82. dom. 54 c. ... discussisti, tum -o ostendisti [*item iuxta* tum *e. g.* Tusc. 1, 46]. nat. deor. 3, 63. *al.* Liv. 39, 27, 5 Vitr. 10, 8, 6. *al.*). Cic. S. Rosc. 120 quod ... apud vos ipsos in honore tanto sunt *servi,* -o necesse est sciant aliquid (Att. 11, 5, 3 q. ... nihil ... scripsi, his litteris -o intellegis rem mihi deesse. *al.*). rep. 1, 1a quoniam plura beneficia continet patria ..., maior ei -o quam parenti debetur gratia (fin. 1, 10. nat. deor. 1, 24 terra enim -o, q. mundi pars est, pars est etiam dei. Att. 8, 11^{d}, 8. *al.* Cass. Cic. fam. 11, 2, 1). Tusc. 2, 31 dum ... te continebis, cedet -o virtuti dolor. *al.*

δ *struct. participiali* (*addidimus gerund. l. 25*): Cic. Phil. 3, 36 his auctoribus ..., dis iuvantibus ... erimus -o liberi (*item abl. absol.*: rep. 6, 22 quibus *terris* amputatis cernis -o, quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. fin. 5, 64. *al.* Sall. Iug. 85, 48. Ps. Sall. rep. 2, 13, 4 qua re patrata -o per gentes omnes fama ... volabit. *al.*). leg. 1, 14 requiescemus nec -o nobis delectatio deerit aliud ex alio quaerentibus. div. 1, 114 ardore aliquo inflammati ... cernunt illa -o. off. 1, 2 orationem ... latinam efficies -o legendis nostris pleniorem. Bell. Hisp. 26, 6 -o (profectu *Mommsen*) nostro commeatu privati necessario ad dimicandum descendent. Cvrt. 4, 7, 29 vera ... aestimatione ⟨pensanti⟩ fidem oraculi vana -o responsa [si] videri potuissent (*si recte suppl.*). *al.*

b *in struct. pendente* (*fere enunt. secund., maxime relat., sed part. l. 47*): α *usu communi, sc. acuitur ipsa structura pendens*: Ⓘ *exempla varia: in enunt. relat.*: Plavt. Curc. 570 tu auferere hinc a me, si perges mihi male loqui, -o quoi ego nisi malum nil debeo (*cf.* quippe qui *et e. g. Sall. Iug. 4, 3* certe quibus; *aliter e. g. Collart, 1962, ad l. iungens* auferere ... -o, *ut locus spectet ad p. 1672, 55*). Cic. Font. 45 constituitur *pro Fonteio defendendo* ... Hispania, quae -o ... religione sua resistere istorum cupiditati potest. Mil. 2 me ... reficit Cn. Pompei ... consilium, qui -o ... putaret *eqs.* orat. 97 *orator* gravis, ornatus, in quo -o vis maxima est. *al.* Brvt. Cic. ad Brut. 24, 5 *Octavianum* posse nobis auctoribus tantum, quantum -o poterit. Sall. or. Macri 19. Liv. 30, 29, 4 *Hannibal* hostis fiducia, quae non de nihilo -o concepta esset, perculsus. Val. Max. 3, 8 ext. 2. *al.* *in enunt. quibuslibet*: Plavt. Most. 417 efficiam, quae facta hic turbavimus, -o ut liqueant omnia. Cic. Cato 13 quorsum igitur haec ...? quia -o videtis nefas esse dictu miseram fuisse talem senectutem. Att. 11, 8, 1 quantis curis conficiar, etsi -o vides, tamen cognosces ex ... Trebatio. Avg. civ. 3, 18 p. 126, 31 nimirum ... inferos etiam ludere delectabat, cum -o miseri homines ipsa rabida bella ... magnos agerent ludos daemonum. *in struct. participiali*: Cvrt. 5, 9, 2 ut ... tradito rege ... inirent gratiam victoris, magno -o cepisse Dareum aestimaturi. Qvint. inst. 9, 1, 18 Celsus adicit ... sententiis figuras colorum, nimia -o novitatis cupiditate ductus. 11, 2, 16 *id* fabulosum videtur neque ... huius rei meminit *Simonides* ... -o non taciturus de tanta sua gloria. decl. 272, 7 cuius filius ... spiritum pro nobis ... amisit, ita -o institutus *a matre.* Amm. 14, 11, 22. 16, 12, 21 -o ratione tuta poscente. *al.* Ⓘⓘ *in parenthesi* (*fere in enunt. relat.*): Cic. inv. 1, 26 eum, qui audit, ... benivolum ... *non* efficit aut, quo nihil -o peius est, ut contra sit, facit. S. Rosc. 150 sin ea crudelitas ... vestros quoque animos, id quod fieri -o non potest, duriores ... reddit (*item spectat ad protasin condic.*: Font. 27. Lael. 48 si cadit in sapientem animi dolor, qui -o cadit. fam. 13, 64, 2 si te fautore usus erit, sicut -o et utetur et usus est. *al.* Apvl. met. 5, 25, 5). Phil. 6, 19 aut vincatis oportet, Quirites, – quod -o ... consequemini – aut *eqs.* fin. 4, 66 ut iam omnes insipientes sint miseri, quod -o sunt, non est *eqs.* Att. 3, 9, 1 illud timebam, quod -o accidisset, ne a me digredi non posset. *al.* Qvint. decl. 252, 20 non clam ... – quamquam ista quoque -o facta sunt –, sed palam. *al.*

β *acuitur enunt. primarium vel tota periodus, quamquam* -o *insertum est enunt. secundario* (*tamquam parenthesis vel exclamatio*): Plavt. Amph. 309 quisquis homo huc -o venerit, pugnos edet. Liv. 25, 38, 13 a vobis ... -o si quis quaerat, ... nihil aliud respondeatis *eqs.* (*v. Weissenborn-Müller ad l.; vix huc trahas p. 1672, 57 sqq.*). Sen. Herc. O. 713 semel -o premere felices deus cum coepit, urget. Gell. 3, 7, 6 (*e Catone*) hostes -o ubi id viderint, fortissimus quisque ... in eos praevertentur (*nisi interpungendum post* -o). Drac. Orest. 417 *Aegisthus servis* imperium non mite dabat, quibus ipse -o si famularetur, crimen sibi turpe putarent (*pro 'dabat iis, qui, si iis ipse eqs.'*).

B *potius per se ponitur, ita ut acuatur*: **1** *affirmatio, opinio sim.*: **a** *in sententiis generalibus*: Plavt. Capt. 119 omnes -o liberi lubentius sumus, quam servimus. 313 est -o deus, qui quae nos gerimus ... videt. Epid. 392 -o deliramus interdum senes. Mil. 464. *al.* Tvrpil. com. 142 -o ut quisque minimo contentus fuit, ita fortunatam vitam vixit maxime. Cic. Cato 43 *veteres* iudicabant esse -o aliquid natura pulchrum. Sall. Catil. 8, 1 sed -o fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ... celebrat obscuratque. Vell. 2, 57, 3 sed -o ineluctabilis fatorum vis, cuiuscum⟨que⟩ fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Plin. nat. praef. 23 obnoxii -o animi ... est deprehendi in furto malle quam mutuum reddere. *al.* **b** *in sententiis quibuslibet* (*huc traximus frg. contextu deficiente tradita; exempla selecta inde a* Cic.): Plavt. Amph. 845 Amphitruo es -o. 1023 ut -o vivas aetatem miser. Capt. 585 -o iam aliquid pugnae edidit. Mil. 210 apage, non placet -o mihi illaec aedificatio. 1264 omnes -o mulieres te amant, ut quaeque aspexit (*nisi ad p. 1673, 1*). Most. 841 ea mihi -o cuncta vehementer placent. Rud. 1317 -o est huius vidulus. *al.* Caecil. com. 276 (*si recte trad.*). Ter. Andr. 703 hoc ego tibi -o effectum reddam. Haut. 614 hic -ost anulus, quem ego suspicor. Eun. 551 pro Iuppiter, nunc est -o, interfici cum perpeti me possum, ne *eqs.* 649 nescio quid -o absente nobis turbatumst domi. *al.* Pacvv. trag. 205 Acc. trag. 618 Afran. com. 170. Cic. S. Rosc. 41 ergo illud iam perspicuum -o est ... neque odi causam patri neque sceleris filio fuisse. Verr. II 4, 68 multi reges ... habent -o in animo Capitolium ... ornare. Catil. 2, 2 se ... abiectum esse sentit et retorquet oculos -o saepe ad hanc urbem. leg. 2, 11 constat -o ad salutem civium ... inventas esse leges. Att. 12, 14, 3 feci, quod -o ante me nemo, ut ipse me per litteras consolarer. Liv. 1, 36, 4 cum ille augurio rem expertus -o futuram dixisset. 26, 15, 13 cum Flaccus negaret -o satis compotem mentis esse *Campanum quendam.* Sen. Ag. 227 quod tempus ... horrui, adest -o. Cvrt. 4, 4, 5 augurabantur Tyrii ... molem brevi -o ruituram. 5, 11, 7 *Bessus* indicium -o Patronem detulisse credebat. Ascon. Pis. p. 16, 16 'ab eo, qui nihil sibi ... turpe duxit'; -o intellegitis P. Clodium significari (*sim.* p. 17, 19). Fronto p. 168, 23 -o aequius esse. Cypr. ad Donat. 4 scis -o et mecum ... recognoscis, quid *eqs.* *al.* *initio epistulae, libri sim.* (*aliter e. g. p. 1672, 34*): Cic. Att. 6, 5, 1 nunc quidem -o Romae es. Plin. nat. 27, 1 crescit -o apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis. Fronto p. 174, 22 cuperemus -o, mi Naucelli carissime, *eqs.* *al.*

2 *iussum, hortatio, desiderium*: Plavt. Amph. 370 -o vapula (*v. p. 1670, 2*). Curc. 426 quod istic scriptum est, id te orare iusserat -o ut faceres, suam si velles gratiam (*nisi ad p. 1672, 16 trahere mavis*). Mil. 185^{a} hoc ei dicito: -o ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri. Pseud. 904 edicam familiaribus, -o ne quis quicquam credat Pseudolo. Verg. Aen. 8, 532 ne vero, hospes, ne quaere -o, quem casum portenta ferant (*cf.* Serv. ambae particulae ad ornatum pertinent tantum. Serv. auct. hic '-o' vetuste pro expletiva coniunctione positum). Apvl. met. 7, 25, 8 utinam ipse asinus ..., quem numquam -o vidissem, ... quiret *loqui.* *al.*

II *pertinet potius ad singulas partes orationis* (*exempla minus dubia; huc spectent quaedam supra allata, si potius singula verba acui putes, imprimis pron. vel adv., e. g. p. 1672, 45 sqq. 1673, 2 vel ipsam negationem* [*cf. IIIB*]): **A** *in responso, quod spectat ad interrogationem pronominalem q. d. (responsa affirmantis negantisve v. p. 1669, 61): exempla varia*: Cic. Verr. II 4, 15 quid mihi tam optandum ... potest esse ...? nihil -o. Balb. 16 quis audiret? nemo -o. Tim. 11 videndum est, cuiusnam animantium deus ... similitudinem secutus sit; nullius -o (*gr. p. 30^{C} οὗν*). *al.* Val. Max. 6, 8, 4 quis deorum ...? tu -o ..., dive Iuli. Plin. nat. 37, 60 cuius hoc invento ... repertum? ... numinum -o talis inventio est. Qvint. inst. 7, 1, 35 alter ... insidiatus est; uter? -o Clodius. Anian. Chrysost. hom. 4, 6 quid ... est 'accipere'? domi ⌞-o⌟ retinere (⌞ ⌟ *deest gr.*). *al.* *acuuntur pron. per enunt. secund. illustranda* (*cf. B2b*): Cic. Sest. 43 quid erat bis vincere? id -o, ut *eqs.* Balb. 45 quos ... arbitramur? eos -o, qui *eqs.* Tusc. 1, 65 quid est ... memoria ...? -o id, quo ... *nihil* maius intellegi potest. *al.* Liv. 5, 2, 5 quam putarent ... causam esse? nullam -o aliam inventuros quam *eqs.* 35, 16, 4 cur ... mittitis? nihil aliud -o dicatis quam *eqs.* Rvfin. Orig. in Ios. 26, 1 p. 458, 17 qui putas sunt in nobis montes ...? illi -o, in quibus *eqs.* *al.*

B *in quibuslibet enuntiatis*: **1** *in membris paribus, sibi respondentibus*: **a** *usu communi* -o *acuit*: α *quae opponuntur, distinguuntur*: Cic. S. Rosc. 104 multa improbe fecisti, unum stultissime, -o tua sponte, non de Eruci sententia. leg. agr. 2, 17 cum omnis potestates ..., tum eas -o maxime, quae *eqs.* Planc. 72 respondebo ... minus fortasse vehementer, ... sed -o nec considerate minus nec minus amice. nat. deor. 2, 163 *scientia futurorum* homini -o est nec alii cuiquam ... data. fam. 5, 13, 4 praestitimus ... patriae non minus certe, quam debuimus, plus -o, quam *eqs.* ad Q. fr. 1, 1, 29 quod fortasse aliquando universae rei publicae nostrae, nunc quidem -o isti provinciae contigit. *al.* Q. Cic. pet. 55 cum diligentiam tuam, ... tum -o equestris ordinis erga te studium pertimescent. Ov. met. 3, 320 maior vestra, *sc. feminarum,* -o est quam quae contingit maribus ... voluptas. Liv. 2, 32, 7 nullam -o nisi in concordia civium spem reliquam ducere. 22, 61, 10 *fides sociorum* labare coepit nulla -o alia de re

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam, quod desperaverant. QVINT. inst. praef. 10 cum vir ille vere civilis ... non alius sit -o quam orator. 12, 7, 1 defendere quidem reos -o quam facere vir bonus malet. *al.* β *quae augentur vel iterantur*: LIV. 21, 2, 4 *Hasdrubal* flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus, gener inde ob aliam (altam, bonam *var. ll.*) indolem -o animi adscitus (*item accedit ad attrib.*: CVRT. 9, 1, 18 invictum exercitum et deorum -o advenisse. APVL. flor. 15, 22 *Pythagoras* vir ... ingenio ingenti ac -o super captum hominis animi augustior. AMM. 17, 12, 20 regem ... aptum -o, ut res docuit, et fidelem). PHAEDR. app. 8, 17 concidit virgo furens, furens -o; nam *eqs.* QVINT. decl. 347, 7 temere -o, temere ... coniuges ... relinquimus.

b *usu peculiari* -o *acuit praedic. (vel appos.) explicationis causa additum, ut sit fere i. q. scilicet* (*cf. etiam* dico *vol. V 1, 980, 83 sqq.; huc vergit l. 6, vix p. 1671, 25*): ANIAN. Chrysost. hom. 1, 5 locum ... disciplinae huic certum dederunt, caelum ⌊-o⌋, et informatorem eius deum ⌊procul dubio⌋ esse docuerunt (⌊ ⌋ *desunt gr., item loco sequenti*). 1, 8 habemus ... optimum ducem, Matthaeum -o. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 183, 11 alii ... sunt 'sedentes ...', hi -o, qui *eqs.* Orig. in Rom. 2, 9 l. 204 *non proselytum,* sed vernaculum servum, -o gentis illius domi natum. 9, 39 l. 57 vivorum ..., vivorum -o illorum, qui *eqs.* (*syn.* sine dubio). CLAVD. MAM. anim. 1, 12 p. 55, 20 de solis ... stellarumque, corporum -o caelestium, differentiis. *al.*

2 *iuxta quodlibet membrum per se positum*: **a** *vario usu*: PLIN. nat. 36, 124 montem perfossum ... inenarrabili -o impendio. CHALC. comm. 126 quam stellam cum ... suspexissent Chaldaeorum -o (-o Ch. *var. l.*) sapientes viri. ANIAN. Chrysost. hom. 7, 7 omnia ... mandata legis nobis sunt monachisque communia, absque sola -o pactione conubii. AVG. civ. 9, 17 p. 392, 29 qui -o incontaminabilis deus absit, ut contaminationem timeret. 18, 30 p. 297, 11 Ionas ... non tam sermone Christum quam sua quadam passione prophetavit, -o apertius, quam si *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 132 -o intemporaliter commovet sensuales vias Diocles *medicus.* MARCELL. chron. II p. 101, 521 Iustinianus consul omnium orientalium consulum -o munificentior. *al.* **b** *acuuntur pron. per enunt. secund. illustranda* (*cf. l. 17. p. 1674, 55. 66*): AMM. 25, 8, 18 *quidam lapidibus* obrutus est ... hanc -o ob causam, quod *eqs.* (*cf. e. g.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 173, 14 'oculi' eius comparantur 'columbis', ob hoc -o, quia. Orig. in num. 1, 3 p. 6, 26 ut unusquisque ... adscribatur, ob hoc -o, quod). ANIAN. Chrysost. hom. 4, 1 illis scribebat -o, qui *eqs.* (*cf. e. g.* ORIG. in I reg. 1 p. 3, 2 *Paulus* '...' dicit ... ad eos utique, qui ..., et '...' dicit ad eos -o, quorum *eqs.* AVG. civ. 20, 21 p. 459, 5 eis -o, quibus). *al.*

III *appendix*: **A** *iuxta ponuntur aliae particulae affirmativae* (*cf.* immo *p. 1670, 4,* sine controversia *p. 1672, 37*): PLAVT. Amph. 371 non edepol volo -o (Most. 818. 1082 immo e. negat -o. Pseud. 342. *al. apud eundem; cf.* pol -o: Amph. 371 Men. 1064. Merc. 22 [*in versibus fort. interpol.*]). Cas. 83 neque quidquam stupri faciet -o in hac quidem comoedia (Curc. 403 Poen. 1349 Pseud. 310. CIC. Quinct. 40 Att. 6, 5, 1. 6, 6, 4. *al.; cf. l. 57*). 912 -o hercle non fuit quicquam. Trin. 1072 is est, certe is est, is est -o (*sed plerumque plus valet* certe *apud* CIC., *v. vol. III 932, 79. 937, 18 sqq.*). *al.* **B** -o *accedit ad ipsas negationes* (*nulla interposita voce*): PLAVT. Asin. 111 -o nemo est, quem ... metuam (CIC. inv. 1, 3 -o n., nisi *eqs.* Balb. 16 n. -o [*item postponitur*: Brut. 186]. fam. 7, 10, 1. *al.* QVINT. inst. 12, 2, 18. *al.*). 601 -o numquam bonae frugi sient (-o *anteponitur ut*: CIC. Verr. II 3, 89 fam. 3, 2, 1. *al.* NEP. Pel. 2, 3 LIV. 27, 6, 8. *al.; postponitur*: CIC. Rab. perd. 25 n. -o. Phil. 1, 21. *al.* HIRT. Gall. 8, 21, 2 PLIN. nat. 37, 15. *al.*). Curc. 418 apud me -o nihil est Summano loci (*item*: CIC. Quinct. 5 Cluent. 66. Mil. 31 numquid ...? -o n. *al.*; nihil -o: PLAVT. Pseud. 1331 numquid iratus es ...? :: nil -o [*in responso ut*: CIC. Verr. II 4, 15. *cf. l. 54*]. CIC. inv. 1, 26 Phil. 2, 19. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 21, 1 LIV. 5, 17, 2. *al.*). Most. 836 -o nullam equidem illic cornicem intuor (Pseud. 94 -o n. pacto. Rud. 323 -o nullus venit. RHET. Her. 4, 42, 54 CIC. div. in Caec. 70 Phil. 5, 30. *al. apud eundem*; nullus -o: AFRAN. com. 170 CIC. har. resp. 57. Scaur. 5 aliam ... n. -o [LIV. 5, 2, 5 n. -o aliam. 22, 54, 10. *al.*]. fin. 4, 32. *al.* LIV. 2, 32, 7. *al.*). 1024 -o non negabo (Poen. 1349 TER. Eun. 184 CIC. Font. 33 Att. 3, 15, 3. *al.* SALL. or. Macri 19. *al.*; non -o: RHET. Her. 4, 16, 23 QVINT. decl. 323, 16). *al.* **C** *homoeoprophora: v. p. 1670, 7. 43. 45. 1671, 34. al.* *Ramminger.*

profector, -ōris *m.* *a* proficisci. GLOSS. -r: *παροδίτης. ἔκδημος.* GLOSS. I p. 42 -r: iter agens (*in serie verborum in* -tor *desinentium*; profectus *coni. Goetz ibid. p. 423*).

profectōrius, -a, -um. *a* proficisci. *i. q. ad proficiscendum pertinens, non nisi fem.* -a *pro subst. de cena proficiscentibus data* (*cf. cena* adventicia *vel* adventoria *vol. I 835, 31 sqq. 837, 1 sqq.; aliter pecunia* itoria *vol. VII 2, 568, 46 sqq.*): HIST. Apoll. rec. AB 25 *rex iussit* naves ... omnibus bonis impleri ... et data ⌊-a⌋ deduxit eos *filiam generumque* ad litus (⌊ ⌋ -is, perfectoria *var. ll.*).

profectum, -ī *n.* *a* proficisci; *neutr. sec. gr. pro* 2. profectus, -ūs *adhibitum putaverim* (*nisi acc. masc. pro nom. positus est*). *i. q. profectio*: VET. LAT. num. 29, 35 (cod. 100. 104; *praecepta de diebus festis q. d. scenopegia*) die octava -um erit vobis; omne opus deservitionis non facietis in eo (*gr. ἐξόδιον, quod sim. vertitur lev. 23, 36* [*Hesych. p. 1093 D*] egressus est, *deut. 16, 8* [*cod. 100*] exitus; *aliter Vulg.; ad rem cf. e. g. Aug. in euang. Ioh. 28, 3* in quibus *tabernaculis* habitaverant, cum ex Aegypto educti peregrinarentur). *Bk.*

1. ▩prōfectus, -ūs *m.* *a* proficere. *corripitur* pro- AVSON. 8 (322 S.), 71. PAVL. PELL. euch. 6. 64. 116. *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 452, 15 *v. p. 1679, 25.* RVFIN. Orig. in num. 27, 9 p. 269, 12 hic est ... -s, ut a parvis ad magna veniatur. AVG. in psalm. 118, serm. 20, 1 l. 7 usitatius -s in bono accipitur ..., quando non additur ..., in quid proficiatur ...; cum vero additur, potest et malum esse proficere (*affert II Tim. 2, 16. 3, 13; opp.* defectus). VINCENT. LER. comm. 23, 2 ad -um pertinet, ut in semetipsa unaquaeque res amplificetur, ad permutationem vero *eqs.* GLOSS. *προκοπή.* a⟨u⟩ctus. *legitur sing. inde a* VARRONE, OV. (*ter; ceterum deest poetis praeter l. 7 sq.*), SEN. *rhet. (de* BELLO Hisp. *et* VITR. *v. l. 26), plur. inde a* VELL., CELSO; *vocem frequentant* SEN. *philos.* (*17 ies; v. maxime p. 1677, 43 sqq.*), QVINT. (*16 ies*) *et imprimis* HIL., PELAG., RVFIN. [*pedem. vet.* profet; *francog.* profit; *prov. vet.* profech *et var. prov., francoprov., vasc.; cat.* profit; *hisp.* provecho; *port.* proveito. *cf. M.-L. 6769. Wartburg IX 427 sq. Corominas² IV 664. Machado³ IV 450. St.*] [*in codd. confunditur cum* perfectus TERT. adv. Hermog. 37, 4 IREN. 4, 11, 2. *al.* (*restit.* SEN. contr. 7 praef. 5, *e coni. dub.* IREN. 4, 9, 3), provectus PLIN. nat. 34, 170 LEO M. epist. 41 Arel. 11. *al.* (*edebatur olim* CASSIOD. Ios. antiq. 2, 10 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 26, 7 p. 390C), prospectus COLVM. 6, 7, 1 (*falso trad.* VITR. 5, 6, 9); *e coni. dub.* BELL. Hisp. 26, 6 *v. p. 1673, 25.* APVL. Plat. 2, 26 p. 260 -bus (*Thomas*; provent- *trad.*).]

i. q. actio proficiendi (*de statu inde orto, sc. virtute sim., v. imprimis p. 1677, 42. 1678, 46, fere meton. de proficiente p. 1677, 26; accedit gen. saepe,* in *c. abl. p. 1677. 24. 25. 41 [cf. e. g. l. 57. p. 1677, 37], c. acc. p. 1677, 52. 1678, 27. 29,* ad *p. 1678, 26 et e. g.* HIL. in psalm. 2, 16 CONC.S IV 1 p. 49, 15): **I** *vi sollemni de effectu quodam prospero vel augmento sim.* (*in malam partem sub B2*): **A** *quod contingit alicui ex re quadam aut ab altero, sc. de emolumento, utilitate sim.* (*fere pro syn. est* effectus *l. 39. 47. p. 1677, 3,* utilitas *l. 68,* fructus *p. 1677, 1* [*cf.* fructuosus *l. 38*]): **1** *vario respectu*: **a** *exempla quaelibet*: VARRO rust. 1, 2, 23 siquid propter agrum ... -s *est* domino (*ut ex tabernis deversoriis, quae dicuntur ibid.* fructuosae. *cf.* COLVM. 1, 4, 5 nullus ager sine -u colitur, si *eqs.* [*postea*: effectus]). OV. Pont. 3, 5, 58 si fato nitor prohibente reverti, spem sine -u ... tolle mihi. 3, 9, 40 vix audior ulli, verbaque -u ... carent. SEN. epist. 100, 11 *in scriptis philosophi cuiusdam* ad -um omnia tendunt, ad bonam mentem; non quaeritur plausus. 124, 1 omnia ad aliquem -um redigis et ... offenderis, ubi ... nihil agitur. AMBROSIAST. in Eph. 3, 8 humilitatem -um habere. PELAG. in I Cor. 14, 19 p. 209, 6 malo perpauca ... ad -um loqui quam multa, quae nulli proficiant (in Tit. 1, 10 p. 528, 8 ['vaniloqui'] ad nullum -um [perf- *cod. B*] loquentes). PAVL. PELL. euch. 6 *deus* effectum scriptis tribuens votisque -um. *al.* **b** *indicatur quid prosit* (*fere per gen., sed adi. l. 60, praepos.* in *l. 57*): COLVM. 2, 4, 7 ratio rustici adgravatur exiguo -u operis, *si ager induratus aratur.* QVINT. inst. 12, 6, 4 quantumlibet secreta studia *oratoris* contulerint, est tamen proprius quidam fori -s. VET. LAT. Sirach 11, 17 datio dei permanet iustis et -s illius successus habebunt in aeternum (*gr. εὐδοκία* [*sed εὐοδία versum esse vidit Herkenne*]). AMBR. myst. 4, 20 quid est ... aqua *baptismatis* sine cruce Christi nisi elementum commune sine ullo sacramenti -u? (aff-, eff- *var. ll.*). HEGES. 5, 4, 2 ne cresceret audacia Iudaeis eventu fraudis et doli -u. SALV. epist. 9, 3 *in libris* -s magis quaeritur lectionis quam nomen auctoris (*cf.* 9, 4 si -s est in lectione). ALC. AVIT. epist. 73 ut caritas, cuius -um tanto studio adseritis, ... cunctis proficiat ad exemplum. CHRYSOST. hom. V 899B magnus -s est lacrimarum, ut plorando servus propitiet dominum *eqs.* VITA Caes. Arel. 1, 18 dominicis -bus respondere. *al.*

2 *respiciuntur medicamenta, curatio sim.* (*cf. p. 1677, 50*): CELS. 3, 1, 6 non statim condemnetur, si quid non statim profuit ..., quia -s tempore expletur. 7 prooem. 2 quamvis *medicamentis adhibitis* -s evidentior est, tamen sanitatem ... sine his reddi saepe manifestum est ...; at in ea *medicinae* parte, quae manu curat, evidens *est* omnem -um ... hinc ... plurimum trahere. COLVM. 6, 7, 1 *in bubus* ventris ... dolor sedatur visu ... anatis ...; eadem anas maiore -u mulos ... conspectu suo sanat. SCRIB. LARG. praef. 11 percipiebamus in dies ex usu -us eius *partis medicinae* (*cf. 12* utilitatem *medicamentorum*). 134 *medicamentum* datur ..., donec -s intellegatur. PLIN. nat. 34, 170 cinis ... usti *plumbi facit* ad ... ulcera ..., eademque, quae chartis, *est* ratio -us (prov- *var. l.*). PALLAD. 3, 28, 1 cuius *vitis* iste -s est, ut vinum eius ... proficiat contra morsus omnium bestiarum. PLIN. med. 1, 26, 8 (*cf.* MARCELL. med. 17, 32) prima potione -s sentitur, deinde incredibili saltu explicatur curatio. HEGES. 1, 45, 9 p. 124, 16 Asphaltius lacus plerisque medicabilis sine ullo -u aegrum *Herodem* tenebat. 4, 17 p. 268,

[Stayskal – v. L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut -s *fontis* redundantior sit, ubi usus minor (*syn.* fructus; *cf. gr. 4, 466 χορηγία*). Ps. Mvsa herb. Vett. l. 29 *si* -us herbae Vettonicae noscerentur (*cf. l. 11* effectus). *al.*

II *in iure et vita publica, sc. respiciuntur fere professiones, quae apud magistratum, ducem sim. vel ante testes vel ad acta fiunt* (*in ecclesia v. supra p. 1717, 50. 1718, 53 sqq.*): **A** *-etur, qui quaelibet indicat, declarat* (*saepius absolute*): **1** *possessiones, bona, pecora, servos sim.* (*selecta post* Qvint.): Ivs Ivr. milit. Gell. 16, 4, 2 uti tu ad ... consulem ... proferes aut -bere in triduo proximo, quidquid ... sustuleris ... dolo malo. Lex agr. (cil i² 585) 53 id ... quom -bitur (*loco lacunoso, ut ibid.* 56. 57). 90 ⟨a⟩grum. Cic. Verr. II 3, 38 edixerat, ut aratores iugera sationum suarum -rentur (112. *cf.* 39 iugerum numerum [53]. *sim. al. ibid.*). leg. agr. 2, 59 ut, quicumque de provincia decesserit, apud ... decemviros quantum habeat praedae ... -atur. Att. 13, 33, 1 *misi,* qui -retur; ... -ssus est Philotimus libertus (*si huc spectat; cf. p. 1688, 56 sq.*). *al.* Lex Iul. munic. (cil i² 593) 1 quem h(ac) l(ege) ad co(n)s(ulem) -rei oportebit, sei is, quom eum -rei oportebit, Romae non erit *eqs. et saepius in eadem lege.* Varro rust. 2, 1, 16 greges ... longe abiguntur ... aestivatum, atque ad publicanum ⌞-entur⌟, ne ... lege censoria committant (⌞ ⌟ *sc. pastores; vix passive*). Liv. 4, 12, 10 frumentum (*cf.* Edict. leg. pr. pr. [Année Épigr. 1925 n. 126] II 13 [*ca. a. 93*] *coloni* -antur apud IIviros ..., quantum quisque ... frumenti habeat *eqs.*). 30, 38, 1. Qvint. decl. 341 them. non -ssus est (*sc. rem apud portitores declarandam, ut*: 341, 1 rem non -ssam. *al.* Marcian. dig. 39, 4, 16, 6 -eri volentes. *ibid.* 12). Tab. aliment. Vel. (cil xi 1147) 1, **1** *quidam* per ... libertum suum -ssi sunt fundum *quendam.* 6, 60 coloni Lucenses publice ... -ssi sunt saltus praediaque. *et saepe in hac tabula.* Vlp. reg. 1, 8 qui lustrali censu ... inter cives Romanos censum -bantur (Vet. Lat. Luc. 2, 1 *et* 2, 3 *et* 2, 5 [cod. 14], *v. p. 1720, 52*). *al.* *servos, colonos sim., quos quis possidet* (*aliter l. 27*): Vlp. dig. 50, 15, 4, 8 si quis inquilinum vel colonum non fuerit -ssus. Marcian. dig. 39, 4, 16, 3 mancipia. Cod. Iust. 7, 16, 39 (*a. 294*) liberos velut servos -entes statum eorum mutare non posse constat. Cod. Theod. 13, 4, 4 servos ... barbaros. **2** *tributum, pecuniam debitam vel creditam* (*adiecimus multas dictas l. 12 sq., damna facta l. 14*): Cic. Verr. II 3, 129 tantum *Apronium* decumanum -ssum esse ... sibi deberi, quantum *eqs.* Liv. 35, 7, 3 (*nisi ad B1a*) ut qui ... socii civibus Romanis credidissent pecunias, -rentur (*an post* cred. *interpungendum?*). Sen. benef. 6, 19, 5 si quis patriae meae pecuniam credat, ... hoc aes alienum *non* -bor aut candidatus aut reus (Cvrt. 10, 2, 9. *cf.* Schol. Cic. Bob. p. 169, 22 *Milonem consulatum petentem* longe minus quam haberet aeris alieni esse -ssum. *sim. al. ibid.*). Lex Malac. (cil ii 1964) 5, 3 multas ..., quas aediles dixisse se aput IIviros ... -ssi erunt (*sim.* Lex Irnit. VII C 12). Tac. ann. 2, 26, 1 quantum quis damni -ssus erat, *exsolvit Caesar.* Isid. nat. 6, 7 dicta ... aera, ex quo omnis orbis aes reddere -ssus est rei publicae. **3** *filios sibi natos*: Pap. Corp. 148, 20 (*a. 62*) qui ... liberos ... natos sibi -ssi sunt (Hist. Avg. Aur. 9, 7). 161 (*a. 138*) *non* potuisse se -eri. 162 (*a. 145*) lex ... Papia Poppaea ⟨spu⟩rio⟨s⟩ spuriasve in albo pr⟨ofiteri ve⟩tat. Scaev. dig. 22, 3, 29, 1 mulier ... filium enixa ... ut spurium in actis -ssa est (Chart. lat. ant. III 214, 5 [*a. 195/6*]. Hist. Avg. Gord. 4, 8). Apvl. apol. 89, 2 natam sibi filiam. **4** *varia*: CIL I² 2123, 10 quei quaestum spurcum -ssi essent (*sim. -etur quis quaestum*: Svet. Tib. 35, 2 feminae famosae ... lenocinium -eri coeperant. *vix addas p. 1716, 59. 1721, 29*). Liv. 8, 18, 4. 39, 18, 8 si quis ... duceret ... sine ... piaculo se id *sacrum, i. Bacchanalia, non* omittere posse, apud praetorem urbanum -retur (*nisi ad B1a*). Lex met. Vipasc. I 7, 1 qui ... ⟨scau⟩rias argentarias ... lavare volet, ... ⟨quos ad id⟩ faciendum servos ... mittent, in triduo ... -antur. Qvint. decl. 252, 14 si incerta populi iudicia, non -ssae palam sententiae essent. Plin. epist. 10, 4, 2 *pecuniam mater* conferre se filio codicillis ad *Nervam* ... scriptis -ssa fuerat. Papin. dig. 2, 14, 40 pr. tale pactum '-or te non teneri' non in personam dirigitur. Optat. 7, 1 p. 164, 17 Iudaeos apud Pontium Pilatum -ssuros, ut dicerent: '...' (*Matth. 27, 25*). Cod. Theod. 13, 10, 8, 1 (= Iust. 10, 25, 1) si cuiusquam *tabularii* fraude ambitu ... cuiuspiam -retur immunitas (*utrobique* provideretur *coni. Krueger*). Pap. Tjäder 10–11 II 13 (*a. 489; verba notarii*) paginam regiae largitatis ... a me scriptam agnosco ...; his actis -or (*in sim. formula ibid.* 31 III 5 [*a. 504*]. 14–15 III 6 [*a. 572*]). 30, 45 (*a. 539*) *venditores* -entur nullam se in posterum ... adversu⟨s eun⟩dem conparatorem ... moturi causam (*in sim. formula ibid.* 36, 13 [*a. 575/591*]. *al.*). *al.*

B *-etur, qui nomen dat, se offert*: **1** *quilibet*: **a** *absolute*: Cic. Verr. II 3, 120 recita ..., quot *aratores* anno tertio -antur. Arch. 7 (*sec. verba legis*) si sexaginta diebus apud praetorem essent -ssi (*sc. ad civitatem accipiendam, ut: ibid. iterum.* 9 an non est -ssus *Archias*? immo vero iis tabulis -ssus, quae *eqs.*). Liv. 26, 48, 5 sq. *Scipio* militum ... virtutem conlaudavit ...; -retur, qui se dignum eo duceret dono (*i. corona murali*); duo -ssi sunt. CIL VI 33976ᵈ (*ca. a. 94*) *puer quidam* tertio certaminis lustro inter Graecos poetas ... -ssus (*item in certamine*: Svet. Nero 21, 1 nomen suum in albo -entium citharoedorum iussit ascribi. *cf.* S. C. de sumpt. lud. glad. [cil ii 6278] 62 is ... qui aput tribunum plebei ... sponte ad dimicandum -bitur). Vet. Lat. Luc. 2, 1 (cod. 11. *al.*) exiit edictum a Caesare Augusto, ut -retur universus orbis terrae (*gr. ἀπογράφεσθαι,* cod. 14 ut censum -rentur [*sim.* cod. 26; *v. p. 1719, 74*], *Vulg.* ut describeretur. *de eadem re* 2, 3 *et* 2, 5 [cod. 11. *al.* = Vvlg.; *gr. et* cod. 14 *fere ut supra*]). *al.* **b** nomen -eri (*cf. l. 66*): Liv. 2, 24, 7 nexi -eri extemplo nomina (*ad militandum*). 43, 3, 3 n. sua apud *praetorem* (Cod. Theod. 9, 34, 7). **c** se -eri: Tert. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 11 (*antea*: se ... apostolum est -ssus *Paulus*) plane -eri potest semetipsum quis, verum professio eius alterius auctoritate conficitur; ... nemo sibi et professor et testis est.

2 *candidatus munus publicum petens* (*cf. Levick, Athenaeum 59, 1981, 378 sqq.*): Cic. leg. agr. 2, 24 *Rullus candidatum* praesentem ... -eri iubet (*sim. absolute*: Planc. 14. Sall. Catil. 18, 3 intra legitumos dies. Sen. contr. 7, 7, 13 *imperium petens* profes⟨sus⟩ sum. Vell. 2, 92, 3. 4. Tac. ann. 1, 81, 2 apud se [*sc. imperatorem*]. *ibid. iterum*). Phil. 11, 11 qui consulatum ... se petere -etur (Liv. 7, 22, 7 censuram. 26, 18, 7 *imperium.* Ascon. tog. cand. p. 69, 10 consulatum). Liv. 26, 18, 5 ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina -rentur (28, 43, 11 nomen). Svet. Aug. 4, 1 -eri se candidatum consulatus (con- *var. l.*).

C *-etur, qui indicium sim. defert, testimonium dicit*: **1** *exempla varia*: Bell. Alex. 55, 3 *Salvianus* -etur indicium coniuratorumque numerum auget (*al., v. vol. VII 1, 1146, 53 sqq.*). Liv. 26, 27, 6 consul ... edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, -retur, *ei* praemium fore. Qvint. decl. 322, 11 parricidium, *sc. a se commissum,* -ssus est in contione. Svet. Dom. 8, 4 *cuidam praetorio stupratori* de semet -sso exilium indulsit. Mavric. dig. 2, 13, 3 se deferre -ssus est *delator* (Pavl. dig. 48, 2, 3 pr.). Cod. Theod. 9, 42, 24 pr. *homo* -ssis testatisque sceleribus involutus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* Cod. Iust. 2, 55, 5, 4 si aliquod ... vel -ssum est vel attestatum). Conc.^{S} II 3, 1 p. 114, 25 sub fide monumentorum ea, quae ... audierint, -eri (*gr. II 1, 1 p. 133, 5 καταθέσθαι, cf. II 2, 1 p. 9, 36* prosequantur). *al.* **2** *absolute vel obi. supplendo*: Edict. imp. Traian. dig. 49, 14, 16 quicumque -ssus fuerit (*cf. Vlp. ibid.* deferre se). Pavl. dig. 48, 2, 3, 2 subscribere debet is, qui dat libellos, se -ssum esse. Conc.^{S} II 3, 1 p. 149, 16 in quibus *actis* -ssus est ... Iohannes presbyter (*gr. II 1, 1 p. 163, 31 κατέθετο*). *al.*

CAPVT ALTERVM: *minus vigente vi declarandi, ostendendi -etur, qui artem, scientiam sim. vel vitam cuiusdam generis palam exercet, agit* (*aliter p. 1718, 5 sqq.*): **I** *respiciuntur artes liberales* (*docendae e. g. l. 15. 17. 23*): **A** *cum obi. acc.*: **1** *rei*: Cic. de orat. 1, 10 huic studio litterarum, quod -entur *grammatici* (Plin. paneg. 47, 3 studia humanitatis. Avg. civ. 8, 10 p. 334, 27 philosophos vel ⌞studium sapientiae⌟ vel ipsam sapientiam -eri [⌞ ⌟ *item* 19, 1 p. 346, 30]). Sen. benef. 2, 29, 1 sapientiam (dial. 2, 1, 1. *al.*). epist. 95, 23 liberalia -ssi ... desertis angulis praesident. Qvint. inst. 2, 1, 6 grammaticen (Hist. Avg. Pert. 1, 4). Tac. hist. 4, 40, 3 Demetrio Cynicam sectam -sso (*de eodem ann. 16, 34, 1* Cynicae institutionis doctori). *al.* **2** *personae*: Ivst. 21, 5, 8 ludi magistrum -ssus pueros ... docebat *Dionysius exul.* Macr. Sat. 1, 2, 15 Servius inter grammaticos doctorem recens -ssus.

B *absolute vel obi. supplendo*: Qvint. inst. 1, 5, 7 intra haec, quae -entium commentariolis vulgata sunt. Plin. epist. 2, 18, 3 cum omnes, qui -entur, audiero. 4, 11, 1. *al.* Svet. gramm. 9, 2 *Orbilius* -ssus diu in patria (*postea*: docuit *Romae*).

II *respiciuntur varia exercenda* (*docenda e. g. l. 27. 37. 49; saepe quaestus causa, v. e. g. l. 29. 40*): **A** *cum obi. acc.*: **1** *rei*: Cic. orat. 145 ius -entur etiam qui nesciunt ([*postea*: docere]. Ov. ars 3, 531. *cf. l. 38. 50*). Ov. am. 2, 18, 19 artes ... -emur Amoris (Macr. Sat. 1, 7, 1 medendi artem). fast. 4, 866 multa -ssarum, *sc. puellarum vulgarium,* quaestibus apta Venus (*sunt qui* multa *cum* Venus *coniungant et locum sive ad B sive ad p. 1720, 22 referant, sed v. vol. VIII 1611, 15*). Liv. 39, 8, 4 qui aperta religione, propalam et quaestum et disciplinam -endo, animos errore imbueret. Vitr. 10 praef. 2 architecturam (*cf. l. 48*). Cels. 1 prooem. 13 qui rationalem medicinam -entur (Svet. Iul. 42, 1 omnis ... m. Romae -ssos et liberalium artium doctores. *cf. l. 28*). Sen. dial. 1, 5, 3 praecisos et -ssos impudicitiam (*cf. p. 430, 80*). 12, 10, 8 *Apicius* scientiam popinae -ssus (Colvm. 11, 1, 10 reverentiam vel discendi vel -endi ... s., *sc. agriculturam.* Pompon. dig. 1, 2, 2, 35 iuris civilis. *al.*). epist. 83, 11 ab homine diligentiam -sso ... et verba examinante (*nisi ad p. 1718, 5*). Ivvenc. 2, 349 publica ... qui vectigalia ... -ssi rapiunt ... praedam (*Matth. 9, 10* publicani). Mart. Cap. 9, 893 *virgines* antistitia[m] -ssae divum. Cod. Theod. 8, 4, 30, 1 (= 12, 1, 188) causidicinam in ... urbano ... iudicio (*cf. l. 58 et* Cod. Iust. 2, 7, 9 [*a. 442*] causarum patrocinium). *al.* **2** *personae*: Ivv. 6, 365[1] *quidam* -ssus ⌞obscenum⌟ (*nisi ad p. 1716, 4 sqq.; vix recte neutr. intellegitur vol. IX 2, 161, 21*). Avg. civ. 3, 17 p. 125, 16 *Aesculapius* archiatrum, non obstetricem -batur. *al.*

B *cetera exempla* (*sc. absolute vel obi. supplendo*): Vitr. 6 praef. 7 qui -entur, *sc. architecturam.* Pompon. dig. 1, 2, 2, 35 ante Tiberium Coruncanium publice -ssum neminem traditur (*postea*: discere volentibus se praestabant. *respiciuntur ius -entes, ut: ibid.* 38 [*bis*]. Apvl. Plat. 2, 9 p. 233 artem sophisticam professionemque iuris ... turpes -entibus). Call. dig. 50, 6, 6, 7 si ... quis ad munera municipalia vocatus sit, ... antequam publice -retur (*sc. professio est causa immunitatis, ut*: Pavl. dig. 50, 5, 9 pr. [*bis*]). Vlp. coll. Mos. 15, 2, 2 ut ... -rentur et publice se praeberent *mathematici* (Hist. Avg. Alex. 27, 5 ut ... m. publice proposuerint Romae ac sint -ssi [ut docerent *addunt codd., del. Lessing*]). Serv. auct. Aen. 5, 176 ipse, qui non -ssus erat (*sc. artem navis gubernandae; var. l.* profusus *praefert ed. Harvard.*). Novell. Valent. 32, 7 -ssurus (*sc. causidicinam*). Cassiod. inst. praef. 1 ut ... -ssos doctores scholae ... acciperent christianae.

appendix structurarum indicantium: **1** *quid declaretur, ostendatur, promittatur sim.* (*saepe usurpatur absolute vel obi. supplendo, v. imprimis p. 1716, 73. 1717, 60. 1720, 40*): **a** *per obi. acc.*: **α** *solum, quod significat rem passim* (*nota* nomen -eri, *sc. suum, p. 1717, 63. 1720, 54. 66, aliter p. 1718, 15), animantem quemlibet extraneum p. 1717, 20 sqq. 51. 1720, 16. al., quem quis agere velit* (*cf. praedic. sub β*) *l. 18. 43. p. 1716, 4. 1719, 11. al., reflexive p. 1720, 57.* **β** *accedente praedic. (cum adv.* tamquam Frg. Vat. 273 [*a. 315*], velut *p. 1720, 3,* ut *p. 1720, 19): in structura refl. forma* -or me amicum *p. 1716, 13. 1719, 18 sq. 1720, 67. al., ceterum p. 1716, 27 sqq. (in struct. pass.*: Hil. trin. 9, 16 quatenus ... -endus bonus esset *Christus. accedit gerund. praedic. finem indicans p. 1716, 72); per brachylogiam omittitur obi. p. 1716, 32.*

b *per struct. verbalem*: **α** *acc. c. inf. (praecedit pron. vel adv. praepar. p. 1716, 57. 1719, 14): c. acc. pron. refl. p. 1716, 35. 1718, 17. 1719, 9. al., c. acc. quolibet e. g. p. 1716, 47. 1718, 19. 1720, 6; per brachylogiam omittitur acc. p. 1717, 33. 1718, 31. 43.* **β** *inf. nudum p. 1716, 59. 1718, 52 (fortasse addas p. 1718, 70).* **γ** *orat. rectam* (*cf. p. 1717, 1*): Cic. Phil. 2, 118 *v. p. 1716, 66.* Apvl. apol. 56, 9 ceteris ... clarissima voce -or: si qui *eqs. al.* **δ** *enunt. secund.: interrog. p. 1716, 69 sq. 1719, 60. 1720, 71 et* Cvrt. 7, 7, 24 Colvm. 5, 5, 6 Plin. nat. 30, 18. *al.* *quodlibet*: Vlp. dig. 36, 1, 9, 2 -eri eum *heredem* oportet, quod non putat sibi expedire hereditatem adire (Hil. *p. 1717, 29* [*iuxta obi.*]. Vvlg. deut. 26, 3 Alc. Avit. c. Ar. 7 p. 4, 21. *al.; cf. anacoluthon p. 1718, 31*). Clavd. Don. Aen. praef. p. 6, 10 id ..., ut (*v. p. 1718, 50; aliter p. 1720, 32. 1721, 56*). Ambr. fid. 4, 12, 158 fateor ..., immo -or, quia *eqs.* (Svlp. Sev. dial. 2, 8, 1. *al.*). Conc.^{S} II 3, 1 p. 151, 14 *clericos quosdam* -eri, ne quid dubitant super his (*gr. II 1, 1 p. 165, 12 καταθέσθαι μή τι ἀμφιβάλλουσιν*). II 3, 2 p. 26, 23 -or, quoniam *eqs.* (*gr. II 1, 2 p. 14, 30 κατατίθημι ... ὅτι*).

c *per praepos.*: de (*iuxta acc. pron. vel adi. neutr. e. g.* Cic. Verr. II 3, 141 Tusc. 5, 120 Hil. trin. 4, 11. 8, 35, *iuxta alias struct. e. g. l. 22. p. 1716, 66*): Cic. ac. 2, 73 *v. p. 1716, 67.* Svet. Cal. 12, 3 de cogitato ... parricidio. Dom. 8, 4 de semet. Hil. trin. 6, 22 dum de eo *Filio* testatur Pater, dum de se ipse -etur. *al.* super: Ivl. Val. 1, 9 s. futuro.

d *per adv.*: Svet. Claud. 1, 5 ut *Augustus Drusum* coheredem ... instituerit, sicut quondam in senatu -ssus est (Pallad. c. Ambr. fol. 336^{r}, 54 sicuti. Avg. nupt. et concup. 2, 33, 56 p. 314, 12). Tert. adv. Marc. 4, 6 p. 432, 12 ut -ssi sumus (Hil. trin. 9, 33 Ps. Sen. epist. Paul. 10). Pallad. c. Ambr. fol. 339^{v}, 67 *Christum* filium de genitore suo ita -ssum (*seq. lacuna; periitne or. recta?*). Svlp. Sev. Mart. 26, 2 vere.

2 *cui vel apud quem quis -atur* (*adv.* palam, publice *sim. v. p. 1715, 29 sqq.*): **a** *per dat. personae: v. p. 1718, 1 sq., ceterum*: Cic. fam. 12, 24, 2 me principem senatui populoque Romano -ssus sum. ad Q. fr. 2, 13, 2. Avien. Arat. 1330 sibimet (*v. p. 1719, 39*). **b** *per praepos.*: ad: Ivs Ivr. milit. *v. p. 1719, 55.* Lex Iul. munic. (CIL I^{2} 593) 1 co(n)s(ulem) (4. 5. *et al. ibid.*). *al. sim. in hac lege.* Varro rust. 2, 1, 16 publicanum. Liv. 8, 18, 4 aedilem curulem. Pavl. dig. 48, 13, 11, 6 aerarium. apud (*cf. l. 46*): Cic. Arch. 7 (*sec. verba legis*) praetorem (Liv. 39, 18, 8 Pavl. dig. 48, 2, 3 pr.). leg. agr. 2, 59 decemviros (*ibid. iterum*). fin. 2, 77 populum. Nep. Them. 7, 4 Cvrt. 7, 7, 24. *et saepius.* *alias*: Cic. fin. 2, 77 in omni coetu concilioque (Qvint. decl. 322, 11 contione). Tert. Scap. 4, 3 inter advocatos et assessores. Vvlg. deut. 26, 3 coram domino deo (Conc. Araus. a. 441 p. 93 tit. 27 episcopo. Lex Visig. 8, 2, 1 p. 319, 21 testibus). Max. Tavr. 29, 3 ante deum.

3 *quibus scriptis vel dictis quis -atur*: **a** *per abl. instr.*: Cic. Arch. 9 tabulis (*cf.* Novell. Valent. 31, 5 gestis municipalibus. Pap. Tjäder 10–11 II 13 actis [*a. 489; cf. l. 44. 47*]). Tusc. 5, 30 clarissima voce (Ps. Cypr. laud. mart. 8 repetita saepius v. Ambr. in Luc. 2, 65 v. caelesti. Hier. epist. 57, 5, 2 non solum fateor, sed libera v. -or). Vitr. 3 praef. 1 Pythiae responsis. *et saepius.* **b** *per praepos.*: in *c. abl.*: Vitr. 4, 1, 4 in responsis (*cf. l. 43*). Pap. Corp. 162 (*a. 145*) in albo (*cf.* in actis: Scaev. dig. 22, 3, 29, 1 Conc.^{S} II 3, 1 p. 149, 16; in gestis: Conc.^{S} II 3, 1 p. 169, 10). Tert. pudic. 2 p. 223, 20 in oratione. *al.* apud: Frg. Vat. 268 (*Vlp.?*) a. acta (Cod. Iust. 7, 16, 24 [*a. 293*]).

part. praes. profitēns *pro subst. masc. de professore p. 1721, 22. 51.*

part. perf. ✻**professus,** -a, -um *pro adi. vel subst. vergens in vim q. e. manifestus, certus, verus sim.*: **1** *de animantibus, qui statum suum -ssi sunt, v. supra adi. p. 1717, 7. 1718, 72, fem. pro subst. p. 1719, 1.* **2** *de rebus, sc. vi pass. de eo quod professione prolatum, aperte dictum vel ostentum est*: **a** *adi.* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 1716, 1*): Phaedr. 4, 7, 8 *utinam non* ad -ae mortis audacem viam fabricasset Argus ... ratem (Rvfin. hist. 4, 8, 5 semet ipsum statutae ac -ae morti ... offerre). Sen. epist. 67, 7 quaedam vota aperta et -a sunt, ... quaedam latent. Stat. silv. 1, 2, 25 dies aderat ..., quo Stellae Violentillaeque -us clamaretur hymen (*alii ad p. 1715, 46 referunt*). Ps. Qvint. decl. 3, 12 non hic -us (*Obrecht,* -fusus *trad.*) est furor, non manifesta dementia est? Paneg. 4, 2, 9 gestorum ingentium -a laudatio. Hil. in psalm. 118 sin 1 p. 535, 22 piae conscientiae constantiam ferre impietas -a non potuit (trin. 4, 38 l. 18. *al.*). Avell. 2, 123 in causa sacrae fidei ac -ae veritatis (Victor. pasch. p. 22, 15 -ae v. ... gentilium litteras). Petr. Chrys. serm. 14, 2 paupertas. Salv. gub. 8, 9 -a ... illic, *i. in Africa,* iugiter plurimorum paganitas fuit. Cassiod. var. 8, 20, 2 -ae malitiae virum. Iord. Get. 44 *Amazonas* feminas bellatrices Orosius ... -a voce testatur. *al.* **b** *neutr. pro subst.: in locut.* ex -o (de -o Apvl.), *i. q. ex confesso (v. vol. IV 233, 13), aperte* (*cf. p. 1723, 3; pendet e verbis praeter l. 71*): Val. Max. 4, 1, 8 *Ti. Gracchus* cum ex -o inimicitias cum ... Scipionibus gereret (*cf.* Ivlian. epit. in psalm. 59, 10^{b} inimicitias exercebant). 8, 5, 2 opprimere. Sen. epist. 14, 8. 49, 5 *lyrici* ex -o lasciviunt. 88, 20 hae viles ex -o artes, quae manu constant. 100, 9 Qvint. inst. 11, 1, 33. Svet. Tit. 9, 3 paene ex -o. Apvl. apol. 2, 3 eam *calumniam magiae* solum sibi delegit ad accusandum; ac ne id quidem de -o audet. Amm. 29, 3, 9 ⌞ex -o⌟ quaesisse ... in vitia principis (⌞ ⌟ *coni. Lindenbrog,* perfesso *cod. V*). *? pro obi.: v. p. 1693, 65.*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. ?**professē.** *i. q. palam, aperte*: FLOR. epit. 4, 1, 7 ut *Catilina* ... se ... ⌞palam ac -e⌟ incendium suum restincturum ruina minaretur (⌞ ⌟ palam professo *var. l.*, ex professo *Graevius*).

deriv.: ?professa, professio, professivus, professor, 2. professus (-ūs). *compos.*: improfessus. *cf. Onom.* *Delhey.*

[prōflāgito *v. p. 1725, 49.***]**

prōflagro, -āre. *a* pro *et* flagrare. *i. q. flagrando prosternere (vel procumbere), nisi vi praeverbii evanida i. q. flagrare*: Ps. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 1 cum cuncta mortalium ardore subito ⌞-antium⌟ incenderentur ..., Phaethon ... e curru praecipitatus est *a Iove* (⌞ ⌟ *nisi cum ed. Veneta a. 1486 scribas* -antia, *e contextu subaudias potius 'equorum', quam iungas cum* mortalium).

prōflāmen, -inis *m.* *a iunctura* pro flamine (*v. p. 1429, 37 sq.*), *cf. e. g.* proconsul. *i. qui pro flamine est* (*cf. Act. Arv. a. 87 [CIL VI 2065] II 27* qui vice flaminis fungebatur): ACT. ARV. a. 120 (CIL VI 2080) 39 per L. Iulium Catum -em (*item acc.* -em: a. 183 [CIL VI 2099] II 26). a. 155 (CIL VI 2086) I 52 ⟨Claudius Mod⟩estus ⟨p⟩roflamen. *exempla inter compos. et iuncturam ambigua: abl.* -e ACT. ARV. a. 155 (CIL VI 2086) I 45. a. 183 (CIL VI 2099) III 4; *compendium* proflam *ibid.* Aur. (CIL VI 2095) 5.

prōflammo, -ātum, -āre. *a* pro *et* flammare. *i. q. inflammare* (*vi praeverbii non perspicua*): MARCELL. chron. II p. 97, 510, 1 simulacrum aeneum ... incendio -tum est conbustumque amisit brachium.

prōflātus, *abl.* -ū *m.* *a* proflare. [*perperam in edd. vet.* COLVM. 5, 9, 7 *pro* perflatu.] *i. q. actio proflandi*: STAT. Theb. 10, 320 *ebrius quidam dormiens astantes* -u terrebat equos (*sive halitu foetido sive stertendi sonitu; cf. p. 1727, l. 16*).

[prōflāvo *v. p. 1726, 55.***]** *Bk.*

prōflīgātio, -ōnis *f.* *a* profligare. GLOSS. vicissitudo. adflictio. II 232, 38 *ἀπαίτησις*: exactio, -o. GLOSS.⌞ I Ansil. PR 2050 sq. celeratio. intortio.

1 *i. q. actio profligandi, sc.*: **a** *prodigendi, dissipandi*: AVSON. app. A 6 Od. 2 (446 S.), 2 Telemachus ... de contumelia domus et bonorum -e conquestus. OROS. hist. 7, 29, 12 multa Romanorum virium -o *in bello* (*cf. Eutr. 10, 12, 1* ingentes ... vires ea dimicatione consumptae sunt). **b** *exigendi, comparandi* (*cf. l. 39*): COD. Theod. 6, 30, 10 si quis iudicum palatino ... -em debitorum putaverit esse mandandam. LEX Visig. 5, 2, 4 de ... rebus ... donatione vel -e conquisitis. **c** *tollendi, componendi*: NOVELL. Theod. 26 pr. *hanc* summam ... -e contentionis ... ab huiusmodi exactionis inquietudine liberamus (summae ... -e contenti omnes *var. l., ut ad b pertineat*).

2 *i. q. status profligati, sc. tribulatio, periculum sim.* (*vigente imagine*): ENNOD. epist. (carm. 2, 107) p. 594, 6 facies meum pudorem in statione esse, si relegas (*sc. versus meos*), in -e maxima, si transcribas (*cf. epist. 1, 4, 3 p. 8, 7 sq.* sufficit pudorem meum in statione constitui: alios iactent incerta ventorum).

prōflīgātor, -ōris *m.* *a* profligare. *i. qui profligat, sc. eo quod: prodigit, dissipat*: TAC. ann. 16, 18, 1 *Petronius* habebatur ... non ganeo et -r, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. *perdit, opprimit*: ENNOD. dict. 18, 5 p. 477, 2 (*ad tyrannum*) arcem iustitiae -r intrasti (*antea*: usurpator imperii).

1. ✻**prōflīgo,** -āvī, -ātum, -āre. [*item ac* af-, confligere *al. a* fligere *formatum; comparari possunt et alia verba in* -are *desinentia, praesertim compos., quae communi radice occurrunt iuxta* -ēre *vel* -ire *nec tamen facile sensu distingui possunt, velut* e-ducare / ducere, oc-cupare / capere; *v. Leumann, Gramm. 1977, 549. Fo.*] NOT. Tir. 68, 51 -at. *syllabam* pro- *longam testatur* GELL. 2, 17, 5. *de notione* (*cf. e. g. p. 1724, 36. 46 sqq.*): CHAR. gramm. p. 474, 3 (*inter verba act. primi ordinis*) -o *καταβέβληµαι* (problico *cod.*). GLOSS. -are: celerius consummare aut perficere vel coadunare. -at: providet (-at: ⟨perficit. procurat:⟩ providet *Nettleship, sed cf. e. g.* GLOSS.⌞ I Ansil. PR 2040 -are: providere. *spectatne ad IIB?*). -vit: erogavit. II 232, 41 *ἀπαιτῶ βιαίως*: flagito, efflagito, -o. 343, 7 *καταπονῶ*: -o, fatigo, adflicto, confligo, conficio. 401, 57 *πεπωρωµένος*: -tus. GLOSS.⌞ I Ansil. PR 2034 sqq. (cod. Paris.) -ant: sternunt (strenuunt *cod.*). c(a)edunt. obtruncant. *eqs.* II Abav. PR 180 prostravit: -vit, extricavit. V Abba PRO 98 -vit: perdidit, consummavit. *al.* *in versibus legitur singulis locis apud* PLAVT., AVSON., PAVL. NOL. (*cf.* PVBLIL. *p. 1726, 40*), *bis apud* SIL.; *in orat. soluta inde a* CORNELIA, CIC., *frequentatur ab* OROS. (*vicies*). [*confunditur cum* profugare NEP. Epam. 9, 2 IVST. 23, 3, 8 (*cf. p. 1726, 44*); *locis dub.*: LACT. inst. 6, 23, 8 (*var. l., v. vol. VI 1, 843, 74*). SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 29 (*suppl.*).]

I *usu originario dicitur de eo qui (quod) affligendo facit, ut quis (quid) procidat; -are significat igitur fere i. q. (fligendo) prosternere, conficere, opprimere sim.* (*incorporaliter, sed haud raro sublucente vi locali, v. e. g. p. 1724, 12. 30. 35*): **A** *-antur homines eorumque coetus*: **1** *vi militari*: PLAVT. Mil. 230 (*in imag.; antea*: circumduce exercitum, coge in obsidium perduellis *eqs.*) confidentiast nos inimicos -are posse. CIC. Rab. Post. 42 exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium -are (SEN. epist. 71, 9 optimates et prima a. Pompeianarum partium ... uno proelio -buntur. *cf. l. 39*). Phil. 14, 37 (*in S. C.*) cum ... C. Caesar ... copias ... hostium, quae ad castra accesserant, -arit, occiderit (BELL. Alex. 76, 1). fam. 11, 18, 2 quis erat, qui quicquam timeret -to illo *Antonio,* te, *Brute,* liberato? (*cf. 3* abiectus et fractus; *de eodem, nisi subaudias* bellum: BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4 quisquam ... timet -tum? *item -antur duces*: NEP. Hann. 4, 2 utrosque *consules* -vit [confl- *cod. unus*]. SVET. Iul. 35, 2. OROS. hist. 5, 6, 3 bellum ... adeo grave ..., ut, non dicam praetores Romanos, quos penitus -vit, sed consules quoque terruerit. *cf. l. 3*). CAES. Gall. 2, 23, 3 -tis Viromanduis ... ex loco superiore (*cf. 1* ex l. s. in flumen conpulerunt). 7, 13, 2. civ. 2, 32, 12 classem hostium primo impetu ([*ad rem cf. 2, 23, 3 sqq.*]. OROS. hist. 4, 1, 1). SALL. Iug. 101, 8 -tis iis, quos advorsum ierat *Sulla* (*cf.* TAC. ann. 12, 14, 2 -tis obv⟨er⟩sis). NEP. Milt. 5, 5 decemplicem numerum hostium. Dat. 2, 1 hostes ... -ti sunt (6, 8 proditores perculit et h. -vit. LIV. 8, 8, 9 CVRT. 4, 15, 19. TAC. hist. 3, 22, 1 h. ... -are ac proruere). Epam. 9, 2 *Boeotii* repugnantis *Lacedaemonios* -arunt (-fug- *var. l.*). Eum. 4, 3 equitibus -tis. LIV. 7, 15, 6 -to dextro cornu. 33, 9, 6 *dux* ratus partem *hostium* -tam cetera tracturam. R. GEST. div. Aug. 30 ⟨D⟩a⟨cor⟩u⟨m⟩ ... exercitus meis a⟨u⟩sp⟨icis ⌞vict⟩us -tusque ⟨es⟩t⌟ ([⌞ ⌟ *gr. κατεκόπη*]. ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 80, 13 [*aet. Aug.?*]. OROS. hist. 4, 20, 38. 5, 4, 13 e. paene omni -to. 7, 25, 7). SIL. 15, 722 -tum ... ⌞sagittae⌟ lancea deturbat Morinum et iam iamque cadentem (⌞ ⌟ *dat. auct., nisi abl. instr. conicias*). TAC. ann. 3, 46, 2. *al.* **2** *qualibet oppressione, damno sim.*: CORNELIA epist. frg. 1 *inimicis parce* potius, quam res publica -etur atque pereat (2 [*postea*: miscenda atque perturbanda]. CIC. de orat. 3, 3 cum suis consiliis r. p. -asset *consul.* OROS. hist. 5, 19, 9). LACT. inst. 5, 4, 1 ut omnes *adversarios Christianorum* ... uno semel inpetu -rem (*sc. hoc opere scribendo; cf. 2* perverterem). mort. pers. 1, 2 -ta nuper ecclesia rursum exurgit (OROS. hist. 7, 21, 5 ad -andas e. edicta Decii). OROS. hist. 1, 8, 13 *ut Aegyptii Israhelitas* laboribus adfecerint, internecionibus -arint. BOETH. cons. 1, 4, 12 cum ... indicta coemptio *frumentaria* -tura inopiā Campaniam provinciam videretur. **3** *affectione corporis vel animi* (*hucine p. 1725, 43?*): CIC. Catil. 2, 2 *Catilinam* maerore esse adflictum et -tum (*postea*: iacet ille nunc prostratus *eqs.; cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 281, 5 -tus: subversus [*item* GLOSS.]). CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 123 ipsum *Antonium* offendunt temulento sopore -tum (*cf.* SIL. 11, 398 mero somnoque virorum -anda acies *est,* quam non perfregerit ensis). FRONTIN. strat. 2, 1, 4 hostem, quem praedicta -verant incommoda (*sc. inedia defatigatioque; cf.* 2, 2, 8 ut ... exercitus hostium ... labore itineris -retur). OROS. hist. 2, 11, 6 *audita clade sociorum* consternatos -tosque *Persas.*

B *-antur res, quae -ando infirmantur vel (ex parte) tolluntur, eo quod*: **1** *perduntur, consumuntur* (*contemnuntur* LACT. *sub a*). *hunc usum approbat* GELL. 15, 5 *vituperans illum, quem sub 2b et IIA1 illustravimus, v. imprimis* 15, 5, 1 sq. verbi, quod est '-o', significatio versa et corrupta est; (2) nam cum ab adfligendo et ad perniciem interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit semperque eo verbo, qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut '-are' dicerent 'prodigere' et 'deperdere' '-tas'que res quasi 'proflictas' et 'perditas' appellarent, nunc audio aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta adfectaque sunt, 'in -to' esse dici ipsaque esse iam '-ta' (*affert* SVLP. APOLL. *p. 1725, 23; sim.* NON. p. 160, 23 sqq., *sed affert* CIC. *p. 1725, 19*).

a *-antur varia* (*cf. p. 1725, 26 sqq.*): CIC. S. Rosc. 38 vitam *rei* vitiis ... omnibus deditam, ... omnia ad perniciem -ta atque perdita *esse.* NEP. Pel. 2, 3 numquam tam ab tenui initio tantae opes sunt -tae (*postea*: percussa; perculsa). Ps. QVINT. decl. 12, 24 in quo *patrocinio* spes omnis -tae causae consistat (fligatae *cod. unus a. corr.,* con- *p. corr.*). GELL. 19, 5, 4 valitudinem ... -are, *sc. bibendo aquam nivalem.* TERT. apol. 42, 7 *nos Christiani* tura plane non emimus; si Arabiae queruntur, sciant Sabaei plures et cariores suas merces Christianis sepeliendis -ari quam deis fumigandis (*nisi rectius ad IIA2b trahit Oehler, 1853, ad l.*). LACT. mort. pers. 16, 7 (*ad confessorem*) apparatus *tormentorum* ... fide stabili ... -asti. SYMM. rel. 35, 3 priusquam reliquum -et diurna *olei* praebitio. OROS. hist. 1, 21, 16 opibus *Spartanorum* inminutis et fide -ta. *al.* **b** *-atur pecunia, patrimonium sim., sc. prodigendo* (*saepius in imag.*): HIL. ad Const. 2, 7, 1 caelestis patrimonii iam paene -ta hereditate (praeligata, praelibata *var. ll.*). HIER. epist. 15, 1, 2 (*ad Damasum papam*) -to a subole mala patrimonio apud vos solos incorrupta patrum servatur hereditas (PAVL. NOL. epist. 24, 20 -tis ... p. [*sec. Matth. 13, 46 ut* 36, 1]. ENNOD. epist. 1, 6, 5 p. 14, 21). CASSIAN. inst. 12, 26 qui ... -tas *pecunias* ... reparare non possint ([*syn.* dispergere; abiecerant]. conl. 14, 17, 5 pecuniam domini ... -are). BOETH. cons. 3, 9, 19 qui ... solum posse (*i. nil nisi potentiam*) desiderat, -at opes (ENNOD. dict. 18, 3 p. 479, 11 [*ad aleatorem*] post -tas, quas parentes tui ... o. collegerant. *cf. l. 56*). *al.*

[Stayskal]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *deciduntur, decernuntur, componuntur*: **a** *vi et ferro* (*saepe ita, ut re in discrimen adducta maneant minora quaedam reliqua; plus valet e. g.* conficere *l. 7. 11,* consummare *l. 8*): bellum (*cf. l. 18. p. 1724, 7*): Cic. fam. 12, 30, 2 -to b. ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur. Liv. 9, 29, 1 -to fere Samnitium b. (*cf. 3* altero consule in Samnio reliquias belli persequente). 21, 40, 11 deos ipsos ... committere ac -are b., nos ... commissum ac -tum conficere (*item disting.* Flor. epit. 2, 15, 2. *cf.* Ampel. 46, 3 commisit, ... -verunt, ... consummaverunt). *al.* Tac. hist. 2, 4, 3 -verat b. Iudaicum Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliquã. *al.* *cetera exempla*: Cic. prov. 35 ab eodem *Caesare* illa omnia, a quo -ta sunt, confici (*postea*: belli rationem prope iam explicatam). Lent. Cic. fam. 12, 14, 2 res ... fortasse tota sublata esset; tamen magna ex parte -ta est (Ivst. 22, 8, 1). Liv. 10, 20, 14 proelium ... ⌊iam -tum⌋ (*om. codd. aliquot*) integratum est (28, 2, 11 Tac. ann. 14, 36, 2). 38, 25, 14 *equites* integri -tam pugnam acceperunt. Val. Max. 7, 5, 4 Achaici ... belli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro (*sc. Q. Caecilio Metello*) -ta est. Svet. Otho 9, 1 *Otho* sperans ... ante Vitelli adventum -ari ⌊plurimum⌋ posse (⌊ ⌋ *nisi subaudias* bellum). **b** *sententia iudicantis et quolibet modo*: Cic. Tusc. 5, 15 -ta iam haec et paene ad exitum adducta quaestio est (Sen. benef. 7, 14, 1 q. -ta est in prioribus; itaque breviter perstringetur. Conc. Carth. a. 411, 1, 10 l. 89). Cael. Cic. fam. 8, 9, 2 cum ... ne -tum quidem quicquam erat (*sc. in senatu de provinciis deliberante*). Liv. 3, 50, 10 -tam iam rem ... Romae esse. Svlp. Apoll. Gell. 15, 5, 4 *advocatus praetori: 'tua cognitione* omnia ... negotia ... -ta sunt; unum id solum relictum est, de quo rogo audias'; tum praetor satis ridicule (*sc. referens verba ad 1a*): 'an illa negotia ... -ta sint, equidem nescio; hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, sive id audiam sive non audiam, -tum est.' Arnob. nat. 7, 39 p. 393, 4 ludis dein [dein] terminatis -tisque curriculis. Rvfin. Clement. 1, 12, 1 his, quae debebantur, ex parte aliqua -tis – plurima enim ... neglexi. Favst. Aug. c. Faust. 29, 1 omnis nobis erit -ta contentio (Avg. *ibid.* 3 [*syn.* terminatur]).

II *usu novato* (*sed pace* Gellii *p. 1724, 45 non alieno a vi praeverbii communi*): **A** *c. obi. quod afficitur*: **1** *i. q. (fligendo) promovere, producere* (*vix huc p. 1724, 55*): **a** *-atur opus: structum vel quodlibet*: R. Gest. div. Aug. 20 forum Iulium et basilicam *Iuliam* ..., ⌊coepta -taque⌋ opera a patre meo, perfeci (⌊ ⌋ *cf. gr. προκαταβεβλημένα*). Gell. 15, 5, 2 aedificia et templa et alia ([*v. p. 1724, 51*]. Non. p. 160, 24 aut aedificium aut aliquod utile inceptum). *scriptum*: Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 618, 19 quanto (*sc. magis*; quando *edd. vet.*) opusculum -atur, breviter iam retractanda sunt, quae rursus occurrunt. **b** *-atur aetas et qui aetate provectus est*: Sen. dial. 8, 2, 2 aliquis emeritis stipendiis, -tae aetatis (*opp.* a prima aetate). Vet. Lat. II Macc. 4, 40 (rec. L, *sim.* X, M) tyranno aetate pariter et dementia -to (*nisi ad IA3, sed cf. gr. προβεβηκότος, rec. V* provecto, *B* progresso).

2 *i. q. (fligendo) foras agere, exigere, excutere sim.*: **a** *tributa, vectigalia, debita sim.*: Cod. Iust. 4, 62, 4 (*a. 333/6*) si ... probatum fuerit ultra vetustam consuetudinem ... aliquid eos *conductores* -asse. Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 180, 16 alius *deus* alia tributa -at; itaque Marti aper caeditur *eqs.* (-flagitat, -fligit *var. ll., v. Pritchard, Class. Med. 46, 1995, 268. 279*). Cod. Theod. 1, 10, 2 ⟨p⟩alatini ... ad -andos (-endos *cod.*) largitionales titulos iudicibus ordinariis semper adsistant. 8, 8, 9 ad quamcumque necessitatem -andam (*postea*: exactum). 11, 22, 4 pensitationis -andae ... sollemnitas (*antea*: exactionis consuetae more). Novell. Theod. 25, 2 aurum ex huiusmodi titulo -tum (*antea*: pensionem ... in rationes publicas conferre). Pap. Tjäder 1, 5 (*a. 445/6*) ⟨pensione m⟩assae Fadilianae, quam ille *tribunus* minime -vit (*cf. ibid.* 19 ⟨quam⟩ *partem* -veras. *21* exactum). Cod. Iust. 12, 19, 12, 1 (*a. 491/518*) nec ... quicquam ab his exigere seu -are. 7, 54, 3, 2 usuras ... -ari (*postea*: colligi). *al.* *c. obi. duplici, sc. praeter obi. rei accedit obi. personae, a qua petitur* (*sec.* exigere, poscere *sim.*): Cod. Iust. 11, 62, 14, 2 (*a. 491*) ut illi *possessores fundorum* ..., si ... adempti canonis beneficium iugiter possederunt, nec canonem ... possint penitus -ari. **b** *varia* (*hucine iam* Tert. *p. 1724, 61? cf. p. 1726, 10*): Hesych. in lev. 2, 1 p. 805^{B} haec (*sc. elemosinae aliaque*) ... nobis possunt de caelo dei scientiam -are. 6, 24 p. 856^{B} per ea, per quae sibi unusquisque remissionem peccatorum -at, per ieiunium *eqs.* 12, 1 p. 922^{B} -are sanctimoniam. Lex Visig. 3, 2, 8 ipsa *mulier* quoque de donatis et -tis rebus faciendi, quod voluerit, libertatem habebit. Evgipp. Sev. 29, 1 vestes ... pauperibus profuturas, quas Noricorum religiosa collatio -verat.

B *c. obi. quod efficitur fere i. q. (promovendo, exigendo) perpetrare, comparare sim.*: **1** *acc. pron. vel adi. neutr., quo indicatur, quantum proficiatur*: Sen. dial. 7, 1, 1 in ipso itinere (*sc. ad vitam beatam*) ... quantum cotidie -etur (Ivst. 20, 4, 13 in iuventute ... q. -tum sit *a Pythagora vitia insectante*). epist. 71, 36 perseveremus *in proficiendo*: plus, quam -vimus, restat. Frontin. strat. 2, 3, 20 cum -ari nihil videret, cedere instituit *dux*. Rvfin. hist. 10, 13 p. 979, 5 *haeretici* saepe cum Alexandro *episcopo* congressi ... nec tamen aliquid -antes (Orig. in psalm. 38 hom. 2, 6 amplius a.). **2** *acc. subst.*: Frontin. strat. 2, 3, 2 *Philippus rex* turbata ... *hostium* acie victoriam -vit (Pavl. Nol. carm. 22, 133). Flor. epit. 2, 15, 12 -to urbis *Carthaginis* excidio *per Hostilium consulem* (*postea*: res publica finem belli reposcebat *a Scipione; cf. p. 1725, 2*). Rvfin. Orig. in Rom. 4, 9 l. 135 omnia, quae ad bonum continentiae pertinent, -ando. Ennod. opusc. 3, 179 p. 377, 22 -tis principum iussionibus. 9, 9 p. 418, 13 ne *apes coitum nescientes* ... expectent, ut prolem suam turgida alvus effundat, ⌊quam⌋ herbarum lucro diligentius possunt ore -are quam semine (⌊ ⌋ *sc. prolem ['alvum' vix recte Hartel in indice editionis]; simul spectare vid. ad A2b, cf. enim e. g. Ambr. hex. 5, 21, 67* e foliis atque herbis ore suo prolem legentes). Epist. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 147, 29 adversarii studio -tam ... absentiam *episcopi a synodo*. Cassiod. hist. 2, 5, 8 *imp. Constantinus* dogmatum ⌊studens -are⌋ concordiam (⌊ ⌋ *Theodoret. 1, 7, 13 πραγματευόμενος*). Greg. M. epist. 1, 76 l. 7 (*ad episcopum quendam*) quatenus tuis dispositionibus eius *ecclesiae* possit utilitas -ari. 3, 5 l. 15 ne ... pauperibus ... ex huius itineris -entur longinquitate dispendia. *al.*

p. p. p. **prōflīgātus,** -a, -um *pro adi.* (*pro subst. l. 34. 40. 45*). *superl.* -issimus *apud* Cic. *et* Svet., *compar. deest.* Synon. Cic. p. 423, 21 *v. vol. X 1, 1275, 68.* Gloss. perditus. Gloss.^{L} I Ansil. pr 2053 sqq. (cod. Paris.) -us: ⌊profectus. pr(a)eceptus.⌋ pravus. devius. perversus (⌊ ⌋ *spectantne ad verbum?*).

1 *vi originaria fere i. q. perditus* (*quod saepe pro syn. est*): **a** *respiciuntur mores improbi, pravi sim.* (*masc. pro subst.* Svet.): Cic. Verr. I 8 usque eo senatoria iudicia perdita -aque esse ..., ut *eqs.* (*ad l. cf.* Ps. Ascon. *vol. X 1, 1276, 47 sqq.* Schol. Cic. Gron. B p. 331, 19 violata, addicta). II 3, 65 (*ad Verrem*) tu omnium mortalium -issime ac perditissime. Rab. perd. 23 nemo est ... inventus tam -us, tam perditus, tam ab omni ... honestate ... relictus, qui *eqs.* Arch. 14 *se obicere* in hos -orum hominum cotidianos (Sest. 89 -issimo h. [*sc. Clodio; opp.* praestantissimus vir]. har. resp. 46 perditi h. -ique [*syn.* impurissimi ... h., *opp.* clarum h. atque optime ... meritum]. Phil. 3, 1 -o ac perdito). Sest. 73 illum amentissimum et -issimum hostem pudoris, *sc. Clodium* (*de eodem cf. l. 30 supra*). Svet. Tib. 35, 2 ex iuventute ... -issimus quisque. Amm. 26, 9, 5 *ne* -o morem gererent nebuloni destituendo iam et casuro. Ennod. dict. 17, 6 p. 475, 4 reor perire monita, quae -is ⌊moribus⌋ exhibentur (⌊ ⌋ *res pro persona; sim.* opusc. 2, 121 p. 324, 18 fluxis et -is mentibus). **b** *respicitur status desperatus, infelix sim. (vi verbali non penitus evanida): de hominibus* (*masc. pro subst.* Pvblil.): Cic. Verr. II 3, 127 cum ... perditis -isque sociis vectigalia ... sint deminuta. Pvblil. sent. A 44 (*si recte restit.*) auxilium -is contumelia est. Ennod. opusc. 2, 57 p. 305, 12 (*in imag. ad episcopos*) ut perditi et -i gregis ulceribus medicorum exercitus subveniret. *de rebus*: Sen. benef. 6, 25, 4 *ut* rebus lassis -isque succurrat *dux*. Ennod. opusc. 2, 131 p. 327, 19 -a (-fug- *var. l.*) est operum sine *christiana* fide innocentia.

2 *vi novata, neutr. pro subst. de statu paene absoluto*: Gell. 15, 5, 2 in -o (*v. p. 1724, 52*).

deriv.: profligatio, profligator.

2. prōflīgo, -xī, -ctum, (-ere). *a* pro *et* fligere. Gloss. -it: collegit (*de notione cf. p. 1725, 45 sqq.*). -xit: prostravit. -ta: forslaegęn (*anglosax.*). [*vix recte traditur pro* -fligare *in cod. unico* Cod. Theod. 1, 10, 2, *in var. l.* Hist. Avg. Heliog. 9, 1. Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 180, 16 (*v. p. 1725, 49*). Cod. Iust. 10, 16, 11 (*a. 401*). *al.*] *fictum ad explicandum verbum q. e. profligare*: Gell. 15, 5, 2 *v. p. 1724, 50.* *Stayskal.*

prōflo (prŏ- *l. 56*), -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* flare. Gloss. II 293, 50 *ἐκφυσῶ*: efflo, proflavo (*sic cod. saec. VII, -o var. l.; de forma stirpis praes. retrograde a perf. facta v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 129*). prŏ- *positione produci docet* Serg. gramm. IV 478, 28 *afferens* Verg. *p. 1727, 2.*

I *fere i. q. flando proferre, efflare* (*unde vel qua via -etur, indicatur per abl.* ore *l. 64,* pectore *l. 66. p. 1727, 3. al.* [*cf. p. 1727, 5*], membris *p. 1727, 17, per praepos.* per *p. 1727, 8*): **A** *transitive* (*-ant fere animantes; Leo sidus l. 64; fluvius p. 1727, 8. 11*): **1** *strictius respicitur exhalatio per os vel nares facta; pro obi. est*: **a** *quod emittitur vel emittendo efficitur, ostenditur*: **α** *calor, flammae sim.* (*fere animo hostili*): Q. Cic. carm. frg. 6 Leo -at ... ore calores. Ov. fast. 1, 573 *Cacus* flammas ore ... vomit, quas quotiens -at, spirare Typhoea credas (Val. Fl. 7, 571 taurus ... immani -vit turbine f.). Val. Fl. 6, 435 flammiferos ... tauros ... Tartaream -antes pectore noctem (*i. fere flammas mortiferas*). **β** *varia*: Plin. nat. 8, 9 iras -are *elephans traditur.* Stat. Theb. 2, 77 *ebrii* anhelum -bant ... deum (*i. Bacchum, sc. vinum; sed* Schol. somnum [*cf. b infra*]). Apvl. met. 8, 14, 2 *Charite* ⌊-vit⌋ animam virilem *moriens* ([⌊ ⌋ *si recte restituit Pricaeus*; perflavit *al. trad., cf. vol. X 1, 1395, 50 sqq.*]. Avson. 13, 68 [65 S.], 2 -tam ... a. [pro flatu *var. l.*]). Cypr. Gall. Ios. 145 (*ad 6, 8*) *sacerdotes* terrificos sonitus septem -are tubarum. Sev. Malac. euang. 9, 290 (*spectat ad Matth. 21, 46*) *sacerdotum livor* cladem -are minatus opprimitur populi motu[m], mentemque resorbens occulto cremat igne.

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *somnus* (*sc. ratione parum dilucida; fort. qui -ando vel peragitur vel ostenditur. cf. l. 16*): somnum -are (*cf. p. 1726, 69*): VERG. Aen. 9, 326 toto -bat pectore s. *Rhamnes* (SERV. auct. periphrasis est, ne ... stertentem diceret. CLAVD. DON. efflans somnum. *fortasse huc pertinet* GLOSS. V 325, 23 -bat: dormiens). CYPR. GALL. iud. 669 cum ... -rent tenuem ... pectora s. MART. CAP. 8, 804 (*antea*: stertens). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 330 gravem ... -bat pectore s. bestia. CORIPP. Ioh. 2, 473 somnos ... amaros. soporem -are: SIDON. carm. 5, 27 *Thybris* -bat madidum per guttura glauca s.

2 *laxius respicitur quilibet modus emittendi: homo -at sanguinem*: STAT. Theb. 11, 266 *Menoecea* sanguineos -antem pectore rivos. *fluvius -at vapores sim.*: FRONTIN. strat. 2, 2, 7 Volturnum amnem ... ingentis auras mane -are.

B *intransitive -ant spirantes: venti*: APVL. mund. 12 p. 315 excursores venti habentur, qui directo spiritu pro⟨flant⟩ (*restituit Salmasius; cf. gr. 394b35 διεκπνέουσι*). VEN. FORT. carm. 3, 26, 11 quatitur pelagus, quotiens -verit eurus. *dormientes*: CORIPP. Ioh. 7, 19 defessis -bant corpora membris (*cf. l. 1 sqq.*).

II *i. q. efflando afficere, tractare*: **A** *metalla, quae igne liquefiunt* (*sc. admotis follibus*): PLIN. nat. 34, 97 *aeris* massa -atur in primis, mox in ˌ-tumˌ additur tertia portio aeris collectanei (ˌ ˌ *p. p. p. neutr. pro subst., ut ibid.* centenis *pondo* -ti). ?**B** *nares, quae flando distenduntur*: APVL. met. 7, 13, 3 porrectis auribus -tisque naribus rudivi fortiter (*nisi conicias e. g.* inflatisque).

deriv.: proflatus (-ūs).

?**prōfluctus** (-ūs) *v. l. 33.* **prōfluēns, prōfluenter** *v.* profluo.

prōfluentia, -ae *f.* *a* profluere, profluens. *i. q. abundantia* (*sc. sermonis*): CIC. part. 81 (*enumerantur* vitia, quae virtutem videntur imitari) imitatur ... hanc oratoriam vim inanis quaedam -a loquendi.

[prōfluentum, -ī *n. in lexicis olim afferebatur e supplemento Obseq. saec. XVI a Lycosthene conscripto.]*

?**prōfluidus** *v. p. 1731, 42.*

⋇**prōfluo,** -xī, -xum (*non nisi p. 1730, 13*; -fluctus *fortasse l. 33*), -ere. *a* pro *et* fluere. NOT. Tir. 73, 88 sqq. -it. -xit. -fluctus (*nisi est subst. a* profluere *derivatum; similiter iuxta praes. et perf. act. afferuntur antea* fluctus, ef-, con-, defluctus). GLOSS. -it: *προρρέει.* multum fluit. *legitur in poesi singulis locis apud* NAEV., PLAVTVM, ENN., LVCR. *al., saepius in oratione soluta inde a* RHET. Her., *frequentant e. g.* VITR., CELS. [*confunditur in codd. maxime c.* perfluere COLVM. 6, 14, 2 SIL. 14, 65 CASSIOD. Ios. antiq. 1, 38. *al.* (*var. l. dub.* TIB. 1, 10, 68; *e coni. dub.* PETRON. 23, 5), *ceterum e. g. cum* defluere IVST. 15, 4, 17 (*falsa var. l.* HIER. Didym. spir. 56, 245); *falsa var. l.* ACC. trag. 394; *falso trad.* PAVL. NOL. carm. 21, 716 *Abella* Nolanam -it urbem flumine *aquae ductus* (proluit *Wiman, Eranos 32, 1934, 125*).]

I *pro subi. sunt fluentia sim., notione intrans. i. q. fluendo procedere* (*unde quid -at, indicatur saepe per praepos.* ex, de, ab [*v. maxime A 1, B 1a et b*], *raro per abl., e. g. l. 56. p. 1729, 2 [?]. 22, per adv. e. g. p. 1728, 13, cf. dat. eius, cui profluvium contingit e. g. l. 52. p. 1729, 25. 38; quo quid -at, indicatur per praepos. p. 1728, 34. 37. 57 et al., per adv. p. 1728, 39*): **A** *proprie, sc. plene vigente vi locali*: **1** *potius cum respectu effluendi, prodeundi*: **a** *-unt res liquidae sim.*: **α** *corporis umores, excrementa vel sim.*: Ⓘ *quaelibet*: PLAVT. Asin. 796 *simulare,* quasi gravedo -at. CELS. 2, 7, 16 eidem *mulieri gravidae* si lac ex mammis -it. 2, 8, 20 pus ea parte, *i. fistula urinae,* -xit (6, 18, 2ᴰ. 6, 18, 2ᶠ si pus et multum et cum malo odore coepit -ere. *al. apud eundem*). 2, 8, 31 *si* nigra alvus -xit. 4, 5, 1 tenuis per has *nares* pituita -it (6, 13, 1 donec p. satis -at. *al.* COLVM. 6, 7, 4 *si* lacrimae ... oculis et p. naribus -ent [nari *codd. potiores*]. 6, 8, 1). 4, 27, 1ᴰ add. l. 42 *urina* ex ea *vesica* ... modo tenuis -it modo ... crassa (4, 27, 2 sine dolore. 7, 26, 1ᶜ). *al.* CENS. 5, 2 ex medullis -ere semen (Ps. APVL. herb. 104 l. 2 ad s. nimium -entem [*nisi ad IIB*]). IVST. 15, 4, 17 *leo* sudorem ... -entem lingua ei *dormienti* ... detersit (CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 173, 8 ex simulacro). CHIRON 203 ad profluvium Atticum per nares -entem. *al.* Ⓘⓘ *sanguis sim.*: ENN. scaen. 163 neque sanguis ullo potis est pacto -ens consistere (CELS. 2, 10, 18. *al.* [*cf.* 7, 12, 1ᶜ plus sanguinis]. COLVM. 6, 14, 2. *al.* PLIN. nat. 8, 49. 28, 265 si s. -at iumentis. *al.* QVINT. inst. 5, 9, 9 e naribus. TAC. ann. 15, 70, 1 SVET. Dom. 16, 2. APVL. apol. 40, 4 de vulnere. SER. med. 638 menstruus. *al.*). CELS. 6, 7, 3ᴮ sanies (6, 18, 2ᴮ. 7, 29, 6 RVFIN. hist. mon. 15, 2, 6). Ps. QVINT. decl. 1, 12 ex omni vulnere cruor -it et effunditur (PASS. Macc. 6, 6). CHIRON 169 cuicunque sanguilentus humor per nares -et. DIDASC. apost. 62, 11 cum naturalia -unt uxoribus vestris (*cf. Const. apost. 6, 28, 8 φυσικῶν ... φαινομένων ταῖς γυναιξίν*). Ⓘⓘⓘ lacrimae (humor lacrimarum APRING. in apoc. 2, 5): VITR. 7, 13, 3 (*de ostro*) *e conchyliis* purpurea sanies, uti l. -ens, excussa. CELS. 6, 6, 1ᶜ diu l. cum pituita -it (*Hippocr. prorrhet. 2, 18 ἐπιχέεται*). 6, 6, 1ᴰ l. calida et multa. COLVM. 6, 7, 4. 6, 30, 5 CYPR. epist. 43, 4, 1. AVG. serm. 181, 6 de vena cordis. *al.*

β *aqua* (*fere quae e fontibus procedit, aliter e. g. l. 3. 5. 14; exempla selecta inde a* VITR.): CIC. nat. deor. 2, 141 in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribusque dominorum ea, quae -entia necessario taetri essent aliquid habitura. CAES. Gall. 4, 10, 1 Mosa -it ex monte Vosego. VITR. 1, 4, 12 *quaedam* paludes ... non habent exitus -entes neque per flumina neque per fossas. 8, 1, 1 *si* non -ent *fontes,* quaerenda sub terra sunt capita (8, 3, 1 f. dulcis aquae ... -unt incorrupto sapore. PLIN. nat. 31, 24. CYPR. Demetr. 3 f., qui exundantibus prius venis largiter -bat. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 46, 3 si f. -at caenulentus. *al.*). 8, 3, 1 fontes calidi, ex quibus -it aqua sapore optimo (COLVM. 12, 25, 2 ex fonte liquidissimo. PLIN. nat. 5, 53 *Astapus Aethiopum* lingua significat a. e tenebris -entem. 31, 26. VLP. dig. 39, 3, 1, 20 si ex continentibus -ens in meum agrum defluat. AVG. in euang. Ioh. 17, 9 petra, unde a. -xit. *al.*). MELA 2, 63 ex adverso litore ... -ens Hister amnis, *sc. in mare.* PLIN. nat. 3, 53 Tiberis ... e media fere longitudine Appennini finibus Arretinorum -it. 4, 4 amnis Acheron e lacu Thesprotiae Acherusia -ens. 4, 93 aestus semper e Ponto -ens. *al.*

γ *suci plantarum*: PLIN. nat. 14, 119 *vinum,* quod circumcisis vinaceis -erit (CASSIOD. in psalm. 55, 3 l. 64 non -it, nisi pedibus uva tundatur). 17, 154 hos ... in surculis nodos ... secare oportet ita, ne -at medulla. 19, 45 *laserpicii tubere* inciso -ere solitum sucum ceu lactis (*cf.* 22, 101 laser e silphio -ens). ARNOB. nat. 7, 27 p. 376, 20 *tus* viscum est ex corticibus -ens. AVG. epist. 102, 4.

δ *naptha*: PLIN. nat. 2, 235 *naptha* circa Babylonem ... -ens bituminis liquidi modo.

b *-unt varia (sc. fere modo liquidorum): ignis sim.*: LVCR. 5, 601 ex uno capite hic ut -at ardor *solis.* SIL. 14, 65 quamquam ... adsidue subnascens -at ignis *in Aetna* (per- *var. l.*). *spiritus sanctus*: CYPR. ad Donat. 5 -ens largiter spiritus nullis finibus premitur. CONC.ˢ I 2 p. 50, 3 spiritus ... veritatis nominatur, et est Christus veritas, et -it ab eo sicut ex deo et patre (*gr. I 1, 1 p. 39, 22 προχεῖται*). *capilli*: DIOSC. 2, 141 p. 231, 22 *cardamum* -entibus capillis occurrit (*gr. 2, 155, 2 ῥεούσας*).

2 *potius cum respectu porro fluendi* (*aliquos locos ad 1 transferre possis; opp.* refluit *l. 48*): **a** *-unt liquida, sc. fere flumina sim.*: CIC. div. 1, 100 si lacus *Albanus* emissus lapsu et cursu suo ad mare -isset (fluxisset *var. l.*). VERG. georg. 4, 25 seu stabit iners seu -et umor. PANEG. in Mess. 141 qua vel Nilus vel ... Choaspes -it. VITR. 8, 2, 8 cum omnia flumina *magna* ... a septentrione videantur -ere. 8, 3, 7 quae pars *fluminis* -it contra Etruriam. 8, 3, 8 alii *fontes* ... per pingues terrae venas -entes. 8, 3, 11 *Hypanis* a capite -it circiter milia XL sapore dulcissimo. 8, 4, 2 quo ... pervenerit aut -erit *aqua.* 9, 5, 3 *aqua ab Aquario fusa* -it inter Piscis austrini caput et caudam Ceti. MELA 1, 112 duobus alveis in lacum et in mare -ens, Coracanda (*nisi ad 1aβ*). PLIN. nat. 31, 28 *aqua cuiusdam fluminis Thessalici* -it ... brevi spatio. 31, 31 *medici aquas* stagnantes ... damnant, utiliores quae -unt existimantes. 33, 76 fossae, per quas -at *torrens.* LEX met. Vipasc. I 3 *aquam* in labrum tam mulieribus quam viris -entem recte praestare debeto *conductor balnei.* VLP. dig. 39, 3, 1, 22 si propter id opus sublatum vehementior aqua -at. AVSON. 27, 10 (408 S.), 14 *sex* horis pelagus -it aut refluit. AMBR. hex. 2, 2, 4 illae *aquae* -unt, illud *firmamentum* constringitur. OROS. hist. 1, 2, 28 *Nilus* diu ad occasum -ens. *al.* **b** *-unt varia: natantia*: PLIN. nat. 33, 76 *canalibus inductis* -ens terra in mare labitur. AMBR. hex. 5, 10, 29 dicas, si *pisces* ascendentes videas, reuma quoddam esse; ita proruunt ... violento impetu -entes (*Basil. p. 157ᴬ ῥέοντας*). *fama diffusa*: ARNOB. nat. 7, 26 p. 374, 22 ex quo *tempore* eius *turis* notitia -xit in has partes.

B *translate* (*haud raro vigente imagine; ceterum cf. l. 27*): **1** *vario respectu; praevalet notio*: **a** *originem ducendi*: **α** *-unt homines* (*eorum origo* CLAVD. DON.): CIC. Cael. 6 ab his fontibus -xi ad hominum famam (*nisi spectat ad c*). VITR. 9, 6, 2 qui ab ipsa natione Chaldaeorum -erunt. LACT. ira 9, 3 qui de schola Platonis tamquam rivuli diversas in partes -erunt, Stoici et Peripatetici (*cf.* AVG. c. acad. 3, 18, 40 *Carneades* ab ipsis ... Platonis fontibus -bat). CLAVD. DON. Aen. 7, 45 p. 12, 14 ab ipso *Saturno* per Picum et Faunum Latini origo -erat. AVG. in psalm. 70, serm. 1, 15 factum est genus humanum tamquam massa peccatorum, -ens de peccatoribus. **β** *-unt res variae, sc. incorporeae*: CIC. de orat. 3, 166 illud *genus translationis,* quod ex hoc genere (*sc. e verbis singulis*) -it, ... ex pluribus continuatis conectitur. VARRO ling. 8, 62 ab hoc ... fonte quae *verba* -ant, animadvertere est facile. TAC. dial. 31, 3 ex his fontibus *philosophiae* ... illa *artificia oratoris* -unt. GELL. 9, 5, 7 ut cunctae istae sententiae ... videantur ex sermonum eius *Platonis* fontibus -isse. APVL. Plat. 1, 14 p. 211 ex quo, *sc. e caelo metiendo,* ... uberrimus fons ille philosophiae -xit. 2, 1 p. 220. ARNOB. nat. 1, 7 unde sint haec mala vel ex quibus -ant fontibus principiisque. LACT. ira 10, 33 *Epicurus,* in quem vanitas omnis de Leucippi fonte -xit. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 79, 27 probabimus omnia metra ex his -ere fontibus (*sim.* 104, 23. *al.*). BOETH. arithm. 1, 2, 4 par atque impar, quae ... ex una ... genitura -unt. *al.*

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *foras, in apertum procedendi (fere largiter)*: MANIL. 4, 272 nec dest nec superest census; sic -it ⌊urnā⌋ *Aquari* (⌊ ⌋ *nisi nom., ut spectet ad IIA*). SVET. rhet. 25, 7 magno studio hominibus iniecto magna etiam professorum ... -xit copia. CYPR. unit. eccl. 5 -entes largiter rivos latius pandit *ecclesia.* HIL. coll. antiar. app. p. 181, 9 (*ad Constantium*) de fonte paternae pietatis tuae misericordia largiter -it. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 94, 11. AVG. in euang. Ioh. 15, 8 de latere *Christi* ... lancea percusso sacramenta ecclesiae -erunt. COD. Theod. 16, 5, 16 nullam ... iussionem e nostro sacrario -isse. HIL. AREL. vita Honorat. 21 l. 15 gratia dispensatores ... habebat, et fides (fide *var. l.*) sua, quasi communis quidam fons, et dantibus et accipientibus plurimis -bat. CASSIOD. in psalm. praef. l. 96 quam mirabilis ... ex ipsis *psalmis* -it suavitas ad canendum.

c *porro eundi (cf. p. 1728, 57)*: TAC. ann. 11, 26, 1 iam Messalina facilitate adulter⟨i⟩orum in fastidium versa ad incognitas libidines -bat. SOL. 12, 7 cum -isset puerilis audacia (prolusisset *var. l.*). LACT. inst. 2, 8, 3 ut ab eo *deo* bonum tamquam rivus oreretur longeque -ret. HEGES. 2, 12, 1 operibus *Iesu* ultra humanam possibilitatem -entibus. COD. Theod. 16, 5, 44 pestis cave contagione *haereticorum* latius emanet ac -at. *-it tempus, sc. praeteriens*: COD. Iust. 6, 23, 27 pr. si ... decennium -xit.

2 *respicitur orationis, metrorum sim. cursus vel effusio, sc. copiosa, volubilis, lenis (cf. l. 12): respicitur Nestor sec. Hom. A 249 μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή (cf. Otto, Sprichw. n. 1224)*: RHET. Her. 4, 33, 44 cuius ore sermo melle dulcior -bat (QVINT. inst. 12, 10, 64 ex ore). VALG. carm. frg. 2 *vox* dulcior ut numquam Pylio -erit ore. SEN. epist. 40, 2 oratio ... lenis et melle dulcior seni -it. PLIN. epist. 4, 3, 3 loquenti tibi illa Homerici senis mella -ere ... videntur. *cetera exempla*: CIC. de orat. 2, 64 genus orationis fusum atque tractum et cum levitate quadam aequabiliter -ens sine hac iudiciali asperitate ... persequendum est. SEN. epist. 40, 12 *v. p. 1685, 47.* LAVS Pis. 89 facilis Romano -it ore Graecia. DIOM. gramm. I 470, 9 anapaestus ... mollis et fluens atque in rythmi modum -ens. 474, 8 metrum ... clauditur, rythmus autem temporum ... congruentia infinitum multiplicatur ac -it. AVG. conf. 5, 13, 23 *utrum Ambrosii facundia* maior minorve -ret, quam praedicabatur. doctr. christ. 4, 41. serm. 267, 2 (*sec. act. 2, 13*) musto bulliente linguae gentium -bant.

II *pro subi. sunt, quae fluentia emittunt, umore plena sunt*: **A** *intransitive i. q. manare, madere (accedente abl. l. 38. 45. 48. 49. 51)*: **1** *liquore sim.*: **a** *-it pars corporis vel ipse homo*: NAEV. com. 18 cui cepe edundo oculus alter -it. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 5, 1 *vir* lacrimis -ens. MARCELL. med. 10, 40 naribus -entibus (*sc. sanguine*). 31, 29 haemorrhoidas nimium -entes. *de evacuatione alvi*: CELS. 2, 8, 32 si venter omnibus horis et cum sono et sine hoc -it (3, 6, 17. ORIBAS. syn. 5, 6, 3 Ab p. 53 [*gr. παρυῤῥαινομένης*]. 5, 28, 3 Ab p. 66 [*gr. ῥυῇ, La* currit]). 3, 6, 10 si vel ille *stomachus* languet vel haec *alvus* -it. 3, 6, 13 id ... videndum est ..., adstrictum corpus sit an -at (3, 6, 15). **b** *-it locus sim.*: VITR. 8, 3, 21 ⌊spelunca⌋ -ens aqua (⟨e⟩ sp. *Ruffel et Soubiran, ut referatur ad IA*). CYPR. epist. 74, 10, 2 si canalis aquam ducens, qui copiose prius et largiter -bat, subito deficiat. Ps. CYPR. adv. Iud. 7, 6 terram sanctam lacte et melle -entem (*spectat ad exod. 3, 8; cf. l. 55*).

2 *verbis*: CHAR. gramm. p. 407, 10 -ens oratione. AVG. anim. 2, 1, 1 hominem in sermone ... usque ad redundantiam -entem. EVGIPP. epist. ad Pasch. 3 illo, quo -is, orationis melle.

B *transitive i. q. profundere, abunde praebere* (*cf. vol. VI 1, 970, 53 sqq.; addere possis p. 1727, 59 et* OPT. PORF. carm. 19, 7 Helicon ... ⌊proluat⌋ undas [-at *L. Mueller*]): VET. LAT. num. 13, 28 (cod. 100, *cf.* Ambr. in psalm. 118 serm. 5, 18, 2) terra -ens lac et mel (*gr. ῥέουσαν, Vulg.* fluit; *cf. l. 48*). AMBR. in Luc. prol. 2. in psalm. 39, 6, 2 ut ... *Christus* exuberantis sapientiae pocula inaudita -ret. 40, 39, 3 illa ... quae per duodecim annos sanguinem -bat (*v. p. 1730, 57 sqq.*). 118 serm. 10, 47, 2 'aliena aqua' mentitur ... et contrarium naturae -it. spir. 3, 10, 61 gratiam -bat *Moyses.* CE 1562, 3 o deus altipotens, de caelis -e rorem.

part. praes. ⁂**prōfluēns,** -entis *pro adi. vel subst. superl.* -issimus *p. 1730, 8 sq.* GLOSS. -s: *ἐκκεχυμένος.*

i. q. abunde emanans, copiose fluens: **1** *de aqua*: **a** *subst. fem.*: RHET. Her. 1, 13, 23 ut *parricida* ... obligatus corio devehatur in -em (*de eadem re* CIC. inv. 2, 149). COLVM. 12, 52, 22 PLIN. nat. 16, 248. 17, 61. QVINT. inst. 3, 7, 5 *Romulus* abiectus in -em. SVET. Vit. 9 laurea ... in -em excidit. *al.* **b** *adi.*: CIC. nat. deor. 2, 20 -s amnis ... nullo modo, conclusa autem aqua facile conrumpitur. off. 1, 52 non prohibere aqua -e, pati ab igne ignem capere (ad Q. fr. 3, 1, 3. LIV. 1, 4, 3 *Romulum et Remum* in -em a. mitti. PAVL. FEST. p. 118. PLIN. nat. 22, 145 palustris lens per se nascens in a. non -i [fluenti *var. l.*]. TAC. ann. 15, 45, 3. *al.*). VITR. 8, 4, 1 si erunt -entes et aperti *fontes* (PAVL. MED. vita Ambr. 1 -is fontis rivos [-es *var. l.; opp.* aquam brevi vena stillantem]).

2 *de sermone vel eius qualitatibus* (*cf.* SYNON. Cic. p. 438, 5 prolixus. -s. praestans. abundans. *eqs.*): CIC. de orat. 2, 159 genus sermonis ... non liquidum, non fusum ac -s, sed exile, aridum, concisum. 3, 28 -s quiddam habuit Carbo (*cf.* TAC. ann. 4, 61 Haterii canorum illud et -s). 3, 185 rudis ... putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et -s. Brut. 220 expeditam ac -em ... celeritatem. TAC. dial. 2, 2 Secundo ... pressus et, in quantum satis erat, -s sermo non defuit. ann. 13, 3, 2 prompta ac -s ... eloquentia. SIDON. epist. 4, 3, 3 dictio *est* sic caesuratim succincta, quod -s. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 20.

3 *de variis rebus*: AVG. serm. 306, 6 in illa rerum ... -issima copia. ARNOB. IVN. in psalm. 104 l. 94 -issima largitate succurrit *Christus.*

adv. **prōfluenter,** *compar.* -ius. *i. q. copiose*: CIC. Tusc. 5, 53 *in virtute* omnia -r absolute prospere, igitur beate (*sc. se habebunt sim.*). GELL. 14, 1, 32 Favorinus ... latius ea et amoenius ... et -ius exsequebatur.

p. p. p. **prōfluxus,** -a, -um *vi act. pro adi.* (*cf.* 1. fluxus). [*falsa var. l.* CIC. Cael. 43 *p. 1744, 54.*] *fere i. q. profluens, profusus*: CHIRON 779 densa iuba et per dextram partem -a (*e Colum. p. 1745, 14*).

*deriv.: ?*profluctus (-ūs), profluentia, profluvium, *?*1. profluvius, profluus, profluxio, 2. profluxus (-ūs); *cf.* profluvies.

prōfluviēs, (-ēī) *f.* *a* profluere *intercedente confusione cum* proluvies. *i. q. profluvium*: GLOSS. -s: naturalium ⌊fines⌋ (fluores *Bücheler*). GLOSS.[L] I Ansil. PR 2066 -s: sordis effusio (*hinc corrigas* PE 720 †perfluvies: s. e.; *sed subesse vid.* proluvies, *cf. Serv. Aen. 3, 217*). *non agnoscunt edd.* PALLAD. vet. med. 7, 2 (-s *trad.*, prol- *Svennung; cf. falsam var. l. ibid. 7, 6*).

[prōfluvio, -ōnis *f. vix agnoscas l. 63.*]

⁂**prōfluvium,** -ī *n.* (-us *m. l. 25 sqq.*). *a* profluere. *scribitur* -flub- ORIBAS. syn. 9 add. Aa p. 353. *masc.* -us *certo cognoscitur* VET. LAT. Matth. 9, 21 (cod. 6) -us sanguinis (*de eadem re*: Luc. 8, 44 [cod. 5]. COLLECT. Arian. hom. 6, 2). CHIRON 156. 203 VEG. mulom. 1, 38, 4 Ps. THEOD. PRISC. add. p. 352, 3. *legitur in poesi non nisi* LVCR. 6, 1205 COMM. apol. 652, *in oratione soluta inde a* CELSO, CVRT.

i. q. actus vel status profluendi, fluxus (*saepe continuus, copiosus; de materie maxime l. 45. 48*): **1** *eorum, quae e corpore animantium profluunt* (*fere liquidorum, sed luminis p. 1731, 11; accedit praepos., quae indicat, unde vel qua via -um fiat, l. 39 sq. 44. 74 [cf. e. g. gen. l. 42. 44], qua causa l. 51; -a saepe* sisti *dicuntur l. 49. 51. 56. al., ceterum e. g.* inhiberi *l. 42. 44. al.,* cohiberi *p. 1731, 4.* PLIN. nat. 23, 69); *respicitur*: **a** *sanguis sim.* (*comprehenduntur fortasse hic illic sub β etiam alii fluores*): *α vario usu*: LVCR. 6, 1205 -um ... taetri sanguinis acre (CELS. 4, 11, 4 mediocre. *al.* CVRT. 9, 5, 24 COLVM. 6, 26, 3. PLIN. nat. 8, 96 *hippopotamus* venam ... vulnerat atque ita -o s. ... corpus exonerat. *al.*; per nares *sim.*: COLVM. 6, 33, 2 per n. PLIN. nat. 31, 121 e n. HIPPOCR. aer. 4 de n. [*gr. αἱμορροΐας*]). CELS. 5, 26, 21[C] si illa, *quae sanguinem supprimunt,* ... -o vincuntur. CVRT. 9, 5, 29 cum ... -um medicamentis ... inhiberent. PLIN. nat. 22, 32 -a narium (32, 124 MARCELL. med. 10, 52. *al.*). 27, 113 *polygoni* sucus ... cuiuslibet partis -um excreationesque cruentas inhibet. 30, 112 -a ex cerebro. *al.* Ps. AVG. serm. 50, 1 (*spectat ad Iob 2, 8*) saniei -um asperior testa radebat. *al.* *β de fluxu feminarum menstruo vel morbido* (*cf. p. 646, 21 sqq.*): PLIN. nat. 7, 61 -um genitale (*cf. l. 72*). 7, 64 nihil ... reperiatur mulierum -o magis monstrificum ([*simul de ipso sanguine, v. ibid.* gustato eo, *sc. -o*]. 21, 169 folia ... sistunt -a m. 36, 145. PLAC. med. 1, 4 rec. *α* ad -um m. *al., cf. l. 54 et* MARCELL. med. 10, 35 -o muliebri). 20, 44 porrum sectivum -a sanguinis *narium* sistit ..., item ex abortu -a poto suco. 24, 70 contra -a feminarum (27, 103. 34, 122. 153. *al.*). 26, 157 nimia ... -a sistit semen *mandragorae.* 28, 251 -a sanguinis ... sedare (VVLG. lev. 12, 7 *puerpera* mundabitur a -o s. sui. CAEL. AVR. gyn. frg. p. 147, 1 -um s. mulierum reumatismus est matricis. *al., e. g. vol. VI 3, 2491, 76*). 28, 255 -um quamvis immensum urinae caprae potu sisti. *et saepius.* CAES. AREL. serm. 44, 7 uxorem ... in -o positam. *al.* *respicitur mulier, quae Christi vestes tetigit*: VET. LAT. Matth. 9, 20 (cod. 6) mulier, quae sanguinis -um habebat annis XII (*gr. αἱμορροοῦσα, cod. 3* prae-, *cod. 4. al. et Vulg.* fluxum). Marc. 5, 25 (cod. 4. *al.* = VVLG.) erat in -o sanguinis (*gr. ἐν ῥύσει*). AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 37, 1 inveteratae passionis letale -um. AVG. serm. 62, 7 ut a -o sanguinis, id est carnalium voluptatum fluxu, sanemini. COMM. apol. 652 ⌊-o⌋ sanata est (⌊ ⌋ *abl., vix nom.*). *al.*

b *stercus*: CELS. 1 prooem. 56 si *corpus* -o laborat, continendum *est.* 3, 7, 2[D] -um alvi (COLVM. 9, 13, 2 *apes* -o alvi ... intereunt. PLIN. nat. 8, 28 inflationem ... et -um a. *elephantorum.* 11, 239 SVET. Aug. 97, 3 MARCELL. med. 27, 89). FRONTIN. strat. 3, 7, 6 -o ventris deficientes (EVTR. 7, 20, 2 *Vespasianus* -o v. extinctus est. MARCELL. med. 27, 87 ad -um et incontinentiam v. 27, 88 -um deiectionemque v. *al.*). FRONTO p. 84, 7 morsus ventris cum -o patior. AVR. Fronto p. 84, 18. CAEL. AVR. acut. 3, 19, 192 in diarrhoea ... ultimarum partium -um *esse.*

c *semen viri*: PLIN. nat. 20, 143 in -o genitali datur *ruta* (*cf. l. 47*). 22, 83 contra -a geniturae. VET. LAT. lev. 15, 2 (Hesych. *ad l.* p. 969[A]) viro si fuerit -um seminis ex corpore eius ([*gr. ῥύσις, Vulg.* fluxum]. RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 5 purificatio ... eorum, qui s. -um patiuntur. HESYCH. in

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lev. 15, 1 p. 969[D] *corruptor doctrinae* -um s. pati dicitur. 15, 4 p. 970[B]). CASSIAN. conl. 22, 3, 4 inpuri illius -i causa. *al.*

d *varia* (*cf. p. 1730, 36*): PLIN. nat. 22, 81 *herba* sistit -a alba feminarum. 28, 61 ad cohibenda urinae -a (MARCELL. med. 26, 123). CHIRON 156 a morbo venit humor multus ..., catarroicus, -us Atticus, suspiriosus, articularis (164 maleos *morbus,* quem quidam -um A. vocaverunt. 169. 203 ad -um A. per nares profluentem. VEG. mulom. 1, 38, 4. *al.*). 609. 650 iumento in articulis prioribus contingere solet genus suffusionis ad -um. AMBR. epist. 7, 51, 10 ut lacrimarum -o vestem infunderemus (*cf.* in psalm. 118 serm. 17, 31 fletus inrigui continuum quoddam ... -um). MACR. Sat. 7, 14, 13 oculorum domesticum -um (*antea*: lumen e pupula ... emicat). THEOD. PRISC. log. 28 salivarum frequenti -o.

2 *quorumlibet liquidorum*: **a** *proprie*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 2 aquam ... non vento agitatam, non -o defluentem (*Bulhart in schedis nostris,* pro f. *edd.,* in proclivo *Hier.*). AMBR. Hel. 17, 64 auditum mihi non poculi, sed -i genus, quo in ora hominum tamquam per fistulas ... vina funduntur. HEGES. 5, 1, 3 p. 294, 13 confuso ... omnium promisce sanguine et quasi -o decurrente ... stagnare templi recessus (*nisi est* pro fluvio).

b *transfertur ad incorporea* (*cf. p. 1730, 61 sq.*): α *exempla varia*: AMBR. epist. 4, 12, 10 'si quis sitit, veniat ad me et bibat' (*Ioh. 7, 37*), hoc est -um indeficientis meatus (*antea*: Zorobabel iugis redundantia. *item respicitur abundantia spiritalis*: parad. 1, 4 ligna *paradisi* ... quasi -o quodam torrentis spiritus inrigantur. in psalm. 35, 18, 6 -o redundantiae spiritalis. 35, 20, 1 torrens -i spiritalis). Iob 3, 6, 17 indiscrete veniunt ista, quae modo fluminis quodam saeculi -o volutantur. in Luc. 5, 82 -o voluptatum. Noe 9, 30 ebulliunt omnes fontes cupiditatum, ut totum corpus ... vitiorum -o mergatur (fluvio *var. l.*). 15, 53 -o carnis inlisa *anima.* HESYCH. in lev. 15, 1 p. 967[D] (*ad p. 1730, 74*) -um ... doctrinae. β *in veriloquio nominum hebr.* (*cf. l. 22*): Zabulon (*cf. Hier. nom. hebr. p. 12, 2* fluxus noctis): AMBR. epist. 4, 12, 10 (*antea l. 21*) -um quoque nocturnum legimus, quod est Z. 5, 19, 5. Iezabel (*cf. Hier. nom. hebr. p. 42, 11* fluxus vanus): AMBR. epist. 4, 12, 10 illud -um vanitatis (fug. saec. 6, 34 carnalis -um v. Nab. 9, 41). exhort. virg. 5, 30 I., vanum illud et saeculare -um (Nab. 9, 42).

?**1. prōfluvius,** -a, -um. *a* profluere (*si recte trad.*). CAECIL. com. 30 itane Antipho invenitur (inventus *codd. fere omnes,* ⟨est⟩ inventus *Bothe*) -a fide? itane est inmemoris, itanest madida memoria? (profluiuia *al. var. ll.,* profluia *Ribbeck* [*cf. Leumann, Gramm. 1977, 135 sq.*]). *coll. Plaut. Capt. 439* cave fidem fluxam geras *vox significare videtur i. q. fluctuans, instabilis* (*vi praeverbii parum perspicua. lectionem cod. unius a Ribbeck laudatam* profluidam *commendat Forssman per litteras ad notionem conferens* fluidus *vol. VI 1, 953, 55 sqq.; fortasse coniciendum esse* perfluida [*compos. a* per *et* fluidus] *monet idem*).

2. prōfluvius *v. p. 1730, 25.*

prōfluus, -a, -um. *a* profluere. *legitur inde a* SOL.; *saepius apud* AMBR. [*in falsa var. l.* OV. Pont. 2, 1, 39, *v. p. 1650, 22; olim falso edebatur* COLVM. 8, 17, 9, *v. p. 1748, 34, et* PLIN. nat. 19, 60, *v. p. 646, 32.*]

i. q. (copiose, abunde) profluens (unde vel qua via, indicatur per praepos. ex *l. 53,* inter *l. 57); de eis*: **1** *quae fluendo procedunt, abunde praebentur, copiosa sunt*: **a** *strictius, sc. vi locali vigente, de liquidis* (*in imagine e. g. l. 54. 58*): α *de aqua, mari, flumine sim.*: SOL. 18, 2 quod aestus e Ponto -us numquam reciprocetur (*cf. Plin. nat. 4, 93* profluens). AMBR. epist. 9, 63, 3 *lex naturalis* -o quodam naturae fonte in singulis exprimitur (epist. extra coll. 15, 7 petra f. -um scaturivit. HIL. AREL. vita Honorat. 24 l. 8 -o ... f. sapientiae. *al.*). HEGES. 2, 9, 1 p. 154, 23 Hister ... inter saevas ... -us gentes. PHILIPP. in Iob rec. long. 30 p. 711[C] (*ad 29, 19; verba Christi*) quibus ... ros gratiae ... erit me largiente -us. PAVL. PETRIC. visit. nepot. 6 -o ... amni (*cf. 4* largum flumen). ENNOD. carm. 2, 149, 3 -a ... flumina (VEN. FORT. carm. 11, 26, 5). *al.* β *de umoribus corporis*: AMBR. in psalm. 35, 1, 4 sanguis ... Christi ... -us ad lavandum omne peccatum (*cf. de sanguine martyrum*: HYMN. Ambros. 8, 23 F. cruore. PRVD. perist. 10, 843 venarum ... undam -am manantium). HEGES. 3, 12, 3 p. 205, 20 sudor. SIDON. epist. 4, 23, 1 lacrimas ... -as ubertimque manantes (GREG. TVR. Mart. 1, 12. *al.*).

b *laxius transfertur ad*: α *sermones, sc. copiosos, volubiles, vel eorum qualitates sim.*: AMBR. epist. 7, 36, 5 sint ... sermones tui -i, sint puri et dilucidi (VITA Hil. Arel. 17 l. 6). 7, 37, 1 ea, quae dictantur, impetu quodam proruunt et -o cursu feruntur. PS. MAX. TAVR. serm. 76 p. 685[D] -a linguae suae, *i. Cypriani,* largitate (*cf. p. 1732, 4*). β *possessiones, opes vel earum qualitates*: AMBR. Iob 3, 7, 21 successus -os saecularium commodorum et abundantiam divitiarum. PAVL. NOL. epist. 39, 1 p. 334, 23 -a ubertate *fundi.* γ *varia* (*subest saepe notio liberalitatis*): AMBR. vid. 13, 75 si ... -a misericordia *sit.* HYMN. Ambros. 7, 30 F. inter manus frangentium panis rigatur -us (*spectat ad Matth. 14, 16 sqq., ut*: PAVL. NOL. epist. 13, 11 p. 93, 8 cibis. PETR. CHRYS. serm. 160, 6 fragmento [*v. vol. VI 1, 1233, 8*]). HIL. AREL. vita Honorat. 24 l. 13 in omnes -am caritatem (PS. MAX. TAVR. serm. app. 13 p. 869[C] [= serm. 88 p. 707[D]]. p. 871[A]). SALV. eccl. 3, 74 ad opus -ae largitatis (*cf. supra p. 1731, 70*). FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 131, 5 legimus de -a effusione spiritus sancti: '...' (*Luc. 4, 1*). GREG. TVR. Franc. 8, 1 p. 370, 12 munera ... -a benignitate largitus est *rex.* *al.*

2 *qui (quae) aliquid copiose emittunt, abunde praebent* (*-i sunt maxime animantes, sed res, loca l. 17. 20 sq.; fere indicatur, qua re vel quo respectu quis [quid] abundet, sc. per gen. vel abl. vel per praepos.* in *c. abl.,* ad [*cf. p. 1731, 61*]): **a** *strictius respicitur profusio liquidorum, sc. umorum corporis* (*in imagine l. 13*): AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 33 *mulier* non sanguinis -a, sed gratiae spiritalis (*spectat ad Matth. 9, 20*). PAVL. NOL. carm. 21, 842 *Pinianum et Melaniam,* ubera divinae bonitatis -a lacte. INSCR. christ. Diehl 1091, 8 *pontifex quidam* -us in lacrimis.

b *laxius respicitur profusio, abundantia*: α *opum, bonorum variorum*: AMBR. in Luc. 4, 6 *dominus* factus est pauper pauperibus, ... -us abundantibus. HIL. AREL. vita Honorat. 21 l. 3 -a ad munificentiam arca. GREG. TVR. Franc. 6, 20 p. 288, 18 -us ditator ecclesiarum. VEN. FORT. carm. 3, 24, 17 -us humane frugem venientibus offers. ISID. carm. 19, 6 domus inmensis -a divitiis (perflua *var. l.*). Goth. 1[A] chron. II p. 267 tu *Hispania* bacis opima, uvis -a. β *affectus, gratiae*: AMBR. *l. 11.* GREG. TVR. Franc. 6, 36 p. 308, 21 ut *rex* erat benignus et -us ad miserandum. γ *sermonis*: HYMN. Walpole 115, 7 verbis ut essent -i *discipuli* (*spectat ad act. 2, 4*). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 17 *Eucherius* scientiae plenus, eloquii -us. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 9 ad dicendum. GREG. TVR. Franc. 5, 20 p. 228, 9 in sermonibus inrationabilibus. VEN. FORT. vita Albin. 4, 6 *me* ad scribendi seriem ... natura -um ... *non* reddit.

prōfluxio, -ōnis *f.* *a* profluere. *i. q. fluxus* (*in imag. de cursu vitae*): AVG. in psalm. 109, 20 quis est torrens? -o mortalitatis humanae (*postea*: genus humanum ... profluit).

1. prōfluxus, -a, -um *v.* profluo.

2. prōfluxus, -ūs *m.* *a* profluere. *i. q. profluvium*: GREG. TVR. Mart. 2, 10 tit. de muliere a -u sanguinis liberata (fluxu *var. l.,* profluvio *ed. princ.* [*quod trad. in ipso textu capitis 2, 10*]). *ceterum occurrit in falsa var. l.* VVLG. Luc. 8, 43 (*cod. Tolet.*; fluxu *cett.*). ACT. Phileae 4 (profluvium *cod. opt.*). *Montuschi.*

prōfōco (-fūc-), -āre. *a* pro *et* faux, *sc. forma vulgari pro* praefocare *posita.* *i. q. praefocare: exstat in var. l. codd., v. supra p. 647, 19 sq.* (CHIRON 87, *quem attulimus ibid. l. 21 et 45, confirmatur cod. Basil. nuper reperto, qui exhibet* praevocavitur); *trad. forma* -fuc- (*cf. p. 647, 7*): TAB. devot. Stud. Ital. 7, 1899, 196 n. 3 (*saec. IV/V*) interficite eum ..., -ate Porcellu(m). *Bk.*

profor, -fātus sum, -fārī. [*a verbo prisco* *pro-bhā *'nuntiare', quod subest etiam subst. προ-φή-της* (*προ-φά-τας*); *notionem similem exhibent etiam alia verba prisca dicendi cum* *pro- *composita*: pro-fiteri, *προ-ειπεῖν = vet. ind.* pra-vac, *avest.* fra-vac; *v. Wackernagel, Vorl. über Syntax II, 1928, 238-240. Fo.*] *de formis: frequentes sunt* -a(n)tur, -ari (-arier *p. 1733, 47*), -tus, *ceterum non occurrunt nisi* -bor *p. 1733, 16. 60. al., imperat. p. 1733, 22, part. praes. l. 65. p. 1733, 44. al., gerund. et supin. p. 1733, 15. 46.* *de prosodia*: prŏ- *passim* (*v.* PRISC. gramm. III 49, 12. *al.*), prō- AVSON. 8 (322 S.), 54. CYPR. GALL. exod. 598. GLOSS. -atur: proloquitur. loquitur. *legitur saepius in poesi inde a* LIV. ANDR., ENN., PACVV. (*in hexam. dact. occupat ultimum locum praeter l. 50*), *in prosa oratione raro, sc. apud* VARRONEM *p. 1733, 63 et inde ab* APVL. (*v. sub IIB et l. 74 sqq.*). [*confunditur in codd. cum* praefari SIL. 4, 808 (*al., v. p. 649, 46 sq.; restituitur p. 1733, 55*); *falsa var. l. pro* precatur IVVENC. 4, 489, *e coni. dub.* CENS. 6, 6.]

i. q. fando proferre, effari sim. (*cum colore praedicendi sub IB, statuendi, praecipiendi l. 63. p. 1733, 9[?]. 43. 62; abundanter* -tus ait *p. 1733, 41. p. 652, 35; praeter structuras infra illustratas indicatur etiam, de qua re dicatur per praepos.* ad, de, in, super *p. 1733, 13. 55. 58 sq., cui quid dicatur per dat. p. 1733, 33. 59, praepos.* contra *p. 1733, 9,* ad *p. 652, 35 et* IVVENC. 2, 179. 4, 752; *part. praes. pro subst. l. 64*): **I** *cum respectu fati, futuri*: **A** *quod dicendo statuitur*: LIV. ANDR. carm. frg. 11 quando dies adveniet, quem -ta Morta est (*sunt, qui ad B trahant*). *part. praes. fere pro subst.*: PAVL. NOL. epist. 16, 4 'fatum' *est* -antis expressio et 'casus' significatio ... accidentium. **B** *quod a vatibus, oraculis sim. nuntiatur, indicitur* (*ut sublucere possit notio praedicendi, prophetandi iam cum verbo simplici coniuncta [v. vol. VI 1, 1029, 76 et e. g. 1030, 11. 64], cf. p. 1733, 64; absolute* LVCR., TERT. anim.): LVCR. 1, 739 (= 5, 112) Pythia, quae tripode a Phoebi lauroque -atur (-sat- *var. l.*). PETRON. 121 vers. 104 (*Fortuna Diti patri*) si modo vera mihi fas est impune -ari, vota tibi cedent. SIL. 1, 124 sic deinde -atur *sacerdos exta consulens*: '... lacus flagrantes sanguine cerno'. STAT. Theb. 3, 625 me ... arcana -ari Phoebus agit. silv. 4, 3, 123 *Sibylla* sic virgineo -atur ore: '...'. TERT. anim. 43, 9 Adam ... ante dormiit, ... quam ... -tus est (*v. gen. 2, 23 sq.; cf. Tert. resurr. 61, 1* prophetavit). resurr. 20, 6 *apud prophetas*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne virtutes quidem eius *Christi* per parabolas -tos (praef-, profactos *var. ll.*). VLP. dig. 21, 1, 1, 9 (*ex Viviano*) si servus inter fanaticos ... caput iactaret et aliqua -tus esset (*cf. ibid. 10* quamvis ... bacchatus sit et responsa reddiderit). IVVENC. 1, 67 nuntius haec contra celeri sermone -atur: 'virtus celsa dei *eqs.*' (*Luc. 1, 35*).

II *quolibet respectu*: **A** *in poesi*: **1** *cum struct. variis*: **a** *obi. acc.* (*cf. l. 38*): ENN. ann. 563 contra carinantes verba *acerba* ... -tus (RVST. HELP. hist. testam. 47 *Christus* immutabile verbum et pia ... praecepta -atur. *cf. l. 36*). PACVV. trag. 145 maternum *nomen* pudet -ari. 325 haud sinam quicquam -ari, *sc. te* (*item c. pron. neutr.*: SIL. 11, 201 '...'; dumque ea nequiquam non ulli laeta -atur *Decius eqs.* 13, 607 quae ... ante -ari non licitum *erat.* PRVD. perist. 10, 696 haec. PAVL. PELL. euch. 406 ista ... super his). CARM. Priami Varro ling. 7, 28 cascam rem ... -ari. HOR. sat. 1, 6, 57 pauca locutus – ... namque pudor prohibebat plura -ari. AVSON. 8 (322 S.), 54 carmina *aliaque opera* ... -ando novabis (*sc. recitando*; -anda, praefando, perfando *var. ll.*). PAVL. NOL. carm. 20, 66 spectata -bor (*item* 23, 82). 26, 353 *daemone fugato homo* sanum spirat placidumque -atur (*cf. l. 38*). *al.* *-atur vox sim.* (*cf. l. 47*): AVSON. 2, 3 (153 S.), 5 *dei* formamque modumque ... lingua -ari *non poterit.* PRVD. perist. 10, 568 -atur *vox* ... Christi ... gloriam. **b** *enunt. secund., sc. interrog.* (*iuxta obi. acc.* SIDON.; *cf.* quod *l. 51*): SEN. Herc. f. 1176 (*loq. Hercules*) quis meos dederit neci ..., -are (*item imperat.*: Phaedr. 358 -are, quid feras. Thy. 244). STAT. Theb. 3, 688 cur tua ... limina nocte petam, cessem licet ipsa -ari, scis genitor. SIDON. carm. 9, 27 (*in praeteritione*) non Medis caput Arbacen -bor nec quam divite ... arsit Sardanapallus in favilla (*syn. e. g.* non ... canemus, non ... loquar). **c** *acc. c. inf.*: SIL. 2, 384 bellum se gestare sinu pacemque -tus *Fabius* ... legere ... *senatui* imperat. **d** *adv.* (*cf. l. 32. 52*): LVCAN. 9, 251 '...'; sic ille -tus insiluit puppi (9, 584).

2 *inducit orationem rectam*: VERG. Aen. 1, 561 tum breviter Dido vultum demissa -atur (*item accedit praedic.*: 4, 364 sic accensa -atur *Dido.* LVCAN. 2, 337 sic maesta -atur *Marcia.* 9, 147 furens. *et saepe*). Ov. met. 9, 473 dubia ... ita mente -atur *Byblis* (SIL. 3, 674 laeta ... ita mente. *cf.* sic *l. 30. 34. p. 1732, 71. al.*). 11, 290 quibus *comitibus* ille -atur. CARM. de bell. Aeg. frg. 6, 9 (*si huc spectat locus mutilus*). LVCAN. 4, 701 trepida sic mente -atur *Curio* (*adde l. 32*). 5, 318 haec ira dictante -atur *Caesar* (STAT. Theb. 9, 884 h. ... verba. IVVENC. 1, 201 h. dicta. *addas l. 40, cf. l. 4*). SIL. 4, 419 *Iuppiter* patrio sic ore -atur (IVVENC. 2, 365 placido. *cf. p. 1732, 74*). *al.* STAT. Theb. 7, 362 *senex* exile -atur (*item c. obi. acc. int. pro adv.*: silv. 1, 2, 63 tenera sic dulce -atur voce. *cf. l. 17*). 10, 689. silv. 4, 1, 16 gemina ... haec voce -atur *Ianus* (IVVENC. 2, 179 ad Christum submissa v. -atur. 4, 484. DRAC. Romul. 8, 327 tunc Polydamas ait submissa v. -tus. *al.; addas l. 39*). *al.*

3 *absolute (cf. l. 58. p. 1732, 65. 68): cum colore praecipiendi*: PETRON. 89 vers. 4 Delio -ante caesi vertices Idae trahuntur *ad equum faciendum* (*ad rem v. Stubbe, Die Verseinlagen, 1933, 32*). *variis modis effandi*: SIL. 17, 176 se, triste -tu, vidisse, arderent cum ... castra (-a(n)tur *codd.*). PRVD. perist. 10, 939 *si deus mandet sine voce suis* cymbalis -arier ... labra. ARATOR act. 2, 445 turba *Paulum* -ari doctisonis mirata modis.

B *in prosa oratione*: APVL. met. 2, 29, 2 (*loq. mortuus resuscitatus*) adsurgit cadaver et -atur adulescens: '...' (*item pendet oratio recta*: Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 24 p. 680[D] Ieremias ..., quod a deo sit homini vera sapientia, sic -atur: '...'. *cf. l. 57. p. 652, 34 sq.*). 3, 4, 1 '...'; sic -tus accusator ... vocem repressit (4, 35, 1. *addas l. 52. 57*). 3, 7, 1 '...'; haec -tus ... illos deprecabar (IREN. 1, 21, 3 [*gr. ἐπιλέγουσιν*]. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 6, 8 rec. I [*sim.* II] ad unitatem substantiae *trinitatis* ... h. -tus sum [praef- *trad.; syn. e. g.* declaravi, propalavi]). IREN. 1, 21, 3 *quidam* redemptionem -antur sic: '...' (*gr. ἐπιλέγουσιν*). PAVL. NOL. epist. 45, 3 cum ... nihil possim de *Melania* ... melius ... praedicare ..., quam sanctitas tua in eam -ari et disputare dignata est. VIRG. gramm. epist. 2, 1, 3 pauca tibi ... de pronomine -bor (profabulor *trad., corr. Stangl*).

part. perf. vi passiva pro subst. **profātum,** -ī *n.* *i. q. effatum (quod conferas); respicitur:* *placitum, sententia*: GELL. 16, 8, 2 quae (*sc. ἀξιώματα*) M. Varro alias -a, alias proloquia appellat. MART. CAP. 1, 24 (vers.) -is *Apollinis* (*ibid.* iussis *et* Deliaco ... fatu). *?prophetia*: COMM. instr. 2, 15, 5 in tot ‚-orum‚ volumina vox domni proclamat (‚ ‚ *gen. plur. vocis ceterum ignotae* profator *intellegunt alii, cf. ed. princ. Rigaltii* prophetarum).

deriv.: profator (*? v. l. 66*), profatus (-ūs). *Hajdú.*

[prōforis: ante osteis GLOSS. V 325, 6. *coll. vol. VI 1, 1065, 35* sq. *legas potius* pro foribus *quam* prae f., *ut voluit Goetz in indice gloss.*]

?prōfringo, -ere. *a* pro *et* frangere (*si recte legitur*). *i. q. procedendo frangere*: STAT. Theb. 10, 512 tandem umeris obnixus Acron *comesque eius* ... robora portae torserunt: quanta pariter cervice gementes ‚-unt‚ inarata diu Pangaea iuvenci (‚ ‚ -fing-, -find-, -string-, -scind- *var. ll.*; perfringunt *Ker, Class. Quart. 3, 1953, 180, cf. enim vol. X 1, 1407, 28 sqq.*).

prōfūco *v.* profoco. *Bk.*

profuga, -ae *m.* *a* profugere *sec.* perfuga. [*occurrit hic illic in var. l. pro* perfuga, *e. g.* BELL. Afr. 8, 5 VVLG. IV reg. 25, 11 PRISC. gramm. II 121, 5.] *fere i. q. exul*: PATRIC. conf. 12 ego primus rusticus -a indoctus (*var. l.* per- *spernit ed. coll.* epist. 1 inter barbaras ... gentes habito proselitus et -a ob amorem dei).

[*vix agnoscas* **profugātus,** -ūs *m. p. 1736, 15.*]

⁂profugio, -fūgī, -ere. [*a* pro *et* fugere, *cf. hom. προ-φυγεῖν. Fo.*]. NOT. Tir. 26, 25[a] -it. *de formis: perf.* -iit VET. LAT. Marc. 14, 52 (cod. 11). *de mensura*: prŏ- *passim* (*testatur etiam* GELL. 2, 17, 5), *sed prima syllaba producitur* IVVENC. 2, 471, *apice insignitur* PAP. Corp. 65, 13 (*saec. II/III*). *legitur inde a* PLAVTO, *?*CATONE (*v. p. 1735, 38*), TER., *saepe apud scriptores rerum gestarum, raro in versibus dactylicis; post saeculum quartum rarius invenitur.* [*confunditur in codd. maxime c.* fugere SALL. Iug. 13, 4 PLIN. nat. 6, 35. *al.* (*in falsa var. l.* CIC. Verr. II 4, 30 Tusc. 1, 86 CAES. Gall. 7, 40, 3), perfugere CIC. Pis. 89 PLIN. nat. 6, 35 FRONTIN. strat. 3, 3, 6. *al.* (*v. et vol. X 1, 1413, 21 sq.*).]

i. q. (foras) fugere, effugere: **I** *intransitive, sc. i. q. fugiendo abscedere*: **A** *exempla notionem illustrantia*: **1** *vi locali vigente*: **a** *-unt quilibet animantes vel res* (*l. 36*): PLAVT. Cas. 932 inde foras tacitus -ens exeo (preficiens, proficiens *codd.; vim vitando -itur ut*: CIC. Caecin. 2 Pis. 93. LIV. 1, 9, 13 turbato per metum ludicro maesti parentes virginum *Sabinarum* -unt. SEN. contr. exc. 3, 8 them. PHAEDR. 1, 30, 8 *taurus* expulsus regno nemoris qui -erit. *al.*). TER. Haut. 528 gnatus eius -it inopia (*cf.* Ad. 385 *filius* hinc egens -et aliquo militatum). CIC. Verr. II 1, 37 *si* illinc, *sc. a consule,* inanis -isses (*diversas partes secutus ut*: Att. 15, 21, 1 *ab Antonio* -ere ad Brutum. SALL. Iug. 74, 1 *amici Iugurthae* pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum -erant. *al.*). 1, 113 istum *Verrem* de provincia decedentem clam Syracusis -isse. 3, 75 cum ... aratores ex agris ... exagitati decumanorum iniuriis -issent (*de eisdem colonis*: 3, 120 *tot* patres familias extorres -erunt. 3, 121. 3, 129. *al. ibid.*). fam. 7, 30, 1 *providisti,* quid impenderet tum, cum hinc -isti (*sc. e patria propter statum rei publicae, ut*: ATT. Cic. Att. 9, 10, 5 non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque -ere [*nisi subaudias obi.*]. CAES. Gall. 2, 14, 4 qui eius consilii principes fuissent, ... in Britanniam -isse. *al.* LIV. 1, 59, 13 POMP. TROG. hist. prol. 40. SEN. contr. 7, 6 them. -erunt principes civitatis. *al.*). *al.* LVCR. 3, 717 *si* ita sinceris membris ablata -it *anima,* ut nullas partis in corpore liquerit ex se. BELL. Afr. 26, 2 nobiles homines ex suis oppidis -ere et in castra Caesaris devenire ... coeperunt. VELL. 2, 19, 3 ut agnovit Marium *servus ad eum interficiendum missus,* ... abiecto gladio -it e carcere. SEN. dial. 10, 14, 4 per obscuros aedium aditus -ent, *ut clientes molestos eludant. al.* **b** *qui captivitatem fugiunt relinquentes: servitutem* (*cf. p. 1735, 58*): PLAVT. Capt. 9 *eri* puerum servos surpuit eumque hinc -ens vendidit. 18. CIC. *l. 74.* VELL. 2, 30, 5 fugitivi e ludo gladiatorio. AFRIC. dig. 13, 6, 21, 1 servus subreptis his *vasis* ad hostes -i[sse]t. VLP. dig. 21, 1, 17, 8 si servus ... exisset de villa ea mente, ut -ret. 29, 5, 1, 31 cum dominus in itinere esset occisus, de his, qui ..., cum una fuissent, -erunt, supplicium sumendum est (*nisi ad l. 20*). 29, 5, 3, 17. *custodiam*: CIC. Verr. II 5, 77 si ... *praedo captus* domo tua -isset. 5, 79. 5, 160 cum *civis a Verre damnatus* ... clam e lautumiis -isset. LIV. 22, 42, 11 evenit, ut ... servi *ab hostibus capti* ... -rent eo die ad dominos. LABEO dig. 49, 15, 30 simul atque ad nos redeundi causa -it ab hostibus *servus captus.* S. C. de Cn. Pisone (Vestigia 48, 1996) 40 ne -ere ex custodia posset *Vonones.* CVRT. 9, 9, 1 duces *viae periti* socordius adservati -erant. ASCON. Mil. p. 41, 4 cum -ret ille *Tigranes captivus. al.* *alvarium, sc. de apibus*: COLVM. 9, 10, 3 *rex apium* conatur eruptione facta -ere. 9, 14, 11. **c** *milites vim hostium fugientes*: SISENNA hist. 6 per incertas vias Aeserniam, inde Romam protinus -erant. CIC. Manil. 22 LENT. Cic. fam. 12, 15, 5. CAES. Gall. 5, 53, 2 Indutiomarus ... noctu -it copiasque omnes in Treveros reducit. civ. 1, 12, 2 Thermus cohortes ex urbe reducit et -it. 2, 7, 2 ex Massiliensium classe ... una *navis* cum Nasidianis -it. 2, 38, 5 multi perterriti -unt. *al.* HIRT. Gall. 8, 19, 7 consternati -unt. *al.* BELL. Alex. 76, 4 (3) Pharnaces cum paucis equitibus -it. *al.* Hisp. 36, 3 illi *hostes* -unt et ab equitibus conciduntur. *al.* SALL. Iug. 13, 4 *Adherbal* victus ex proelio -it in provinciam. 54, 10 nemo omnium intactus -it (*sim.* 67, 3). *al.* **d** *rei sim. condemnationem praevenientes* (*fere e patria -itur*): CIC. Verr. II 4, 30 *fratres quosdam* veritos poenam ... legis domo -isse. Catil. 2, 6 Catilina ipse pertimuit, -it. Sull. 22 (*loq. adversarius*) nisi tu ... causam recepisses, ... indicta causa -isset. Phil. 6, 11 domo -ere, propter aes alienum ire ad arma. *al.* CAES. Gall. 5, 54, 2 Senones ... *regem* interficere publico consilio conati, cum ille praesensisset ac -isset, *eqs.* 6, 44, 3 nonnulli iudicium veriti -erunt. civ. 1, 5, 5 de ... tribunis plebis gravissime ... decernitur; -unt statim ex urbe tribuni plebis. SALL. Catil. 46, 4 Caeparius ... cognito indicio ex urbe -erat. NEP. Att. 9, 3 familiares eius *Antoni* ex urbe -entes. LIV. 8, 33, 3. *al.*

2 *transfertur ad motum incorporeum, non localem*: CIC. Cato 47 (*loq. Sophocles senex*) libenter ... istinc, *i. a rebus veneriis,* sicut ab domino

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... furioso -i (*cf. Plato rep. 329^{C} ἀπέφυγον. huc spectat* VAL. MAX. 4, 3 ext. 2). SEN. epist. 117, 21 quomodo ultimum ... non expectem, sed ipsemet, cum visum erit, -am, *sc. e vita.* CIL VIII 23245, 8 (*saec. II/III*) ut *mortui* in illum puriorem secessum -amus. SYMPH. 100, 2 dulcis vita -it.

B *exempla sec. additamenta digesta (sine his p. 1734, 24. 30. al.); indicatur*: **1** *unde quis -at*: **a** *adv.*: PLAVT. Capt. 9 hinc (TER. Ad. 385. *al.*). Cas. 932 inde (SISENNA hist. 6. *al.*). CIC. Verr. II 1, 37 illinc. Cato 47 istinc (VAL. MAX. 4, 3 ext. 2). CAES. Gall. 3, 20, 1 unde (HYG. astr. 2, 18, 1). **b** *abl. separ.*: PLAVT. Capt. 18 domo (CIC. Verr. II 4, 30. *al.* NEP. Hann. 8, 1 LIV. 1, 59, 13. *al.*). CIC. Verr. II 1, 113 Syracusis (2, 41. *sim. ex oppidis*: 2, 91 Thermis Sthenius Romam -it. *al.* LENT. Cic. fam. 12, 15, 7 Antiochea ... Laodiceam versus. CAES. civ. 1, 24, 3. *al.*). TAC. hist. 2, 65, 2 Britanniâ. VLP. dig. 42, 5, 36 urbe (VIR. ill. 69, 2 AVG. civ. 3, 27 p. 138, 28). **γ** *praepos.*: ex: CIC. Verr. II 3, 53 ex Sicilia. 3, 55 colonus ... ex agro (3, 57. 3, 75). 3, 121 ex civitatibus suis (3, 128 ex c. suis, ex provincia denique ... -erunt. CAES. Gall. 1, 31, 9). 5, 157 qui ex praedonum insidiis, qui ex tempestatum periculis -issent. 5, 160 e lautumiis. Manil. 22 ex suo regno ... Mithridates. Deiot. 11 ex Italia (*cf.* LENT. Cic. fam. 12, 15, 5 ex Lycia. *al.*). CAES. Gall. 7, 11, 6 ex oppido (7, 26, 1. *al., cf.* ex urbe: CAES. civ. 1, 5, 5. 1, 14, 1 SALL. Catil. 46, 4. *al.*). HIRT. Gall. 8, 44, 3 ex proelio (SALL. Iug. 13, 4). LIV. 8, 33, 3 ex castris Romam. VELL. 2, 19, 3 e carcere. 2, 30, 5 *fugitivi* e ludo gladiatorio Capua -entes. VAL. MAX. 4, 3 ext. 2 (*cf. l. 1*) tamquam ex aliqua furiosa -i dominatione. PLIN. nat. 16, 223 e balineis. SVET. Vesp. 1, 2 -it ex Pharsalica acie. *al.* ab: CIC. Cato 47 ab domino. LABEO dig. 49, 15, 30 *captivus* ab hostibus. SVET. Cal. 24, 2 ab urbe (*item a loco*: 51, 1 a Messana. IVST. 22, 8, 8 a castris). ISID. orig. 15, 1, 63 *Phocaeenses* iuraverunt, ut -rent quam longissime ab imperio Persarum. *al.* de: HIL. coll. antiar. p. 55, 9 clam exul de civitate occulteque -it.

2 *quo quis -at* (*sc. ad locos vel homines passim, in statum l. 34; accedit supin. l. 32*): **a** *per adv.*: PLAVT. Cas. 932 foras. TER. Ad. 385 aliquo militatum (PANEG. 12, 17, 3). HIRT. Gall. 8, 19, 7 ⌞quo fors tulerat⌟ consternati -unt (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). **b** *per praepos.*: in *c. acc.*: CIC. dom. 86 in exilium (AMPEL. 18, 17 PORPH. Hor. sat. 1, 7, 1). Pis. 89 in oppidum devium Beroam -isti. Lael. 37 in Asiam (*cf.* CAES. Gall. 2, 14, 4 in Britanniam. civ. 1, 30, 3 in Africam. LIV. 35, 32, 1 in Aetoliam. *al.*). CAES. Gall. 6, 31, 2 pars in Arduennam silvam, pars in continentes paludes -it (SERV. auct. Aen. 10, 541 [*e Catone, v. orig. 55*]. *al.*). SALL. Iug. 13, 4 in provinciam. LIV. 39, 2, 2 in montem Auginum (CVRT. 9, 8, 28). ASCON. Mil. p. 43, 2. PLIN. nat. 9, 13 *ballaenae* in altum. FRONTIN. strat. 3, 3, 6 in arcem. *al.* ad: CIC. Att. 15, 21, 1 scripsit ... filius se ... -ere ad Brutum voluisse. SALL. Iug. 74, 1. 103, 4 ad Sullam. LIV. 35, 32, 1 ad portam (*item -itur ad loca*: VVLG. Ier. 40, 12 reversi sunt ... Iudaei de universis locis, ad quae -erant. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 2 ad Gallias). *al.* SEN. Oed. 80 ad parentes. PLIN. nat. 6, 17 ad hos *Sauromatas* -erat Mithridates (*item ad gentem*: 6, 35 VVLG. Ier. 37, 12. 38, 2). *al.* *alias*: LENT. Cic. fam. 12, 15, 7 Laodiceam versus. PETRON. 90, 1 extra ... templum (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 98 p. 602 e. totam Iudaeam [*gr.* φυγεῖν]). TAC. hist. 2, 85, 2 per avia Moesiae ultra montem Haemum. **c** *per acc. direct.*: SISENNA hist. frg. 6 Aeserniam, inde Romam (CIC. Verr. II 2, 91 POMP. TROG. hist. prol. 40. *al.; cf. e. g.* BELL. Hisp. 22, 7 Baeturiam). CIC. nat. deor. 3, 56 Aegyptum (in A. *Lact. inst. 1, 6, 2*). *al.*

II *transitive, sc. i. q. fugiendo relinquere, vitare* (*simul indicatur, quo fuga fiat l. 57 [?]. 65, cf.* fugere *Sall. hist. frg. 2, 7 Sen. epist. 104, 1*): **A** *strictius, sc. motu corporeo; pro obi. sunt*: **1** *animantes*: ACC. trag. 192 hostem ut -ens inimici invadam in manus. MANIL. 4, 580 *Venus* Babyloniacas summersa -it in undas ... Typhona. PHAEDR. app. 20, 1 servus -ens dominum naturae asperae (CVRT. 10, 2, 20). SEN. Med. 522. MELA 3, 90 cum Lathyrum regem Alexandriae -ret *Eudoxus.* PLIN. nat. 7, 14 non -entibus adulterino sanguine natos serpentibus, *sed veros tantum Psyllos.* HYG. fab. 277, 5 in qua *nave Danaus* Aegyptum fratrem -it. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 8, 3 Daedalus ... Minoem. **2** *res infestantes*: CIC. Sest. 50 cum vim ... armorum -isset *Marius.* COLVM. 10, 56 trepidus -it Chelas et spicula Phoebus dira Nepae. PARIS 3, 8, 4 Metellus Numidicus ... in exilium eius *tribuni* leges -it. **3** *loca, regnum* (*cf. l. 64. p. 1734, 33*): HOR. epod. 16, 18 Phocaeorum ... -it ... civitas ... lares patrios. SEN. Ag. 122 Mycenaeas domos ... -e furtiva rate. Herc. f. 977 -it umbras Tityos. Phaedr. 835 -i noctis aeternae plagam. COLVM. 1, 3, 6 ut multi ... propter iniuriam vicinorum sedes suas -erint. SVET. Cal. 48, 2 contionem. EPIST. imp. Comm. dig. 29, 5, 2 conterritus adventu latronum -erat villam suam. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 8, 3 *Daedalus* pennas sibi et filio Icaro aptavit, quibus ... -rent regis imperium.

B *laxius*: **1** *de hominibus, qui aspernantur societatem, vitant periculum*: ANTON. Cic. Att. 10, 8^{a}, 2 ne -as *Caesarem,* qui te ... salvum amplissimumque esse cupiet, *sc. Pompei partes eligens.* SEN. Phaedr. 243 *Hippolytus mulierum* genus omne -it. dial. 11, 17, 4 *Caligula* amissa sorore ... conspectum conversationemque civium suorum -it. epist. 51, 5 ut irritamenta vitiorum quam longissime -amus. **2** *de re, quae incolumis evadit vim, periculum*: SYMPH. 75, 1 (*loq. calx*) evasi flammas, ignis tormenta -i.

deriv.: profuga, profugium, profugus.

profugium, -ī *n.* *a* profugere. [*falsa var. l. pro* perfugium, *v. vol. X 1, 1414, 48 sq., ubi addas* PROSP. epigr. 75, 5 (-um *ed. Migne contra metrum*).] *fere i. q. perfugium* (GLOSS. IV 551, 41 praesidium: -um vel auxilium): PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 141 p. 605 ut, etiam si civitas caperetur, secundum esset hostibus in eo *fano* -um (*gr. καταφυγήν ut*: 4, 151 p. 743 templum dei ... castellum ac -um sibi fecere).

profugo (prōfūg- *l. 18?*), -ātum, -āre. *a* pro *et* fugare. [*loco corrupto*: GLOSS. IV 405, 49 anguiportus: refugium navis vel via sine exitu, ⌞hoc est -tus quodam⌟ (⌞ ⌟ *estne frustulum ex scholiis quibusdam ad Ter. Eun. 845 sqq.?*).]

i. q. (foras) fugare, expellere sim.: **1** *strictius*: CE 787, 37 (*saec. IV?*) discerptus, tractus -tusque sacerdos (pre- *cod., lapis periit*; -tusque ⟨usque⟩ *Diehl*). GLOSS. -tus: fugitivus. **2** *laxius, sc. amovendo, superando*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 30, 3 Christus Iesus cum mortem -ret, vivus apparuit. FACVND. defens. 3, 4, 13 abiciantur, obsecro, tales *mendaces* et -entur ab auribus vestris.

[profugula: fugiens elementa GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2070. *corruptum.*]

⁂profugus, -a, -um. *a* profugere. *de origine v. l. 25. 31. de notione* (*cf. l. 48*): SERV. Aen. 1, 2 -us ... proprie dicitur, qui procul a sedibus suis vagatur, quasi porro fugatus (*inde* ISID. orig. 10, 215); multi tamen ita definiunt, ut -os eos dicant, qui exclusi necessitate de suis sedibus adhuc vagantur, et simul atque invenerint sedes non dicantur -i, sed exules, sed utrumque falsum est. ISID. diff. 1, 452 inter -um et exsulem: -us voluntate, exsul necessitate est (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 78, 37 qui sua sponte proficiscitur, quasi porro fugiens. DIFF. ed. Uhlfelder 200 quasi voluntarie). GLOSS. -us: *φυγὰς τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.* -a: fugitiva. GLOSS.^{L} V Abba PRO 32 -us: longe fugatus et exul. *al.* *legitur semel apud* PLAVT. (*v. l. 42*) *et inde a* VARRONE, SALL., *maxime apud poetas et e historicis apud* TAC., FLOR. [*confunditur in codd. c.* profusus COLVM. 10, 104 EVSEB. GALLIC. hom. 35, 9. *contextu manco*: PAP. Corp. 60 (*saec. II/III*) imperio -us.]

i. qui profugit (*fere certa ratione pulsus; de qualitate, habitu fugaci imprimis p. 1737, 17. 1738, 3; saepius pro subst. masc., v. imprimis p. 1737, 6. 29*): **I** *corporaliter*: **A** *de animantibus* (*de animalibus p. 1737, 12. 50. 55 et al.; aliter p. 1737, 64*): **1** *exulibus sim.* (*saepe novam sedem condentibus*): **a** *praedicative* (*fere iuxta verba eundi*): PLAVT. Trin. 701 id agis, ut, ubi ... eum agrum dederis ..., ecfugias ex urbe inanis; -us (-giens *trad.*) patriam deseres. SALL. Catil. 6, 1 *Troiani* Aenea duce -i sedibus incertis vagabantur. Iug. 35, 1 *Massiva* Adherbale interfecto -us ex patria abierat. 78, 1 *Sidonios* accepimus -os ob discordias civilis navibus in eos locos venisse. VERG. Aen. 1, 2 virum ..., Troiae qui primus ab oris Italiam fato -us ... venit (SERV. 'fato' ad utrumque pertinet. SERV. auct. quidam hic '-us' participium volunt. *ibid.* eum qui genus a periuris duceret fato extorrem et -um esse debere *sec. disciplinam Etruscam*). 7, 300 (*loq. Iuno*) patria excussos *Troianos* ... ausa *sum* sequi et -is toto me opponere ponto (*vix ad c*). 10, 720 venerat antiquis Corythi de finibus Acron ... infectos linquens -us hymenaeos. Ov. am. 3, 13, 33 *Halaesus* pererratis -us terraque fretoque moenia ... condidit. met. 1, 727 *Iuno Inachidem* -am per totum terruit orbem. 3, 7 *Cadmus* -us patriamque iramque parentis vitat. trist. 1, 5, 64 me -um comites deseruere mei. 1, 10, 40 *Megara* ortos sedibus his -os constituisse larem (-um *Heinsius*). 3, 11, 35 pendimus en -i ... poenas. LIV. 1, 1, 4 Aenean ab simili *ac Antenoris* clade domo -um. 1, 7, 8 Euander ... ea -us ex Peloponneso ... regebat loca. 8, 15, 4 Auruncos metu oppidum deseruisse -osque cum coniugibus ac liberis Suessam communisse. *al.* VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 *Solon* senectutem Cypri -us exegit. SEN. Herc. f. 1321 quem locum -us petam *nocens*? Oed. 23 *timore noxae* penates -us excessi meos. Phaedr. 929 -us ignotas procul percurre gentes. dial. 12, 7, 7 *Aenean* exulem ..., quem -um capta patria ... necessitas ... in Italiam detulit. *al.* **b** *attributive vel in appositione*: VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 337, 5 *Idomeneus* cum Locrensibus plerisque -is ... coniunctus. VERG. Aen. 8, 118 quos *Troiugenas* illi *Latini* bello -os egere superbo. 10, 158 Ida ... -is gratissima Teucris. Ov. ars 3, 337 legisse ... -um Aenean *Vergilii* (MELA 2, 28. *al.; item iuxta nomen personae e. g.* Ov. met. 11, 407 Pelea. Pont. 1, 10, 1 Naso ... -us. VAL. MAX. 5, 3, 3 C. Caesarem ... Cinnanae proscriptionis tempore -um. VAL. FL. 1, 520 Phrixo [4, 556]. SIL. 2, 391 Elissae. 8, 603 Antenoris). met. 4, 568 *Cadmus* longis ... erroribus actus contigit Illyricos -a cum coniuge fines (SEN. Phaedr. 91). 9, 640 *Byblis* -i sequitur vestigia fratris, *qui eius amorem fugiens patriam deseruit* (SEN. Thy. 33 superbis fratribus regna excidant repetantque -os [*nisi ad c*]. STAT. Theb. 8, 612 altera *soror* regnantem, -um gemit altera f.). fast. 2, 843 Tar-

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quinium -a poenas cum stirpe daturum. trist. 3, 14, 11 saepe per extremas -us pater exulat oras, urbe tamen natis exulis esse licet. Pont. 1, 8, 50. 2, 5, 58 -i vatis. 3, 3, 1 exiguum -o dare tempus amico. Sen. Herc. f. 453 *Phoebum* -a terra mater errante edidit. Oed. 234 hospes. Lvcan. 4, 9 Val. Fl. 8, 10. Sil. 1, 288 coloni. 8, 53 *Dido* corripit ensem ... -i donum exitiale mariti. *al.* **c** *solum ponitur, sc. pro subst.*: Ov. trist. 1, 3, 10 non *mihi cura* aptae -o vestis ... fuit. 5, 4, 49 -um tueare. Pont. 2, 9, 6 -o ... adfer opem. 3, 6, 40 alloquio -i credis inesse metum? *al.* Liv. 21, 5, 7 ab Hermandica *capta* -i. 28, 7, 12 incolebant urbem eam -i ab Thebis Pthioticis. Val. Fl. 8, 48 serva hanc -ae *fidem.* Sil. 1, 28 Iuno ... optavit -is aeternam condere gentem *Carthaginiensium.* 2, 590 *anguis suum oppidum deserit* ac similis -o vicina ad litora tendit. Stat. Theb. 2, 326 (*de tauro pulso*) cum -o placuere tori. 7, 182 (*Bacchus ad Iovem*) da sedem -o. Mart. 7, 44, 4 -i ... fata (*postea*: exulis). *al.*

i. q. modo profuso: **1** *in sumptu faciendo vel quidlibet praebendo fere i. q. prodige, large*: SISENNA hist. 101 -e atque abunde semper usi magnum pondus auri (perfuse *trad.*). SVET. Aug. 72, 3 *aedificia* -e ... exstructa. 75 festos ... dies -issime, nonnumquam tantum ioculariter celebrabat. NOVATIAN. trin. 20, 8 in illo *Moyse* ... hoc nomen *dei* (*exod. 7, 1*) temperate datum, in hoc *Christo* -e, in illo ad mensuram, in hoc supra omnem omnino mensuram. AVIEN. ora 28 desideratum si tibi locupletius -iusque musa promeret mea (*vix adi.*). AMM. 28, 4, 26 genitalium fatorum interpretes ... praefecturas -ius largientes (-sus *var. l.*). VITA Hil. Arel. 13 l. 12 -issime ... praebere. CASSIOD. var. 9, 10, 2 avari ad laudes, -e nitimur sublevare cultores *censum remittendo.* **2** *in indulgendo affectibus, vitiis sim. fere i. q. immoderate, vehementer*: SALL. Catil. 13, 5 animus ... lubidinibus *non* carebat; eo -ius ... sumptibus deditus erat. VAL. MAX. 6, 3, 6 Curiati sponsi mortem -ius quam illa aetas debebat flentem *Horatiam* (VAL. CEM. hom. 8, 5 VITA Caes. Arel. 2, 8). GELL. 5, 1, 2 animus ... audientis philosophum ... otium prolixe -eque laudandi non habet. SCHOL. Cic. Bob. p. 135, 36 Clodiam ... studiosam fuisse saltandi -ius et immoderatius quam matronam deceret. SEDVL. epist. 1 p. 6, 12 dum me -ius niteris venerari prae ceteris. SACR. Leon. 49 *te, domine,* -ius implorantes (1005). CASSIOD. var. 9, 24, 12 quanto -ius quaeritur, tanto gloriosius invenitur. *al.* **3** *in diffundendo, sc. vi locali fere i. q. longe lateque*: RVFIN. hist. 2, 3, 3 cum ... passim iam per omnes ... populos -ius effunderetur *fides christiana.* Orig. in Ios. 9, 10 p. 357, 6 *ut* Christianorum genus latius ac -ius propagetur. Orig. princ. 3, 2, 2 p. 248, 1 *diabolus* studens -ius dilatare peccata.

deriv.: profusio, profusor, profusorius. *Hajdú.*

⁎**profundus,** -a, -um. [*iam gramm. veteres* pro-fundus *tamquam compos. possessivum q. d. agnoverunt: 'cuius fundus longe remotus est' (cf. l. 31 sqq.); itaque usu originario de mari sim. adhibebatur: Leumann, Gramm. 1977, 398. Mantovanelli, Profundus, 1981, 13 sqq. Wistrand, Eranos 83, 1985, 232 sqq.; sunt qui huic adi. vetusto penitus respondere suspicentur avest.* frabuna- *'-us' (Aog. 77, 2). Fo.*] *de origine* (*cf. l. 31 sqq.*): EVTYCH. gramm. V 473, 24 fundus, id est *πυθμήν,* ... unde et -us componitur. *compar.* -ior *inde a* SOL. (*cf. e. g.* magis -us TAC. ann. 1, 67, 2), *superl.* -issimus *singulis locis apud* CIC., PAVL. FEST., TERT. *et saepius inde ab* HIER. (*cf. e. g.* maxime -us CATVLL. 17, 11, nimium -us COLVM. 4, 1, 1). *producitur* pro- DAMAS. carm. 1, 17. Ps. PROSP. carm. de prov. 759 (*sed* prŏ- *al. ibid.*); *in hexametris versum claudit praeter* AVSON. 24, 158 (298, 31 S.). PRVD. apoth. 833 *nec non* DAMAS. *et* Ps. PROSP. *locis cit.* *de notione et differentia*: FEST. p. 229 (*suppl. e* PAVLO) ⟨-um dicitur id, quod⟩ altum est ac fundum ⟨longe habet⟩ (*cf. e. g.* DOSITH. gramm. 73, 2 -um dicimus pelagus, cum porro fundus sit). NON. p. 460, 19 -um non solum imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpavit (*affert* VERG. Aen. *p. 1751, 20*). SYNON. Cic. p. 419, 13 caenum. limus. vorago. charybdis. -um. p. 427, 25 ingens. ... abruptus. ... infinitus. -us. DIFF. ed. Beck p. 35, 62 *v. vol. VII 1, 1399, 4 sqq.* GLOSS. *ἀπέραντος.* -um: *βύθιον, βαθύ, ἄβυσσον. al., v. e. g. p. 1748, 13. 1752, 49.* *legitur inde a* PLAVTO (*n. pro subst. 1 / adi. 0*), ENN. (*0/1*), PACVV. (*v. l. 47*), ACC. (*1/0*), CIC. (*oratt., philos.; 3/6*), CATVLLO (*0/1*), LVCR. (*9/6*); *frequentatur e. g. a* VAL. FL. (*2/14*), SIL. (*6/32*), STAT. (*28/18*) *et in sacris script., deest e. g.* TER., *Corpori Caes.,* PROP., QVINT. (*sed* Ps. QVINT. *15/1*), PLIN. *minori.* [*it.* profondo; *raet. occ.* profuond; *francog. vet. et med.* parfont [*a forma* prefundus], *francog.* profond; *prov. vet.* preon *et var. prov., francoprov., vasc.; cat.* prehon, pregon. *cf. M.-L. 6772. Battisti-Alessio IV 3097. Wartburg IX 431 sqq. Corominas² III 381 sq. St.*] [*confunditur in codd. cum* profanus PRVD. c. Symm. 1, 568 CLAVD. 26, 85, profundere PLIN. nat. 2, 222 PRVD. apoth. 833. *contextu caret* PACVV. trag. 243.]

vi originaria dicitur de eo, cuius fundus procul abest, latet (cf. l. 19. 51), i. de eo, quod altum immensumque est et inde de eo, quod in alto situm reconditumque est, ut passim respondeat gr. βαθύς (*quod infra fere negleximus; in lusu cum* fundus *l. 74. p. 1748, 47. 1751, 12. fusius vocem tractavit schedis nostris nisus Mantovanelli* [*v. l. 21*]). *usu pro subst.: neutr. l. 60 sqq., ceterum p. 1750, 74. 1751, 22. 28. 46. 1753, 34. al. (sc. fere posit., sed aliter e. g. p. 1753, 45. 48), masc. fort. p. 1750, 74. accedit abl. resp. p. 1749, 75. 1752, 62, praepos.* ad *p. 1753, 32,* in *c. abl. p. 1752, 61, struct. verbalis p. 1753, 18; indicatur mensura* MART. CAP. 6, 694 *Ganges* -us pedibus centum (*cf. Sol. 52, 7* altitudo ... mensuram centum pedum devorat).

I *proprie, sc. vi locali* (*in imag. imprimis l. 70, ceterum p. 1748, 58. 1749, 45. al.*): **A** *strictius de iis, quae se deorsum vel introrsum extendunt aut in imo intusve sunt*: **1** *generatim*: **a** *neutr.* **profundum** *pro subst.* (*plur.* -a *occurrit rarius inde a* LVCR. *p. 1748, 52 [ceterum v. p. 1747, 39. 65. 1748, 47. al.], fere in oratione prosa; in qua quidem praevalent locut. praepos.* in -o, in -um, *cf. infra*). *iuncturae verbales notabiliores*: agere in -um *p. 1747, 21. 55. 57. al.,* hauriri -o (in -um) *p. 1747, 18. 25,* mergere -o (in -um) *p. 1748, 35. 37 et* VAL. MAX. 3, 2, 22 PETRON. 102, 16 PLIN. nat. 32, 143. *al.* (*cf.* mersare *p. 1748, 18*), praecipitare in -um *p. 1747, 5. 9. 12. al.,* esse in -o *p. 1747, 34. 73 et e. g.* VET. LAT. II Cor. 11, 25 (Ambrosiast. *al. et* VVLG.); *sim. saepius.*

α *vario usu*: Ⓘ *de quolibet loco praecipiti, hiatu, barathro sim.*: Ⓐ *in imagine* (*fere spectat ad ea, quae penitus perditioni, miseriae, infamiae sim. obiciuntur; hic illic etiam de mari cogitare possis, cf. p. 1748, 58*): PLAVT. Capt. 182 (*loq. parasitus ad cenam invitatus*) quasi fundum vendam, meis me addicam legibus. :: -um (*i. ventrem insatiabilem*) vendis tu quidem, haud fundum, mihi (*cf. p. 1752, 6 sqq. et Curc. 123* barathrum). CIC. ac. 1, 44 in -o veritatem esse demersam (*sec. Democr. frg. B*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

117 ἐν βυθῷ, ut 2, 32. *cf. Sen. nat. 7, 32, 4* fundum ..., in quo veritas posita est. *Lact. inst. 3, 28, 13* quasi in puteo ... sic alto, ut fundus nullus sit [epit. 35, 4 in -o quodam puteo]). Val. Max. 2, 10, 6 Marius in -um ultimarum miseriarum abiectus ex ipso vitae discrimine ... emersit. 6, 4, 5 *Brutus nece Caesaris virtutes suas* in -um praecipitavit. 6, 9 ext. 7 quos sublime extulerunt, ... -o cladium miserabiliter inmergunt *opes humanae.* 9, 1 ext. 2. 9, 11 ext. 4 quis ... *Seianum* -o debitae execrationis satis efficacibus verbis adegerit? Sen. dial. 10, 10, 5 abit ... vita eorum *occupatorum* in -um et ... per quassos foratosque animos transmittitur. 11, 13, 1 praecipitato in -um et demerso in tenebras orbi *terrarum.* epist. 49, 3 omnia (*sc. tempora praeterita*) in ⟨i⟩de⟨m⟩ -um cadunt. Apvl. met. 5, 18, 5 *Psyche* in -um calamitatis sese praecipitavit. *al.* Ⓑ *exempla varia*: Cic. Verr. II 4, 26 (*ad Mamertinos*) illam crucem ... revellistis ... *et* in -um abiecistis (*ex altis scopulis in mare, ut vid. [cf. enim II 5, 169], ut locum etiam ad β trahere possis; sim. e. g.* Ov. met. 8, 593 Hippodamas ... in ... -um propulit e scopulo *Perimelen*). Aetna 181 vasti terrent aditus merguntque -o (*Aetnae ut* 342). 578 septemque duces raptumque -o, *sc. Amphiaraum* (-i *Goodyear*). Liv. 30, 38, 8 terra ingentibus cavernis consedit arboresque in -um haustae *sunt.* Sen. contr. 1, 3, 3 stat moles abscisa in -um, *unde incestae deiciuntur* (*antea*: praeruptus locus; immensae altitudinis). Val. Max. 5, 6, 2 *Curtius equum* praecipitem in illud -um egit (*antea*: cum ... vasto ... hiatu terra subsideret). 9, 6 ext. 2 *Hannibal abiecit* Acerranorum senatum ... in -um (-o *var. l.*, -a *Eberhard*) puteorum (Paris in -um puteum). Sen. nat. 6, 1, 9 in illud -um *terrae motu ortum* (*antea*: in vasto terrarum dehiscentium sinu). Plin. nat. 2, 203 oppidum haustum -o (*nisi ad β. cf. e. g.* Firmil. Cypr. epist. 75, 10, 1 ut ... civitates in -um receptae dirupti soli hiatu devorarentur). Tac. Agr. 25, 1 *v. p. 1751, 29.* Heges. 1, 9, 4 exercitum ... conclusum vallis -o (*gr. 1, 90 κατὰ βαθείας φάραγγος*). Avg. in psalm. 6, 6 immani -o interposito (*sec. Luc. 16, 26* chasma magnum). *al.*

Ⓘⓘ *de parte ima vel interiore* (*de ipso fundo e. g. l. 39. 47 sq.* [*cf.* Avg. serm. 294, 7 non invenio in -o -um]; *c. gen. partit. vel poss. e. g. l. 39. 45. 51*): Ⓐ *aquarum* (*exempla certiora*): Acc. trag. 402 Triton ... molem ex -o saxeam ad caelum ⌞eruit⌟ (⌞ ⌟ erigit *Lachmann*). Cic. fin. 3, 48 (*sim.* 4, 64) si ... essent in -o (*sc. demersi in aqua; opp.* si non longe absunt a summo. *cf. Chrysipp., Stoic. vet. frg. III n. 539 τοῦ καταδεδυκότος ὀργυιὰς πεντακοσίας*). Liv. 33, 29, 6 extracta ... ex stagno *sunt* cadavera saxis ..., ut pondere traherentur in -um, adnexa. Cvrt. 4, 3, 6 motum (totum *trad.*) ex -o mare. Plin. nat. 9, 5 pulsatas ... ex -o beluas (*antea*: ab imo). 12, 2 vestes ad Seras peti, unionem in Rubri maris -a (-o *edd. vet.*), zmaragdum in ima tellure quaeri (33, 70 e -o m. petere margaritas. Hier. epist. 39, 3, 6 [*verba dei*] Ionas ... et in -o [-um *var. l.*] m. meus fuit. *al.*). Stat. Theb. 9, 243 arcani ... devexa -i (-o *cod. P*) scrutantem delphina ([*opp. 246* summa per aequora]. Avson. Mos. 60 *perlucente aqua* a. ... patet penetrale -i [fluenti *codd. plerique*]). Gell. 2, 30, 4 venti ... in mare incidentes deorsum in aquarum -a ... deferuntur. Rvfin. Adamant. 5, 18 aqua ... Ionam ... habuit in -o tribus diebus (*gr. ἐν τῷ βυθῷ. cf. l. 41*). Prvd. ham. 471 *populum Israhel* aequoreum pelago cedente -um pulverea calcasse via. Pavl. Nol. carm. 27, 526 arente -o *Iordanis* (*sec. Ios. 3, 15 sqq.*). *al.* Ⓑ *terrae* (*nisi coll. β ipsam terram intellegas e. g. l. 50*): Aetna 276 *metalla quaerendo* scrutamur rimas et vertimus omne -um. *al.* Sen. nat. 3, 19, 3 nasci ... posse pisces in illo terrarum -o ([*cf. 1* in subterraneis]. Colvm. 3, 1, 8 optimum est solum ..., quod fontibus non in summo, non in -o terrae scaturriat [*cf. p. 1749, 73*]. Evstath. Basil. hex. 4, 7, 1 [*gr. ἐν τῷ βάθει*]. *al.; aliter l. 65*). Colvm. 3, 11, 3 *arbores silvestres* non penitus nec in -um radices agunt, sed per summam (summum, -ma *var. ll.*) terrae dispergunt (*cf.* Plin. nat. 16, 127 [*opp. 128* per summa caespitum]). 4, 1, 7 in -o semina frigore laborare dicuntur. Plin. nat. 2, 158 scrobibus in -um actis (*sim.* Prvd. perist. 10, 1012). 3, 119 *Padus* urguetur ... aquarum mole et in -um agitur, gravis terrae. Flor. epit. 4, 12, 60. Mart. Cap. 6, 688 specus Acherusius, qui mergitur in -a telluris. *al.* Ⓒ *cuiuslibet rei vel de situ imo* (*respiciuntur terrena, quae -a sunt collato caelo l. 65 sqq.*): Messalla ausp. frg. Macr. Sat. 1, 9, 14 aquae terraeque ... naturam gravem atque pronam in -um dilabentem (*opp.* in immensum sublime). Pavl. Fest. p. 52 chaos appellat Hesiodus confusam quandam ... unitatem hiantem ... in -um (*cf. theog. 116*). Sen. dial. 6, 25, 2 *e caelo* in -a terrarum permittere aciem (*postea*: ex alto relicta despicere. *cf. e. g.* Avg. in psalm. 17, 14 ['intonuit de caelo dominus'] ut ... in -o rerum humanarum audiremus caelestia). Plin. nat. 37, 199 ficticiis *gemmis* pusula e -o apparet, scabritia in cute (*item gemmarum*: Prvd. psych. 853 liquido ... -o. *cf.* Oribas. syn. 2, 56, 71 Aa p. 128, 25 *lapis Assius* naturales [*i. διαφύσεις*] nigras habens in -o [frof- *cod.; gr. διὰ βάθους*]). Mart. 12, 57, 24 in *domus tuae* -o somnus et quies ..., nec dies nisi admissus. Maecian. dig. 32, 15 res ... legatae quae in -o esse dicuntur, quandoque apparuerint, praestantur. Vet. Lat. psalm. 129, 1 (cod. 300. *al.* = Vvlg.; *in imag.*) de -is clamavi ad te, domine (*gr. ἐκ βαθέων. explicat e. g.* Avg. *ad l.* -um ... nobis *hominibus* est vita ista mortalis. *ibid. vox peccatoris* clamantis ... de -o malorum). apoc. 2, 10 (Apring.) missurus est diabolus in -um, *sc. aliquos ex vobis* (*gr. εἰς φυλακήν, cod. 51. al. et Vulg.* in carcerem). Marcell. med. 34, 110 *spina haerens* corpori ... in -o (*item corporis*: Oribas. eup. 2, 1 *I* 1 Aa p. 509 [*sim.* Ab, La] ixos ... de -o extrahit vehe⟨menter humores⟩ [*gr. ἐκ τοῦ βάθους*]. 4, 33, 1 Aa p. 549 [*sim.* La] in -o [*gr. διὰ βάθους*]. *al.*). Oribas. syn. 4, 4, 1 La p. 7 triticus, qui ... in -o rubeus est (*postea*: intrinsecus; *gr. διὰ βάθους, Aa* in alto ... sub corio). *al.* *in imag.* -um pectoris *sim.* (*cf. p. 1750, 41*): Amm. 19, 9, 9 rex ... licet securitatem praeferens vultu ... -o tamen animi (*cod. V*; animo *alii*) graviter aestuabat. Rvfin. Clement. 1, 3, 4 in -o pectoris cruciabar. Victorin. ad Ruric. epist. 2 intra mentis -a (*postea*: intra me).

β *significantur aquae et varia liquida*: Ⓘ *mare* (*usu imprimis poetico saepius evanescit respectus altitudinis; cf.* Synon. Cic. p. 434, 16 mare. aequor. salum. pontus. pelagus. -um. *eqs.*): Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* Manil.): Cic. Sest. 45 iecissem ipse me ... in -um, ut ceteros *piratis eriperem.* Verg. Aen. 12, 263 petet ille *Aeneas* fugam penitusque -o vela dabit. Aetna 320. Hor. carm. 4, 4, 65 (*loq. Hannibal*) *gentem Romanam si* merses -o, pulchrior evenit. Ov. met. 1, 331 supra ... -um exstantem ... Tritona (*antea*: pelagi). 11, 791. hal. 92 *piscibus* discripsit sedes varie natura -i. Liv. 31, 1, 5 (*Liv. de opere suo*) provideo animo, velut qui ... mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut -um (-am *trad.*) invehi. Manil. 4, 274 vitam ... -o credent *sub piscium signo nati* (*ibid.* pontum, *276* pelagus. *cf.* Val. Max. 3, 2, 23 -o te credidisti ac ... enasti). 5, 420 *delphinus* nunc summum scindens pelagus, nunc alta -i. Sen. contr. 7, 1, 25 quidquid est ..., quod terris imperat, quod regnat -o ..., quod ex sublimi res spectat humanas (*sec. gr. ibid. ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, ibid. et* alto). Sen. Herc. O. 1582 (*ἀδύνατον*) ante nascetur seges in -o ..., quam *eqs.* Med. 342 *Symplegades,* claustra -i. 597 dominus -i (*Neptunus ut*: Val. Fl. 2, 605 pater ipse -i [*cf. 4, 571* p. i. maris]. *cf. e. g. l. 68 et* Stat. Ach. 1, 528 diva -i, *i. Thetis*). dial. 12, 10, 5 quid *opus est* -i perscrutatione? passim iacent alimenta (*cf. l. 65 et* Stat. silv. 3, 1, 84 scrutatores ... -i, *i. piscatores*). nat. 3, 27, 11 (*de diluvio*) omnis tumulus in -o latet, et inmensa ubique altitudo est. Colvm. 8, 17, 9 piscina deprimitur ea parte litoris, quae -i (-o *vel* frondi *fere trad.*; profluo *coni. vet.*) recessu numquam destituitur. 10, 79 ubi ... sidereo ... polo cedet Lyra mersa -o (*cf. 11, 2, 14* incipit occidere. *item respiciuntur sidera occidentia*: Lvcan. 9, 540 -o mergi Plaustra. Val. Fl. 4, 642). Lvcan. 6, 23 *urbs* clausa -o undique. 9, 305 neque subsedit penitus, quo stagna -i acciperet, nec se defendit ab aequore tellus (*respiciuntur Syrtes ut*: 308 aequora fracta vadis abruptaque terra -o). Plin. nat. 9, 149 in -o ... nec ventoso molliores *fiunt spongeae.* 10, 28 *milvi* videntur artem gubernandi docuisse caudae flexibus, in caelo monstrante natura, quod (quid *Gelenius*) opus esset in -o. Val. Fl. 7, 478 (*Medea Iasoni*) quantum hinc aberis ... -i? (*cf.* Fronto p. 47, 4 natare tantum -i). Sil. 15, 179 *in portu est* positus ... labor terrorque -i. Stat. Theb. 9, 306 contemptorem ... -i (*cf. 6, 542 sq.* c. ... aequoris). Tac. ann. 1, 70, 2 *propter terram inundatam non* discerni poterant incerta ab solidis, brevia a -is. Apvl. apol. 30, 9 *instrumenta magica non* fundo revellenda, sed -o extrahenda (*sc. pisces*). *et saepe.* *meton. de eo quod in mari invenitur*: Manil. 5, 405 oneratur terra -o, *sc. margaritis.*

Ⓑ *accedunt attributa*: ① *gen. explic.* (*aliter p. 1747, 31; vice versa e. g.* stagna -i *l. 38. p. 1749, 3. al.*): Lvcr. 5, 417 terram et caelum pontique -a (Prisc. periheg. 1076). Ov. hal. 84 *piscando* in medias pelagi ... pergere sedes ... vastique maris temptare -um (Svet. Tib. 40 *insula* saepta undique ... -o m. [mari *Stephanus*]. Ps. Apvl. Ascl. 6 *homo* acumine mentis m. [in, et m. *var. ll.*] -a descendit. 13. Svlp. Sev. epist. 1, 6 supra m. -a transisse. *al.*). Apvl. met. 4, 28, 4 caerulum -um pelagi peperit *Venerem* (Avien. orb. terr. 150 -um Tyrrheni ... p. [*gr. 102 Τυρσηνή, sc. ἀμφιτρίτη*]. Tract. in Luc. 5, 1). *al.* *in imagine* (*cf. p. 1746, 71*): Iren. 2, 17, 8 *Sophiam Valentinianam* -um ignorantiae fructificare (*ibid. iterum*). Hier. epist. 98, 2, 1 (*Theophil.*) quos ... instar frementium gurgitum perturbationum -a circumsonant (*inde corrigas* Aster. ad Renat. l. 45). *al.*

② *adi.*: *varia selecta*: Ov. epist. 5, 61 *mons* aspicit inmensum ... -um (Sen. benef. 7, 2, 6 inexploratum et i. Pavl. Nol. carm. 6, 299 [*in imag.*] panditur i. ... -um in laudes *dei. al.*). met. 5, 439 *Proserpina* matri omnibus est terris, omni quaesita -o (Sen. dial. 12, 10, 2 o. perscrutari -um. Stat. silv. 3, 3, 84 [*in imag.*] in ... o. felix tua cumba -o. *al.; cf.* totum -um: Manil. 5, 43 t. ... tranare -um. Val. Fl. 5, 438. Sil. 3, 175 t. ... volitare -o. *al.*). 11, 202 tumidi genitore -i, *sc. Neptuno* (*cf. e. g.* Sil. 11, 446 turbatum ... -um. 13, 480 saevo ... -o [Stat. Theb. 9, 387]). Manil. 4, 789 Italiae tenui divisa -o ora, *sc. a Sicilia.* Sen. suas. 1, 2 immobile -um (*cf. e. g.* Lvcan. 6, 268 placido ... -o). Sen. Herc. f. 1109 lati ... -i (*al., v. vol. VII 2, 1021, 79 sq. et cf. p. 1749, 21*). Lvcan. 2, 571 *Caesar gloriatur* Oceanum ... vocans incerti stagna -i. 3, 576 semianimes ... vastum subiere -um hauseruntque ... pontum (3, 651 *natando* bracchia ... v. iactare -o. Val. Fl. 8, 314 Sil. 4, 246. Tac. ann. 2, 24, 1 ita v. [et] -o, ut *eqs.* [*si recte deletur* et].

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ENNOD. carm. 1, 7, 58 Faustum ..., ore qui v. valet ut -um. *al.*). VAL. FL. 5, 337 *Medea somnians* ingenti circum stupefacta -o. SIL. 11, 455 *canebat,* deus ut liquidi discisset stagna -i tellurisque globum media compage locasset *eqs.* STAT. Theb. 4, 240 Alphee *flumen,* ... tam longo non umquam infecte -o (*i. fere itinere per -um; cf. p. 1748, 43 sq.*). MART. 10, 37, 15 piscoso ... educta -o ... lina. *et saepe.* *pro nomine proprio posita* (*laxius l. 9*): OV. met. 7, 65 Siculo ... -o (STAT. silv. 3, 2, 86 MART. 13, 80, 1. AVSON. 24, 125 [297, 19 S.] classes Libyci S.que -i). 11, 197 dextera Sigei, Rhoetei laeva -i ara (*laxius distinguitur unum idemque mare sec. litora, quae adluit*). 14, 223 Tusco ... -o (*aliter l. 26*). COLVM. 8, 16, 9 *helops* Pamphilio -o nec alio pascitur. LVCAN. 8, 853 rubri stagna -i (CLAVD. 10, 168 rapt. Pros. 3, 320). VAL. FL. 1, 160 *aquila* Aegaei super effugit alta -i (2, 383). SIL. 11, 22 Ionio ... -o (14, 73). STAT. silv. 4, 3, 89 Tyrrheni ... -i (5, 3, 166). *al.* *partitiva* (*cf. p. 1748, 65 sqq. 1751, 48 sqq.*): OV. met. 2, 267 corpora phocarum summo resupina -o exanimata natant. 4, 537 (*loq. Venus*) in medio quondam concreta -o spuma fui (LVCAN. 3, 2 m. ... rates movere [tenuere *recc.*] -um. VAL. FL. 1, 574 SIL. 7, 418. *al.*). STAT. Theb. 11, 523 *naves submersae* imo ... sedere -o (AVIEN. orb. terr. 559 marmora ... imo turgescunt mota -o). ASTER. ad Renat. l. 28 in altum -um maris tractu remorum scandere (PAVL. NOL. carm. 2, 6 mihi vix ⌞a.⌟ ... -o rarus ... generatur sphondylus [⌞ ⌟ lato *Shackleton Bailey, Am. Journ. Phil. 97, 1976, 3; opp.* vicinum ... litus]).

Ⅱ *lacus, flumen sim.* (*hyperbolice de sanguine l. 31*): VAL. MAX. 4, 7, 2 Laetorius ... *e ponte* celeri saltu -um Tiberis petiit. SIL. 4, 533 Tritonis niveo ... sacra ... -o (*cf. 3, 322* stagna ... Tritonidos alta paludis). 7, 378 Tusci ... stagna -i, *i. Trasimenus lacus* (*sim.* 10, 590). STAT. silv. 1, 5, 54 (*iocose de balneo*) hoc mallet nasci Cytherea -o (*nimirum simul respicitur mare*). MART. 4, 30, 8 (*1* Baiano ... lacu, *i. Lucrino*) hoc ... -o. AVSON. Mos. 28 (*ad Mosellam*) vitreo ... lacūs imitatĕ -o (55 spectaris v. per levia terga -o, secreti nil amnis habens). PRVD. perist. 10, 1055 restagnat cruor *victimarum,* vix ut ... augures ... possint meare per -um sanguinis. CLAVD. rapt. Pros. 2, 117 *lacus* ima ... perspicui prodit secreta -i. *al.*

γ *significatur ipsa profunditas, sc. una earum dimensionum, quibus constituuntur ea quae sunt*: VET. LAT. Sirach 1, 2 altitudinem caeli et latitudinem terrae et ⌞-um abyssi⌟ quis mensus est? (⌞ ⌟ *gr. ἄβυσσον*). Eph. 3, 18 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) ut possitis conpraehendere ..., quae sit latitudo et longitudo et altitudo et -um (*postea*: plenitudinem dei; *gr. βάθος. locum interpretantur e. g.* AMBROSIAST. *ad l.* 1 inmensum et inaestimabilem cognoscere deum. HIER. *ad l.* p. 491[A] -um *esse* inferos et, quae infra eos sunt). CHALC. comm. 33 cubus, corpus per longum, latum -umque divisum (*cf. 32* profunditate). SVLP. SEV. chron. 1, 54, 4 (*cf. Ier. 38, 6*) *propheta* in lacum inmensi -i ... demissus est. dial. 1, 13, 2 fere mille ... pedum -um putei ferebatur. EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 6 (*definitur abyssus*) aqua nimia infinitum habens -um (*gr. τὸ πέρας ἐπὶ τὸ κάτω*). *al.*

b *adi.*: α *vi sollemni* (*saepius in imag., e. g. l. 48. 59*): Ⅰ *exempla varia*: Ⓐ *de aquis sim. vel locis, unde eae proveniunt, ubi fluunt* (*cf. p. 1751, 32; hyperbolice* -um merum, *sc. largum: v. vol. VIII 849, 28 sq.*): CIC. Sest. 93 *ut alienas* divitias in -issimum libidinum suarum gurgitem profundat *Gabinius* (*cf. p. 1751, 75 sqq.; item in imag. e. g.* PANEG. 9, 18, 3 *Britannia* -issimo poenarum g. liberata [*antea*: superfuso ... Oceano]. *proprie*: AMM. 14, 2, 10 angusti g., sed -i. *al.*). Planc. 15 campus *Martius* atque illae undae comitiorum ut mare -um et inmensum ... effervescunt (MANIL. 5, 688 -i canities detonsa m., *sc. sal.* SEN. Med. 4 dial. 10, 2, 3. 11, 9, 6 [*in imag.*] *nos homines* in hoc -um inquietumque proiecti m., *sc. vitae.* CVRT. 10, 7, 11. *al.*). CATVLL. 17, 11 *de ponte cadat iste, ubi* paludis lividissima maximeque est -a vorago (LIV. 22, 2, 5 per praealtas fluvii ac -as v. 29, 17, 13 [*in imag. spectat ad avaritiam*]. SEN. benef. 6, 22. HIER. epist. 96, 11, 1 [*Theophil.; in imag.*] inpietatis. *al.*). VERG. Aen. 5, 614 -um pontum. HOR. carm. 4, 2, 7 (*in imag.*) velut amnis ... fervet immensusque ruit -o Pindarus ore ([*cf. Quint. inst. 10, 1, 61* Pindarus princeps ... velut quodam eloquentiae flumine]. STAT. Theb. 9, 420 *deus fluvialis* turbidus ore -o incipit: '...'). 4, 15, 21 qui -um Danuvium bibunt, *i. Daci* (CE 427, 3 [*saec. II*[1]] vasta -i aequora D.). LIV. 1, 13, 5 *lacus Curtius,* ubi primum ex -a emersus palude equus Curtium in vado statuit ([*ad rem cf. p. 1750, 6*]. TAC. ann. 1, 67, 2 *fugientibus* plures silvas, -as magis p. ... superesse. 2, 19, 2). 31, 37, 8 in paludes quidam coniecti -o limo ... hausti sunt (AVIAN. fab. 6, 1 limo [olim *fere codd.*] ... immersa -o ... rana [*cf. Babr. fab. 120, 1 ὁ τελμάτων ἔνοικος*]). SEN. suas. 1, 1 quae *portenta* -a ista vastitas *Oceani* nutrit (APVL. mund. 6 p. 301 -ae v. ... maria [*nisi ad B1aβ, sed cf. gr. 393b7 βαθύν*]). SEN. dial. 6, 17, 2 Charybdin ... magno hiatu -oque navigia sorbentem. nat. 4, 2, 8 hinc ... Nilus alto ac -o alveo fertur (CVRT. 8, 13, 8 -o a. et nusquam vada aperiente). CVRT. 9, 9, 20 terras ... -o salo mersas (*cf. p. 1750, 29*). COLVM. 10, 25 fons inlacrimet putei non sede -a. MELA 1, 102 *Pontus Euxinus* non -us est (*antea*: brevis). PLIN. nat. 36, 190 hic *amnis* ... vado -us (TAC. ann. 2, 23, 3). *al.* *audacius* -ior navigatio, *i. quae fit per mare -ius*: CASSIAN. conl. 1 praef. 4 -ioris n. periculis fragilis ingenii cumba iactanda est (*antea*: inmensum pelagus *doctrinae tractandae*). Ⓑ *de aliis locis praecipitibus et variis rebus* (*fort. huc trahas l. 48*): SALL. hist. frg. 4, 17 (*de terrae motu?*) hiavit humus multa (lacuna *Madvig*) ⌞vasta et -a⌟ (*praedic. pro adv., si frg. recte trad.*). PAVL. FEST. p. 49 *Curtius* in -issimum se ... proiecit hiatum (PLIN. nat. 2, 193. *al.; cf. etiam p. 1749, 70*). COLVM. 4, 1, 1 scrobes *vineae.* SIL. 4, 70 sacros montes rupesque -as (*i. Alpes*) transiluit *Poenus* (HEGES. 3, 20, 2 p. 223, 5 -ae r. saxaque ingentia. CLAVD. 3, 252). STAT. Theb. 10, 95 -is vallibus (PANEG. 3, 10, 1 arduos colles -asque v. et lata camporum. CLAVD. 1, 110. *al.*). 7, 816 alte praeceps humus ore -o dissilit. PRIAP. 83, 32 ut ... voret -a fossa lubricum caput *penis* (*item respiciuntur foramina corporis*: APVL. met. 1, 19, 9 vulnus de⟨h⟩iscit in -um patorem. PANEG. 6, 14, 3 [*in imag.*] tam -a vulnera *a Maximiano inflicta* [AMM. 31, 13, 4]. *al.*). APVL. met. 8, 2, 6 (*in imag.*) *Thrasyllus* in -am ruinam cupidinis sese ... praecipitaverat. VET. LAT. Ezech. 23, 32 (cod. 176, *sim. al. et* VVLG.) calicem ... bibes illum -um et latum. SOL. 50, 1 (*inde* MART. CAP. 6, 693) -ae nives (CLAVD. 26, 343. *cf. per enallagen: ibid.* 21, 126 nivibus ... -um ... Athon [-is *codd. duo*]). SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 5 *succingere* rugas ... syrmatis -i. *al.* *de ipsa* altitudine (*cf.* -a profunditas *p. 1739, 70*): LIV. 38, 23, 7 magna pars *hostium* rupibus inviis in -ae a. convalles delapsa est. *al., v. vol. I 1768, 47 sq.*

Ⅱ *de iis, quae sita sunt in imo, inde proveniunt sim. (de incolis marinis l. 27 sq.); respiciuntur interiora*: Ⓐ *maris vel terrae*: SEN. nat. 3, 8 (*antea*: interiora terrarum abundare aquis) ex illa -a copia ... amnes egeruntur. COLVM. 1, 5, 1 putealis *unda* quaeratur ..., quae non sit haustus -i. PLIN. nat. 2, 222 summam aequorum aquam dulciorem *esse* -a (*cf. app. crit.*). STAT. Theb. 3, 409 (*de Nereidibus*) turbā -i Nereos (5, 436. *cf.* CLAVD. carm. min. 53, 119 Neptuni famulis ... -is). SVET. Claud. 20, 3 portum Ostiae extruxit ... ad introitum -o iam solo (salo *Stephanus*) mole obiecta. CYPR. ad Donat. 3 (*in imag.*) alta haec *vitia sim.* et -a penitus radice sederunt (RVFIN. Orig. in gen. 1, 4 p. 6, 22 [*in imag.*] *si verba* -ioribus nitantur in corde nostro r. EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 2 alia *ligna* -ioribus, alia summis ... sunt adnexa r. [*cf. gr. βαθύρριζα*]. *al.*). *al.* Ⓑ *corporis, animi (sc. vigente imagine):* *de morbis sim.*: Ps. QVINT. decl. 8, 16 prodit abditos -osque morbos ... crebrior anhelitus. HIL. trin. 8, 1 doctrinae pestiferae corruptionem, quae ... -o serperet malo (*ibid.* latenti ... subrepentique contagio). *de suspiriis sim.*: Ps. QVINT. decl. 8, 22 magnis -isque suspiriis *dolentis* (MART. CAP. 9, 889 -a ... traxisse s. *cf. l. 56*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 34, 7 -o spiritu *in pronuntianda littera 'h'.* VITAE patr. Iurens. 80 -is gemitibus (*antea*: trahentes longa ex imo corde suspiria). *de sede cogitationum sim.* (*cf. l. 56*): MAR. VICTOR. aleth. 2, 261 (*respicitur mala conscientia*) quo *animo* se tortore -o vindicat omne nefas (*cf. Iuv. 13, 195* occultum quatiente animo tortore flagellum). ENNOD. epist. 1, 16, 5 p. 28, 8 -o ea *vera* pectoris include secreto. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 4 p. 363[A] *spiritus maerentis occlusus* in -issimas internorum sedes cogitur (*gr. πρὸς τὰς ἐν τῷ βάθει κοιλότητας*).

β *vi partitiva*: OV. met. 2, 229 Phaethon ... ferventes ... auras velut e fornace -a ore trahit (*nisi spectat ad l. 3*). STAT. Theb. 5, 646 vox ... ex adytis accepta -is. CYPR. laps. 15 (*in imag.*) plaga letalis altis et -is visceribus infixa (PRVD. perist. 9, 60 tortor ..., qui -a perforarat v. [*opp.* summa; *cf. 63* vitalia condita]). HIER. in Ion. 2, 4 l. 114 D. *Iona* ceti clausus alvo in -issimo et in medio maris. MART. CAP. 2, 201 axem ex caeli summitate vibratum -am transmeare terram (PASS. Thom. 53 fodi t. -am et eduxi fontem de abysso). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 41 natus ... in -issima Aegypto quomodo erit Alexandrinus? (*gr. ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου*). VITA Caes. Arel. 1, 20 trahens ... longa de -o corde suspiria. *al.*

2 *speciatim spectat ad sedem inferorum, gehennam et ea, quae illuc pertinent* (*cf. B2a*): **a** *adi.*: LVCR. 3, 978 quaecumque Acherunte -o *sunt.* VERG. georg. 1, 243 *verticem meridianum* Styx atra videt Manesque -i ([*cf.* SERV. mire ... ait quasi de inferis]. SIL. 5, 618). EPICED. Drusi 242 *Mars oravit Parcas,* ut Remus ... et frater ... effugerent ... stagna -a. SEN. Ag. 2 (*loq. Thyestis umbra*) adsum -o Tartari emissus specu (Ps. QVINT. decl. 10, 19 *tu, mage,* qui nocturno ... ululatu -um s. [pectus *cod. unus*] et ima terrarum moves). Oed. 160 *furiae* rupere Erebi claustra -i (STAT. Theb. 1, 297 -i lege E. *cf. p. 1751, 2*). Phaedr. 951 inter -a Tartara et Ditem horridum (PRVD. cath. 9, 18 *Adam,* merserat quem lex -o noxialis Tartaro). *al.* LVCAN. 1, 455 Ditis ... -i pallida regna. VAL. FL. 7, 401 -um per chaos occurrunt ... umbrae (PETR. CHRYS. serm. 122, 4 Lazarum mitte ... de solio sublimi ad -issimum ch. [*syn.* ad infernum]). STAT. Theb. 1, 615 -o ... Iovi, *i. Plutoni.* 4, 459 -ae ... Cereri (*de Proserpina ut 5, 156* inferna Ceres. CLAVD. rapt. Pros. 1, 2 -ae Iunonis). AMM. 17, 7, 13 *urbes quaedam* ad Erebi -os hiatus abactae. VVLG. Iob 17, 16 in -issimum infernum descendent omnia mea (-issimum inferni *var. l.; cf. Hier. interpr. Iob* ad inferos). *al.* **b** *neutr. pro subst.* (*masc. de dis inferis p. 1751, 11?*): SEN. Oed. 578 temptari abditum Acheron -um mente non aeque tulit. Phaedr. 148 teneri crede Le-

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

thaeo abditum Thesea -o et ferre perpetuam Styga. Ivv. 13, 49 ⌞taliquis⌟ sortitus triste -i imperium ... Pluton (⌞ ⌟ imi *Housman,* Erebi *Mantovanelli, loco cit., 266; aliter alii*). Vet. Lat. Rom. 8, 39 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) neque altitudo neque -um neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei (*gr. βάθος. explicant e. g.* Pelag. *si quis* inferno deterreat vel profunditatem scientiae suadere conetur. Rvfin. Orig. in Rom. 7, 10 l. 106 -um impugnat nos, sicut et David dicit ... [*psalm. 55, 3.* 129, 1], cum ab ... gehennae spiritibus impugnatur). Iren. 2, 11, 1 *haeretici* in vacuum et in -um umbrae incidentes. Amm. 14, 11, 29 *fortunae motus* nunc evehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti -a mergentes. Hier. epist. 84, 6, 3 -um gehennae. Clavd. rapt. Pros. 1, 89 (*de Mercurio*) commune -is et superis numen. Avg. c. Petil. 2, 99, 228 (*in lusu verborum*) *Donatista quidam* comparavit fundum, ubi mergeret homines in -um. Hippocr. vict. 1, 4, 2 ea, quae de -o ad lucem veniunt, nasci, qu(a)e vero hac luce ad -um ceciderunt ..., perire (*gr. ἐξ Ἅιδου ... ἐς Ἅιδην*). *al.*

B *laxius*: **1** *de iis, quae se sursum vel in quamlibet directionem extendunt, immensa sunt*: **a** *vario usu*: **α** *de caelo sim.*: Enn. ann. 546 fortis (*pro* -es) Romani ⌞⟨sunt⟩⌟, quamquam (tam- *Baehrens*) caelus -us (⌞ ⌟ *Merula,* ⟨stant⟩ *Sc. Mariotti; cf.* caelum -um: Verg. ecl. 4, 51 [*item* georg. 4, 222] terrasque tractusque maris c.que -um. Aen. 1, 58 [*cf. p. 1746, 34 et* Serv. auct.: quidam -um 'in -um' accipiunt, alii pro 'funditus', *sc. praedicative*]. -um caeli: Manil. 5, 720 *pars stellarum* vasto c. summota -o). Plin. nat. 2, 65 subire eas *stellas errantes* aut descendere per -um aëris (*cf.* -us aër: Gell. 14, 1, 10. CE 254, 8 [*saec. III*] pr⟨ofundo⟩ a.). Stat. Theb. 3, 495 (*Amphiaraus Iovi*) dextris ... -um alitibus praetexe diem. 3, 524 regione -i aetheros. **β** *de silvis, campis sim.*: Lvcr. 5, 41 per nemora ac montes magnos silvasque -as (Verg. Aen. 7, 515 qua *voce* ... s. insonuere -ae. Cvrt. 7, 7, 4 -ae ... s. vastaeque solitudines. *cf.* -a silvarum: Frontin. strat. 1, 3, 10 tutum ... regressum in -a s. Tac. Agr. 25, 1 s. ac montium -a. Amm. 27, 12, 11). Verg. georg. 2, 391 *Baccho favente* complentur vallesque cavae saltusque -i. Cvrt. 4, 7, 11 *iter in solitudine facientes* haud secus quam -um aequor ingressi terram oculis requirebant (*nisi ad p. 1749, 46, sed praevalere vid. respectus vastitatis; item*: 7, 5, 4 vasti et -i ae. Sil. 3, 538 victa -is ae. ... lumina *nautae*). Plin. nat. 16, 234 -a mundi et saltus inaccessos. Sil. 3, 663 peditem ... -o errantem campo *Libyae* et semper media arva videntem. Stat. Theb. 5, 552 *Hypsipyle* longo ... -um incendit clamore nemus (Mar. Victor. aleth. 1, 530 n. ... silva -i).

b *in philosophia respicitur τὸ κενόν Epicuri aliorumque vel spatium mundi universi*: Lvcr. 1, 957 pervideamus, utrum finitum funditus omne constet an immensum pateat vasteque -um (*cf.* Sen. *infra*). 1, 1108 per inane -um (2, 96. 2, 222. *ne ad l. 46 trahas, cf. 1, 1103* magnum per i.). 2, 1054 cum ... spatium vacet infinitum seminaque innumero numero summaque -a multimodis volitent (*paulo laxius* 6, 649 s. rerum esse -am). Sen. dial. 8, 5, 6 *cogitatio nostra illud scrutatur,* quod ultra (intra *trad.*) mundum iacet, utrumne -a vastitas sit an et hoc ipsum terminis suis cludatur. *neutr. pro subst. de ipso inani sim.*: Lvcr. 1, 1002 natura loci spatiumque -i, quod ... percurrere fulmina ... *numquam* possint (5, 370). 6, 485 summam ... -i esse infinitam docui. *al.* Manil. 1, 179 non imo tellus deiecta -o, sed medio suspensa manet (*cf. in eadem re*: 1, 203 tellus mediam sortita cavernam aëris, e[t] toto pariter sublata -o. 1, 550 per medium est tellus suspensa -um).

2 *de iis, quae spissa, densa sunt, ut facile penetrari nequeant (fere luce vel obtutu; aliter imprimis* Hippocr. *sub c*): **a** *tenebrae sim. (saepe accedente respectu inferorum)*: Tvbero hist. 9 *Poeni* in atras et -as tenebras eum *Regulum* claudebant (Sil. 12, 659 mersus ... -is ... t. ... Typhoeus. Stat. Theb. 11, 73. 580 [*cf. 2, 441* ex imis ... t.]. *al.; cf.* Ps. Qvint. decl. 19, 3 pars *domus* remota, ... -a tenebris [*per enallagen*]. Min. Fel. 1, 4 [*in imag.*] de tenebrarum -o in lucem sapientiae *emergere*). Verg. Aen. 4, 26 *abigi* ad umbras, pallentis umbras Erebo noctemque -am (6, 462. Tib. 1, 3, 67 scelerata iacet sedes in n. -a abdita. Sil. 12, 132 Tartareae ... urbis. Stat. Theb. 8, 143. 10, 831. Ps. Qvint. decl. 5, 15 carceris. *al.*). Ps. Qvint. decl. 5, 16 (*si recte restit. Håkanson*) tristis et ultra naturalem ⟨modum⟩ -ae (-o *var. l.*) caliginis nocte[m] mersus ... specus (Cypr. ad Donat. 12 [*in imag.*] detestabilis caecitas mentium et cupiditatis insanae -a caligo. Novell. Valent. 23, 1. *al., v. et vol. III 161, 39*). **b** *nubila sim.*: Stat. Theb. 3, 435 (*de comitatu Neptuni*) Nimbique Hiemesque -ae Nubilaque *eqs.* Ach. 1, 45 -ā tempestate (*cf. Hom. Λ 306 βαθείῃ λαίλαπι*). Avson. 21 (419 S.), 19 *Vlixes* instar -ae grandinis, *sc. in loquendo* (*spectat ad Hom. Γ 222 ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν*). **c** *partes corporis*: Sol. 26, 3 Numidici ursi ceteris praestant ... villis -ioribus. Hippocr. vict. 2 l. 293 *pisces* pelagici ..., qui in -o sunt ..., fortiorem et -iorem habent carnem (*opp.* rariores carnes ... et leviores, *gr. 2, 48, 2 βαθυτέρην*).

II *translate de iis*: **A** *quae gradu vel magnitudine praecellunt, sc. quae vehementia, gravia, plena, immensa sim. sunt; respiciuntur*: **1** *mala, vitia, scelera sim.*: **a** *libido, voracitas, avaritia sim. inexplebilis* (*cf. imag. p. 1746, 73. 1749, 49. al.*): Cic. Pis. 48 cum partim eius praedae -ae libidines *Gabinii* devorassent, partim ... inaudita luxuries *eqs.* (Ps. Sall. rep. 1, 4, 3 ventri atque -ae l. sumptus *quaerere.* Zeno 1, 21 *avaritia* est ... l. -a, ... rapacitas sine fine). Sall. Iug. 81, 1 Romanos iniustos, -a avaritia ... esse (Clavd. Don. Aen. 4, 655 p. 415, 3 Clavd. 15, 163). Sen. epist. 89, 22 *vestra* -a et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras ([*postea*: stomachum inexplebilem]. Svet. Vit. 7, 1 posse provincialibus copiis -am g. eius expleri. 13, 3 Apvl. apol. 75, 10. *cf.* -us venter: Cvrt. 10, 2, 26 *milites* -o ventre devictarum gentium spolia circumferentes. Apvl. met. 4, 22, 7. 7, 27, 3 insatiabilem -umque v. [*antea*: voracitati]). Gell. 6, 16, 4 genera ... edulium ..., quae -a ingluvies vestigavit (Apvl. met. 5, 17, 3 serpentem ... hiantem ... i. -ā[e]. Clavd. 20, 332 [*cf. 327 sq.* insignis edendi gloria *eqs.*]). Clavd. 26, 85 *Gildo iam* mente -a hauserat urbis opes (*nisi praeferas var. l.* -as; profana *cod. unus*). **b** *varia*: Pvblil. sent. E 20 †est utique -a ignorantia nescire, quod pecces (*exstat in sola coll. Turic.; metro corrupto*). Sall. epist. Mithr. 5 Romanis ... una ... causa bellandi est, cupido -a imperi et divitiarum (*cf.* Vell. 2, 125, 1 -a confundendi omnia cupididate). Plin. nat. 30, 14 (*spectat ad Neronem*) fortunā rerum humanarum summā gestiente in -is animi vitiis. Stat. Theb. 10, 837 iam sordent terrena viro taedetque -ae caedis (Paneg. 12, 10, 3. Clavd. 20, 572 *equitatus* -ā laetus c.). Ps. Qvint. decl. 17, 12 -orum scelerum. Paneg. 10, 5, 2 perduelles ... ire passus es in -am famem (Gild. Brit. 16 chron. III p. 34, 1). Rvfin. Adamant. 1, 27 p. 25, 25 grandis ... blasphemia et -a stultitia (*cf. gr. p. 54, 15 πολλή*). *al.* *in versione prava*: Herm. Pal. mand. 8, 3 abstine ... a -a sapientia (*gr. ὑψηλοφροσύνης, cf. vulg.* superbia).

2 *tempus*: *diuturnum, infinitum*: Sen. epist. 21, 5 -a super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exerent et ... oblivioni resistent. 99, 10 *tibi* propone temporis -i vastitatem (*postea: aetatem humanam* compara immenso). Cens. 20, 1 annos ... caligine iam -ae vetustatis obductos (*opp.* qui sunt recentioris memoriae). Hymn. Walpole 2, 6 praeco diei (*i. gallus*) iam sonat, noctis -ae pervigil (*ed. confert Ambr. hex. 5, 24, 85* insomnem longae noctis laborem. *nisi trahas ad p. 1751, 59, sed vix ad l. 34*). *serum*: Hier. epist. 120, 4, 2 'vespere sabbati' (*Matth. 28, 1*), id est sero, non incipiente nocte, sed iam -a et magna ex parte transacta ([*ibid.* mediae n.]. Arator act. 1, 1018 iam nocte -a. Greg. M. moral. 30, 14 in -ae noctis tenebris. *al.; praevalente respectu tenebrarum v. p. 1751, 59*). Rvfin. hist. 6, 15 a prima luce usque ad -am vesperam (Conc.^{S} II 3, 2 Rustic. p. 18, 3 usque ⌞-issimam⌟ v. [⌞ ⌟ *vers. ant.* ad ultimam]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 94, 4 -issimae ... senectuti nostrae ut parcatis. Greg. M. moral. 30, 14 -ioribus horis noctis (*opp.* matutinum ... tempus).

3 *quies, securitas sim.*: Gell. 1, 15, 2 quosdam scatere verbis ... cum securitate multa et -a (Amm. 29, 2, 10). Apvl. met. 2, 25, 5 me somnus -us in imum barathrum ... demergit (Nicet. vigil. 6 l. 28 de -o ... s. et morti simillimo ... suscitare. *al.*). 2, 30. 3 *custode* in -am quietem sepulto (Novell. Valent. 23, 2 quisquis ... sepulcra -ae violator q. ... effoderit. *cf.* Sidon. epist. 1, 6, 1 te ... a -o domesticae quietis extractum). 6, 29, 1 otium -um (Paneg. 4, 35, 3 placidam ... rerum quietem et -um ... o. *al.*). Paneg. 10, 14, 4 provincias ... -issima ... pace florentes ([*Bücheler huc refert* Gloss. -issima pax dicitur iugis ..., plena per omnes]. Hil. coll. antiar. p. 62, 21 -am ecclesiae aeternamque p. *perturbare.* Heges. 1, 18 -ae p. securitatem. *al.*). *al.*

4 *sapientia, investigatio sim.*: Prvd. perist. 10, 651 -a non licet luctarier ratione tecum (*opp.* simplex ... sententia). Macr. Sat. 3, 2, 7 -am scientiam *Vergilii* (Mart. Cap. 4, 423 [vers.; *respicitur dialectica*] -ae fons decens s., quae abstrusa promit [*postea*: versilis profunditas]. Cod. Theod. 14, 9, 3, 1 -ioris quoque s. adque doctrinae ... auctores. *al.*). Salv. gub. 1, 13 (*ironice*) quis tam -i cordis virum non admiretur, qui *eqs.* Boeth. cons. 3 carm. 11, 1 quisquis -a mente vestigat verum (Ennod. epist. 1, 10, 3 p. 20, 10 totum -a m. te retinens. *aliter l. 13. p. 1753, 10*). *al.* *de ipsis sapientibus sim.*: Rvfin. hist. 2, 18, 1 (*de Philone*) affluentissimus ... in eloquentia, in sensibus ... -issimus (*gr. πλατύς*). Macr. Sat. 3, 2, 10 (*de Vergilio*) poeta tam scientia -us quam amoenus ingenio. *al.*

5 *varia tam corp. quam incorp.*: Stat. Theb. 10, 760 *dux* clamore -o convertit campum iussitque silentia bello (*cf. quae proferuntur* -o ore *p. 1749, 60*). Fronto p. 14, 5 (*in comparatione*) ut non mare ullum tam sit -um quam tuus adversus me amor (Apvl. met. 2, 5, 6 *maga iuvenes* a. -i pedicis aeternis alligat). Apvl. mund. praef. p. 285 laborem *naturae indagandae esse* arduum et -um. Zeno 2, 4, 9 (*ad Gal. 5, 17*) caro ... opes multimodas ac -as promittit (*cf. et l. 13 sq.*). Ps. Prosp. carm. de prov. 759 generis nostri -a propago tenditur. Cael. Avr. acut. 2, 13, 87 -a perfrictione (*al.* Cass. Fel. 46 p. 117, 13 ex frigore aut -a p. [*cf. p. 115, 5* sub ingenti p. aut frigore]. *cf.* frigus -um: Cael. Avr. chron. 2, 1, 1 [*cf. Cass. Fel. 54 p. 140, 9* ex f. nimis acuto]. *al. ibid.*). Ennod. opusc. 3, 85 p. 352, 21 quos *sacerdotes* adtonitos de advenientibus inquisitio -a sollicitat (profana *Hartel dubitanter*). *al.*

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *quae altiora sunt, quam ut simpliciter intellegi, explicari, percipi possint* (*saepius iungitur cum* secretus): **1** *quaelibet*: MANIL. 1, 97 ratio cepit ... -am (-is *var. l.*) naturam rerum causis (*cf.* PS. QVINT. decl. 19, 7 siderum cursus et -a naturae). PS. QVINT. decl. 2, 14 secretum ... -umque ... consilium *filii exheredandi* (VET. LAT. Is. 31, 6 [Hier. epist. 122, 2, 2, *sim. al.*] -um c. cogitatis et iniquum [Hier. in Is. -o c. atque peccato *eqs., sc. sec. Symm. ἐβαθύνατε παραβῆναι, Ps. Cypr. exhort. paen. p. 127* altam, VVLG. in -um recesseratis]. PHILO quaest. in gen. 4, 238. *al.; cf. l. 10*). 4, 17 secretae -aeque artis (*sc. astrologiae*) ratio (8, 15 -ae a. ... secretum). 18, 2 (*de tacente*) si bene artes et -ae mentis consilia perspicio (-a *Håkanson dubitanter coll. l. 5*). GELL. 17, 9, 18 -a quaedam et inopinabilis latebra *nuntii, sc. cute compuncta* (*cf. 22* opertum ... litterarum admirandum). PANEG. 4, 7, 3 quamvis humanae mentes -os gerant cogitationum recessus, insinuat tamen sese totam scrutatura divinitas. AVIEN. ora 23 in non sequacem quis -a ogganniat? (*antea*: secreta rerum). AVSON. 21 (419 S.), 46 -i altitudo secreti (consilii *cod. unus*), *sc. qua imp. de consulibus creandis cogitat.* AMBR. Iac. 1, 8, 35 illud -um *est* virum iustum nihil velle nisi ... bonum (*item accedit struct. verbalis*: BOETH. arithm. 1, 25, 1 hoc ... admirabile -issimumque ... invenitur, quod *eqs.*). *al.* **2** *mysteria divina, arcana sacrarum script.*: VET. LAT. psalm. 91, 6 (cod. 300. *al.* = VVLG.) nimis ⌞-ae factae sunt⌟ cogitationes tuae, *domine* (*postea*: stultus non intelleget haec; ⌞ ⌟ *gr. ἐβαθύνθησαν*). IREN. 2, 21, 2 enuntiare -a et inenarrabilia mysteria (RVFIN. hist. 2, 17, 10 latentis intrinsecus [*sc. in vet. test. verbis*] -i cuiusdam divinique m.). ZENO 1, 17, 1 *Christum* ante omnia saecula pater in -o suae sacrae mentis arcano, insuspicabili ac soli sibi nota conscientia ... amplectebatur. HIL. in Matth. 10, 17 -um doctrinae euangelicae secretum lumine praedicationis apostolicae revelandum (AMBR. fid. 5, 5, 55 virtutis atque sapientiae dei [*cf. I Cor. 1, 24*] -a secreta). AMBR. Abr. 2, 1, 1 cum iam in Adam intellectus -ioris exordia degustarimus; Adam etenim mentem diximus (*cf. parad. 2, 11*). PRVD. apoth. 330 plebs *Iudaea* non visura -ae legis in effigie scriptum per enigmata Christum. AVG. trin. 13, 15, 19 illud est maius et ad intellegendum -ius. MAR. VICTOR. aleth. praef. 4 te, *domine,* ratione -a in tribus esse deum, sed tres ... credimus unum. *al.* *neutr. pro subst.*: VET. LAT. Rom. 11, 33 (Tert. adv. Marc. 2, 2. *sim. al.*) -um divitiarum et sophiae dei (*gr. βάθος, cod. 75. al. et Vulg.* altitudo). I Cor. 2, 10 (Ambrosiast. *al.* = VVLG.) spiritus ... omnia scrutatur, etiam -a dei ([*gr. τὰ βάθη, aliae vers.* alta *vel* altitudines *sim.*]. IREN. 2, 22, 3 *haeretici* -a dei adinvenisse se dicentes. NICET. symb. 7 p. 45, 12 mysteria et -a dei. *al.*). AMBR. fid. 3, 5, 37 *Iudaei* sensuum -a despiciunt et sequuntur nuda verborum. hex. 1, 6, 22 p. 20, 14 -um maiestatis eius *creatoris* ... non queo conprehendere. HIER. epist. 128, 1, 2 -a apostoli (*postea*: prophetarum *αἰνίγματα nec non* euangelii ... maiestatem). interpr. Iob 12, 22 (*sim.* VVLG.) *deus* revelat -a de tenebris (*explicant e. g.* PHILIPP. in Iob rec. brev. p. 1424^{C} mysteria legis patefecit. AVG. in Iob p. 536, 15 aperiendo prophetias). RVFIN. hist. 6, 15 in -ioribus et divinioribus pertractandis (*cf. gr. τῇ τῶν θείων βαθυτέρᾳ σχολῇ τῇ τε ἐξετάσει*). PRVD. apoth. 833 -a Sabaoth. perist. 13, 20 mystica vel -a Christi. CASSIOD. hist. 9, 19, 3 sacrarum -issima litterarum (*Socrat. 5, 10, 10 τὰς ... ἑρμηνείας*). *al.*

adv. **profundē.** *legitur compar. saepius inde a* TERT. *et* SOL. (*vix* PLIN. nat. *l. 67; frequentatur a* GREG. M.), *posit. raro inde ab* AMBR. *et* VVLG., *superl. non nisi p. 1754, 7. 11.* [*edebatur olim* PLIN. nat. 8, 165 (*v. l. 67*). HEGES. 1, 18.]

fere i. q. βαθέως, alte (*iuxta verba praeter p. 1754, 18*): **1** *proprie, sc. vi locali, et in imag. respicitur*: **a** *situs in profundo*: TERT. frg. Praedest. 1, 60 p. 608^{B} *inferi* tanto a nobis sunt -ius, quanto nos sumus caelo (AVG. in psalm. 39, 3 l. 15 [*respicitur psalm. 129, 1, v. p. 1747, 74*] sunt ... -ius in profundo, qui nec sentiunt se esse in profundo [*l. 21* altius; *sim.* GREG. M. moral. 13, 37 -ius in imo sunt]). ITIN. Alex. 38 limo -ius retentantur *milites flumen traicientes.* PRVD. perist. 10, 29 hastile fixum ... manet -ius *in vulnere* (*nisi est neutr. praedic.*). AVG. in psalm. 67, 31 ('convertam in -um maris') an ... pro eo positum est 'in -um', quod est '-e'? (*ibid.* in profundo huius saeculi iacent demersi pondere peccatorum). EPIPHAN. Avell. 244, 41 amethystus lapis ⌞est ... flammiferum quiddam -ius micans⌟ (micat *cod.*; ⌞ ⌟ *Migne gr. 43, 300^{C} φλογίζων ἐστὶ βαθέως*). GREG. M. in I reg. 5, 60 dum -e conpungitur *populus,* in superni gaudii amorem sublevatur. **b** *motus in profundum*: SOL. 45, 18 *equus,* quo quis acrior fuerit ..., ⌞-ius⌟ nares mersitat in bibendo (⌞ ⌟ *hinc edebatur olim* PLIN. nat. 8, 165 [*om. fere codd.*], *sed legendum vid.* hoc magis *sec. cod. rescr. saec. V, v. ed. Jan-Mayhoff II p. 592*). ITIN. Alex. 19 *in oppugnatione* cuniculis insertis ... -ius. RVFIN. Adamant. 4, 12 -ius ... haurire (*antea*: amplius; *cf. gr. ἐπὶ πλεῖον*). PRVD. perist. 5, 119 quod fixa non -ius intraret artus ungula *tortoris.* CASSIAN. conl. 18, 8, 2 (*inde* ISID. eccl. off. 2, 16, 6) quanto amplius celatum fuerit *virus intestinum,* tanto -ius serpens insanabilem morbum generat aegrotanti. GREG. M. moral. 28, 31 quo plus se ... erigunt, eo ... -ius cadunt *homines.* *al.*

2 *translate spectat ad rationem*: **a** *pleniorem, graviorem, vehementiorem*: **α** *dormiendi* (*somnum conciliandi* SIDON.; *cf. p. 1752, 41*): ITIN. Alex. 14 quod ... solito diutius ac -ius cubitavisset *Alexander* (*antea*: pingui somno soporatum). SIDON. epist. 2, 2, 14 cantuum ... modulamina -ius confovendo sopori tuo lenocinabuntur. ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 8 sopitum -ius dominum ... iacuisse (*cf. Matth. 8, 24*). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 329 Booz -issime dormientem (*gr. βαθέως*). **β** *inquirendi, intellegendi, discutiendi sim.* (*cf. p. 1752, 52*): AMBR. fug. saec. 2, 5 -ius esse spectanda lectionis arcana istius (*antea*: consideremus altius). parad. 7, 36 ita debes utrumque scire, ut -e noveris (*opp.* perfunctorie). AVG. serm. 29, 1 breviter dicitur, quod -issime cogitatur (CASSIOD. anim. 4 l. 27 *anima* caelestia -e cogitat, naturalia subtili indagatione vestigat). POSSID. vita Aug. 28, 6 altius et -ius ea, *quae facta sunt,* considerans. HESYCH. in lev. 6, 14 p. 850^{D} qui -ius vel altius de deo disputare praesumit (*opp.* tangere *divina*). CASSIAN. conl. 14, 13, 2 quae *spiritalia ac divina* cum -e alteque conceperit *mens tua.* *al.* **γ** *peccandi* (*cf. imag. p. 1753, 57 sq. 62*): VVLG. Os. 9, 9 -e peccaverunt *Israhelitae* (*inde* HIER. *ad l.* -e in scelere). AVG. conf. 13, 20, 28 genus humanum -e curiosum et procellose tumidum *eqs.* (*explicatur* salsugo maris, *ut quodammodo subluceat imago marina*). c. Cresc. 2, 26, 31 p. 391, 8 cum multo -ius etiam mendacio simulationis absumptus sit *occultus peccator.*

b *difficiliorem, minus perspicuam*: RVFIN. Basil. hom. 1, 2 p. 1726^{A} illud arbitror -ius nobis prophetica hac indicari ratione ..., quod *eqs.* (*Migne gr. 29, 213^{C} βαθέως ... καὶ σοφῶς*). AVG. civ. 18, 28 p. 292, 2 propheta, quanto -ius quidem loquitur, tanto operosius penetratur (*cf. p. 293, 25* prophetica altitudine; *opp. fere* manifestius *ibid. l. 21*).

deriv.: profunditas, profunditudo, profùnditus.

profūsē *v.* profundo. *Hays.*

profūsio, -ōnis *f.* *a* profundere. *abbreviatur* profus *p. 1755, 8.* *legitur in prosa oratione singulis locis apud* VITR., PLIN. epist., SVET., *saepius apud* CELS. *et inde a* TERT.; *deest in poesi; plur. v. maxime sub 1a et 2b.* [*confunditur cum* professio TERT. paenit. 8, 2, *v. p. 1755, 13 (vix recte trad.* SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 742, *correxit Umpfenbach, Hermes 2, 1867, 396); falso trad.* VET. LAT. Am. 9, 6 (Tert. scorp. 10 p. 167, 19) -em suam fundat in terras *deus* (promissionem *margo ed. princ., cf. cod. 175. al.* repromissionem, *gr. ἐπαγγελίαν*; -em *vix referas ad Aquilae versionem δεσμήν* [*cf. Vulg.* fasciculum]). *e coni. dub.* AVSON. 27, 9a (405 S.) l. 10 subita -e (*Mondin, comm. 1995, 154 sq.,* s. persuasione *codd. et vol. X 1, 1769, 30.*]

i. q. actio profundendi (*de habitu v. 1b, metonymice l. 75. p. 1755, 24; vi aucta cum respectu perdendi, consumendi l. 61 et e. g. l. 45. 47; accedit gen. obi. passim, subi. p. 1755, 4. 26*): **1** *profunditur pecunia sim.*: **a** *de expensa facienda*: VITR. 10 praef. 2 ad infinitas sumptuum -es *induci ab architectis* (*item c. gen. obi.*: ALC. AVIT. epist. 50 p. 78, 15 in expensarum -e. *cf.* SVET. Nero 30, 1 divitiarum et pecuniae fructum non alium putabat quam -em). PLIN. epist. 2, 4, 4 ne nimia -e inarescat *liberalitas* (*antea*: velut fonte). PS. AVR. VICT. epit. 41, 16 ob -es immodicas. ARNOB. IVN. ad Greg. 12 l. 22 in his -bus gloriantur (*antea*: opum inanem ... iacturam). *al.* **b** *de habitu prodigi* (*cf.* NON. *in explicatione* prodigitatis *p. 1605, 47,* luxuriae *vol. VII 2, 1920, 17*): FIRM. math. 1, 10, 12 Syrorum avaritiam mutavit repentina -o. DON. Ter. Ad. 882, 1 ubi animus a parcitate nimia in contrarium vitium -is excurrerit (*antea*: immodica ... largitas). PS. AVR. VICT. epit. 8, 2 *Vitellius* crudelis avarusque cum -e fuit. HIER. adv. Pelag. 3, 11 l. 37 *multum differunt* parsimonia et frugalitas, liberalitas et -o. *al.* -is est *cum inf.*: AVG. serm. 9, 21 *v. vol. VII 1, 1831, 53.*

2 *profunduntur liquida* (*cf. imaginem l. 45*): **a** *umores corporis*: **α** -o sanguinis: *notione communi in re medica*: CELS. 2, 1, 21 s. per quaedam velut ora venarum, *αἱμορροΐδας* Graeci appellant, -o ([*Hippocr. aphor. 3, 30*]. 2, 8, 15 p. o. v. subita -o s. [*gr. ibid. 6, 21 αἱμορροΐδων*]). 2, 7, 9 *capitis dolorem* finiet ... per s. -em (*Hippocr. progn. 21 αἵματος τὴν ῥῆξιν*). 2, 8, 18 s. -e vel fortuita vel etiam petita (*Hippocr. prorrh. 2, 30 αἷμα ῥυέν*). *al. apud eundem.* *vi aucta ad significandam necem vel mortem*: TERT. idol. 2, 2 homicidium in sola s. -e et in animae ereptione reputandum. FIRM. math. 1, 7, 30 *ut Sulla* effrenatas ... cupiditates ... civilis s. -e satiaret. err. 27, 8 ut sanctos suos filius dei -e pretiosi s. redimat (*item respicitur Christus*: RVFIN. Orig. in iud. 7, 2 p. 507, 11). *ibid.* qui -e sacrilegi s. cruentantur (*sc. taurobolio*). RVFIN. Adamant. 1, 21 consummatum martyrium cum s. -e (*item respiciuntur martyres*: hist. 1, 1, 1 usque ad ... -em s. ... certarunt [*cf. gr. τὸν δι' αἵματος ... ἀγῶνα*]. MAX. TAVR. 3, 3. *al.*). *al.* **β** -o *umorum quorumlibet*: CELS. 2, 7, 18 -o alvi ([*Hippocr. aphor. 5, 65 δυσεντερίη*]. 6, 6, 37^{B} repentina). 4, 28, 1 nimia -o seminis. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 9, 3 *oculus* -e lacrimarum ... detorqueat *futurum iudicium* (CASSIAN. conl. 9, 28, 2 [*antea*: ubertatem illam fletuum]. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 106 p. 488 [*gr. δάκρυσιν*]. *al.; cf.* LAVRENT. Chan. p. 118^{D} ex hac -e [*antea*: l. effusio]). HIPPOCR. num. sept. 7, 9 urinae -o (*v. p. 659, 7; fort. metonymice de fistula*). *al.*

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *libamina, sc. in re sacra*: VET. LAT. IV reg. 16, 15 (cod. 91. *al.*) profundit in praeceps -em suam (*ordine versuum turbato; respici vid. potius 16, 13, cf. Orig. hexapl.* ἔσπεισε τὴν σπονδήν, *Vulg.* libavit libamina). II par. 29, 35 (cod. 91. *al.*) in -bus holocaustorum (*gr.* σπονδῶν, *Vulg.* libamina). IVL. VAL. 1, 32 odorum -e (prae- *var. l.; cf. gr. p. 37, 11* πλῆθος ... ἀρωμάτων ... ἐπιβάλλων). LACT. inst. 6, 1, 5 si focos ... vini -e madefecerint. INSCR. Dessau 8940 (*a. 322/3*) Solis simulacrum ... debet ... ture, cereis et -bus ... exorari. CIL V 4410 ut ex usuris ... profus(iones) ¸aei tan¸ (*i.* ei tam) parent(alibus) tan ros(alibus) quodannis celebrent. 4990 ad rosas et -es *faciendas.* X 107 ex usuris ... epulantes ... HS CCCC n(ummis) et in -bus HS CC n(ummis). *al., v. imprimis indicem CIL V p. 1213 a.*

3 *profunduntur varia incorporea*: **a** *notione communi*: TERT. paenit. 8, 2 si ... clementiae suae -em demonstrasset *spiritus* (perfus-, profess- *var. ll.*). RVFIN. hist. 1, 4, 10 *ut* mundum fidei ac religionis -e ditaret *sapientiae thesaurus.* AVG. doctr. christ. 4, 85 dicuntur ista (*sc. Cypr. ad Donat. 1*) ... affluentissima fecunditate facundiae, sed -e nimia gravitati displicent (*sim. de ubertate eloquii*: PRIMAS. in apoc. recap. l. 102 *ne* inmodicis -bus ingessissem otiosis horrorem [*opp.* exiguitate]). FAVST. Aug. c. Faust. 20, 2 p. 536, 19 cuius *sancti spiritus* ex viribus ac spiritali -e terram ... concipientem gignere patibilem Iesum *credimus.* PS. AVG. orat. p. 1227 *misericordia sola est,* cuius laudabilis possit esse -o (*syn.* nimietas, enormitas). VITA Hil. Arel. 30 l. 36 haec est munerum natura caelestium, ut -e sui ... crescat. SERM. Rev. Bénéd. 58, 1948, 60 l. 58 divinae largitatis -o. **b** *metonymice de extensione, ambitu sim. seriei*: FVLG. aet. mund. p. 131, 7 uno ... superiecto *elemento ad XXII elementa alphabeti Hebraei* nostrae linguae -o ... colligitur.

profūsor, -ōris *m.* *a* profundere. *i. qui profundit: de prodigo*: TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 17 *deum iudicem,* dispensatorem ... bonitatis ..., non -em, quod tuo deo vindicas. PS. PAVL. NOL. carm. app. 3, 86 ego sum ... -r proprii, plus aliena petens. *de oratore copioso*: AVG. serm. 68, 8 coll. Morin p. 362, 29 arguti disputatores, ... eloquii quasi tonantes -es. *? de servo balneario* (*cf.* perfusor *vol. X 1, 1427, 40*): GLOSS. II 406, 10 περιχύτης : ¸-r¸ (prorusor *trad. antecedente lacuna,* perfusor *ed. Stephani. cf.* II 423, 46 προσχύτης : -r).

profūsōrius, -a, -um. *a* profundere. *i. q. ad profundendum pertinens: proprie, sc. neutr. plur. pro subst. de vasis*: VET. LAT. exod. 38, 12 (cod. 104) fecit catinos ... et -a aurea (*gr.* σπονδεῖα, *cod. 100* libatoria, *Vulg. 37, 16 aliter*). *translate, sc. adi. fere i. q. prodigus*: CASSIAN. conl. 18, 7, 6 *ut omne lucrum* -ae (-fus(i)ori *var. ll.*) proficiat voluntati aut certe filargyriae vitio recondatur. *Banta.*

profūsus, -a, -um *v.* profundo. **prōfutūrus,** -a, -um *v.* prosum.

progamus (*vel* -os), *abl.* -ō, πρόγαμος. *significatur is, cui nuptiae proximae sunt vel qui ante nuptias concumbit sim.; non nisi in titulo comoediae* CAECILII, *quem testatur* NON. p. 346, 13 Caecilius -o (*cf.* 506, 6 Caecilius Nauclero: '...'; ⟨idem⟩ -o [*excidisse videtur versus laudatus*]. *Menandri* Προγαμῶν [*vel* Πρόγαμοι] *conferunt viri docti*). *cf. Onom.*

progastōr: ventrosus GLOSS. (*trad.* proc-). *est vox gr.* προγάστωρ.

prōgella *v.* prunella.

prōgemmo, -āre. *a* pro *et* gemmare. *i. q. (producendo) gemmare, gemmas proferre*: COLVM. 4, 10, 1 *putandi tempus est,* antequam surculus -et ([-ge(r)minet *dett.*]. 5, 5, 13 haec ... cultura ... vitibus, a. -ent [gemment *sim. var. l.*], adhibetur; cum deinde germinaverunt *eqs.*). 4, 27, 1 palmis in[i]cientibus -antibusque (*ibid.* antequam germinent).

progener (prō- *l. 66*), -erī *m.* [progener *iuxta* gener *ita ut* pronepos *iuxta* nepos; *cf. Schwyzer, Zeitschr. vergl. Sprachf. 56, 1928, 18 adn. (= Kl. Schr., 1983, 880). Fo.*]

significatur maritus neptis: **1** *avi alicuius: explicationes*: PAVL. FEST. p. 228 -um appellat avus neptis suae virum. MOD. dig. 38, 10, 4, 6 ego illius *soceri magni* sum -r. *ibid.* ego illius *prosocrus* sum -r. GLOSS. -r: ἐγγόνης ἀνήρ. *usus exempla*: SEN. epist. 21, 4 *T. Pomponii Attici* gener Agrippa et Tiberius -r et Drusus Caesar pronepos. TAC. hist. 5, 9, 3 Antonii Felix -r (*antea*: Antonii nepte in matrimonium accepta). ann. 3, 75, 1 Asinius Saloninus ... Caesari ... -r destinatus. 6, 45, 2 quattuor -i Caesaris (*sc. Tiberii*), Cn. Domitius *eqs.* SVET. Aug. 19, 1 Pauli -i sui *coniuratio* (*cf. 64, 1* Iuliam *neptem* L. Paulo ... collocavit). AVSON. 5 (319 S.), 49 nati generique et -i ... domos. **2** *patrui alicuius*: CIL VI 1730, 8 Stilichoni ..., -o divi Theodosi (*cf. Claud. 10, 36 Theodosius* sibi te, *Stilicho,* generum fraterna prole revinxit). *Bk.*

prōgenerātio, -ōnis *f.* *a* progenerare. [*vix restituendum est* EVSEB. EMES. serm. 5, 9, *v. infra p. 1761, 52.*] *i. q. actio progenerandi: animalia*: PLIN. nat. 8, 167 *asinorum* opera ... munifica ..., mularum maxime -e. 18, 263 armentorum ... cura iumentorumque -o. *homines* (*in indicanda patria, cf. p. 1756, 55*): MART. CAP. 6, 651 oppidum ... nomine Calydon Diomedis Tydeique -e notissimum (prognatione *edd. vet.*).

prōgenerātor, -ōris *m.* *a* progenerare. *legitur apud* AVG. *solum, sc. plur. praeter l. 10.*

i. qui progenerat, auctor generis: **1** *Christi*: AVG. cons. euang. 2, 3, 5 alios -es Mattheus enumerat ..., alios autem Lucas ([*postea*: progenitores]. c. Faust. 3, 3 p. 265, 20. 23, 8 p. 713, 19 -es Christi. serm. 51, 27 Rev. Bénéd. 91, 1981 p. 40, 680 avos et proavos et alios superius -es [-genit- *var. l.*] diversos enumerant. *cf.* cons. euang. 2, 4, 10 unus ... in illis -bus bis enumeratur). c. Faust. 3, 2 p. 262, 20 alios Christi secundum carnem -es commemorari (23, 8 p. 714, 6 in serie -um C. ex David. *cf. l. 5*). 23, 9 p. 715, 10 *Ioachim* vel eius aliquem -em. **2** *cuiuslibet hominis*: AVG. enchir. 13, 47 de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum -bus suis quisque succedit. *ibid.* ad -um culpas.

prōgenerātūra, -ae *f.* *a* progenerare. *i. quod progeneratum est, generatio*: VET. LAT. deut. 7, 9 (cod. 100) *qui* servant praecepta illius *domini* in milia -is (*gr.* εἰς χιλίας γενεάς, *Vulg.* in mille generationes).

***prōgenero,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* generare. *legitur in prosa oratione raro apud* VARRONEM, MELAM, GAIVM. *al., sed 28ies apud* COLVM., *in poesi non nisi singulis locis apud* HOR., MANIL., COLVM., EPIGR. Bob., *sed quater apud* CYPR. GALL.; *cf.* progigno *p. 1763, 26 sqq.*

fere i. q. generando producere, procreare sim. (GLOSS. II 455, 31 τίκτονται: -antur. IV 380, 30 procreatus: -tus. *accedit abl. l. 58 sq., praepos.* ex *l. 29. 36. 44. 63,* ab IREN. *l. 75*): **I** *proprie pertinet ad ortum animantium vel plantarum*: **A** *strictius respicitur actio, qua animantes genus suum propagant*: **1** *de hominibus*: **a** *de ipsis parentibus*: VARRO ling. 9, 30 (*enumerantur partes humanae animae*) sexta, qua cogitamus, septuma, qua -amus (*item absolute*: VET. LAT. lev. 20, 2 [cod. 103] ex prosylitis, qui -arunt inter filios Istrahel [*sec. var. l. gr.* προγεγενημένων *pro* προσγε-; *cf. cod. 104* qui adpliciti sunt]. *cf. l. 35*). GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 qui quaeve ex duobus fratribus -antur (*in definiendis gradibus cognationum ut*: inst. 3, 10. FRG. de grad. cogn. 8 [generantur *var. l.*]. *al.; aliter*: PORPH. Hor. carm. 3, 6, 17 ['nuptias ... inquinavere'] vult ostendere nos ex ipsa culpa -tos). EPIGR. Bob. 25, 15 aut -ari numquam, aut dissolvi (*Anth. Pal. 9, 359, 9* γενέσθαι, *cf. Auson. 14, 19 [362 S.], 50* nasci). CYPR. GALL. gen. 193 Adam ... Sethum -at. *al.* **b** *loci generales*: CENS. 4, 12 -tis iam gentibus. ISID. orig. 9, 4, 4 genus ... a gignendo et -ando dictum.

2 *de animalibus*: **a** *cum obi.*: VARRO ling. 9, 28 qui ex his *bubus* -antur ... vituli. HOR. carm. 4, 4, 32 fortes creantur fortibus ... neque inbellem feroces -ant aquilae columbam (PORPH. proverbialis sententia). COLVM. 3, 8, 3 pares ... in hac terra vastitate beluas -ari *atque in India.* 6, 27, 1 *equitii materies* vulgaris, quae mediocres feminas maresque -at (6, 28 [*cf. Pallad. 4, 11, 6* creare]. *cf.* 7, 3, 12 m. -andi ..., f. generandae [*Pallad. 8, 4, 4* creari ..., generari]). 6, 37, 4 quod seminavit asinus, ... quod -at onager. 9, 15, 10 ut examini -ando reserventur *favi, qui pullos continent. al.* PLIN. nat. 10, 11 e quibus *ossifragis* vultures minores -antur. 11, 46 fetus quonam modo -rent *apes* (*cf. l. 62*). PELAGON. 3, 2 an admissarius utiles -et vel an vere -et (*v. Fischer ad l.*). CASSIOD. in psalm. 104, 35 l. 450 quem *bruchum* mala fecunditate -at *locusta* (*cf. Aug. in psalm. 104, 25* est parens). **b** *absolute* (*cf. supra l. 26 sqq.*): COLVM. 6, 28 *equum* marem ... posse ... usque in vigesimum annum -are. 7, 3, 6 *arietis* aetas ad -andum optima est trima (*Pallad. 8, 4, 2* potest ... inire). 7, 9, 2 *verres* ab annicula aetate commode -ant (*Pallad. 3, 26, 1* inire feminas possunt). 7, 12, 11 *canes* mares iuveniliter usque in annos decem -ant; post id tempus ineundis feminis non videntur habiles. *al.* PELAGON. 3, 2 *v. sub a.*

B *laxius respicitur quilibet ortus*: **1** *hominum animaliumque regionibus terrae vel ratione fabulosa genitorum* (*cf. l. 39*): MANIL. 4, 725 minus India ¸tostos¸ -at *quam Aethiopia* (¸ ¸ *Housman,* tostis *vel* tostas *trad.*). COLVM. 6, 1, 1 Campania plerumque boves -at albos et exiles. 9, 14, 6 -are (-ari *var. l.*) posse apes iuvenco perempto (*sec. Verg. georg. 4, 281 sqq.*). 9, 14, 8 *papiliones* stercore suo vermes -ant (procreant *var. l.; cf. Plin. nat. 11, 65* gignuntur). 10, 66 nos fecunda *Pyrrhae* manus ... -at, nos ... Deucalioneae cautes peperere. MELA 3, 49 Britannia qualis sit qualesque -et. PS. QVINT. decl. 13, 16 non illas *apes* libido -at. FIRM. math. 1, 10, 5 duae zonae, quae omne animantium genus in terrae finibus ex illa ... commixtionis moderatione -ant (1, 10, 8 quas *gentes ... haec* z. -at [*postea*: procreant]. *cf.* 1, 10, 6 zonarum vis atque natura quarundam gentium homines uniformi colore -ant). **2** *plantarum earumque partium*: COLVM. 1, 4, 7 quas *res* terra -at (2, 1, 5 quas *herbas sim.* suapte natura -bat. 2, 2, 3 ex omnibus, quae t. -et. THEOD. PRISC. eup. faen. 16 sterilis t. cum fuerit, fructus cum raritate -at [*inde* ORIBAS. syn. 8, 23 add. Aa p. 237]. *cf. p. 1757, 6 et* COLVM. 2, 1, 2 [*e Tremellio*] terram sicut muliebrem sexum aetate anili iam confectam -andis esse fetibus inhabilem). 2, 10, 29 semini -ando (*Pallad. 2, 6* colligendi seminis causa). 2, 14, 9 *stercus* pratis quam recentissimum debere inici, quod plus herbarum -et. 3, 10, 15 pampinarios ... in resicem submitti, ut -are possit. 3, 11, 5 *nullum est solum, quod* non aliquos surculos -et. **3** *Aeonis cuiusdam*: IREN. 2, 17, 9 *Nun* perfectum a perfecto

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bytho -tum. **4** *carnis Christi*: Avg. c. Iulian. op. imperf. 6, 22 p. 1553 per carnem sanctam unici filii dei, quam -vit *sapientia divina.* **5** *omnium, quae vivunt (usu generali)*: Macr. Sat. 1, 17, 42 Apollinem *Πατρῷον* cognominaverunt ... ut auctorem -andarum omnium rerum, quod sol umoribus exsiccatis ad -andum omnibus praebuit causam. 1, 17, 43 *Apollo Νόμιος dictus est,* quia sol pascit omnia, quae terra -at.

II *transfertur ad quamlibet actionem efficiendi*: Firm. math. 5, 2, 13 qui *homines* multa ingenii sui potestate -ent. Cypr. Gall. exod. 614 quem *victum* (*sc. manna*) messis nescia fraudis -at. Cassiod. in psalm. 8, 10 l. 231 quoniam divina verba fecunda sunt, alia nobis sacramenta -ant. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 19, 4 p. 378^{C} libido tantas differentias peccatorum (procreatorum *Migne*), quae veniunt ex ipsa voluntate, -ans (*gr. διαφορὰς τῶν ... ἁμαρτανομένων γενήσασα*).

deriv.: progeneratio, progenerator, progeneratura. *Banta.*

prōgenetrīx *v.* progenitor. **prōgenia** *v.* progenies.

prōgeniculo(r), -āre (-ārī). *a* pro *et* geniculare, *nisi a* pro *et* geniculum; *cf.* congenuclare *al.* Gloss.^{L} II Philox. pr 302 -o: *γονυπετῶ.* 304 -atur: *γονυπετεῖ.* Gloss. V 325, 19 -atur: procidens supplicat (-cultor: procedens publicat *trad., corr. Heraeus*). *Bk.*

prōgeniēs,** -ēī *f.* (prōgenia, -ae *f. v. infra l. 37*). **[a* *prŏ *et radice* *ĝenə$_1$ (*cf.* pro-gigno, pro-gnatus) *formatum est e. g. etiam vet. ind.* pra-jā- *f. 'prō-gen-iēs'; de prisca vetustate horum subst. v. Schwyzer, Zeitschr. vergl. Sprachf. 56, 1929, 14 (= Kl. Schr., 1983, 876), de genere suffixi v. Leumann, Gramm. 1977, 285. Fo.***]** *de origine v. l. 40.* Not. Tir. 28, 59. *genus fem. testatur* Dvb. Nom. gramm. V 588, 12. *de formis: decl. quintae: numero sing. frequentantur* -ies, -iem, -ie (*scribitur hic illic* -iae, *e. g.* Vet. Lat. gen. 15, 16 [cod. 101] *et in var. ll.* Ivvenc. 1, 58 Iord. Rom. 335]). *gen. qualis sit, rogat* Qvint. inst. 1, 6, 26; *formam* -ii *apud veteres occurrisse testatur* Gell. 9, 14, 9 *citans* Pacvv. praetext. 1 (*cf.* Non. p. 490, 4); -iei *testatur* Char. gramm. p. 45, 27 -s, *γέννα,* -iei, *apud auctores non invenimus nisi* Vet. Lat. psalm. 60, 7 (codd. 401. 402); -ies Vet. Lat. *ibid.* (cod. 400; *nisi est acc. plur., sc. verso γενεάς pro γενεᾶς*). Ennod. opusc. 3, 163 p. 373, 13. 9, 9 p. 418, 10 (-ie, -iei *var. ll.*). *dat.* -iei Pallad. hist. mon. II 13 p. 366^{D}. *plur. rarius (v. l. 47), sc. nom., voc., acc.* -ies *e. g.* Vet. Lat. gen. 17, 7 (cod. 100. *al.*). Lact. inst. 2, 13, 3 Lvcif. Athan. 2, 4 l. 11 Vvlg. exod. 6, 15. *al., abl.* -iebus Vet. Lat. act. 15, 21 (cod. 5). Ps. Max. Tavr. serm. app. 25 p. 899^{C}. *decl. primae*: -iam Avg. serm. 22, 10 (*var. l.*), -iā Val. Max. 3, 2, 16 (*var. l.*). Vet. Lat. Tob. 6, 12 (cod. 109, *cf. ibid.* 10, 12 -ias). *de notione* (*cf. etiam l. 30. p. 1760, 12. 19. 75*): Isid. orig. 9, 5, 27 sq. ex hoc ... gradu *pronepotum* incipit vocari et -s, quasi porro post geniti; nam filii et nepotes non sunt -s, quia non est in eis longa posteritas; sicut autem inferius longe editi -s dicuntur, ita superius proavi *eqs.* Synon. Cic. p. 426, 32 gens. proles. soboles. propago. -s. Gloss. -s: *ἀπόγονή. γονή. γενεά.* posteritas. genus. proles. suboles. Gloss.^{L} I Ansil. pr 2155 -em: stirpem. V Aa p 1385 -es tortuosae: filii pravi et amari. *al.* *legitur in poesi inde ab* Enn. *p. 1758, 42,* Ter., Pacvv., Elog. Scip., *in prosa oratione inde a* Cic., Varrone, Sall., Nep., Liv.; *plur. fere in sacris scripturis et apud Christianos, v. imprimis p. 1760, 6 sqq., ceterum e. g. p. 1758, 59 sqq. 1761, 21.*

significatur effectus vel actio progignendi, sc. notione per metonymias variata; gr. respondet γενεά, nisi alia adnotavimus: **I** *de coniunctione progignendo constituta* (*significatur sive status, qui alicui per seriem parentum contingit [e. g. l. 62. p. 1758, 6. 11] sive ipsa series parentum, et inde stirps [e. g. l. 57. p. 1758, 4. 7; quilibet propinqui, sc. usu laxiore, l. 64]; fere pro syn. accedunt e. g.* stirps *l. 60,* prosapia *p. 1758, 15; saepius indicatur per gen. vel pron. poss. ad quem -s pertineat vel e quibus constet, cf. adi. l. 59. 68. al.*): **A** *iuncturae selectae*: **1** *-em indicare, quaerere sim.*: Ter. Phorm. 395 memoriter -em vestram usque ab avo atque atavo proferens (Evgraph. totam -em parentum). Acc. trag. 50 tuam -em ⌞ede⌟ ordine (⌞ ⌟ et *trad.; versum corruptum alii aliter em.*). Cic. rep. 2, 24 sapientiam regalem, non -em quaeri oportere (*antea*: qui ... esset Herculi stirpe generatus). Sil. 7, 28 *Hannibal* poscit -em ritusque ducis *Fabii.* **2** *de aliqua -e nasci, esse sim.* (*addidimus abl. qual.*): Lvcil. 800 -em antiquam, qua est Maximus Quintus. Vet. Lat. Iudith 5, 6 (cod. 148. *al.; sim. al. et* Vvlg.) populus hic est ex -e Chaldeorum (*nisi ad p. 1759, 63; gr. εἰσὶν ἀπόγονοι Χαλδαίων*). Arnob. nat. 2, 21 p. 90, 12 aliquem natum ... Platonica licet aut Pythagorea -e *eqs.* Opt. Porf. carm. 8, 10 (*de filiis Constantini*) -e tali genuit quos nobile saeclum. Filastr. 108, 3 gigantas non de alia natura sed de hominum fuisse -e editos. Avson. 11, 10 (200 S.), 15 libertina Sucuro -e[m] ([-s *Scaliger*]. Cod. Iust. 1, 4, 24 sive ab ingenuis genitoribus puer ... procreatus sive a l. -e [*nisi ad IIA 1*]). Vvlg. I reg. 17, 58 (*loq. Saul et David*) 'de qua -e es?' ... 'filius ... Isai ... ego sum'. Iord. Rom. 335 Leo Bessica ortus -e. Greg. Tvr. vit. patr. 6, 1 *Gallum* de prima -e esse progenitum (*antea*: de primoribus senatoribus). *al.* **3** *alicunde -em deducere sim.*: Verg. Aen. 1, 19 -em ... Troiano a sanguine duci audierat *Iuno* ...; hinc populum ... venturum *eqs.* (*explicat* Serv. auct.: vel Romanos vel ... Scipionem). Prob. Verg. georg. 3, 35 ('Assaraci prolem') Caesarem, qui deducat -em ab Aenea. Iord. Get. 124 spiritus illi, unde -em trahunt *Hunni.*

B *cetera exempla*: Pacvv. praetext. 1 pater supreme, nostrae -ii patris (⟨progenitor⟩ *e. g. suppl. Ribbeck*). Sen. Herc. O. 1502 (*loq. Hercules*) licet sit falsa -s mei (*sc. quae mihi assignatur, ut filius sim Iovis*). Svet. Galba 1 -s Caesarum in Nerone defecit. Hyg. astr. 2, 17, 2 *Liberum a nymphis esse* nutritum et nostri in -e deorum et complures Graeci dixerunt. Vet. Lat. Sirach 8, 5 ne male de -e tua loquatur (*gr. πρόγονοι. nisi ad IIA 1, sc. in falsa versione propter similitudinem vocis gr.; v. Thiele, ed. Beuron., ad l.*). CIL VIII 12355, 8 (*saec. III in.?*) *sorori mortuae* ob ... eiusde⟨m⟩ sanguinis ... progen⟨iem⟩ frater. Ambrosiast. in II Cor. 11, 30 non *gloriandum est* de carnis -e, quia est quis ex semine Abrahae. Clavd. 8, 19 haud indigna coli ... Vlpia -s. Cod. Theod. 16, 2, 6 si ... *clericus* -e municeps ... dinoscetur (*antea*: cui nulla ex municipibus prosapia fuerit). Carm. de resurr. 87 *deus* -em ⌞meriti⌟ ... servat in aevum *iudicandam* (⌞ ⌟ *i. culpae, cf. 19* moriendi propago). Ps. Boeth. fid. cath. 18 *deum* patrem *numquam* ... fuisse filium, ⌞ne rursus in infinitum humanus animus divinam -em cogitaret⌟ (*sim.* 21). *al.* *laxius de quibuslibet propinquis*: Pallad. hist. mon. II 13 p. 366^{D} quando ... quis animam suam despicit conferendo suae -ei (*antea*: parentibus. *cf. I 2 p. 256^{A}* propinquitatis, *gr. p. 22, 22 συγγενῶν*).

II *de eo, qui (quod) progignitur. indicatur ad quem vel quid -s pertineat per gen. vel pron. poss. saepissime, per adi. e. g. l. 74. p. 1759, 54. 68; e quibus -s constet per gen. e. g. l. 45. 54. fere pro syn. accedunt maxime* proles *p. 1759, 29. 1760, 53 sq. 70,* suboles *p. 1759, 15. 39. 1761, 15,* stirps *l. 55. p. 1759, 11. 1761, 31. al.* (*cf. p. 1757, 54*), generatio *p. 1760, 37 (cf. p. 1760, 14; dist. p. 1759, 19. 22), ferè opp.* parens *p. 1759, 37. 1760, 69. 72. 74. 1761, 19. et al., e. g.* Ov. met. 2, 34. *accedunt adi. e. g.* vera *p. 1759, 12. 1761, 12. 19* (*cf. p. 1761, 50*), certa *p. 1759, 38,* nova *l. 57. p. 1759, 32. 1760, 52. 71. al.,* clara *p. 1759, 34. 48. 54. 57 et* Stat. silv. 3, 3, 139, omnis *p. 1759, 4. 1760, 2,* universa *p. 1759, 21,* tota *p. 1760, 66 et e. g.* Pavla Hier. epist. 46, 3, 4, cuncta Vvlg. gen. 46, 7 *et plur. p. 1760, 38,* numerosa *p. 1760, 56. 1761, 40.*

A *more sollemni, quo animantes vel plantae genus suum propagant* (*pro parentibus sunt ova l. 64, terra, sc. plantas progignens, p. 1760, 69*): **1** *de hominibus vel deis* (*generaliter de quibuslibet animantibus infra l. 65. p. 1760, 46*): **a** *cum respectu certi genitoris de eius prole; significantur*: α *plures progeniti* (*vel incertus numerus; saepe de universa cuiusdam prole, de parte prolis e. g. p. 1759, 19. 21; vario modo indicatur numerus l. 51 sq. 63*): Ⓘ *filii, filiae* (*sc. -s maxime ad patrem matremve refertur*): Ⓐ *-em parere, edere sim.* (*cf.* propagare *p. 1759, l. 14. 16,* ferre *p. 1760, 55,* facere *p. 1760, 71*): Enn. scaen. 61 (*Cassandra ad Hecubam*) optumam -em Priamo peperisti extra me. Elog. Scip. (ce 958) 2 (*post a. 139 a. Chr.*) -em genui, facta patris petiei. Lvcr. 2, 617 vivam -em qui in oras luminis edant (Cod. Iust. 5, 27, 10, 1 ad posteriorem filiorum edendam -em. *cf. p. 1759, 74. 1760, 64*). Hor. carm. 3, 6, 48 aetas parentum peior avis tulit nos nequiores, mox daturos -em vitiosiorem (Schol. filios). Cod. Iust. 11, 48, 21 pr. -e, quae ... progenita sit. Ⓑ *cetera exempla* (*selecta inde a* Liv.): Catvll. 64, 23b heroes salvete, deum genus, o bona matrum -s. Cic. Tusc. 1, 85 Priamum tanta -e orbatum. Verg. Aen. 10, 329 Phorci -s, septem numero. Hor. sat. 2, 3, 243 Quinti -s Arri, par nobile fratrum. Tib. 1, 10, 52 rusticus ... vehit ... uxorem plaustro -emque domum. Ov. met. 6, 155 *placuit Niobae* sua -s. Liv. 21, 53, 5 si *patres nostri* videant nos, -em suam, ... paventes *eqs.* 45, 41, 12 ex magna -e liberorum ([*cf. 11* stirpe liberum]. Novell. Theod. 22, 1, 4. *cf. p. 1759, 9*). Lvcan. 2, 388 Veneris ... huic *Catoni* maximus usus, -s (*vergit ad IIIB*). Stat. Theb. 5, 461 iam nova -s partusque in vota soluti (*cf. 462* alumnis). Qvint. inst. 3, 7, 8 *dis honorem addit* -s ..., ut Apollo ac Diana Latonae. Vet. Lat. Tob. 10, 12 (cod. 109) *filia,* eris in -as tuas dans fructum generi tuo (*sim. plur.* [*habeturne unusquisque liberorum pro una -e? cf. β*]: 10, 13 [*ibid.*]. Lact. ira 11, 8 natales, coniugia, -es *hominum, qui ut dei coluntur.* Vvlg. exod. 6, 15 filii Symeon *sunt* Iamuhel et Iamin ...; hae -es Symeon [*antea*: cognationes Ruben]). Anth. 624, 2 (*de sidere Geminorum*) -s duplex (*cf. 621, 2* proles duplex Iovis). Arnob. nat. 1, 36 p. 31, 2 ovorum -s dii Syri. Lact. opif. 12, 8 si muliebre praevaluerit, -em cuiusque sexus ad imaginem respondere maternam. Inscr. numm. imp. VII p. 203 n. 442 (*a. 324*) felix -s Constantini Aug(usti). *al.*

Ⓘⓘ *quilibet posteri* (*inseruimus exempla, ubi nepotes sim. filiis adiunguntur, e. g. p. 1759, 9; nonnulla vergunt ad I, nisi quod -s hic ad progenitorem quendam refertur, ut p. 1759, 2. 4. selecta inde a* Liv.): Cic. Phil. 9, 5 reddita est ei *Cn. Octavio* ... statua ..., quae multos per annos -em eius honestaret. Tim. 38 *prisci viri* se -em deorum esse dicebant ([*gr. 40^{D} ἐκγόνοις ... θεῶν*]. Hyg. astr. 2, 7, 1. *al.; cf.* Cic. Tusc. 1, 26 *antiquitas* quo propius aberat ab ortu et divina -e). *al.* Varro rust. 2 praef. 4 in qua terra culturam agri docuerunt pastores -em suam, ... ibi contra -s eorum ... ex segetibus

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecit prata. *al.* TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 7, 2 genus -em propagat in claritate. NEP. Ages. 1, 2 *Proclus et Eurysthenes* principes ex -e Herculis Spartae reges fuerunt. VERG. Aen. 1, 250 (*Venus ad Iovem comprehendens Aenean eiusve posteros*) nos, tua -s, ... prodimur. 6, 790 Caesar et omnis Iuli -s. 7, 257 huic *Aeneae* -em virtute futuram egregiam. HOR. carm. 4, 15, 32 almae -em Veneris canemus (*nisi artius de Aenea intellegens ad β referas; sed cf.* PORPH. id est gentem Iuliam). OV. Pont. 3, 1, 164 *Augusti* -em ... piam participemque tori. LIV. 1, 13, 2 ne *Sabini Romanique* parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum -em. SEN. Thy. 137 -s impia Tantali. STAT. Theb. 1, 669 (*ad hospites*) has forte invisitis aras vos quae -s? TAC. ann. 2, 37, 3 (*senator pauper de filiis suis*) en stirps et -s tot consulum. 14, 61, 4 quia veram -em penatibus Caesarum datura sit *Poppaea.* PANEG. 8, 20, 1 liberi nepotesque nostri et si qua omnibus saeculis erit duratura -s. AMM. 22, 8, 19 quarum *Amazonum* -s longe deinde propagata (*postea*: numerosam subolem). VVLG. Iob 5, 25 multiplex erit semen tuum et -s tua. RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 64, 7 (*ad gen. 19, 31 sqq.*) carnalem ... -em propagari (*postea*: numerosa posteritate. *cf. p. 1761, 60 et* QVODV. prom. 1, 13, 20 -em carnis Abrahae). AVG. civ. 15, 20 p. 102, 24 non aequalis numeri generationes habuit utraque -s, *sc. Adae,* sed per Cain septem, per Seth autem decem (p. 103, 31 INST. Iust. 3, 1, 16). 16, 11 p. 143, 12 Heber ... linguam *Hebraeam non* in universam -em suam refudit, sed in eam tantum, cuius generationes perducantur ad Abraham. COD. Iust. 8, 48, 6 filios ... vel filias, nepotes vel neptes vel deinceps -em. *al.*

Ⓘⅱ *semen genitale* (*fere effectu pro causa posito*): PS. APVL. Ascl. 21 (*describitur coitus venereus*) ut utraque in utramque fundat natura -em.

β *singuli progeniti* (*cf. p. 1758, 59 sqq.*): Ⓘ *filii filiaeve* (*de filio adoptivo* Ov. met. 15, 750; *exempla selecta inde ab* Ov.; *cf. l. 48*): CATVLL. 34, 6 o Latonia, maximi magna -s Iovis (OV. met. 4, 3 Bacchum -em negat esse I. ARNOB. nat. 4, 14 p. 217, 20 [*antea*: proles ... stirps]. *al.; cf. l. 39 sq. et* CLAVD. carm. min. app. 2, 11 Tonantis). CARM. CIL I² 3449g, 2 Luci -em Publium habes, Acheruns. NEP. Cim. 1, 4 Miltiadis. VERG. ecl. 4, 7 iam nova -s caelo demittitur alto (*-s cuius sit, vix apparet; sunt qui ad p. 1760, 5 referant, coll. 4, 9* surget gens aurea). Aen. 5, 565 parvus ... Priamus, tua clara, Polite, -s (10, 30 [CLAVD. DON. filia tua]. EPICED. Drusi 368 HIST. AVG. Avid. 13, 3). 7, 97 o mea -s ([CLAVD. DON. fili]. 10, 471 OV. met. 9, 246 DRAC. Romul. 10, 376). OV. trist. 4, 2, 40 Drusus ..., quae bona -s digna parente fuit (*sim.* Pont. 2, 9, 38). LIV. 21, 10, 3 *Hannibalem* Hamilcaris -em. SEN. Tro. 461 (*Andromacha ad Astyanacta*) o nate, magni certa -s patris (*463* veteris ... suboles sanguinis). STAT. Theb. 7, 165 (*Bacchus ad Iovem*) e cunctis ego neglectissima natis -s. Ach. 1, 402 *Helenam* -em caeli (*i. Iovis filiam; sim. de prole deorum*: 2, 87 ARNOB. nat. 4, 14 p. 217, 9 LACT. inst. 1, 18, 18). TAC. ann. 14, 7, 4 *Agrippinam* -em eius *Germanici.* AVSON. 10, 11 (170 S.), 4 Hesperii patris tertia -s. *al.* *de Christo filio Mariae* (*cf. p. 1761, 10*): IVVENC. 1, 58 salve, *Maria,* -e terras iutura salubri. 2, 699 (= 3, 541) -s hominis ([*Matth. 19, 28 et 12, 40* filius h.]. QVODV. c. Iud. pag. Ar. 17, 2). ⅱ *quilibet posteri* (*exempla selecta inde ab* Ov.): CIC. Cael. 34 (*loqui fingitur Appius Claudius Caecus*) -s ... mea, Quinta illa Claudia. CATVLL. 66, 44 -s Thiae clara (*de Borea Thiae nepote accipit Pfeiffer ad Callim. frg. 110, de Sole filio eius Bentley*). CARM. CIL I² 3109a Publi -s Appi cognomine Pulchri occubuit letum. SALL. Iug. 14, 6 (*loq. Adherbal*) familia nostra cum populo Romano ... amicitiam instituit ...; quorum -em ... me nepotem Masinissae *eqs.* HOR. carm. 3, 29, 1 Tyrrhena regum -s ..., Maecenas ([*cf. 1, 1, 1* M. atavis edite regibus]. VAL. MAX. 4, 3, 4 Cn. Marcius ... Anci regis clara -s. *cf.* regia -s: OV. met. 11, 754 Pont. 2, 9, 1 SIL. 8, 405). LIV. 9, 34, 1 en (est *trad.*) ... illius Appi *decemviri* -s, qui *eqs.* (*cf.* SIL. 11, 85 en ego *Torquatus* -s eius, qui ... Capitolia consul defendit). SEN. Phaedr. 129 Thesea coniunx, clara -s Iovis. VAL. FL. 1, 841 *Mercurius* -s Atlantis (*cf.* ARNOB. nat. 3, 21 Atlantea -s). CE 888, 2 (*saec. III?*) -s Claudius Appiadum. PANEG. 7, 8, 2 *Maximianus* se -em esse Herculis ... aequatis virtutibus comprobavit. *al.*

b *generaliter, sc. respectu certi genitoris evanescente, de multitudine natorum quorundam, de universitate simul viventium sim.*: **α** *qui pertinent ad eandem civitatem eiusve conditorem, ad eundem populum* (*cf. p. 1757, 64*): CIC. rep. 2, 40 ut ex iis *proletariis* quasi proles, id est quasi -s civitatis, exspectari videretur (*sim., sed contextu vix sano* PAVL. FEST. p. 226). LIV. 1, 16, 3 uti *Romulus* volens propitius suam semper sospitet -em (*antea*: parentem ... urbis Romanae. *cf.* COLVM. 8, 16, 2 vetus illa Romuli et Numae rustica -s). 42, 52, 2 Macedonia ... -em ediderat, cuius magna pars matura militiae esset. SEN. Phoen. 392 Cadmea -s (*nisi ad I; significantur Thebani ut*: STAT. Theb. 4, 390 tua -s, *Bacche*). VET. LAT. num. 10, 30 (Aug. loc. hept. 4, 25) *ibo* ad terram meam et ad -em meam (*cod. 100* gentem, *Vulg.* in terram meam, in qua natus sum). Matth. 12, 39 (cod. 1. *al.*) -s nequam et adultera (*cod. 3. al.* generatio). AMM. 20, 8, 13 adolescentes Laetos quosdam, cis Rhenum editam barbarorum -em. VVLG. Is. 14, 22 Babylonis ... germen et -em. *de universitate fidelium* (*nisi de se-*

rie cogitans locos ad I trahas): ZENO 1, 46b, 1 non tantum nostri maiores, sed omnis christiana -s. CASSIOD. compl. in I Petr. 2, 7 p. 1364ᶜ credentium ... esse genus electum, -em sanctam, populum adquisitionis (*cf. I Petr. 2, 9, ubi gr. ἔθνος, Vulg.* gens).

β *qui pertinent ad eandem aetatem, sc. fere i. q. saeculum, generatio* (*in sacris scripturis et apud Christianos praeter l. 32 sq. [cf. p. 1759, 32]. in Vulg. respondet* generatio, *nisi aliud adnotavimus*): Ⓘ *accedit numerus ordinalis vel adi.* altera (*aliter p. 1757, 72. 1759, 43. 1761, 44*): VET. LAT. gen. 15, 16 (cod. 101. *al.*) quarta ... -e (LVCIF. Athan. 1, 6 l. 17 in tertiam et q. -em. DAMAS. carm. 10, 4. *al.*). exod. 13, 18 (Aug. quaest. hept. 2, 50) quinta ... -e ascenderunt filii Israhel de terra Aegypti (*aliter Vulg.; cf.* AVG. *ibid.*: utrum -em in centum annis vult conputari ..., an per hominum generationes hoc potius intellegendum est? ... has autem dicit -es Latinus interpres, quas *γενεάς* Graeci vocant, quae in euangelio generationes appellantur nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorum). psalm. 47, 14 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) in -e altera (77, 4 [cod. 109]. 101, 19 [cod. 303]). *al.* ⅱ *cetera exempla* (*saepe ad significandam longam seriem generationum, cf.* CASSIOD. in psalm. 89, 1 l. 61 ['a generatione et -e'] '-em' ... dicit usque ad finem saeculi *eqs.*): VET. LAT. gen. 17, 7 (cod. 100) ponam testamentum meum inter me et te et inter semen tuum post te et -es eorum in testamentum aeternum (*nisi ad Ala*). 17, 9 (Ambr. epist. 9, 69, 24, *sim. al.*) tu et semen tuum post te in -es eorum (Eph. 3, 21 [Theod. Mops. in Eph.] in omnes -es saeculi saeculorum. HIL. myst. 1, 42, 1 [*spectat ad exod. 16, 32*] in -es futuras. 2 in -em. AMBR. epist. 7, 38, 1 in -em aeternam [*spectat ad gen. 9, 12*]. *al.*). psalm. 48, 20 (cod. 421 *et* VVLG., *sim. al.*) *dives cum interierit,* introibit usque in -es patrum suorum (cod. 303. *al.* in -em [*ad IB*]). Luc. 11, 50 sq. (cod. 6) a constitutione mundi usque ad -em istam ...; a -e hac (*cod. 4. al.* generationem ... generatione). act. 15, 21 (cod. 5) Moyses ... ex -bus antiquis ... habet, qui eum praedicant (*cod. 50* generationibus, *cod. 51. al. et Vulg.* temporibus). LACT. inst. 2, 13, 3 paulatim per singulas -es deminuit *deus* hominis aetatem. CLAVD. 3, 106 -s hominum ... prisca. rapt. Pros. 2, 286 illic, *sc. apud inferos,* pretiosior aetas, aurea -s habitat. QVODV. cant. nov. 1, 10 -es ... mortalium aliis decedentibus, aliis succedentibus terminatos finiunt dies. *al.* *in formula duplici* (*in gr. geminatur γενεά*): VET. LAT. psalm. 32, 11 (cod. 400) consilium ... domini manet in aeternum, cogitationes cordis eius a generatione et -e (*al., v. vol. VI 2, 1785, 24. 1787, 11 sqq. et e. g.* PS. MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 899ᶜ in cunctis -bus et generationibus). 48, 12 (cod. 421 = VVLG.) in -em et -em (*cod. 300* in generatione et generatione. *sim.* Luc. 1, 50 [cod. 10. *al.*; VVLG. in -es et -es]. *cf.* a -e in -em: VET. LAT. psalm. 76, 9 [cod. 300. *al.*]. 84, 6 [cod. 303 = PSALT. Rom.]). 144, 4 (cod. 189) natio et -s conlaudabunt opera tua (*cod. 303* saeculum et saeculum, cod. 325 -s et generatio). *al.*

γ *qui comprehendunt totum genus humanum* (*simul per saecula propagatum, ut quaedam exempla etiam ad I spectent*): AVG. civ. 12, 12 p. 529, 3 a parentibus -em pullulare mortalium, sicut aliorum animalium (22, 22 p. 603, 23. *cf.* 22, 1 p. 554, 18 de mortali -e. PROSP. carm. de ingrat. 756 addicta ... morti -s). CONC.ˢ I 5 p. 331, 22 rec. B ⟨ut hum⟩anam -em redimat *Christus* (*p. 331, 2 rec. Q* genus, *Migne gr. 26, 1065ᴮ γένος*).

2 *de animalibus* (*cf. p. 1761, 21*): VARRO rust. 2, 2, 4 videndum, ut boni seminis pecus habeas; id ... potest animadverti ex forma et -e (*de ovibus ut: ibid. iterum.* COLVM. 7, 3, 15 nova ... -e repleatur numerus [*postea*: prolem]. *cf. l. 66*). 2, 4, 4 (*de subus, ut ibid. iterum.* COLVM. 7, 9, 12 [*antea*: prole]). 3, 16, 29 cum ... *apes* -em ut coloniam emittere volunt (*de eisdem*: VERG. georg. 4, 56. COLVM. 9, 11, 1 si nullam -em tulerint favi [*antea*: pullities]. ENNOD. opusc. 9, 9 p. 418, 10 numerosae -es [*gen.*]). VERG. georg. 1, 414 -em parvam ... revisere (*de avibus ut*: PHAEDR. 2, 4, 10 nostram [*i. pullos aquilae et catulos felis*]. IVV. 14, 84 matura. AVIAN. fab. 21, 1). LIV. 7, 4, 6 si quid ex -e sua, *sc. bestiarum,* parum prosperum sit. COLVM. 7, 9, 1 *in omni genere quadripedum* frequentius patri similior est -s quam matri. QVINT. decl. 388, 9. CE 1526 A, 6 (*saec. II*) equorum. PRVD. ham. 599 *vipera pariens* carnificem ... gemit ... -em. EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 12 manet ... in singulis generibus ... inconfusa ... -s (*gr. ἡ διαδοχή. de piscibus ut*: 7, 4, 12 ad edendam fovendamque -em [*gr. τὰ ἔκγονα*]). EVSEB. EMES. serm. 25, 16 (*ad Dan. 7, 3 sqq.*) naturae -s. *de grege* (*cf. p. 1759, 63 sqq.*): COLVM. 7, 5, 6 ne totam -em coinquinet *ovis scabiosa.*

3 *de plantis* (*quae -s sunt vel plantarum vel terrae*): COLVM. 3, 6, 2 vitis ... fecunda, cuius -em studemus submittere (*3, 6, 1* matrem, *sc. vitem. cf.* 3, 9, 7 unius vitis -s). 10, 165 viridi redimite parentem, *i. terram,* -e (*cf. 161 sqq.* fetus ... partus ... proles [*acc. plur.*]). PLIN. nat. 12, 22 ut *rami ficus* ... infigantur *terrae* novamque sibi -em (propaginem *var. l.*) faciant circa parentem. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 6 calami -s (*gr. ἡ προβολή*).

B *variis originis modis* (*generaliter* TERT. adv. Prax. 8 p. 238, 23 *dicam* filium ... et solis radium, quia omnis origo parens est et omne, quod ex origine profertur, -s est): **1** *de animantibus*: **a** *proprie*: **α** *de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hominibus animalibusve ortis: *e terra* (*proverbialiter* PERS.): VERG. georg. 2, 341 (*336* prima ... origine mundi) virum ... terrea -s duris caput extulit arvis (ferrea *var. l., sed cf.* SERV. auct.: creditum est primo homines e terra natos). PERS. 6, 57 praesto est mihi Manius heres :: -s terrae? (*59* terrae filius. *cf. vol. VI 1, 758, 23 sqq. et Otto, Sprichw. n. 1763*). *e mari*: AVG. conf. 13, 21, 29 aves marina -s (*gen. 1, 20*), sed tamen super terram multiplicantur. β *de aeonibus Gnosticorum*: IREN. 1, 18, 1 secundam ... quaternationem, -em primae quaternationis (*gr. γέννημα*). 1, 23, 2 quoniam *angeli et potestates* nollent -s alterius cuiusdam putari esse *quam Ennoiae.* γ *de Christo filio dei patris* (*cf. p. 1759, 43 et IIIB1*): IREN. 5, 36, 3 -s eius *dei,* primogenitus verbum (*verti vid. πρωτότοκος λόγος*). IVVENC. 2, 119 -s veneranda dei (HIL. trin. 9, 37 vera. PRVD. ham. 636. *al.*). HIL. trin. 2, 11 -s a parente. 2, 22 perfecti patris -em perfectam. PRVD. cath. 3, 136 ecce venit nova -s. *al.* δ *de animis a deo creatis*: ARNOB. nat. 2, 43 (*ironice*) quid dicitis, o suboles ac primi -s numinis? 2, 48 eas *animas* non esse dei -em (*antea*: prolem).

b *transfertur ad significandos eos, qui aliquem sequuntur, aemulantur, alicuius (rei) naturam exhibent sim.*: SEN. dial. 1, 1, 5 *vir bonus est* discipulus eius *dei* aemulatorque et vera -s, quam parens ille ... durius educat. VET. LAT. Matth. 3, 7 (cod. 3. *al. et* VVLG.; *Iohannes baptista ad Pharisaeos*) -es viperarum (*plur. intelleximus; cf. gr. γεννήματα, quod vertitur etiam* 23, 33 [cod. 10. *al.; cod. 3. al.* generatio, *cod. 7. al. et Vulg.* genimina]. *al.; sim. inde* LVCIF. Athan. 2, 4 l. 11 vipereae -es). IREN. 4, 35, 2 is ..., qui a demiurgo fuit, spiritus ignorantiae ... et umbrae -s (*ad textum v. Journ. Theol. Stud. 17, 1966, 320*). HIL. in Matth. 2, 3 ut *infideles* ... in diaboli -em infidelitate mutentur (*opp.* Abrahae propago. *cf.* PS. AMBR. symb. p. 191 cuius *diaboli* -em se ipsi fecerunt *haeretici*). RVST. HELP. benef. 117 -em stirpemque tuam, *i. Christi.* FACVND. defens. 9, 5, 24 stultissimam eorum *haereticorum* -em Eutychianos.

2 *de rebus alicunde ortis*: OV. trist. 3, 14, 14 de me sine matre creata carmina sunt; stirps haec -sque mea est. CHALC. comm. 250 Aristoteles ... unum genus somniorum admittit, *sc. quod e factis vel cogitatis vigilantium oritur* ...; est ... haec -s somniorum, sed non sola. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 31 l. 23 iuxta quod voluntas patris, filius *est Christus*; omnis enim voluntas -s est. PS.-MAR. VICTORIN. gramm. VI 46, 20 -s pedum *metricorum* (*cf. e. g. 46, 18 sq.* divisa ... media *syllaba molossi* choriambum gignit). ZENO 1, 44, 1 idem *dies paschalis* sibi successor idemque decessor ..., anni parens annique -s (*sim.* 1, 57. 2, 19, 1). ORIG. in I reg. 18 fecunda in -e erat caro mea habens plurimos carnis fructus, fornicationem, immunditiam ...; haec erat carnis nostrae numerosa -s.

III *de actione progignendi*: **A** *metonymice de conditore, initio sim.*: APVL. met. 11, 5, 1 (*loq. Isis*) adsum ... rerum naturae parens ..., saeculorum -s initialis (*sunt qui ad II referant, sed v. Heine, Glotta 70, 1992, 83 sqq.*). BOETH. arithm. 1, 9, 10 prima ... numeri -s (*postea*: unitas. *cf. 1, 7, 6 unitatem* totius ... genetricem pluralitatis).

B *de ipsa actione (cf. p. 1758, 56); respicitur generatio*: **1** *Christi e deo patre* (*cf. l. 10*): HIL. in psalm. 138, 35 opera testantur ... per naturae -em in filio patrem esse *eqs.* (syn. 20. 84). trin. 6, 12 unigeniti ex deo dei nativitas non series est sed -s (*item iuxta ponitur* 7, 11). CONC.^{S} I 5 p. 204, 20 nomine *filii* ... indicante quasi veram sinceramque -em (*vix ad l. 10, cf. gr. ibid. p. 224, 1 τὸ οἱονεὶ τῆς ὠδῖνος καὶ τοῦ τόκου τὸ γνήσιον*). EVSEB. EMES. serm. 5, 9 (-s *cod.*; progeneratio *Buytaert praeter necessitatem*). **2** *quaelibet:* *spiritalis*: HIER. in Zach. 14, 15 l. 582 cum ... isti muli et isti eunuchi versi fuerint in -em et ⌞spiritales filios⌟ procrearint (⌞ ⌟ *i. virtutes, ut vid.*). RVFIN. Orig. in gen. 11, 2 p. 103, 28 haec casta -s maturae aetati plus convenit (*i. conversio hominum ad fidem; antea*: ad huiuscemodi filios procreandos). PETR. CHRYS. serm. 26, 6 habeas eos fratres -e caelesti, quos subditos mundana possides servitute (*si spectat ad regenerationem baptismi; an ad p. 1759, 75?*). *corporea*: PHILIPP. in Iob rec. long. 27 p. 693^{C} non solum carnali -e verum etiam morum similitudine filii appellantur (*cf. p. 1759, 16*). AVG. serm. 22, 10 nati sumus secundum istam -em carnis (*cf. l. 40. p. 1758, 13. 1759, 18*).

in fig. etym. cum (pro)gignere *p. 1758, 44. 48, cf. p. 1757, 66. 72.*

Foucher.

prōgenitīvus, -a, -um. *a* progignere. *i. q. progignens* (*pendet gen.*): BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 26 p. 77, 19 genus ... cum unum sit, plurimarum specierum ⌞-um⌟ est; namque sub uno genere plures species inveniuntur (⌞ ⌟ progenitorum [*vel* -arum] unum *var. l.*).

prōgenitor, -ōris *m.* *a* progignere (*postea etiam a* pro *et* genitor, *v. infra sub 2*). *de notione*: ISID. orig. 9, 5, 28 sicut ... inferius longe editi progenies dicuntur, ita superius proavi, atavi, qui et -es appellantur, quasi porro generantes. GLOSS. -e⟨s⟩: proavi[a]. -es: avi vel proavi. avi vel proagnati. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2158 -es: primatum vindican⟨te⟩s (*obscurum; spectatne ad 2b?*). *legitur singulis locis apud* ACC. *al. (v. infra sub 1), saepius inde a* VET. LAT.

1 *usu genuino aetatis prioris significatur is, qui progignit* (*vix recte viri docti apud* ACC. *et* OV. *intellegunt eum, qui est ante ipsum genitorem, sc. avum*): **a** *de auctore generis* (*nisi de parente apud* ACC.; *cum acumine disting.* genitor, *i. pater, apud* OV.; *cf. etiam* PAVL. FEST. *infra l. 57*): ACC. trag. 76 si tui veretur te -is, cedo (*contextu deficiente incertum utrum de parente an de auctore generis*). NEP. Ages. 7, 4 domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes, -r maiorum suorum, fuerat usus. OV. met. 11, 319 forti genitore et -e ⌞Tonanti⌟ esse satam *Chionen* (*filiam Daedalionis, quem procreavit Lucifer, filius Cephali, qui est* Cyllenia proles *Ov. ars 3, 725*; nitenti *Bentley intellegens Luciferum avum*). **b** *de deo conditore omnium, quae sunt*: VAL. SORAN. carm. frg. 4 Iuppiter omnipotens, regum rerumque deumque -r genetrixque (*explicat Aug. civ. 7, 9 p. 287, 9* [*e Varrone*] Iovem ... esse mundum et eum omnia semina ex se emittere).

2 *aetate posteriore ad notionem progignentis sec. gr. πρόγονος* (*v. l. 17. 54*) *accedit notio antea geniti et sanguine coniuncti, ut vox derivata videatur a* pro *et* genitor (*sec.* proavus *sim.*), *sed notiones frustra separare temptaveris*: **a** *proprie* (*passim pro gr. πρόγονος, quod infra non adnotavimus*): α *de quibuslibet maioribus* (*parentibus fort. l. 31*): Ⓘ *singulorum hominum*: VET. LAT. II Tim. 1, 3 (cod. 78. *al.* = VVLG.) cui *deo* servio a -bus (*v. p. 1444, 33. eadem locut. adv.* a -bus [*aliter l. 25*]: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 68, 10 [*Theodosio et Valentiniano*] per quam *fidem* a -bus olim vestrum regnat imperium. CASSIOD. hist. 6, 1, 4 *circa Ephesum* a -bus possessiones habebant *Gallus et Iulianus*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 112, 4 (*Theodosius et Valentinianus synodo*) quantum circa ... -um fidem zelum habeamus (*gr. I 1, 3 p. 31, 12 προγονικήν*). p. 113, 36 (*respondet synodus*) *fides* a -bus vobis contradita. *al.* *respicitur generatio Christi* (*addas fort. p. 1765, 21*): ANIAN. Chrysost. hom. 3, 2 non quia magnos -es habeat ac potentes *Christus.* AVG. cons. euang. 2, 3, 5 cuius *Ioseph* -es sursum versus commemoraret *Lucas* (*antea*: progeneratores, *cf. p. 1756, 4*). c. Faust. 22, 64 Christi -es. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 27 *Christus* pauper ex pauperibus -bus natus *est.* Ⓘⓘ *coetus cuiusdam, populi sim.*: LEO M. serm. 9, 4 *Romani,* qui ⌞in -bus⌟ vestris euangelium ... ab ipso ... Petri et Pauli ore didicistis (⌞ ⌟ (in) genitoribus, pro genitoribus *var. ll.*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 112, 18 *fidem* ex patribus -busque percepimus. I 5 p. 381, 19 respicite ad -es (*Rustic. I 4 p. 79, 24* ad patres nostros atque maiores). CASSIOD. hist. 7, 28, 3 fidem ... a suis -bus approbatam (*Sozom. 6, 12, 4 παρὰ τῶν πρὸ αὐτῶν*). Ios. c. Ap. 1, 29 de nostris ... -bus. 1, 92 -r ⌞noster⌟ Ioseph (*sc. Iudaeorum*). MVTIAN. Chrysost. hom. 22 p. 372 ex -bus incipit loqui (*gr. p. 153 ἀπὸ τῶν προπατόρων*). NOVELL. Iust. 31, 1, 3 administrationis ... hoc nomen (*sc. satraparum*) erat neque Romanae neque nostrorum -um. *al.*

β *de auctore gentis vel generis humani*: AVG. c. Iulian op. imperf. 4, 128 p. 1424 Chanaan -em ... illorum *Chananaeorum.* MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 5, 33 -es ... humani generis Adam et Evam (*de iisdem*: p. 22, 37 ex -um praevaricatione). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 13 p. 698^{C} quamvis in -is sui moribus viverent *posteri Cain.* ORIENT. comm. 2, 358 *die iudicii* cum fuerit medius -r genitis (*356* deducens subolem prosapiamque pater). MVTIAN. Chrysost. hom. 12 p. 317 qui similes essent a -bus, et eundem haberent -em (*gr. p. 98 προγόνων ... προπάτορα*).

γ *de deo vitam largiente*: CYPR. GALL. exod. 518 *deum laudabo,* qui est -r mei parentis (*sed exod. 15, 2* deus patris mei).

b *transfertur ad conditores doctrinae, ecclesiae sim.*: IREN. 2 praef. 1 -is ipsorum *haereticorum* doctrinam, Simonis magi. CONC.^{S} I 5 p. 354, 8 apostolos et post illos ecclesiae -es (*item fere* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 47, 10, *gr. I 1, 5 p. 130, 20 προγόνους*). FACVND. defens. 6, 4, 2 Eutychianos ... vel Apollinaristas eorum -es (*cf.* 8, 4, 25 Apollinaristas, -es Eutychianae dementiae). *al.*

f. **prōgenetrīx,** -īcis. *i. quae progignit*: PAVL. FEST. p. 232 Popillia tribus a -e traxit vocabulum. ISID. orig. 9, 6, 22 vocabula a gente ... declinata: genitor, genetrix, ... progenitores, -es.

deriv.: progenitoralis.

prōgenitorālis (-ialis *edd. vet.*), -e. *a* progenitor. *i. q. ad progenitores pertinens, sc. de possessionibus* (*n. pro subst. l. 64*): NOVELL. Iust. 21, 2 quod ... prius factum est, omne manere ... sancimus, sive in ⌞-bus sive in aliis factum est, nihil omnino communicantibus femineis personis super iam divisis -bus⌟ praediis (⌞ ⌟ progenitoribus *cod. V omissis ceteris, sim. R; gr. ἐπὶ γενεαρχικῶν ..., γενεσιαρχικοῖς χωρίοις*).

1. prōgenitus, -a, -um *v.* progignere.

[2. prōgenitus (-ūs) *v. p. 1765, 19.*]

prōgeno *v.* progigno. *Banta.*

prōgermino, -āre. *a* pro *et* germinare. [*in falsa var. l. p. 1755, 51.*] *i. q. (producendo) germinare, germen proferre*: COLVM. 4, 15, 3 *ne* ex propinquo *vitis* neglegenter ... resecta -et.

prōgero, -gessī, -ere. *a* pro *et* gerere. **1** *i. q. foras gerere, sc. egerere, exportare* (*promere p. 1763, 2*): VITR. 10, 16, 9 terram, harenam, lapides -erunt in mare ante murum *ad impediendos oppugnantes.* COLVM. 1,

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 22 quicquid *rustici* ovilibus stabulisque conversum -erunt (*sc. fimum*; -cess- *var. l.*). 12, 52, 8 urcei, quibus oleum -itur (*sc. e labris sim.*). PLIN. nat. 11, 63 defunctas -unt *apes* (*Arist. hist. anim. 626a24 ἐκκομίζουσιν ἔξω, Verg. georg. 4, 256* exportant). 18, 364 (*inter prognostica*) formicae ... ova -entes (*cf. e. g. Verg. georg. 1, 379* extulit). **2** *i. q. in conspectum gerere, sc. ostendendo gerere* (*vi durativa; sunt qui putent per confusionem praeverbiorum positum esse eadem notione ac* praeferre): APVL. met. 4, 31, 7 alius *Triton* sub oculis dominae speculum -it *Venerem per mare comitans* (*item in pompa*: 11, 17, 1 sacerdos maximus quique divinas effigies -bant). 11, 16, 7 carbasus ⌞litteras ... intextas⌟ (littere ... ingestas *trad.*) -bat: eae litterae votum instaurabant de ... prospera navigatione.

cf. progesto.

[progestium *v. p. 1527, 49 sq.*]

prōgesto, -āre. *a* progerere, *nisi a* pro *et* gestare. *i. q. identidem progerere, sc. gestare ea, quae edenda alicui proiciantur* (*vel quae e cella promuntur? cf. etiam vol. VI 2, 1968, 75 sq.*): APVL. met. 6, 28, 6 (*virgo ad asinum*) sinu serico -ans nucleos ⟨et⟩ edulia mitiora, te meum sospitatorem cotidie saginabo. *Bk.*

B *translate* (*cf. imagines p. 1770, 31*): **1** *usu vario* (*-untur fere homines, res p. 1773, 57. 1774, 55. 64. al.*): **a** *indicatur finis petendus, effectus consequendus* (*cf. l. 68*): α *exempla varia; proceditur*: Ⓘ *ad quidlibet appetendum, curandum sim.* (*fere rem praeter p. 1772, 12; per praepos.* ad *praeter l. 3. 14*): Ⓐ *quolibet modo*: Rhet. Her. 3, 1, 1 quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum -i possis. Varro ling. 9, 62 quocumque -ssa est natura cum usu vocabuli *distinguens tria genera.* Vitr. 2, 1, 6 *homines* e fabricationibus aedificiorum gradatim -ssi ad ceteras artes. Sen. dial. 7, 16, 3 qui ad superiora -ssus est et se altius extulit (*cf.* Ps. Varro sent. 141 ad summa). Scrib. Larg. 104 *convalescentes in vescendo* paulatim ad consuetudinem -entes (-entem *vel* redientes *trad., corr. sec.* Marcell. med. 20, 9). Apvl. Plat. 2, 3 p. 224 virum -entem ad modestiam. Amm. 29, 3, 7 ad usque tribunatus dignitates (*item ad honores*: Cod. Theod. 6, 28, 8, 1 ad principatus actum [*antea*: prosilierit]. 6, 32, 2 ad superiorem statutorum locum. Cod. Iust. 12, 19, 7, 4 [*a. 443/4*] ad statutorum ordinem). Cod. Theod. 9, 42, 9 pr. -etur ... beneficium etiam ad tertii gradus liberos. *al.* Ⓑ *exponendo verbis*: Cic. de orat. 3, 119 nunc ad reliqua -ar. rep. 2, 70 nihil esse ..., quo possimus longius -i, nisi erit confirmatum *eqs.* ac. 2, 94 negas te usque ad obscura -i *respondendo*; ⟨in⟩ inlustribus igitur rebus insistis. Val. Max. 3, 3, 2 ad civilium bellorum ... memoriam. Tert. bapt. 10, 1 nunc ad reliquum statum eius *baptismi* ... -ar de quaestiunculis quibusdam. *al.* *pass. impers.* (*cf. p. 1773, 49*): Mart. Cap. 4, 343 hinc -itur ad quartam partem.

Ⓘⓘ *ad ipsas actiones: per praepos.* ad, in: Cic. har. resp. 56 *candidatos* ad omnia -entes, ... munera contra leges gladiatoria parantes, ... apertissime largientes. nat. deor. 2, 57 naturam ... ignem esse artificiosum ad gignendum -entem via (*cf. Zeno, Stoic. vet. frg. I n. 171 ὁδῷ βαδίζον*). Ascon. Corn. p. 52, 11 *cum Sulla* ab initiis bonarum actionum ad perditas -ssus esset. Tac. ann. 3, 47, 3 Dolabella ... absurdam in adulationem -ssus, censuit, ut *eqs.* Ivst. 12, 6, 8 in fletus. Amm. 31, 10, 18 ad aemulationem ... principum. Ambr. in psalm. 45, 21, 2 *triumviros* ex amicis ... in hostiles tumultus esse -ssos. *al.* *per adv.*: Cic. fam. 9, 25, 3 *Fabium* impulsu inimicorum suorum eo -ssum esse (*sc. ut fundum proscriberet*). Laber. mim. 35 quo (*v. p. 1837, 64; an ad β?*).

Ⓘⓘⓘ *ad personas infestandas*: Ps. Cic. exil. 23 *ne* inimicos meos longius in familiam nostram -i patiamini (Fronto p. 164, 11 *testator* inclementius ... -ssus est in Gavium Maximum. Clavd. Don. Aen. 4, 300 p. 395, 15 *Didonis* exclamationem ... -ssuram in ingratum). Cod. Iust. 11, 36, 4 (*a. 284/305*) rem publicam ... ⌞contra⌟ successores ... -i *ad repetendam pecuniam* ([⌞ ⌟ *v. app. crit.*]. Filastr. 104, 3 c. ... eum *dominum*).

β *proceditur ad gradum actionis statusve maiorem vel extremum* (*raro in bonam partem, e. g. l. 52. 64; illustratur per enunt. consec. l. 39. 67. 70. al.*): Ⓘ *accedunt adv.*: Ⓐ eo ..., ut (eo ..., quo *l. 42,* illo ..., ut *l. 49*): Cic. Verr. II 1, 158 eo ... usque -itur, ut ne defensionem quidem ... sine aliis maleficiis reperire possit. Att. 10, 4, 5 *Q. Cicero filius* indulgentia ... nostra depravatus eo -ssus est, quo non audeo dicere. 12, 37, 2 eo ... -ar *stultitia mea,* ut stomachere. Ascon. Corn. p. 55, 9 eo licentiae ..., ut *eqs.* (*item accedit gen.*: Qvint. inst. 2, 1, 6 scientiae. Svet. Iul. 77 arrogantiae. Flor. epit. 3, 16, 3 vesaniae). Tac. hist. 1, 24, 1 paulatim. 4, 42, 2 eo usque. ann. 15, 41, 2 alii eo usque cura -ssi sunt, ut *eqs.* (*item accedit abl.*: Svet. Aug. 100, 2 senatus ... in memoria honoranda eo studio certatim -ssus est, ut *eqs.* [studii *Polak*]. Avg. civ. 12, 23 p. 549, 28 peccandi immanitate). Clavd. Don. Aen. 2, 65 p. 197, 26 illo usque Troianorum mala fuisse -ssa, ut *eqs.* *al.* Ⓑ quo (quonam Gell.; *cf. l. 30*): *de animantibus*: Cic. Q. Rosc. 2 ego copia et facultate causae confisus vide q. -ar (*sc. in concedendo sim.*). Verr. II 5, 174 videas, *Hortensi,* ... quid agas, q. -are, quem hominem ... defendas. de orat. 3, 227 contentionis extremum, ... q. te fistula -i non sinet (*ad rem cf. 225*). orat. 5 quid efficere aut q. -i possent *opifices minus experti* (*inde* Colvm. 1 praef. 31). Liv. 28, 27, 12 q. amentiae -ssi sitis. Gell. 1, 3, 8 quonam usque debuerit contra legem ... pro amico -i, dubitavit. *al.* *de rebus*: Cic. Verr. II 5, 119 mors sit extremum; ... estne aliquid ultra, q. crudelitas -i possit? Tusc. 4, 77 quid est ..., q. non -atur eodem ira, q. furor? Ov. fast. 1, 196 crevit amor ... habendi: vix ultra, q. iam -atur, habet. *al.* Ⓒ *exempla cetera*: Cic. Vatin. 21 *Bibulum consulem,* hominem certe nusquam -entem, nihil in re publica molientem (Sall. or. Phil. 6). Phil. 11, 6 *Dolabella* pervenisse videtur, quoad -i potuerit feri hominis amentia. Lael. 36 quatenus amor in amicitia -i debeat. Colvm. 5, 1, 3 si eatenus -itur *nostra disciplina,* ut dicat *eqs.* Clavd. carm. min. 51, 3 hucine mortalis -ssa potentia curae?

Ⓘⓘ *accedunt praepos.*: in: Cic. Verr. II 1, 81 nisi tanta ... fuisset *iniuria* ..., numquam illos *Lampsacenos* in eum locum -ssuros fuisse, ut *eqs.* (Catil. 3, 12 [*Lentulus Catilinae*] cogita, quem in l. sis -ssus [*cf. Sall. Catil. 44, 5* in quanta calamitate sis]). Iren. 2, 12, 3 *Gnostici* in tantum dementiae -ssi ita, ut *eqs.* (Avg. epist. 153, 7 p. 401, 20 in t. ... iniquitas ... -itur. Cod. Theod. 16, 6, 4 pr. *al.*). Amm. 30, 9, 1 ducum flagitia -i ... in maius. *al.* ad: Cic. leg. 2, 62 quos ... ad sumptus -ssa iam ista res *funebris* sit. Caes. civ. 1, 84, 5 ne ad ultimum supplicium -i necesse habeant *victores* (*item -untur animantes*: Val. Max. 5, 9, 4 ad hoc sceleris. Tac. hist. 2, 23, 2 usque ad seditionem. Iren. 3, 18, 5 ad tantam temeritatem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., ut. *al.*). Vitr. 2, 1, 8 origines aedificiorum ... quibus rationibus enutritae et -ssae sint gradatim ad hanc finitionem. Val. Max. 4, 1, 12 *duorum* concitatio ad graves ... inimicitias -ssa fuerat. 7, 3 pr. factorum dictorumque genus a sapientia ... ad vafritiae nomen -ssum. Tac. ann. 3, 31, 2 parva res magnum ad certamen -ssa. *al.*

b *indicatur limes transgrediendus*: α *in variis condicionibus*: Ⓘ *per comparationem* longius quam (ultra q. Svet.; *cf. l. 20 sq. p. 1774, 10*): Cic. inv. 2, 81 iudices l. q. potestatem habeant -ssuros, si *eqs.* Cael. 32 agam modice nec l. -ar, q. me ... causa ipsa coget (*item dicendo*: har. resp. 3 Hist. Avg. Prob. 21, 1). Att. 12, 21, 5. Tac. hist. 3, 69, 2 *Sabinus* l. iam -ssus erat, q. ut regredi posset. Svet. Cal. 3, 3 *Germanicus non* ultra -ssus, q. ut amicitiam ei *Pisoni* ... renuntiaret. Ⓘⓘ *per praepos.*: ultra (*v. etiam l. 23 sq. et cf. l. 40*): Cic. Phil. 11, 1 *ultionis* acerbitas -ssa u. mortem est. Tusc. 4, 38 *Peripatetici* adhibent modum quendam *perturbationis,* quem u. -i non oporteat (Fronto p. 189, 18 u. epistulae m.). Qvint. inst. 1, 1, 8 *quidam* paulum aliquid u. primas litteras -ssi. Avg. bon. coniug. 10, 11 qui *concubitus* u. istam necessitatem *generandi* -itur (procedit *var. l.*). *al.* supra: Ambr. symb. 3 s. apostolorum fines -i audaci mente (*ut addatur aliquid symbolo*).

β *in percipiendo, cognoscendo*: Cic. Tusc. 1, 17 ultra ... quo -ar, quam ut veri similia videam, non habeo (*sim.* 2, 5. 4, 47 veri simile, quo longius mens humana -i non potest). div. 1, 24 *divinatio* coniectura ... nititur, ultra quam -i non potest. Avg. c. acad. 1, 3, 9 pervenire ad finem, ultra quem non potest -i (*item distinguitur*: ord. 2, 9, 26).

c *indicatur, quantum procedatur, vel sine ullis indicationibus*: α *vario respectu*: Ⓘ *-untur animantes* (*animum sim. v. inter res l. 57*): Ⓐ *qui in agendo, petendo perseverant, nimium audent sim.*: Rhet. Her. 3, 3, 5 quoad cuique satis sit, ostendemus, nimium -i dissuadebimus (*cf.* nimis *l. 39 et* Cic. de orat. 3, 128). Cic. Verr. II 3, 150 longius -ssus est *decumanus quidam licendo* (5, 179 mihi ... quam longe -i sit necesse [*postea*: potero silere *eqs.*?]. off. 1, 141 modus ... est optimus decus ipsum tenere ... nec -i longius. Avr. Vict. Caes. 40, 15 gloriae studio). 4, 42 quoniam iste tantum cupiditate -retur. leg. agr. 2, 97 *coloni* inflati ... non continebuntur; -entur, cuncta secum ferent. Sest. 75 quietus eo die Sestius ...; nihil -itur, consilia exspectat inimicorum meorum. Deiot. 10 ille *non* odio tui, *Caesar,* -ssus, sed errore communi lapsus est (*sim. opp.* Att. 2, 21, 4). leg. 3, 23 *tribunus plebis* suo ⟨se⟩ periculo -i cogitat. *al.* Sen. epist. 116, 4 *in affectibus* optimum est omnino non -i (*opp.* regredi). Plin. epist. 9, 13, 10 me quidam ... quasi nimis fortiter incauteque -ssum ... monet, ut desistam *ab accusatione.* Nerat. dig. 40, 7, 17 si ultra quis -atur, non multum aberit, quin *eqs.* (Svet. Claud. 44, 1 prius ... quam u. -retur, praeventus est. Cod. Theod. 12, 1, 76 *occultatores curialium* ulterius -ssi. 16, 7, 6 *in testando*). Avg. civ. 18, 26 p. 290, 22 *Iudaei* incursantibus ... hostibus nequaquam -i aedificando *templum* valuerunt. Ⓑ *qui proficiunt, augentur: virtute, doctrina sim.* (*addas l. 16*): Cic. fin. 4, 64 procedere et -i in virtute. 5, 24 *omne animal* cum ... processit paulum *aetate* ..., tum sensim incipit -i seseque agnoscere. Vitr. 4, 1, 8 posteri ... elegantia subtilitateque iudiciorum -ssi. Boeth. arithm. 1, 1, 7 sunt ... quidam gradus certaeque progressionum dimensiones, quibus ascendi -ique possit (*pass. ut p. 1772, 18*). Cassiod. hist. 7, 11, 12 doctrinā ... -i ⌞disciplinabiliter⌟ edocente (⌞ ⌟ disciplina libenter *trad., v. Weissenburger, Sitz. Ber. Wien. Ak. 283, 1972, 56; Theodoret. 4, 11, 7 βαίνειν εὔταχτα*). *opibus sim.*: Vet. Lat. gen. 26, 13 (Rufin. Orig. in cant. 3 p. 204, 10) *Isaac* -ens maior fiebat (*pleonastice, v. supra p. 1503, 47 sqq.*). *multitudine* (*cf. l. 67*): Avg. civ. 15, 22 p. 106, 12 genere humano -ente atque crescente (nupt. et concup. 1, 9, 10).

Ⓘⓘ *-untur res*: Ⓐ *variae: potius proficientes, crescentes*: Cic. inv. 1, 3 sic et nata et -ssa longius eloquentia. rep. 2, 30 -entem rem publicam atque in optimum statum ... venientem (*cf.* Avg. civ. 19, 5 p. 363, 2 unde ... civitas ... vel inchoaretur exortu vel -retur excursu vel adprehenderet debitos fines?). fin. 1, 69 cum ... usus -ens familiaritatem effecerit. 5, 43 cum ... ⌞-ens⌟ confirmatur animus, agnoscit ille quidem naturae vim, sed ita, ut -i possit longius (⌞ ⌟ *sublucet respectus temporis*). Tusc. 2, 47 *ratio* -ssa longius fit perfecta virtus (Avg. ord. 2, 12, 36. *cf. p. 1774, 37*). Cels. 2, 2, 1 quae *bona* (*i. εὐεξίαι*), quia neque in eodem habitu subsistere neque ultra -i possunt, fere retro ... revolvuntur. Fronto p. 170, 7 paulatim ... iste mos *commendandi* -ssus est, ut *eqs.* Gell. praef. 24 -etur ... numerus librorum diis bene iuvantibus. *al.* *potius prosequentes viam quandam*: Cic. leg. 1, 27 ipsam per se naturam *hominis* longius -i, quae etiam nullo docente ... confirmat ... rationem et perficit (*cf.* nat. deor. 2, 81 naturam esse ... vim participem rationis ... tamquam via -entem [*v. p. 1772, 23*]). ac. 2, 92 *ars dialectica* primo -ssa (-ssu *var. l.*) festive tradit elementa loquendi ..., tum *haeret.* Lvcr. 5, 1453 *varias artes* experientia mentis paulatim docuit pedetemptim -entis. Ⓑ *malae, infestantes* (*quae sive augentur sive nocere pergunt; cf. p. 1771, 28*): Cic. Verr. II 5, 174 (*ad Hortensium*) illa, quae *contra iudicium* temptata ... sunt ab isto, ... moneo, ut exstinguas et longius -i ne sinas (Caes. Gall. 5, 7, 2 l. eius *Dumnorigis* amentiam -i. Ps. Cic. exil. 14 ne ... calamitas remorata l. serpat ac -atur). Att. 2, 1, 4 si paulo plus furor Pulchelli -i posset. Val. Max. 2, 8, 2 pertinacius ... -ssa contentione. Amm. 21, 16, 18 quae *discidia ecclesiae* -ssa fusius aluit *Constantius.* *al.*

β *in dicendo, scribendo, ratiocinando* (*-untur animantes passim, res l. 22 sqq. 37 sq. 40*): Ⓘ *generatim* (*respicitur argumentum fusius tractandum vel quaelibet actio pergendi, transeundi* [*ad aliquid v. p. 1772, 13, extra rem p. 1769, 45*]): Cic. Verr. II 3, 144 -ar longius, non ... quo magis hoc vobis persuadeatur, ... sed ut *eqs.* (fam. 9, 17, 3 sed l. -or; scribo enim ad te [*vergit ad p. 1773, 7 ut*: Qvint. inst. 7, 10, 17 l. fortasse -or ... et ... labor *ad rem proximi libri*]. Plin. epist. 8, 6, 2 nolo -i l. *al., cf. e. g. l. 23. p. 1773, 9*). fin. 3, 20 -amur igitur. Vitr. 7 praef. 11 tales ingressus eorum *auctorum* quia ... animadverti praeparatos, inde sumendo -i coepi. Qvint. inst. 11, 3, 149 si incipientibus aut paulum -ssis decidat toga. Apvl. apol. 42, 4 ultra ... -i mendacio (*cf.* ulterius: Min. Fel. 4, 4 -ar u.: de toto ... mihi cum Octavio res est. Lact. epit. 64, 6. *al.*). Chalc. comm. 271 deinde -itur: '...' (*item* 322. 337). Don. Ter. Andr. 798, 1 primum dolet Crito ..., secundo -ssus queritur *eqs.* Rvfin. Adamant. 5, 21 paululum -ens ais causam malorum ... esse corpus, cum superius dixeris *eqs.* ([*gr. ὑποβάς*]. Cael. Avr. acut. 1 praef. 11 p. -ens a⟨i⟩t: '...'. 2, 10, 62). *al.* *-itur oratio sim.*: Cic. inv. 2, 10 ne longius oratio -ssa videatur, de reliquis ... dicemus (rep. 1, 62 de quo -ente oratione plura me dicturum puto). Amm. 18, 4, 7 quos *motus* docebit orationis -ens textus (26, 4, 3). *al.*

Ⓘⓘ *speciatim respicitur*: Ⓐ *stilus, enuntiatio*: Cic. Verr. II 5, 171 non ad civis Romanos ..., non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius -ar, ... ad scopulos haec conqueri (*item in serie audacius amplificanda*: Avson. 21 [419 S.], 40 ultra -or). de orat. 3, 182 in quo *heroo metro* impune -i licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus. Fronto p. 59, 13 ('aestum suspendi') te verbi translatione audacius -ssum *esse.* Aqvila rhet. 23 p. 30, 11 longius eodem modo -i (*sc. per isocola*). Ⓑ *ars recte disserendi, quaerendi, concludendi* (*sc. logica vel rhet.*): Cic. Phil. 2, 9 *ineptum est* id obicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius -i non possit, qui obiecerit. fin. 4, 45 *mallem* Zenonem cum Polemone disceptantem ... a communibus initiis -entem videre, ubi primum insisteret. ac. 2, 27 *philosophia* rationibus -i debet (*cf.* 2, 44 rebus conprensis ... nisa et -ssa ratio). 2, 116 quibus *initiis* non concessis digitum -i non possunt *mathematici. al.* Lvcr. 5, 533 *id* praecipere haudquaquamst pedetemptim -entis. Gell. 2, 8, 4 -i ... syllogismus nisi illo prius posito non potest. *al.*

2 *pertinet ad cursum temporis*: **a** *de animantibus*: α *in futurum prospicientibus*: Cic. Verr. II 1, 109 an in eum annum -i nemo poterit edicto, quo praetor alius futurus est, in illum, quo alius praetor fuit, regredietur? Avr. Vict. Caes. 26, 4 *haruspices praedixerunt Gordiano necem* -ssique coniectu longius liberi quoque exitum denuntiavere. β *aetate provectis* (*sc. part. perf. pro adi. vel subst., nisi huc trahas p. 1773, 63; cf. l. 60. p. 1776, 3*): Cic. Cato 33 adulescentes pueritiam, paulum aetate -ssi adulescentiam debent requirere (Pavl. Fest. p. 225 *v. supra p. 1566, 74*). Sen. dial. 2, 12, 2 par pueris longiusque -ssis ... error est. Vet. Lat. gen. 18, 11 (Aug. loc. hept. 1, 60) Abraham ... et Sarra seniores -ssi in diebus (*pergit* Avg. graeci habent '-ssi dierum' [*sc. προβεβηκότες ἡμερῶν*]; *Rufin. hom. Orig. in gen. 3, 3* provecti, *Vulg.* provectae ... aetatis. *cf.* -ssus in diebus suis: Luc. 1, 7 *et* 18 [cod. 2; *v. p. 406, 77. 1508, 54*]. multis diebus: Luc. 2, 36 [cod. 2; *v. p. 1508, 56*]).

b *de aetate sim. et iis, quae cum tempore procedunt* (*abl. absol. praeter l. 59. 62*): Cic. fin. 5, 41 -entibus ... aetatibus sensim ... nosmet ipsos cognoscimus (5, 59 [*opp.* primo ortu]. Cato 45 qua *a.* -ente omnia fiunt in dies mitiora. Svet. Claud. 2, 1 -ssa ... a.). Tusc. 3, 54 sensim ... et pedetemptim -ens extenuatur dolor (*ibid.* inveteratae *calamitatis; cf. e. g. p. 1504, 38*). Tert. virg. vel. 12, 2 quae *mulier* maturitate -ssa in virginitate duret. Iren. 4, 36, 7 -ssis ... temporibus (*gr. προκοπτόντων τῶν καιρῶν*). Avg. civ. 12, 13 p. 530, 6 temporis spatium, quod ab aliquo initio -itur et aliquo termino cohercetur.

3 *pertinet ad seriem numerorum, tonorum* (*in arte arithm. vel mus. [cf. p. 1769, 33 sq.]; -untur res passim, ipsi computantes l. 72 sq.*): Vitr. 5, 4, 6 *lichanos* ab hypate distat hemitonium, in chroma translata -itur duo hemitonia. Iren. 1, 15, 2 litterarum numerus ab Octonatione in Decadam -ens ([*gr. προελθόντα*]. Fav. Evl. 15, 5 in quaternarium. Mart. Cap. 9, 954 *quintum systema* a principali mediarum in neten divisarum usque -itur. *al., e. g. l. 75*). 1, 16, 1 dualitas ab ea -ssa usque ad episemon, duo et quattuor et sex ([*gr. προελθοῦσα*]. Boeth. arithm. 1, 10, 12 ab extremitatibus incipienti et u. ad media -enti. *al.; cf. l. 69 et* Mart. Cap. 7, 763 -amur ultra usque IIII et XVIII). Fav. Evl. 26, 1 *proportio* pari crementorum ordine sic -itur, ut mediis extrema primaque coniungat. Mart. Cap. 7, 747 eodem modo -itur ratio *numerorum* usque in infinitum (Boeth. arithm. 1, 24, 2 [*gr. 1, 19, 2*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

πρόεισι]. *al.*). BOETH. mus. 1, 20 p. 208, 4 *tetrachordum* inchoat a paramese -iturque per triten et paraneten et finitur ad neten (1, 21 per tonum [*antea*: procedit]). *al.*

appendix structurarum *potiorum ad caput prius spectantium; indicatur*: **1** *unde*: **a** *per adv.*: PLAVT. Most. 687 intus. BELL. Afr. 25, 3 inde (LIV. 44, 28, 16. *al.* CVRT. 3, 7, 7. *al.*). AMM. 18, 2, 2 exinde (CASSIOD. inst. 1, 1, 4. *al.*). *al.* **b** *per praepos.*: ex: CIC. Cael. 60 ex hac ... domo. CAES. Gall. 5, 56, 1 ex finibus suis. 7, 49, 3 ex eo loco (civ. 2, 41, 1. 3, 51, 6). BELL. Hisp. 25, 4 ex acie. VITR. 6, 1, 7 ⟨e⟩ medio. *al., e. g. p. 1772, 4.* ab: CIC. fin. 4, 45 a communibus initiis (*item translate p. 1773, 4. 1837, 65. al.*). CAES. Gall. 1, 50, 1 paulum ... a maioribus castris (7, 73, 1. *al.*). civ. 3, 85, 3 longius a vallo. *al.* BELL. Afr. 38, 3 a suis munitionibus (48, 5. 78, 2). 62, 1 ab Vtica (*cf.* 89, 1 ab Thapso. PLIN. nat. 6, 182. *al.*). LIV. 5, 15, 7 a suis (*item a personis*: ORIG. in Matth. ser. 93 p. 210, 32. 211, 2). *al., e. g. p. 1769, 17. 1771, 55.* de: TERT. nat. 2, 10, 7 de aede. IREN. 1, 14, 8 de vulva. COLL. Mos. 15, 3, 4 de ... gente. PRVD. psych. 225 de ... paradisi limite. *al.* **c** *per abl.*: POMP. Cic. Att. 8, 12^{b}, 1 Firmo (*cf.* CAES. civ. 1, 15, 1 Auximo. FLOR. epit. 3, 12, 1 Italia). VERG. Aen. 3, 300 portu (SIL. 14, 357). OV. met. 8, 87 porta. VAL. MAX. 2, 7, 6 praesidio. SIL. 6, 638 limine. 12, 688 moenibus. TAC. ann. 1, 41, 1. *al.*

2 *quo vel quem ad finem sim.*: **a** *per adv.* (*potiora selecta*): PLAVT. Bacch. 611 foras (*al., v. vol. VI 1, 1036, 73 sqq. 1049, 40*). CATO orig. 39 neque ... usquam (APVL. met. 9, 17, 5. *al.; cf.* nusquam: *p. 1772, 61. al.*). QVADRIG. hist. 12 obviam (LIV. 7, 10, 22 o. militi [prae- *var. l.*]. *al.* SVET. Claud. 24, 3. GELL. 3, 7, 3 [*e Catone*]. *al.*). CIC. Q. Rosc. 2 quo (*v. p. 1772, 51 sqq. et e. g.* CIC. Phil. 12, 26 CAES. civ. 3, 45, 6. *al.*). Verr. II 1, 158 eo (*v. p. 1772, 40 sqq. et e. g.* VARRO ling. 5, 33 LIV. 10, 34, 10. *al.*). Tusc. 1, 17 ultra ... quo -ar (LIV. 31, 45, 16 nec u. -ssi. CVRT. 3, 7, 8. *al., e. g. p. 1773, 40*). *al.* **b** *per praepos.*: ad: *passim, v. e. g. p. 1770, 57. 60. 1771, 24. 1772, 1. 20. 72, c. gerund. p. 1768, 45. 63. 1772, 23. et saepius, e. g.* LIV. 21, 46, 3. 42, 60, 5. in *c. acc.: passim, v. e. g. p. 1768, 47. 56. 1770, 45. 1772, 20. 32. 66. varias*: PLAVT. Mil. 817 ante aedis (LIV. 25, 18, 5. *al.*). CAES. Gall. 7, 66, 6 extra agmen (BELL. Afr. 24, 2 e. vallum. VITR. 10, 16, 10. *al.*). BELL. Afr. 42, 1 propius se. 61, 3 contra Gaetulos (*al., v. p. 1772, 35. 56*). Alex. 15, 5 ultra vadum (LIV. 26, 25, 17 u. Dium. *al.; usu translato p. 1773, 13. 23 sq.*). VERG. Aen. 11, 608 intra iactum teli. *al.* **c** *per casus: acc. nominum locorum*: LIV. 24, 36, 6 Pachynum. 36, 14, 10 Crannonem. *al.* TAC. hist. 2, 85, 1 Aquileiam. *al.; acc. subst. aliorum vix recte defendit Baehrens, Beiträge zur lat. Syntax, 1912, 339 sq.*: LIV. 32, 32, 12 (⟨ad⟩ extremum litus *ed. princ.*). VITR. 9, 3, 3 *p. 1771, 25.* HEGES. 5, 10, 2 (*v. Löfstedt, Eranos 11, 1911, 247*). *dat.*: MAR. VICTORIN. *p. 1769, 63.* VEN. FORT. vita Radeg. 13 -ssa receptaculo (*antea*: procedens ad cellam). **d** *per struct. verbalem (negleximus enunt. fin.; gerund. v. l. 30): inf.*: TVRPIL. com. 154 -or foras visere. CE 1934 *v. p. 1770, 17.* HIL. in Matth. 31, 1 dum -retur orare (*cf. Matth. 26, 36* [*ibid.*] donec eam illuc orare). ARATOR act. 1, 28. *supin.*: CAES. civ. 1, 48, 4 pabulatum (LIV. 25, 34, 4 lignatum p.que. 28, 7, 6). FRONTIN. strat. 3, 9, 3 aquatum. AVSON. app. A 6 II. 10 (430 S.), 5 speculatum.

3 *quantum*: **a** *per acc.*: *neutr. adi. vel pron. saepe, e. g.* aliquantum *p. 1770, 71,* nihil *p. 1769, 47. 1771, 63. 1773, 35,* nimium *p. 1773, 28,* paulum *p. 1770, 62. 1774, 16. 48* (*cf.* p. aliquid *p. 1773, 16*), quidquid *p. 1770, 35 et* LIV. 8, 39, 5. *subst. indicantium mensuram p. 1770, 21. 68. 1771, 1. 1774, 30. 38. al., viam, iter p. 1770, 5. 64. 74.* **b** *vario modo: per adv.* longius *saepe inde ab* ACC. trag. 129, *v. e. g. p. 1770, 65. 1771, 23. 1773, 7. 30. 1774, 2. 10,* (quam) longe *p. 1770, 33. 36. 1773, 30. al. per abl. subst. p. 1770, 73. per praepos.* in *c. acc.*: HIL. in Matth. 4, 25 in spatium passuum *tot.* AVG. c. acad. 3, 3, 6 in longum.

4 *quo vehiculo, qua via* (*cf. l. 53*): ACC. trag. 129 lembo (*cf.* RVT. NAM. 1, 219 cymbis. 1, 349 tonsis). CAES. Gall. 5, 9, 3 equitatu atque essedis. BELL. Afr. 49, 1 per iugum summum (65, 3. LIV. 22, 6, 6 per prima vada. VITR. 8, 2, 6 per occidentem. *al., e. g. p. 1770, 39*). LIV. 33, 40, 1 terra marique. *al.; cf. translate e. g. p. 1772, 23. 46. 1773, 46. 48. 1774, 37.*

CAPVT ALTERVM: *transitive, sc. notione secundum verba similia mutata*: **I** *i. q. praegredi, superare*: FAV. EVL. 23, 5 ex epitrito numero, cum scilicet maior minorem summam non medietate minoris, sed eiusdem tertia parte -itur. **II** *i. q. transgredi, egredi: incorporaliter*: AMBR. off. 1, 18, 67 ne modum -aris loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. symb. 2 *qui in formula fidei aliquid addiderunt,* fines maiorum ... incuria videntur esse -ssi (*cf. p. 1773, 18*). *localiter*: RVFIN. hist. mon. 1, 2, 14 ut nec cellulas nostras -i audeamus (*gr. 1, 21 τοῦ σπηλαίου προελθεῖν. cf.* CASSIAN. conl. 13, 1 cellam [inst. 2, 15, 1. *al. ibid.*]. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 403 limina cellae [*Sulp. Sev. dial. 3, 6, 2* pedem extra ... limen extulerat]). PETR. CHRYS. serm. 30, 1 (*ad Matth. 9, 9*) -batur *Christus* carnis patriam, ut deitatis suae remearet ad sedem (*antea*: transiebat, praeteriebat).

part. praes. prōgrediēns *pro subst. masc. v. p. 1771, 17. 1774, 39. 72.*

part. perf. **prōgressus,** -a, -um *pro adi. vel subst., i. q. provectus*: **1** *aetate: v. p. 1774, 48; compar.* -ior: TERT. anim. 31, 2 ut -ior reverteretur *anima in corpus novum* ... vel coaetanea suae mortis. VVLG. Ios. 23, 2 *v. p. 1508, 52.* **2** *qualibet via: v. p. 1770, 36. 54. 1774, 16.*

deriv.: progressio, progressor, 2. progressus (-ūs).

***prōgressio,** -ōnis *f.* *a* progredi. *corripitur* pro- TER. MAVR. 1456. *legitur apud* CIC. (*undecies, fere in philos.*) *et inde a* TER. MAVRO (*ceterum deest poesi*), VET. LAT., IREN., *saepius apud* MAR. VICTORIN.; *plur. raro, e. g. l. 23. 46. 61.* [*in codd. confunditur cum* processio CIC. Manil. 24 de orat. 3, 206. *al.*, -gressus CHALC. transl. p. 38^{D}; *falsa var. l. pro* prae- *v. supra p. 668, 37. 41.*]

i. q. actio vel effectus progrediendi (*meton. v. p. 1777, 40; indicatur quis [quid, qua in re aliquis] procedat per gen. saepe, per pron. poss. l. 30. 61, adi. l. 65. p. 1777, 3, quo procedatur per praepos.* in *c. acc. l. 34. p. 1777, 20,* ad *l. 47. 50. p. 1777, 14. 29. al., per gen. p. 1777, 15. 21, unde per praepos.* ab [*iuxta* ad] *l. 37 sq. 75, adv. p. 1777, 11*): **I** *porro eundi*: **A** *proprie vel in imagine de motu locali*: **1** *strictius*: CIC. Manil. 24 ut ex eis *Armeniae* locis a militibus nostris reditus magis maturus quam -o (-cessio *fere codd.*) longior quaereretur. PANEG. 11, 8, 2 neque ... illud -o fuit nec itineris confectio nec solitis adminiculis usa properatio ...; divinus quidam impetus fuit, quo *imperatores Mediolanum venerunt.* CHALC. transl. p. 38^{D} siderum ortus et -es (-sus *var. l.*) ... digessit in ordinem *opifex mundi* (*item respicitur cursus stellarum*: comm. 97 siquidem solis et lunae conversiones ... ab instituto ... cursu remorentur -em. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 7). AMBR. off. 3, 19, 114 facta est aliqua -o (*sc. in itinere*). EVGRAPH. Ter. Eun. 913 (*ad p. 1893, 75*) motum, inquit, corporis video, sed itineris nulla -o est. *in imagine*: CIC. fin. 4, 37 considerare, quod iter sit naturae quaeque -o. VET. LAT. prov. 8, 22 (Chalc. comm. 276; *loq. sapientia*) creavit me deus ⌞-is suae semitam⌟ (⌞ ⌟ *gr. ἀρχὴν ὁδῶν, alias vers. v. p. 1317, 27 sq.; an ad IIA?*). AVG. in euang. Ioh. 46, 8 l. 18 affectiones nostrae motus animorum sunt: ... cupiditas animi -o, timor animi fuga est (*cf. l. 20* progrederis animo, cum appetis). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 22, 2 p. 382^{B} numquam terminabitur illius, *quod ad bonum tendit,* ⌞in anteriora -o⌟ (⌞ ⌟ *gr. τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς*). *al.* **2** *laxius: de actione progrediendi in varias dimensiones figurae solidae*: AVG. divers. quaest. 57, 2 l. 21 -o a puncto ad longitudinem, a longitudine ad latitudinem, a latitudine ad altitudinem soliditatem corporis facit. *de proceritate arboris*: CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 72, 13 est illi *arbori* ... terra in crassitudine, aqua in humore, aer in -e, ignis in germine.

B *translate respiciuntur quaecumque*: **1** *proficiunt, crescunt, augentur* (*pro syn. est* cursus *l. 50, disting.* principium *sim. l. 45. 60,* perfectio *l. 49* [*cf. l. 55*], diminutio *l. 67*): **a** *quolibet modo; progrediuntur*: **α** *homines eorumque virtutes, studia sim.*: CIC. fin. 4, 17 omnium virtutum et originem et -em persecuti sunt *Stoici* (AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 15, 1. CASSIOD. in psalm. 17, 9 l. 164 caritas dei v. -bus crescens. *cf.* ad virtutem: CIC. fin. 4, 66 levatio ... vitiorum magna fit in iis, qui habent ad v. -is aliquantum [*cf. 4, 65* in virtute processerat]. 4, 67. ac. 1, 20 [*opp.* quasi perfectio naturae, *sc. ipsa virtus*]. off. 3, 17). Tusc. 4, 1 *liberata re publica* -o admirabilis incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est. off. 3, 14 quae *officia media Stoicorum* et ingenii bonitate multi adsequuntur et -e discendi. FAV. EVL. 14, 2 ingenii -em (*disting.* proceritatem *staturae*). BOETH. arithm. 1, 1, 7 (*v. p. 1773, 49; an vigente adhuc imag. ad A 1a? cf. gr. 1, 3, 6 ϰλίμαξί τισι ϰαὶ γεφύραις*). RHET. min. p. 306, 19 orator ... non perfectus, tamen si in eo -o est aliqua, habitus dicetur (*inde irrepsit ibid.* l. 16; *cf. p. 1677, 18*). **β** *quaelibet res*: CIC. de orat. 3, 206 (*inter elocutionis figuras, quae habent* interdum vim, leporem alias) et adiunctio et -o (-cessio *var. l.*) et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio (*alii intellegunt ἐπεζευγμένον* [*cf. Quint. inst. 9, 3, 62*], *alii* incrementum [*cf. ibid. 8, 4, 3 sqq.*]). fin. 5, 58 omnium ... rerum principia parva sunt, sed suis -bus usa augentur. FORTVN. rhet. 2, 23 (*inde* MART. CAP. 5, 557; *v. p. 1677, 72*).

b *sec. quantitatem, multitudinem partium* (*aliter sub 2c*): IREN. 2, 17, 10 l. 190 eam, quae secundum -em emissionum aucta fuerat, ignorantiam. FAV. EVL. 5, 3 quicquid ... numerosa -e non perit (*i. in plures partes dissolvi nequit*), singulare natura est. BOETH. arithm. 1, 19, 9 *numerus perfectus* nec supervacua -e porrigitur nec contracta rursus diminutione remittitur (*cf. gr. 1, 16, 2 ὅταν ... μήτε ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει αὐτὰ* [*sc. μέρη*] *μήτε ϰτλ.*).

2 *continuantur, cursum suum prosequuntur; pertinet ad*: **a** *dicendum, scribendum, ratiocinandum*: TER. MAVR. 1456 *syllaba longa per duas breves soluta* syllabarum nil nocebit longior -o. BOETH. mus. 4, 9 p. 330, 4 facienda est descriptio ..., ut paulatim fiat dispositionis rata -o (*sc. in tabula aucta nec iam integra; disting. 4, 11 p. 334, 11 sq.* integra perfectaque descriptio). top. 105a15 inductio ... est a singularibus ad universalia -o (*gr.*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἔφοδος). **b** *tempus*: CHALC. comm. 39 divina ..., quae nulla temporis -e mutantur. AMM. 18, 7, 7 saeculi -e *discere aliquid.* PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. α 9 ab octavo ... Kal. Iulias aestiva -o incrementa fellis exsuscitat. **c** *series numerorum* (*aliter sub Ib*): IREN. 1, 15, 2 l. 43 primae quaternationis secundum -em (-cess- *var. l.*) numeri in semetipsam compositae (*gen. absol., i. I, II, III, IV computatis; gr.* πρόβασιν). FAV. EVL. 8, 3 versus arithmetici dicunt ordines numerorum, ut ab uno ad decem, ab decem ad centum, a centum ad mille, et sic alios versus -e maioris crementi exaedificant. BOETH. arithm. 1, 1, 6 (*v. p. 1769, 34*) ad infinita -is (-cess- *cod. unus*) augmenta concrescit (*gr. 1, 2, 5 οὐ παύεται προκόπτον*). 1, 9, 5 hinc si fiat infinita -o (*cf. gr. 1, 8, 9 προχωροῦντι nec non* mus. 2, 20 p. 252, 1 ad hunc modum ad infinita -o est). *al. ibid.* **d** *actiones varias* (*sc. immoderatas, improbas praeter* DON.; *iuxta pon.* prolapsio *l. 18*): DON. Ter. Andr. 804, 1 -o loquentis ad interrogandum. AVG. bon. coniug. 11, 12 exigendi ... debiti ab alterutro sexu inmoderatior -o ... coniugibus secundum veniam conceditur (*antea*: quando *naturalis usus* prolabitur ... ultra propagandi necessitatem; excessus). c. Iulian. 3, 1, 1 te salubriter paeniteat incautae ac temerariae iuvenilis -is et prolapsionis tuae. trin. 12, 7, 10 illi rationali actioni, quae in rebus corporalibus ... versatur, periculosa est nimia in inferiora -o. Exc. barb. p. 324, 9 *Pompeius* expugnavit Hierusalem tenens usque ad -em templi apertionis (*gr. viguisse vid. respectus loci, cf. e. g. Chron. pasch. Migne gr. 92, 453*[A] *μέχρι τῶν ἀδύτων ... πρόεισι*). *al.*

II *foras eundi, in conspectum veniendi* (*cf.* CANDID. gen. div. 6 est ... -o foras pergens motus [*antecedit l. 41*]; *pro syn. est* processio *sim. l. 34. p. 1523, 5,* progressus *l. 51. al.,* generatio *p. 1523, 5, opp.* regressio *l. 54, minus valet* motus *l. 42* [*cf. p. 1776, 27*]): **A** *strictius de motu locali* (*in imag. fort. p. 1776, 30*): VET. LAT. Luc. 1, 80 (cod. 2, *sim.* 6) *Iohannes baptista* erat in solitudinibus usque in diem -is suae ad Isdrahel (*gr. ἀναδείξεως, cod. 5. al. et Vulg.* ostensionis). IREN. 4, 20, 10 *Ezechiel* dei cum vidisset visionem et cherubim et rotas eorum et universae -is eius mysterium cum retulisset *eqs.* (*nisi respicitur modus progrediendi Ezech. 1, 19 sqq. descriptus, ut pertineat ad IA 1a*). AMBR. exhort. virg. 10, 71 *virgini* nullus sit ... sine matre processus ...; ipsa quoque ad ecclesiam -o rarior sit adolescentulis. BOETH. in categ. comm. 3 p. 247[C] fit rubor ex sanguinis -e atque in apertum effusione (*antea*: in os omnis sanguis egreditur). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 27 p. 406[B] si ... per rectos tramites vaporum fuerit facta -o, ... capilli directi ... nascuntur (*gr.* πρόοδος).

B *laxius vel translate respiciuntur quaecumque*: **1** *originem ducunt, oriuntur, emittuntur* (*metonymice de eo ipso, quod oritur, imprimis l. 49*): **a** *varia*: CANDID. gen. div. 6 omnis ... -o *est* a motu et in motu, non tamen omnis motus et -o: intus enim motus non -ο. MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 1 l. 14 ita ... rerum -o est, ut effulgentia luminis imago sit luminis. AMBR. hex. 1, 8, 30 *quodcumque generatur, simile est generanti*; non enim sicut mutabilitates adfectuum ita etiam generationum -es sunt (*cf. gr. p. 37*[C] *προέρχεται*). AVG. c. Secundin. 6 p. 914, 6 -es *luminum* (*antea*: oportebat inde, *sc. e divina natura,* adversus tenebrarum gentem lumina progredi. *irridetur doctrina Manichaeorum, cf. p. 1779, 45*). MART. CAP. 9, 974 pes ... est numeri prima -o per legitimos et necessarios sonos iuncta. **b** *verbum dei a patre procedens*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 22 l. 50 in progressu *filii fuit* passio, maxime autem in extremo -is, hoc est, cum fuit in carne. 1, 34 l. 28 hoc ... -o est: ab eo enim, quod est supra universale, universale egreditur. gen. div. verb. 31 omnis -o et descensus et regressio. *al. apud eundem, e. g. p. 1523, 5.*

2 *suos fines deserunt, propria relinquunt: discedendo a ratione divina et ad peccata prolabendo* (*cf. p. 1769, 48. 1779, 48*): AVG. civ. 11, 23 p. 493, 30 contigit ... tanta unius animae -e peccantis, ut *eqs.* p. 494, 2 non plane animarum ..., sed eorum ipsorum *haereticorum* ... est cohercenda -o. *absone cantando*: CASSIAN. inst. 2, 11, 2 *si frater iunior* coeperit modum decantationis excedere, psallentis -o senioris interciditur plausu.

prōgressor, -ōris *m.* *a* progredi. *i. qui progreditur, sc. in arte mus. significatur genus numerorum, quod pronuntiatione editur*: AVG. mus. 6, 6, 16 *vocentur numeri* secundi -es, tertii occursores (*cf. 6, 3, 4* quod *genus* est in ... operatione pronuntiantis). 6, 8, 20 -es ... latente ... iudicialium nutu modificantur (*cf. p. 1779, 33*). 6, 9, 23 *versum* -bus pronuntiare. *al. in eodem libro.*

1. prōgressus, -a, -um *v.* progredior.

2. prōgressus, -ūs *m.* *a* progredi. NOT. Tir. *v. supra p. 1768, 13. corripitur* pro- MART. CAP. 4, 423. GLOSS. *προέλευσις. προποδισμός. legitur inde a* CIC. (*sexies*), CAES. (*semel ut* NEP. *al.*), VITR. (*quater*), *in poesi singulis locis apud* PRVD., MART. CAP., PAVL. PETRIC.; *plur. non ita raro, e. g. p. 1778, 10. 18. 29.* [*confunditur in codd. cum* processus *e. g. p. 1779, 9 (cf. p. 1523, 64 sq.); falsa var. l. pro* prae- *v. supra p. 668, 45, pro part. perf. verbi q. e.* progredi CAES. civ. 1, 15, 1 HEGES. 5, 6, 2 *et p. 1773, 72.*]

i. q. actio vel effectus progrediendi (*metonymice de eo, quod progreditur, l. 37. p. 1779, 32, quo quis progreditur, l. 55; indicatur quis [quid] procedat per gen. vel pron. poss. l. 11. 66. p. 1779, 14. al., quo procedatur per praepos.* ad *l. 49. 61. p. 1779, 26,* in *c. acc. l. 38. p. 1779, 24 [cf. gen. p. 1779, 7. 23], unde per praepos.* de *p. 1779, 27, per gen. p. 1779, 28* [*cf. p. 1779, 32*]): **I** *porro eundi*: **A** *proprie vel in imagine de motu locali* (*iuxta pon.* promotus *l. 19, opp.* reditus, regressus *sim. saepius, e. g. l. 10. 26. 29 sqq.*): **1** *strictius*: **a** *vario respectu* (*progrediuntur tam homines quam res*): CIC. Phil. 11, 4 *Brutus Antonium in Galliam invadentem* -u arcuit, a reditu refrenavit (*item in re militari*: CAES. civ. 3, 37, 3 rivus ... -us nostrorum impediebat. FRONTIN. strat. 1, 4, 8). VITR. 10, 9, 4 (*respicitur machina iter emensum indicans*) cum ... semel superius *tympanum* versabitur, -s efficiet spatia *tot.* 10, 15, 7 ea machina sex modis movebatur: -u *eqs.* (-sso *trad.; Athen. mechan. p. 26, 1 τὴν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, sc. κίνησιν*). SVET. Nero 46, 1 *somnio vidit se* a simulacris ... circumiri arcerique -u. APVL. mund. 19 p. 332 fluctuum ... mole nunc -bus litora *maris,* nunc recursibus sinus caesi quatiuntur (*gr. 396a20 πρόωσιν*). Plat. 1, 8 p. 198 ⟨cum⟩ septem locorum motus habeantur, -us et retrocessus *eqs.* (pro(r)sus, processus *var. ll.*). TERT. coron. 3, 4 ad omnem ‚-um atque promotum‚ ... frontem signaculo terimus (‚ ‚ *si synonyma sunt; sin minus, spectat ad II*). PRVD. perist. 11, 159 inlustrat ... dies limina vestibuli *catacumbae*; inde ubi -u facili nigrescere visa est nox obscura loci *eqs.* AVG. c. Secundin. 6 p. 914, 17 neque secundum locos neque secundum tempora motus, -us, exortus, occasus ... fieri posse nisi in creatura mutabili. *al. in imagine*: CIC. Att. 2, 21, 3 quo se conferat, nescit *Pompeius*: -um praecipitem, inconstantem reditum videt. CHALC. comm. 297 tamquam in -u viae malis ... obviis. **b** *respicitur cursus stellarum* (*aliter p. 1779, 17*): CIC. nat. deor. 2, 51 quae *stellae* falso vocantur errantes: nihil enim errat, quod in omni aeternitate conservat -us et regressus ... constantis et ratos. APVL. Plat. 1, 10 p. 201 (*opp.* recessus). Socr. 2 p. 120 (*opp.* regressus). CHALC. comm. 85 videntur quaedam *stellae* ... modo stare in -u, modo regradari *eqs.* 124 -ūs ... *appellat Plato* ad praecedentia profectionem (*respicitur Tim. 40*[C] *προχωρήσεις, quod reddit Chalc. transl.* accessus, *Cic. Tim. 37* antecessiones). *ibid. iterum.*

2 *laxius respicitur: constructio operis* (*meton. de ipso opere structo l. 37*): VITR. 5, 12, 2 uti, si ... erit ex una parte statio, tunc ex altera parte ... aggeribus expediantur -us (*sc. qui naves a tempestatibus tueantur*). 5, 12, 4 hac ratione ... in aquam poterit esse -s. *directio in partem anteriorem*: VEG. mil. 3, 6, 11 *speculatores* loca, per quae iter faciendum est, in -u et a tergo, dextra laevaque perlustrent.

B *translate respiciuntur quaecumque*: **1** *proficiunt, crescunt, augentur (pro syn. est* provectus *sim. l. 49. 58, opp.* perfectio *l. 49); progrediuntur*: **a** *quilibet homines eorumque studia, virtutes vitiaque sim.: in bonam vel neutram partem*: CIC. Tusc. 4, 44 philosophiae ... principes numquam in suis studiis tantos -us sine flagranti cupiditate facere potuissent (nat. deor. 1, 15 *Balbus* t. -us habebat in Stoicis, ut *eqs.* NEP. Cato 3, 2. APVL. Plat. 1, 2 p. 184 *in luctando*). TAC. hist. 2, 74, 2 esse privatis cogitationibus -um, et prout velint, plus minusve sumi ex fortuna. AVG. in psalm. 5, 9 non de perfectione, sed de -u ad perfectionem (*cf. 5, 10* provectu). *in malam partem*: AVR. VICT. Caes. 5, 11 quasi quodam -u illa *Agrippina processit* per alteros (*sc. maritos*) ad patrui nuptias atque alienorum cruciatibus mariti exitium. AVG. civ. 12, 3 p. 516, 9 quod vitium ... nimio ... -u roboratum ... inolevit. PRIMAS. in apoc. 2 prol. l. 29 exponendis ... locis arduis properantes nolumus ... temeritatis -u notari. **b** *officiales, qui ad gradum ampliorem promoventur* (*metonymice l. 56 de ipso gradu*): COD. Theod. 7, 3, 2 quem sors militiae in eum -um duxerit (*antea*: gradum). 8, 7, 23 *comites thesaurorum* in committendis publicis necessitatibus habere -um (*cf. antea*: provectiones). COD. Iust. 2, 7, 26, 1 (*a. 524*) interdicenda *est* ... cunctis *advocatis* licentia praevertendi -us seriem. **c** *qui locupletantur*: PS. VARRO sent. 95 nescire, quid sit paupertas, optimus est ad summas divitias -s.

2 *continuantur, cursum suum prosequuntur (pro syn. est* processus *l. 73. p. 1779, 5, disting.* initium *sim. l. 69. 71. 73. al.,* finis *l. 71. p. 1779, 6); pertinet ad*: **a** *tempus et ea, quae cum tempore procedunt* (*cf. l. 23*): CIC. Phil. 5, 47 C. Caesar ineunte aetate docuit ab excellenti ... virtute -um aetatis exspectari non oportere ([*antea*: grandiorem aetatem]. AMM. 14, 5, 5 hoc vitium ... in illo *Constantio* a. -u [-sso *cod. V*] effervescebat. 30, 4, 9). GELL. praef. 24 progredietur ... numerus librorum ... cum ipsius vitae ... -bus. AVR. VICT. Caes. 8, 1 *potestas Vitellii* -u funestior talibus initiis foret, si *eqs.* AMM. 31, 2, 17 aevi. RVFIN. hist. 4, 26, 8 in ingressu eius *Augusti* vel in -u. AVG. civ. 7, 30 p. 313, 6 bellorum ... exordiis, -bus finibusque moderatur *deus.* **b** *dicta vel scripta*: OPTAT. 5, 1 p. 119, 11 in -u tractatus tui (*syn. l. 4* processu, *opp. p. 119, 11* principio). AVG. in epist. Ioh. 10, 1 ad quem locum in -u huius epistolae pervenerit nostra tractatio. MART. CAP. 4, 423 (vers.; *Pallas ad Dialecticam*) perita fandi, iam -um comprime.

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PROSP. c. coll. 14, 2 disputationis. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 24, 14 legendi -u reliquum lectionis accessi. **c** *actiones varias* (*quae progrediendo appetuntur* AVG. [*cf. p. 1776, 33*]): HIL. in psalm. 118 nun 2 p. 475, 13 ut ea *doctrina caelesti* in omnem -um cuiuscumque operationis utamur (*ibid. l. 9* processus). FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 14, 2 initium voluntatis, -um operis, finem retributionis. *ultra licitum* (*cf. l. 35*): AVG. bon. coniug. 5, 5 concupiscentia ... habens ... de se ipsa -um inmoderate coeundi (*cf.* 17, 19 -um illum, qui excedit generandi necessitatem). LEO M. epist. 106, 1 Conc.^{S} II 4 p. 60, 3 dum inordinato pravoque -u (-cessu *var. l.*) inpunitarum transgressionum augentur excessus et crebrescunt culpae.

II *foras eundi, in conspectum veniendi*: **A** *strictius de motu locali* (*progrediuntur fere animantes, sed sidus l. 17; pro syn. est* ortus *l. 18, opp.* receptus *l. 26,* regressus *l. 53*): **1** *exempla varia*: APVL. met. 4, 29, 4 in matutino -u virginis. VET. LAT. psalm. 67, 8 (cod. 136) deus, in -u tuo (*sc. ex Aegypto*) ... terra mota est (*gr. ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι, cod. 303. al.* dum egredieris, *sim. al. et Vulg.*). PANEG. 2, 47, 3 ut crebro civilique -u ... publica ... opera lustraveris. SCHOL. Stat. Theb. 3, 25 -s Haedorum serenus (*syn.* ortu). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 129 nulli *monacho* -s facilis: sua quemque tenebat cellula (*cf. Sulp. Sev. Mart. 10, 7* extra cellulam ... egressus). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 775 non satis est ebrius, quem paenitet fecisse -um (*cf. Don.* paenitet, quod exierit). *al.* **2** *indicatur quo*: APVL. met. 9, 17, 5 *servus nusquam* domina⟨m⟩ sua⟨m⟩ progredi sinebat ... ac tantum necessario vespertini lavacri -u ... fidem tuebatur *comitando eam.* HIL. in Matth. 12, 2 domini -s in hunc mundum (HIER. in Is. 5, 14, 12 -s *regis* in publicum [*cf. app. crit.*]). MACR. somn. 2, 3, 9 ita ... omnis habitus animae cantibus gubernatur, ut et ad bellum -ui et item receptui canatur. **3** *indicatur unde*: HIL. in Matth. 8, 3 populi de civitate -s (*sec. Matth. 8, 34* tota civitas exiit obviam Iesu). CASSIAN. conl. 17, 28, 1 de -u cellulae penitus cohibendo (*ad gen. cf. Hofmann-Szantyr 67*).

B *laxius vel translate respiciuntur quaecumque*: **1** *originem ducunt, oriuntur, emittuntur* (*metonymice de ipso emisso l. 32*): **a** *varia*: CANDID. gen. div. 5 *radius* conectitur illi, cuius est -s radius. AVG. mus. 6, 8, 21 quibus *progressoribus* ... ipsum -um modificant *iudiciales numeri* (*cf. p. 1777, 64*). in psalm. 149, 15 l. 16 si illis promitteretur impunitas ..., *multi* emitterent -us libidinum suarum in quaeque nequissima (*nisi ad l. 6*). BOETH. cons. 4, 6, 7 omnium generatio rerum cunctusque mutabilium naturarum -s (*nisi locum coll. p. 1778, 23 illuc trahas*). 4, 6, 18 *fatum* nascentia occidentiaque omnia per similes fetuum seminumque renovat -us. **b** *verbum dei a patre procedens* (*potentiae dei l. 42*): CANDID. gen. div. 4 generationem a deo secundum istos modos esse: iuxta effulgentiam, iuxta radii emissionem, ... iuxta -um, *eqs.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 22 (*v. p. 1777, 51*). 4, 21 l. 31 (*antea: deus* tres potentias habens: esse, vivere, intellegere) ista ... tria -u suo ... omnium ... exsistentiam, vitam, intellegentiam ... sortita sunt (*in eadem re*: hymn. 1, 55 -u actum). **c** *anima emissa contra potestates iniquas, sc. sec. Manichaeos* (*cf. p. 1769, 64. 1777, 48*): FORT. Aug. c. Fort. 29 -um ... fuisse animae contra contrariam naturam (*inde* AVG. *ibid.* 30).

2 *discedunt a ratione divina et ad peccata prolabuntur* (*cf. p. 1769, 48. 1777, 56*): AVG. civ. 11, 23 p. 492, 15 animas ... diversis -bus pro diversitate peccatorum a caelis usque ad terras diversa corpora quasi vincula meruisse. conf. 13, 21, 31 a -u mortifero cohibita vivunt et bona sunt *animalia* (*cf. 13, 21, 30* discedendo a fonte vitae). ord. 2, 11, 31 ut -s animae usque ad mortalia lapsus est, ita regressus *eqs.* *Delhey.*

[prōgubernātor *edebatur olim perperam* CAECIL. com. 110, *v. vol. VI 2, 2346, 53.*]

[progustātor (prō-*?*) *confusis praeverbiis* pro *et* prae *v. p. 668, 63.*]

progymnasma, *plur.* -ata *n., προγύμνασμα.* *i. q. praeexercitamentum*: PRISC. gramm. III 405, 12 *v. supra p. 599, 3.*

progymnastēs, *acc. plur.* -ās *m., προγυμναστής.* *i. qui praeit alicui corpus exercitanti*: SEN. epist. 83, 4 (*3* minimum *temporis* exercitationi corporis datum *est*) ⌞-as⌟ meos quaeris? unus mihi sufficit Pharius, puer ... amabilis (⌞ ⌟ -si(t)as *trad.*).

prōh *v.* 2. pro.

prohedria, -ae *f., προεδρία.* *i. q. ius spectandi subsellio primo* (*cf. p. 1352, 55*): INSCR. Dessau 6462 (*Tarenti*) Iovi ... ob honorem -ae *libertus quidam imp. Nervae.*

prohem- *v.* prooem-.

1. prōhērēs, -ēdis *m.* *ex iunctura* pro herede *ortum* (*v. supra p. 1429, 25 sq.*). *i. qui pro herede est* (*cf.* ISID. orig. 9, 5, 2 -s [-is *var. l.*] est qui loco heredis fungitur, quasi pro herede; est enim aut institutus aut substitutus): INSCR. Afr. Cagnat 561 (*a. 173*) imp(eratori) ... Nanneia ... ob h⟨onorem⟩ flaminicatus colossos duo⟨s, quos⟩ ... promisit; C. Ter⟨entius Iul⟩ianus -s dedicavit (*si recte interpunximus; inde restituatur* -s *in titulo gemino* CIL VIII 26529).

2. prohērēdēs, -um *m.* *a* pro *et* heres, *cf.* pronepos. [PAPIN. resp., *qui olim laudabatur, est* LEX *l. 5.*] *i. qui proximos sequuntur heredes, heredes heredum* (*non nisi iuxta* heredes): CONC. Rom. a. 502 p. 446, 27 poenam *fundi ecclesiastici restituendi* placuit accipientis h. -esque respicere (*cf.* CASSIOD. var. 9, 15, 9 ab h. vel -bus eius ecclesia repetat). LEX Burg. Rom. 1, 3 proprietas accipientium etiam circa h. et -es lege firmatur (*sec. Cod. Theod. 11, 20, 4 pr.* nec ad heredem nec ad originem filiorum nepotumve). *Bk.*

[prohetum: occupatum GLOSS. *corruptum*; praeventum *coni. Heraeus (cf. Gloss. V 556, 15); fuitne* prehensum*?*] *v. L.*

⁂prohibeo, -uī, -itum, -ēre. *a* pro *et* habere (*cf. l. 22*). *scribitur in codd. hic illic* proib-, *e. g. cod. 13* VET. LAT. Matth. 3, 14. 9, 13. *al.* (-hib- *ibid.* Marc. 9, 38. *al.*), *cod. Aa* ORIBAS. syn. 1, 17, 29 p. 60, 6 (-hib- *ibid.* p. 60, 8). *al.* NOT. Tir. 7, 62 -et. *de formis: praes.* -itur THEOPHIL. ALEX. praef. 3 ORIBAS. 9, 1, 7 La p. 270; -it ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 12 Aa p. 486 syn. 9, 17 add. Aa p. 308 (*e* CELS. 6, 18, 9^{C} -et); -iat ORIBAS. syn. 6, 17, 2 Ab p. 107 (-eat Aa p. 15, 4); *gerund.* -undus PHILO *p. 1783, 44 (cf. apud eundem* -endus *p. 1783, 39). coni.* -essis, -essi(n)t *in precatione sim.* PLAVT., ENN., CATO *p. 1783, 60 sqq., in sermone legis* CIC. leg. 3, 6. 9. 10. *metri gratia contrahitur producta syllaba prima* prōbe(a)t LVCR. 1, 977 (praeb- *var. l.*). 3, 863 (*trad.* prohib- *ut* CE 579, 5). *de notione et differentia* (*cf. vol. I 46, 73 sq. X 1, 1473, 23*): DIFF. Suet. p. 287, 10 -ere et inhibere: -ere est porro habere *eqs.* (*v. vol. VII 1, 1591, 75 sqq.; addas* DIFF. ed. Uhlfelder 216). SYNON. Cic. p. 415, 14 arcet. vetat. cohibet. -et. inhibet. abstinet. submovet. GLOSS. -endi: *κωλυτικοί.* -tae: *κεκωλυμέναι.* II 229, 22 *ἀντέχω*: destino (distineo*?*), inhibeo, -o. 357, 34 *κωλύω*: veto, -o, arceo. *sim. al.* *legitur in poesi inde a* PLAVTO, *in oratione soluta inde a formula lustrationis apud* CATONEM *p. 1783, 61; deest* VITR. [*confunditur in codd. maxime cum* perhibere, *v. e. g. p. 1783, 44 et vol. X 1, 1438, 57 sqq.*]

2 *trans. i. q. producere, protendere sim.*: **a** *respicitur situs vel forma prominens* (*p. p. p. fere pro adi. ubique sub β et e. g. p. 1798, 5. 11*): α *operis structi eiusve partium*: Ⓘ *vario usu*: LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 1, 12 ex eo pariete antas duas ad mare vorsum -ito. 1, 16 mutulos ... -ito extra pariete (*cf.* VITR. 4, 7, 5 supra trabes ... traiecturae mutulorum parte IIII altitudinis columnae -antur). VITR. 1, 5, 2 turres sunt -endae in exteriorem partem. 4, 1, 12 e quibus *cauliculis sculptis* folia nascuntur -ta. 4, 2, 3 cantherios (*v. p. 1803, 52*). 10, 14, 2 tigna ... -ta pedes senos (*sim. ibid. iterum; Athen. mechan. p. 17, 3 et 5 ὑπερέχοντα*). FEST. p. 134 *Maenius censor* primus in foro ultra columnas tigna -ecit (*de eodem*: PS. ASCON. div. in Caec. p. 201, 17 super quam *columnam* tectum -ret ex provolantibus tabulatis [*cf. l. 11. 18*]. ISID. orig. 15, 3, 11). SEN. contr. exc. 5, 5, 2 maria -tis molibus submoventur (VLP. dig. 25, 1, 1, 3 [*e Labeone*] m. in mare vel flumen -tas. 43, 8, 2, 8). GLOSS.L II Philox. PR 314 -ta tecta: *ἀνατεταμένη, ἀνάτασιν ἔχουσα, ἐπ' οἰκίας.* *huc referas* GLOSS.L II Philox. PR 435 -tum (*contra seriem alphabeti*; protectum *trad.*): *ἐκθέτης* (*p. p. p. pro subst. neutr.; cf. l. 7 supra et ME 30* m⟨a⟩enianus: *ἐκθ.*). Ⓘⓘ *technice in iure respiciuntur partes super solum vicini prominentes* (*disting.* immittere *l. 21 sqq., cf. l. 25. al.; iuxta ponitur* protegere *l. 27*): CIC. top. 24 (*e P. Scaev.*) id solum esse ambitus aedium ..., ⌞quod⌟ parietis communis tegendi causa tectum -retur (⌞ ⌟ quo, quantum *var. ll.*). ALF. dig. 8, 5, 17 pr. illum parietem ita -tum in suum esse (*antea*: in vicini domum ... procumberet). LABEO dig. 18, 1, 80, 1 quae ex meis aedibus in tuas aedes -ta sunt. IAVOL. dig. 50, 16, 242, 1 inter '-tum' et 'immissum' hoc interesse ait Labeo, quod -tum esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent, immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret. POMPON. dig. 8, 2, 27 pr. si ex tuis propriis aedibus in communes meas et tuas aedes quid similiter esset -tum (*antea*: immissum sit). GAIVS dig. 8, 2, 2 *ius* immittendi tigna in parietem vicini et denique -endi protegendive. PAVL. dig. 11, 6, 6 de servitute immittendi -endique. INST. Iust. 4, 6, 2 (*bis iuxta* immittere). *p. p. p. pro subst. neutr.*: VLP. dig. 43, 17, 3, 6 (*e Labeone*) ex aedibus meis in aedes tuas -tum habeo; ... locum ..., qui -to tegetur; ... aedes, ex quibus -tum (F^2; proiectus F^1) est (*ibid.* proiectionis). VENVL. dig. 43, 24, 22, 4 si quis -tum aut stillicidium in sepulchrum immiserit.

β *promunturii, regionis sim.* (*respicitur totus orbis l. 38; exempla selecta inde a* MELA): CIC. Verr. II 4, 21 erat ... ita -ta in altum *Phaselis,* ut *eqs.* 4, 118 *Insula, i. pars Syracusarum,* in utriusque portus ostium ... -ta est. VERG. Aen. 3, 699 -ta ... saxa Pachyni radimus ([SERV. porrecta, extenta]. CLAVD. DON. Aen. 3, 535 p. 335, 2 *s.* in modum brachiorum utrimque -ta). SEN. dial. 2, 3, 5 -ti ... in altum scopuli. nat. 2, 1, 4 *terra* utrum lata sit et inaequalis et enormiter -ta, an *eqs.* MELA 1, 34 promunturia ... vaste -ta in altum (PLIN. nat. 3, 30 in duo ... maria). 3, 44 tellus ... sine ambitu ac sine fine -ta. LVCAN. 8, 442 regna ... -ta sub austro. PLIN. nat. 3, 80 Corsica ... a septentrione in meridiem -ta. SIL. 6, 646 latis -ta in campis ... Mevania. SOL. 2, 21 linguis *Italiae* -tis saepius ac procurrentibus. AVIEN. orb. terr. 525 hinc iacet in patulos -ta Calabria campos. *al.*

b *exempla cetera; cum respectu*: α *crescendi* (*sc. -untur plantae vel partes earum; pass. praeter* VARRONEM): SISENNA hist. 8 *ilex* circum -tis ramis maiorem partem loci summi tegebat ([*vix cogites de compos.* circumproicio, *cf. p. 1796, 22*]. CVLEX 52). VARRO rust. 1, 45, 3 materiem aliam quam aliam longius -it natura, *sc. radices efficiens.* COLVM. 5, 4, 2 *vitis* ab enata stirpe confestim velut -ta per humum porrigitur (-tae ... porriguntur *var. l.; cf.* arb. 4, 1 sq. *vinea* humi -ta; ... quae ... in terram -ta est [*var. l.* porrecta *utrobique*]. PALLAD. 3, 11 *vitis* per terram -ta discumbit).

β *movendi; -untur*: Ⓘ *arma* (*cf. p. 1796, 32*): SISENNA hist. 7 Marsi ... scutis -tis tecti saxa ... coniciunt (QVADRIG. hist. 10[b] LIV. 7, 10, 9). NEP. Chabr. 1, 2 obnixo ... genu scuto, -ta hasta impetum excipere hostium. LIV. 32, 25, 10 -to prae se clipeo. *loco obscuro respicitur gemma fort. velut scutum protendenda*: PLIN. nat. 37, 150 baroptenus ... -itur (*v. p. 22, 60*). Ⓘⓘ *partes corporis vel totum corpus* (*de effigie* APVL.): CIC. de orat. 3, 220 bracchium procerius -tum quasi quoddam telum orationis (GELL. 13, 28, 4 -tis alte b.). NIGID. Gell. 10, 4, 4 *'nos' vocem non* -tis labris pronuntiamus, sed ... labeas ... coercemus. VERG. Aen. 10, 587 -to ... pede laevo (SERV. extento, SERV. auct. ante iacto). LVCAN. 4, 755 -ta ... lingua *equorum* (ARNOB. nat. 6, 10 p. 319, 2 linguam ore de patulo ... -ens). QVINT. inst. 11, 3, 122 pectus ac venter ne -antur (*cf. p. 1802, 28*). APVL. met. 2, 4, 10 Actaeon ... curioso optutu in deam ⟨ver⟩sum -tus (*sic em. Helm in addendis, alii aliter*). ANTH. 923, 5 mutata in ⌞fontem -ta⌟ figura est *Myrrhae* (⌞ ⌟ fruticem porrecta *coni. Rivinus*). *al.* *de sideribus*: CIC. Arat. 323 -tae ... Chelae. 330 inflexo ... genu, -to corpore, Taurus. HYG. astr. 2, 6, 1 sinistra *manu Herculis* -ta cum pelle leonis ([prolata *var. l.*]. 3, 8).

II ***translate*: A** *-untur res* (*absolute p. 1799, 43; v. etiam ad B*): **1** *dicta, scripta*: **a** *quae proferuntur* (*sc. fere cum vi quadam vel inconsulte, temere*): SISENNA hist. 95 apud ... Perusinos eius facti mentionem -ecit. LIV. 35, 31, 12 inter dicendi contentionem inconsultius evectus -ecit (*seq. acc. c. inf.*). SEN. epist. 10, 3 quam magno animo ... verba -eceris (40, 7 *philosophia* ponere debet v., non -ere. FIRM. math. 6, 29, 16

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inconsulta. *cf. l. 5*). Symm. epist. 6, 22, 3 pudet dicere, quae in se optimates senatus crimina ... -erint. Hier. epist. 124, 4, 5 (*ex Orig.*) haec ... non sint dogmata, sed quaesita tantum atque -ta. Macr. Sat. 3, 3, 11 quod *Vergilius* ... velut praeteriens ... -ecit. **b** *quae contemnuntur, negleguntur, infirmantur*: Hor. ars 97 cum *persona tragica* ... -it ampullas et sesquipedalia verba. Vet. Lat. psalm. 49, 17 (cod. 300. *al.; deus ad peccatorem*) -isti sermones meos post te ([*gr. ἐξέβαλες, cod. 325* abiecisti, Vvlg. -isti ... retrorsum]. Hier. in Ier. 1, 35 s. dei retrorsum. Vvlg. I reg. 15, 26 sermonem domini). Sirach 21, 18 luxuriosus ... -et illud *verbum sapiens* post dorsum suum (*gr. 21, 15 ἀπέστρεψεν*). Iren. 3, 14, 3 si ... quis refutet Lucam ..., manifestus erit -ens euangelium. Conc.^{S} I 5 p. 158, 19 id ut blasphemiam ... -emus (*gr. I 1, 6 p. 134, 12 ἀποῤῥίψομεν, cf. I 5 p. 273, 23* aspernabimur). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 40, 36 monita vestra in terra -ere (*gr. I 1, 5 p. 126, 23 χαμαὶ ῥῖψαι*). *al.* *quae negleguntur in arte metrica*: Pomp. gramm. V 108, 28 ut -atur s littera (*sc. in versu metiendo; cf. 25 sq.* ut ... excludatur de metro: 'ponitĕ spes *eqs.*' [*Verg. Aen. 11, 309*]. *sim.* 109, 1 -i de metro). 125, 10 isti pedes -untur a metris.

2 *quaelibet, quae potius*: **a** *deponuntur, relinquuntur, deseruntur* (*c. dat. rei, cui committuntur, l. 32*): α *bona vel neutra*: Cic. Rab. Post. 33 meam *libertatem non* -issem (Phil. 13, 6 tu ... ita vitam corpusque servato, ita fortunas ..., ut ... *non* pro his l. sed pro libertate haec -as [*simul pertinet ad B2b*]). Catvll. 55, 19 *si tacebis,* fructus -es amoris omnes. Lvcr. 5, 896 quae *monstra* ... nec robora sumunt corporibus neque pro[f]iciunt aetate senecta (Sen. nat. 7, 31, 2 robur omne). Caes. Gall. 2, 15, 5 patriam ... virtutem. Ov. met. 6, 545 (*Philomela Tereo*) pudore -to tua facta loquar (Ps. Qvint. decl. 12, 24 Clavd. Don. Aen. 1, 720 p. 140, 10). Liv. 2, 27, 11 non esse ... desertam ... rem publicam neque -tum consulare imperium. Sen. Phoen. 194 qui ... vitae bona -ecit atque abscidit. clem. 1, 17, 2 cito spem -ere (Sil. 5, 226 s. -isse salutis [*sim.* Plin. epist. 7, 27, 3]). epist. 13, 2 (*v. p. 1794, 35*) animum (78, 4 a. moriendi). Stat. Theb. 1, 237 *Oedipus* -ecit ... diem (Schol. induxit sibi caecitatem). 6, 453 magister *navis* ... in saxa ruit ... et victam -ecit casibus artem. Tert. cult. fem. 2, 13 l. 29 ornamenta terrena. Hier. epist. 53, 11, 3 si habes in potestate rem tuam, vende; si non habes, -e. Regvla mag. 54, 1 *hora divina* laborantes opus -ant. *al.* β *mala*: Val. Max. 2, 6, 13 stultum -ere maerorem. Vet. Lat. Ezech. 18, 31 (cod. 176. *al., sim.* Vvlg.) -ite a vobis omnes impietates vestras (*gr. ἀποῤῥίψατε*). Firm. err. 8, 3 -tis erroribus (19, 7). Filastr. 131, 3 de corde suo malam cogitationem. Vvlg. Is. 38, 17 *deus,* -isti post tergum tuum omnia peccata mea.

b *prodiguntur, male erogantur, inconsiderate collocantur*: α *opes, bona* (in *aliquid* Val. Max.): Cic. fam. 14, 2, 3 (*ad uxorem*) reliquias tuas miseras -es? Val. Max. 7, 7, 7 *testator quidam* fortunas suas in stabulum contaminatum -erat. Sen. epist. 120, 8 *multi* non donant, sed -unt. Vlp. dig. 21, 2, 50 si *apparitores praetoris* dolo rem viliori pretio -erunt. Pavl. dig. 22, 3, 25, 2 pecuniam (Hier. epist. 66, 8, 3 p. dissipare et -ere). Cod. Theod. 2, 29, 1 quae prodige nefarieque -erunt. Avg. serm. 9, 21 l. 748 collocare ... quae habes, non -ere. *al.* β *varia*: Sen. benef. 1, 1, 2 beneficia sine ullo dilectu magis -imus quam damus (3, 2, 2 qui beneficium tam longe -ecit, ut extra conspectum suum poneret. 7, 17, 2 malo b. -am, bono reddam). epist. 45, 10 -imus bonum, si hoc nomen ... polentae damus. 124, 5 vides, ... quam humi sublimia ... -erit, apud quem de summo bono malo iudicat tactus.

c *longius progrediuntur, eo quod apparent vel augentur* (*sc. refl.; cf. p. 1795, 27 sqq.*): Cic. fin. 2, 73 quod adulterium ... non se proripiet ac -et ... proposita ... inpunitate?

d *delentur vel damnantur*: Sen. epist. 94, 62 non contentus tot civitatium strage, ... alias alio loco -it *Alexander.* Tert. adv. Marc. 1, 29 p. 330, 28 non ... -imus, sed deponimus nuptias, *sc. meliora sectantes.* Vvlg. Am. 5, 21 (*deus ad Israhel*) odi et -eci festivitates vestras. Rvst. Help. hist. testam. 70 Lazarus ... -ta morte resurgit.

e *aliquo diriguntur, intenduntur* (*gr. respondet ἐπιῤῥίπτειν*): Vet. Lat. Am. 8, 3 (cod. 175; *loq. deus*) in omni loco -am silentium (*Hier. ad l.* iniiciam, Vvlg. -etur). Nah. 3, 6 (Hier. *ad l., sim.* Vvlg.; *loq. deus*) -am super te, *Nineve,* abominationem. I Petr. 5, 7 (Ps. Aug. spec. 47 = Vvlg.) omnem sollicitudinem vestram -entes in eum, *sc. deum* (*sim.* Herm. Pal. vis. 4, 2, 5 [*vulg. vis.* immittite]). Hier. psalt. sec. Hebr. 54, 23 -e super dominum caritatem tuam.

B *-untur animantes* (*etiam vita, anima, corpora sim. eorum; qualitas pro homine p. 1800, 4; obi. subauditur p. 1800, 65*): **1** *indicatur quo vel cui vel quem ad finem* (*fere per praepos.* ad, in *c. acc.* [super *p. 1800, 25*]; *per dat. p. 1800, 18. 21. al.; per enunt. secund. p. 1800, 9*); *respiciuntur*: **a** *qui inducuntur ad actionem, statum sim. vel in mala, pericula*: α *impulsu suo*: -ere vitam, caput: Cic. Mil. 56 v. suam ... numquam in periculum ... sine custodia -bat (Ambr. epist. 6, 34, 12 ut c. nostrum non -amus in p.). *refl.*: Liv. 25, 37, 10 quod in ... inutiles se -issent fletus.

Sen. contr. 2, 6, 4 *senex* ⟨in⟩ luxuriam ... se -ecit (praeiecit *trad.*). Sen. dial. 3, 7, 4 animus si in iram ... se -ecit. Ambr. epist. 4, 17, 5 -ecit ... se usque ad nostram Christus fragilitatem, ut nos erigeret *eqs.* (*de eodem* Ps. Hier. epist. 19 p. 196^{C} in hominem ... despectum). 8, 57, 1 ut *integritas* ... sese -at ad iniuriam. Avg. gen. ad litt. 1, 18 p. 27, 15 in nullam earum *sententiarum incertarum* nos praecipiti adfirmatione ita -amus, ut ... corruamus. *al.* *mediopass.*: Ivst. 37, 3, 7 Laodice ... in concubitus amicorum *fratris* -ta. β *impulsu alieno*: Cael. Cic. fam. 8, 8, 2 de damnatione *Servilii* ... loqui est coeptum; quo vento -itur Appius minor, ut indicet *eqs.* Sall. Iug. 14, 21 inpio facinore in has miserias -tus sum (Lact. opif. 3, 1 hominem ... inermem tamquam ex naufragio in huius vitae m. -i et expelli. Avg. civ. 22, 24 p. 615, 13 in ... labores m.que). epist. Pomp. 1 *me* contra aetatem -tum ad bellum saevissimum (*cf.* Liv. 22, 44, 7 -tis ac proditis ad ... improvidam pugnam legionibus). Verg. Aen. 11, 361 quid ... in aperta pericula cives -is? (Serv. quasi viles et abiciendos. Clavd. Don. -itur ..., quod vile est). Sen. dial. 8, 6, 2 in otium sine actu -ta virtus. Stat. Theb. 2, 460 quos ... ad proelia raptos -is excidio (*sim.* Iren. 3, 23, 1 morti. Apring. in apoc. 2, 26 in sempiternum ... interitum). *al.*

b *qui alicui (rei) traduntur, permittuntur* (*sive infestanti sive sublevanti*): Sen. dial. 6, 11, 3 *homo est* imbecillum corpus ... ad omnis fortunae contumelias -tum. Tert. pudic. 13 p. 244, 21 Satanae ipse *Paulus incestum quendam* -erat (*spectat ad I Cor. 5, 5, ut*: 14 p. 248, 27 *caro* diabolo -batur. *cf.* Cypr. epist. 68, 1, 1 *ut servi dei* ad ... praedam diaboli -antur). Vet. Lat. psalm. 21, 11 (cod. 303) ad te -tus sum ex utero (*gr. ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην,* Tert. carn. 20 super te, cod. 421 = Vvlg. in te, *cod. 300. al.* in te iactatus sum). Iren. 1, 21, 5 quasi ... anima ... -atur demiurgo. Arnob. nat. 1, 55 p. 51, 3 (*de martyribus*) membra vobis -ere, *sc. torquenda.* Avg. epist. 73, 10 in quorum *amicorum* ego caritatem ... me totum -o (*item refl. ibid.*: in quem, *sc. deum,* me securus -o).

2 *sine tali indicatione*: **a** *vario usu; -untur*: α *qui relinquuntur, deseruntur*: Cic. Att. 3, 19, 3 si me a meis consiliariis proditum et -tum vides (*item iuxta* prodere Caes. civ. 1, 30, 5 *p. 1625, 58*). 4, 5, 1 senseram, noram inductus, relictus, -tus ab iis. Caes. civ. 1, 20, 2 ducem ... -tis omnibus fugae consilium capere (*de eodem* 2, 32, 8 extremam pati fortunam paratos -ecit [*antea*: deseruit, *postea*: proditi]).

β *qui expelluntur, removentur*: Ⓘ *ex qualibet re*: Sen. benef. 4, 19, 1 Epicure ..., ne *deus* cuiquam metuendus esset, -isti illum extra metum. dial. 7, 5, 2 beatus ... dici nemo potest extra veritatem -tus. epist. 117, 6 *nulla* gens usquam est adeo extra leges moresque -ta, ut non aliquos deos credat. Iren. 3, 20, 2 *homo* fuit ... -tus de immortalitate. Avg. serm. 161, 6 ne vita animae tuae, *i. deus,* -atur de anima tua (*antea*: eiciatur). Arator act. 1, 479 cuius splendoris imago ... ⌞hostes⌟ ... a sensibus atros -it (⌞ ⌟ *i. spiritus immundos, v. act. 5, 15 sq.*). Ⓘⓘ *e societate, officio sim. (maxime apud Christianos): indicatur unde*: Tert. pudic. 13 p. 245, 25 illis traditis Satanae, id est extra ecclesiam -tis (*cf.* Hil. in Matth. 4, 10 de ecclesiae promptuariis. Avg. c. Parm. 2, 15, 34 p. 88, 6 ab ecclesiae communione. Chromat. in Matth. 18, 4, 3 ab ecclesia [Cassiod. hist. 10, 10, 9, *cf. Socrat. 6, 9, 3 ἐκβαλεῖν*]. *sim. al.*). Optat. 5, 10 p. 140, 3 a societate. Novell. Iust. 123, 29 episcopatu (*gr. ἐκβαλλέσθω*). *al.* *cetera exempla*: Hil. coll. antiar. p. 61, 7 nisi eos, quos damnavimus, -issent. Amm. 22, 7, 5 duo agentes in rebus ex his, qui -ti sunt. 22, 10, 5 e numero -torum. Hier. epist. 64, 2, 4 (*opp.* recipere, *ut* Cod. Theod. 16, 8, 8). Pallad. hist. mon. II 14 p. 368^{A} quem *servum* ... -ecit dominus eius (*gr. p. 58, 16 ἔῤῥιψεν, I 7 p. 277^{A}* a se abiecerat). *al.*

γ *qui conteruntur, deiciuntur*: Sen. epist. 80, 3 ut -tus, ut conculcatus exsurgat *animus.* CE 950, 7 (*Pompeis*) multos Fortuna quos supstulit alte, hos modo -tos subito praecipitesque premit. Vet. Lat. I Macc. 12, 53 (rec. L, *sim.* X) quaesierunt omnes gentes ... -ere eos *Israhelitas* (*ἐκρῖψαι legisse vid. interpres pro ἐκτρῖψαι, cf. recc. B, V* conterere). Vvlg. IV reg. 13, 23 *dominus* noluit disperdere eos neque -ere penitus. *al.*

δ *qui differuntur, reiciuntur, spernuntur: magistratum exspectantes*: Tac. ann. 2, 36, 2 quantum odii fore ab iis, qui ultra quinquennium -antur (*antea*: tot *homines* differre). *in variis condicionibus*: Vet. Lat. psalm. 50, 13 (cod. 300. *al.* = Vvlg.) ne -as me a facie tua, *deus* (*gr. μὴ ἀποῤῥίψῃς*). 76, 8 (cod. 325, *sim. al. et* Vvlg.) non in aeternum -et deus (*gr. ἀπώσεται, cod. 300. al.* repellet). Ezech. 23, 35 (cod. 176 = Vvlg.; *deus ad Hierusalem*) oblita es mei et -isti me post corpus tuum (*gr. ἀπέῤῥιψας*). IV Esdr. 9, 9 qui eos -erunt in contemptu. Cypr. epist. 55, 23, 2 *pater filium* susceptum, quem ante -erat, ... amplectitur. Amm. 15, 5, 37 *eos, qui adulari nesciebant,* spernendo -endoque. Hier. epist. 57, 11, 2 Aquila *scripturarum interpres* ... iure -itur a nobis. Cod. Theod. 9, 7, 3 femina viros -tura. *al.*

b -ere se *vel vitam sim. suam*: α *reflexive; respiciuntur: qui se periculis obiciunt*: Cic. Att. 9, 6, 5 *epistulae tuae* rogant, ne me -am (*spectat ad* Att. Cic. Att. 9, 10, 8 si una -eceris te). *qui se parvi aestimant vel ad statum humilem demittunt*: Sen. dial. 4, 21, 7 non pro fastigio

[Montuschi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

te tuo metiris; ipse te -is. AMM. 15, 2, 3 vir magnanimus ... ne se -ret abiectius cavens. 25, 3, 16 ne difficultatibus succumberem ... neve me -am umquam aut prosternam. MART. BRAC. sent. patr. 39 se ipsum in conspectu dei. β *cetera exempla* (*respiciuntur qui se morti offerunt; addas p. 1799, 20*): CATVLL. 64, 82 ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis -ere optavit. VERG. Aen. 6, 436 qui ... lucem ... perosi -ēre animas ([*cf.* SERV. quasi rem vilem. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2200 -ēre a.: vota – *lege* vitas – contempsere]. SOL. 52, 36 ut ... a. -ant *tauri* [*Plin. nat. 8, 74* intereunt]). LVCAN. 4, 516 vitam. STAT. Theb. 2, 658 arma diemque -e.

appendix structurarum *selectarum, quibus indicatur*: **1** *quo (ad quam actionem sim.) vel cui* (*addas enunt. secund. p. 1800, 9*): **a** *per praepos.*: α ad: LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 12 ad mare vorsum. CIC. Sest. 26 ad pedes (CAES. Gall. 1, 27, 2. *al.*). Phil. 12, 19 ad ... saxa. CAES. civ. 3, 98, 2 ad terram (CHIRON 170. *al.*). BELL. Afr. 89, 4 ad genua (LIV. 26, 32, 8 DARES 24). *al.* β ante: CAES. civ. 2, 5, 3 a. simulacra. VARRO ling. 5, 142 *v. p. 1797, 71.* VERG. Aen. 5, 673 a. pedes (LIV. 21, 42, 1. *al.*). *al.* γ extra: LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 16 e. pariete. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 241, 12 e. fines. SEN. benef. 4, 19, 1 e. metum. dial. 7, 5, 2 e. veritatem. *al.* CALP. decl. 7 e. vallum. *al.* δ in (*paucissima selecta; fere c. acc., c. abl. e. g. p. 1795, 22*): CATO orat. 18 in altum (PACVV. trag. 94 CIC. Verr. II 4, 21. *al.; cf.* in mare: CIC. leg. 2, 57 LIV. 27, 37, 6. *al.*; in undas: VERG. Aen. 5, 859 LVCAN. 6, 401. *sim. al.*). CIC. Mil. 56 in periculum (VERG. Aen. 11, 361. *al.*). or. frg. A 7, 3 in medium (VERG. Aen. 5, 402. *al.*). *al.* CAES. Gall. 7, 25, 2 in ignem (AMM. 28, 1, 3 VVLG. exod. 32, 24). PROP. 3, 8, 4 in me (*sim.* in *aliquem p. 1799, l. 65. 1800, 25. 28*). *et saepissime.* ε *varias selectas*: CAES. Gall. 5, 37, 5 intra vallum. LABER. mim. 83 contra pelvem. VERG. Aen. 9, 444 super ... amicum (PLIN. nat. 25, 45 s. eam *herbam.* VET. LAT. Nah. 3, 6 [Hier. *ad l.*]. *al.*). LIV. 32, 25, 10 prae se. SEN. Phoen. 426 inter acies (MELA 3, 50 i. septentrionem occidentemque [*sim.* IORD. Get. 11]. *al.*). VET. LAT. gen. 21, 15 (Aug. quaest. hept. 1, 54) sub unam abietem (Matth. 15, 30 [cod. 4] s. pedes. *al.*). psalm. 49, 17 (cod. 300. *al.*) post te (Sirach 21, 18 p. dorsum suum. *al., e. g. p. 1799, 39. 1800, 67*). *al.*

b *per casus nudos: dat.*: CIC. Tusc. 1, 104 volucribus ... et feris ([*sim.* DARES 34]. *item animantibus*: CAES. Gall. 1, 31, 2 Caesari ad pedes. SEN. contr. 10, 4, 20 pluribus. *al.*). VERG. Aen. 11, 87 terrae ([*nisi cum* sternitur *iungas*]. *item rebus*: 12, 256 fluvio. VAL. FL. 7, 141 strato. *al.*). *locat.*: SEN. epist. 124, 5 humi (*al., v. vol. VI 3, 3125, 81*). AMM. 17, 4, 13 Alexandriae.

c *per adv.*: CIC. Catil. 2, 2 foras (VET. LAT. Matth. 5, 13 [cod. 5]. *al.; cf.* foris *ibid.* [cod. 12]. Luc. 14, 35 [cod. 3]). BELL. Afr. 91, 2 eodem. HOR. ars 462 huc. GELL. 13, 28, 4 alte. *al.*

2 *unde*: **a** *per praepos.*: LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 12 ex eo pariete (CIC. Mil. 101 ex hac urbe [Phil. frg. 1 ex u.]. CAES. Gall. 4, 25, 4 ex navi. *al.*). LVCR. 5, 222 ab undis (SEN. nat. 2, 22, 2 longe a loco suo. *al.*). GAIVS inst. 3, 219 de ponte (APVL. met. 9, 36, 1 de casula longissime. VET. LAT. iud. 7, 20 [cod. 100] de manibus [BARNAB. 4, 8 VVLG. exod. 32, 19. *al.*]. *al.*). **b** *per abl. tantum*: VERG. Aen. 6, 835 manu (SEN. Herc. O. 769. *al.*). CVLEX 127 curru. MANIL. 4, 259 inflexa ... urna (*nisi abl. absol.*). SIL. 6, 680 puppi. *al., e. g. p. 1800, 49.* **c** *per adv.*: SEN. contr. 1, 3, 2 inde (VET. LAT. I Macc. 13, 11 [rec. X]). REGVLA mag. 11, 2 unde.

3 *qua via, sc. per praepos.* per: SEN. dial. 6, 22, 6 per fenestram (QVEROL. p. 57, 20). FRONTIN. strat. 1, 1, 6 ⟨per⟩ ... campos. FIRM. math. 1, 7, 3 per praecipitia (7, 23, 4. *al. apud eundem*). *al.*

4 *quantum: per adv.*: CIC. de orat. 3, 220 procerius. VARRO rust. 1, 45, 3 longius (AMM. 17, 13, 7. 21, 14, 1. *cf.* longe: OV. trist. 5, 1, 13. *al.*; longissime *v. l. 46*). *al.* *per acc. spatii*: VITR. 10, 14, 2 (*bis, v. p. 1798, 5*). *per abl. mensurae*: VITR. 4, 7, 5 *v. p. 1798, 2.* *per locutionem c. praepos.*: TAC. ann. 2, 36, 2 ultra quinquennium.

5 *quem ad finem: per varias structuras e. g. p. 1796, 4. 8. 1797, 60; nota inf.*: VET. LAT. I reg. 2, 36 (cod. 91. *al.*) -e me in uno sacrario tuo manducare panem (*gr. παράρριψόν με ... φαγεῖν, Vulg.* dimitte me ..., ut comedam). CLAVD. rapt. Pros. 2, 30 *Diana* levibus -erat auris indociles errare comas (*sec. Verg. Aen. 1, 319, v. Gruzelier, comm. 1993, ad vers. 31*).

?**CAPVT ALTERVM:** *per confusionem praeverbiorum (si recte legitur), i. q. praeicere, praeponere* (*in sermone gramm., cf. p. 671, 44; opp.* subicere): DIOM. gramm. I 422, 27 consonantes appellantur, quod interdum -tae, interdum subiectae vocalibus consonant.

p. p. p. **prōiectus,** -a, -um *pro adi.* (*usus notabiliores; masc. pro subst. p. 1802, 4, cf. p. 1794, 11. 32 sqq. 75. 1795, 8. 1800, 51; neutr. pro subst. v. p. 1796, 29. 1798, 13. 28. 1799, 3*). *compar.* -ior *p. 1802, 19. 28, superl.* -issimus *p. 1802, 5.* GLOSS. -us: *ἔκβολος, ἔκβλητος, πρόχειρος, ἔκφορος. al.* *fere pro syn. accedit* pronus *p. 1802, 10. 21, cf. p. 1802, 2.*

1 *incorporaliter*: **a** *fere i. q. pronus, propensus, proclivis, avidus*: α *indicatur* ad (in) *quid* (*cf. p. 1800, 20*): CIC. Verr. II 1, 2 est ... Verres ... ad audendum -us (SCHOL. Cic. Gron. B p. 342, 26 facilis, pronus). SEN. contr. exc. 4, 1, 2 -us in omnia gulae libidinisque flagitia. SEN. dial. 10, 7, 1 in ventrem ac libidinem -orum inhonesta labes est (TAC. hist. 5, 5, 2 -issima ad l. gens. IVST. 41, 3, 9 *Parthi sunt* in l. -i, in cibum parci. AMBR. epist. 8, 57, 7 ad omnem -i l.). GELL. 1, 15, 20 homines in verba -os (AMM. 29, 1, 25 in v. periculosa). PORPH. Hor. sat. 1, 6, 13 -is in omnem turpitudinem moribus. FIRM. math. 5, 3, 26 erunt ... parati ac -i ad pericula. AVG. in euang. Ioh. 18, 7 vita pecorum ... sola terrena conquirit, in ea prona atque -a est. β *vario usu*: CIC. Cluent. 183 ei, quorum eminet audacia atque -a est. dom. 115 videte hominis intolerabilem audaciam cum -a quadam et effrenata cupiditate. rep. 3, 11 (*nonnullis edd.* 2, 69) iustitia foras spectat et -a tota est atque eminet (*cf. Lact. epit. 50, 5*).

b *fere i. q. vilis, despectus, humilis*: SEN. contr. 9, 1, 12 Adaeus, rhetor ... non -i nominis. SEN. dial. 12, 13, 6 humilis et -us animus. TAC. ann. 1, 42, 2 an cives *appellem,* quibus tam -a senatus auctoritas? 3, 65, 3 *Tiberium* tam -ae servientium patientiae taedebat. FIRM. math. 7, 26, 7 *quidam* erunt ignobili quadam humilitate -i (*cf. l. 24*). PRVD. perist. 10, 153 (*martyr paganis*) si sub aris ... iaceatis ..., quid esse vobis aestimem -ius?

2 *corporaliter*: **a** *i. q. deiectus, demissus*: MANIL. 4, 897 -a iacent animalia cuncta in terra (APVL. mund. 17 p. 328 in alvum prona atque -a. LACT. inst. 4, 17, 19 in terram toto et corpore et ore -um. opif. 8, 2 toto corpore in humum -a. *cf.* FIRM. math. 8, 1, 4 *animantes* ad terram demersae et caduca quadam humilitate -ae). TAC. hist. 3, 65, 2 *vultus* Vitellii -us et degener. PELAGON. 47 capitis dolorem indicant ... aures -ae *equi* (*pendet e Colum. 6, 30, 5, ubi* a. ... flaccìdae). **b** *i. q. eminens* (*cf. p. 1797, 74*): CELS. 8, 1, 27 *os calcis* durum magisque in posteriorem partem -um. SVET. Nero 51 cervice obesa, ventre -o (Tit. 3, 1 v. paulo -iore).

adv. **prōiectē.** *compar.* -ius AVG. *i. q. modo proiecto: vi incorporali i. q. propense, facile*: TERT. pudic. 13 p. 244, 7 apostolus ... libidinem fornicationis ... tam -e ignovisset, ut *eqs.*? *vi locali i. q. producte, longe*: AVG. ord. 1, 8, 25 in ... gallis *pugnantibus* erat videre intenta -ius capita, inflatas comas.

deriv.: proiectibilis, proiecticius, proiectio, proiectivus, proiecto, proiectorius, proiectura, 2. proiectus (-ūs).

*compos.: ?*circumproicio (*v. p. 1796, 22. 1798, 47*), superproicio.

cf. Onom.

?**prōiecito** *v.* proiecto. *Montuschi.*

prōiectibilis, -e. *a* proicere. [*vix recte trad.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 1, *v. ?*protectibilis.] *i. quod proici potest, proiciendum est*: IREN. 1, 30, 9 -em serpentem (*daemonem quendam Ophitarum; in versione parum apta pro gr. ἔκβλητος ut ibid.* deiectibilis serpens, *v. Rousseau-Doutreleau ad l. p. 308; cf. 1, 30, 8* proiectus est deorsum).

prōiectīcius, -a, -um. *a* proicere. *i. q. statum proiecti habens; respicitur*: **1** *homo: qui infans expositus est* (*cf. p. 1794, 9*): PLAVT. Cist. 191 (*inde* ARGVM. 8) *adulescens* amore -am illam deperit (*cf. e. g. 182* exponendam). *qui favore potentioris privatus est*: AMM. 28, 6, 26 (*verba epistulae*) salutat te Palladius -us (-tect- *trad.*), qui non aliam ob causam dicit se esse proiectum, nisi quod ... apud aures sacras mentitus est. **2** *res inutilis, abicienda*: FVLG. serm. ant. 31 ramenta dici voluerunt quasi quoddam -um purgamentum.

cf. Onom.

prōiectio, -ōnis *f.* *a* proicere. **1** *i. q. actio proiciendi vel status inde ortus*: CIC. orat. 59 bracchii -e in contentionibus, contractione in remissis (*de gestu oratoris ut*: QVINT. inst. 11, 3, 84. FORTVN. rhet. 3, 22 ut eorum *b.* sit moderata -o). FEST. p. 352 *'tullios' esse etiam* vehementes -es sanguinis arcuatim fluentis (*cf. p. 1803, 66*). DON. Ter. Andr. 521, 1 de -e pueri pro foribus (*cf. Ter. Andr. 507* referetur mox huc puer ante ostium). HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 4 p. 294, 10 sicubi in scripturis -is et abiectionis nomen inveneris (*cf. p. 1793, 22*). HIPPOCR. aphor. 6, 50 colerum -em supervenire *vulneratis quibusdam* (reiectationem, vomitum *var. ll., gr. ἔμετον*). PRISC. LYD. solut. 7 p. 86, 3 *quando ex gelido aëre* expellitur calidum, est horum *ignium* meatus -e quadam (*cf. Arist. meteor. 342a2 ἔοικεν ἡ φορὰ ῥίψει*). *respiciuntur verba profundenda*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 238 accusatoribus ... $_{L}$-e[s] sua[s]$_{L}$, nos increpare volentibus ($_{L}$, *Flury in plagulis sec. gr. διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως*). **2** *metonymice de parte aedificii proiecta* (*cf.* GLOSS. *p. 1803, 72*): VLP. dig. 43, 17, 3, 5 si -o supra vicini solum non iure haberi dicatur. *ibid.* 6 retinere possessionem eius -is. DIG. 39, 2 rubr. de suggrundis et -bus (-tect- *var. l.*).

prōiectīvus, -a, -um. *a* proicere. *i. q. proiectorius* (*gr. respondet ῥυπτικός*): ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 22 Aa p. 434 animones omnes acres et proiectibae et adaperitive sunt birtute (*La* proiectorias). 2, 1 *Π* 6 Aa (*sim.* La) p. 496 *pix* -am aliquam habit virtutem et digestoriam (*Ab* proiecturiam).

prōiecto, -āre. *a* proicere. [*falsa var. lect. p. 1818, 15.*] *i. q.*

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proicere (vi intensiva vel iterativa non perspicua); -atur: ?cadaver abiciendum: p. 1793, 68. homo periculo, poenae sim. obiciendus: ENN. scaen. 225 (*Agamemno fratri*) ego -or, quod tu peccas; tu delinquis (-quas *trad.*), ego arguor? (*v. Timpanaro, Contributi di filol., 1978, 663*). AMM. 14, 5, 7 *ut delator* desineret ... *innocentes* homines in aperta pericula -are (-lectare *trad.; cf. p. 1800, 15*). *res extrahenda*: ORIBAS. syn. 1, 18 add. La p. 64, 5 (*e Philum.*) in ipsis *raphani* foraminibus ellebori mittuntur radices; ... una sic permanent nocte, alia die -as radices ellebori (*Aa* excutiuntur radices ellebori). *pecunia largienda*: NOVELL. Iust. 13, 3, 2 *non licet praetoribus plebis* ⌞-are⌟ aurum ulli (⌞ ⌟ poesecal *sim. trad., gr. προίεσθαι*).

prōiectōrius, -a, -um. *a* proicere. *scribitur* -tur- *e. g.* ORIBAS. 2, 1 *A* 36 Aa p. 439. *Π* 20 La p. 498. *t. t. med. i. q. ad proiciendum pertinens, ῥυπτικός* (*quod gr. respondet praeter l. 20. 25 [cf. testimonia l. 19. 22]; ad rem v. p. 1797, 34*): -a virtus: ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 33 Aa p. 438 asparagus ... ⌞-am bel purgaturiam⌟ habit birtutem (⌞ ⌟ *gr. A 74 ῥ. tantum,* La -a. *cf. e. g. A* 17 La p. 432 -am et extenuatoriam v. [*Aa* purgatoriam ... et e.]). *A* 36 Aa p. 439 -am habens birtutem *radix asphodeli* (*La* proicientis. *cf. e. g. A* 29 La p. 437 -am [*Aa* prohiciendi]). *Σ* 1 Aa p. 502 diaforetica virtus eius mixta est ⌞repticae id est -ae⌟ (*La* stiptices. *cf. vers. variantes ibid. Σ* 53 La p. 503 -am [*Aa* riptici, *gr. Σ 16 ῥύπτει*]). *et saepius.* ALEX. TRALL. 3, 9 (*gr. I 309 ῥυπτικόν τι. antea*: alia, quae proicere possunt). *exempla cetera*: ORIBAS. eup. 2, 1 *M* 6 Aa p. 488 (*de melle*) coctus ... est ... ⌞repticus id est -us⌟ (La -us). *Θ* 2 Aa p. 509 (*sim.* La) amaritudinem -am et diaforeticam *lupini. Π* 20 La p. 498 -am ... substantiam (*Aa* riptices). syn. 7, 2, 4 La p. 134 -ae qualitati (*gr. μετέχει ... ῥύψεως, Aa p. 133* purgatibam). *al., e. g. p. 1802, 73. vol. V 2, 1629, 75.*

prōiectūra, -ae *f.* *a* proicere. *legitur apud unum* VITR. [*in codd. confunditur c.* protectura, *v. infra.*]

i. q. effectus proiciendi, t. t. architecturae, fere pro gr. ἐχφορά (*v. l. 35 et cf. l. 41. 46; in arte mechanica l. 55*): **1** *notione communi de statu, sc. dimensione partis proiectae aedificii* (*pendent praepos. l. 36 sq.*): VITR. 3, 3, 7 frons ... dividatur in partes *tot* ... praeter ... -as spirarum ([protect- *var. l.*]. 3, 4, 1 s. ... -ae non procedant extra solidum. 3, 5, 3 -a erit spirae pars *tanta* ... crassitudinis columnae). 3, 5, 1 *spirae* -am ..., quam Graeci *ἐχφοράν* vocitant, habeant s(emisse) extantem. 3, 5, 3 *trochilus inferior* habebit ad extremam plinthum -am. 3, 5, 7 pulvinorum baltei ab abaco hanc habeant -am, uti *eqs.* 3, 5, 10 cymatium epistylii septima parte suae altitudinis est faciendum, et in -a tantundem (4, 3, 6 corona est conlocanda in -a dimidiae et sextae partis). *ibid.* -ae (-tect- *cod. unus*) *tantae sit* cymatium, quantum crassitudo *eius est* (*item distinguitur l. 34 et* 4, 6, 2). 3, 5, 11 omnes ecphorae venustiorem habe[a]nt speciem, quae quantum altitudinis tantundem habeant -ae (*distinguitur ibid. bis et l. 37. al.*). 4, 2, 1 asseres ita prominentes, uti parietes -is (-tect- *cod. fere omnes*) eorum tegantur. 4, 2, 5 quemadmodum mutuli cantheriorum -ae ferunt imaginem, sic in ionicis denticuli ex -is asserum habent imitationem. 6, 2, 2 columnarum -ae, mutulorum ecphorae, signorum figurae prominentes (*in pictura ut*: 7, 5, 2 c. et fastigiorum eminentes -as). *al.* **2** *metonymice de ipsa parte prominente (exempla certiora; addas l. 45, fortasse etiam l. 43): aedificiorum*: VITR. 2, 8, 18 summis parietibus structura testacea sub tegula subiciatur ... habeatque -as coronarum ([*cf. Cet. Fav. 11* cum prominentibus coronis]. *ibid.* -a c. reiciet ... stillas). 4, 2, 2 *v. p. 835, 23 sq.* 4, 2, 3 *quidam* cantherios prominentes proiecerunt eorumque -as simaverunt. *ibid.* e cantheriorum -is mutulorum ... ratio est inventa. 4, 6, 2 supercilii, quod supra antepagmenta inponitur, dextra atque sinistra -ae sic sunt faciundae, uti crepidines excurrant. *machinarum*: VITR. 10, 14, 2 tigna duo in utramque partem proiecta pedes senos, quorum circa -as figantur altera proiecta duo tigna ante frontes (*Athen. mechan. p. 17, 4 ὑπεροχάς*). 10, 15, 7 habuerat ⌞-a⌟ eius *arietis* ex tabulis arcam compactam (⌞ ⌟ -tect- *codd. praeter unum, gr. ibid. p. 25, 3 προφορᾷ* [*προσ- var. l.*]).

1. prōiectus, -a, -um *v.* proicio.

2. prōiectus, -ūs *m.* *a* proicere. **1** *i. q. actio proiciendi vel status inde ortus; respicitur: corpus porrectum, extentum*: LVCR. 3, 987 *Tityos* quamlibet immani -u corporis exstet, qui ... novem dispessis iugera membris obtineat. *frondes imbribus oppositae*: PLIN. nat. 17, 92 *arbores quaedam* -u frondis ita defenduntur, ut per ipsas non defluant imbres. *aqua profusa*: ISID. nat. 44, 5 (= SVET. frg. p. 244, 9) tulli aquarum -us, quales sunt in Aniensi flumine quam maxime praecipiti (*cf. p. 1802, 56*). **2** *metonymice: de parte trunci, unde rami enascuntur*: PLIN. nat. 17, 202 rami a -u digitorum modo subrigi *debent* (*nisi vi temporali ad 1, sc. 'cum primum proiciuntur'*). *de parte aedificii proiecta* (*e coni. dub.* SCAEV. dig. 8, 2, 41, 1; *cf. p. 1798, 31*): GLOSS. II 304, 49 *ἐξώστης*: m(a)enianum, proiectio (-tect- *cod.*), -s.

prōiicio *v.* proicio. *Schröder.*

?προδαπανῶ: **proimpendo** GLOSS. II 417, 3 (-inp- *codd.*). *a* pro *et* impendere (*nisi rectius coniciebatur olim* praeim-). *Breimeier.*

proinde (proin) *adv.* [*prior pars vocis est adv.* pro-, *quod augetur per adv.* inde, *ut primitus significetur i. q. porro, protinus ab hoc loco; eiusdem formationis sunt* de-, ex-in(de); *v. Leumann, Gramm. 1977, 270 et cf. Ernout-Meillet, Dict. ⁴1959, 538a. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 75 deinde compositum est ex praepositione et loci significatione, ut exinde, perinde, -e, subinde, quae item tempus significant. PRISC. gramm. III 82, 24. *al. scribitur* -mde INSCR. christ. Diehl 4714; *separatur praeverbium puncto interposito* LEX Irnit. 5 A 18. NOT. Tir. 20, 71. *forma* -n (*per apocopen, v. Leumann, Gramm. 1977, 93*) *invenitur saepius apud scaen. vett. inde a* PLAVTO *et quinquies apud* CHAR. (*ex Romano*), *ceterum singulis vel binis locis apud* SISENNAM, VELL. 2, 37, 4 (-e *var. l., edd.*), SEN. *trag.*, PRIAP., TAC., APVL., GAIVM (*sc.* inst. 2, 79 ⌞pī *V in fine lineae*; -e *fere 40ies*), AMM. 20, 11, 13 (*ante* dies), SIDON., ANTH. 900, 3; *addas l. 21. 24. de accentu*: AVG. gramm. V 519, 36 *haec adverbia,* ut -e, placuit contra regulam accentuum proferri (*cf.* PRISC. gramm. III 82, 24 antepaenultimo acuto proferuntur. *al.; sim. e. g. vol. V 2, 1506, 40 sqq.*). *per synizesin legitur in omnibus versibus praeter* -e *trisyllabum* SEN. Ag. 141 Herc. O. 923 Phoen. 458. *al.* (*at per syniz.* Thy. 201). AVSON. 26, 88 (302, 16 S.) *et* -n *disyllabum* PRIAP. 85, 16; *cf. l. 15 et* SERV. auct. Aen. 11, 383 'pro' syllaba metri causa excluditur. *de notione*: PAVL. FEST. *l. 4.* VICTORIN. gramm. VI 203, 10 rationales *coniunctiones* quae sunt? ita itaque -e -n denique; quae magis adverbia esse mihi videntur *eqs.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 560, 25 *inter coniunctiones causales.* SYNON. Cic. p. 446, 3 tamquam. ceu. perinde. -e. ac si. ac velut. GLOSS. -n: -e, propter quod. -e: *διόπερ. ἔπειτα. οὕτως.* itaque, ac si. itaque, deinde. pro ea re aut pro ea portione. *al.; de differentia inter* -e *et* perinde *v. vol. X 1, 1478, 64 sqq. legitur in poesi inde a* NAEV., *saepius apud scaenicos veteres, ceterum raro exceptis* LVCR. *et* SEN. *trag.* (*non adhibent e. g.* HOR., OV., LVCAN.), *in oratione soluta inde a* RHET. Her. [*fortasse hisp. vet.* porende; *port.* porem. *cf. M.-L. 6773. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* perinde (*cf. l. 33 et v. infra passim et vol. X 1, 1478, 73 sq.*), deinde CIC. Verr. II 1, 99 PLIN. epist. 3, 3, 7. *al.*]

adv. significat considerantem, loquentem quendam a re quadam posita progredi (*rationem, quae intercedit inter* -e *et* perinde, *illustravi Glotta 74, 1997, 59 sqq.*): **I** *notione conclusiva i. q. itaque, igitur sim.* (*vice versa, sc. ut praeparetur causa sim. afferenda, sub IIIA2; comprehenditur tota argumentatio antecedens e. g. p. 1805, 49. 69. 73; hic illic usu laxiore adhibetur, ut inducatur exemplum e. g. p. 1806, 10. 16, ut continuetur sermo explicatione, simili sententia e. g. p. 1805, 68. 71, ut post digressionem sim. redeatur ad argumentum p. 1806, 3. al.*). *primum sententiae locum obtinet praeter l. 42 sq. et* TER. *p. 1805, 34.* MIN. FEL. 14, 7. AMM. *p. 1806, 4.* AVG. civ. 2, 4 p. 57, 18. *al., sc. raro exceptis* FERRANDO, PRIMAS.; *vergit in usum coniunctionis praeter p. 1806, 23 et iuncturas* ac -e COD. Theod. 14, 17, 11 EPIT. Gai 1, 4, 9 (*cf. p. 1808, 24*), et -e GELL. *p. 1805, 71.* ORIBAS. eup. 3, 7, 10 Aa p. 520 (*cf. p. 1809, 13*), *et cum abundantia quadam* -e igitur GELL. *p. 1805, 31. 73 sq. nec non* 5, 21, 8 (*aliter e. g. p. 1809, 47*), -e enim CASSIOD. gramm. VII 206, 22 (*e Caesell.*).

A *inducitur hortatio, monitio sim.*: **1** *usu communi*: **a** *c. imperat.*: NAEV. trag. 46 -e huc (*v. app. crit.*) ... Lycurgum cette. 60 odi summussos: -e aperte dice, quid sit quod times. PLAVT. Amph. 311 cenavi modo; -n tu istam cenam *pugnorum* largire ... esurientibus (Stich. 667 *ad cenam* locus liber datust mihi et tibi ... :: quis somniavit aurum? :: quid id ad te attinet? -n tu lavare propera. Trin. 977 TER. Eun. 106. *al.* Acc. trag. 309 AFRAN. com. 186 PLIN. epist. 1, 9, 7. *cf. l. 62*). Asin. 27 Capt. 292 Mil. 780. TER. Andr. 707 *non est mihi tempus*; -e hinc vos amolimini. Acc. praetext. 32 trag. 623 SISENNA Miles. frg. 9. CIC. fat. 4 *libenter* audiam ...; -e ordire. fam. 12, 6, 2. *al.* LVCR. 2, 755. *al.* CAES. Gall. 7, 50, 6 frustra ... meae vitae subvenire conamini ...; -e abite, dum est facultas. civ. 2, 39, 3 LIV. 2, 12, 10. *al.*

b *c. coni. hortativo*: α *in orat. recta*: PLAVT. Asin. 644 (*641* non omnia ... omnibus ... suavia esse scito) -e istuc facias ipse, quod faciamus nobis suades (*sim. cum secunda persona*: Bacch. 1061 cape ... aurum ..., fer filio ... :: non ... accipiam; ⌞-n tu⌟ quaeras qui ferat [⌞ ⌟ *item*: Cas. 113 Men. 327. *et saepius.* TER. Haut. 177. *cf. l. 50*]. SEN. dial. 6, 5, 6 -e ne summiseris te, immo contra fige stabilem gradum. *al.*). Capt. 63 (*antea*: extra scaenam fient proelia) -n si quis pugnam expectat, litis contrahat. Curc. 298. TRAG. inc. 112 -e ita parent se in vita, ut vinci nesciant. CIC. Verr. II 5, 183 deliberatum ... est ... eos persequi ...; -e ... sint parati. Catil. 2, 11 quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere; -e aut exeant aut quiescant. dom. 29. CAES. Gall. 7, 38, 8 an dubitamus, quin ... Romani iam ad nos interficiendos concurrant? -e ... hos latrones interficiamus (*item cum prima persona*: LIV. 1, 39, 3. 8, 23, 9. 25, 38, 21 SEN. Phaedr. 261. *al.*). *al. hortatio inducitur particula* ut (*nisi subaudias* moneo *sim., ut spectet ad c*): PLAVT. Bacch. 739 *servus me vituperat,* quia non te defraudaverim ...; nunc, pater mi, – proin tu ab eo ut caveas tibi – sycophantias componit (*v. quae exposui Mus. Helv. 56, 1999, 105 sq.*). Capt. 794

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obvium quemque submovebo; -e ut omnes itinera insistant sua, ne quis *eqs.* β *in orat. obliqua*: PLAVT. Amph. 214 *Teleboi* respondent bello se ... tutari posse, -e uti propere suis de finibus exercitus deducerent *Argivi* (LIV. 2, 15, 4). CIC. Verr. II 2, 70 ad Sopatrum Timarchides venit, ait accusatores ... pecuniam praetori polliceri ...; -e, si saperet, videret ¸quid sibi esset faciendum¸ (¸ ¸ *om. pars codd.*). CAES. Gall. 5, 34, 1. civ. 3, 10, 6 (*Caesar ad Pompeium*) satis esse magna utrimque incommoda accepta ...; -e sibi ac rei publicae parcerent. *al.* BELL. Alex. 8, 6. SALL. Iug. 63, 1 Mario ... mirabilia portendi haruspex dixerat: -e ... fortunam ... experiretur. *al.* LIV. 1, 9, 4 -e ne gravarentur *eqs.* (VAL. MAX. 2, 10, 2 [*ad p. 1804, 59 traxit Briscoe, 1998*]. TAC. hist. 4, 21, 2 IVST. 24, 8, 7). *al.*

c *variis modis*: CIC. Att. 1, 10, 6 *melius est* te agere, quod agendum est, ... quam ... te adesse comitiis *meis*; -e eo animo te velim esse, quasi mei negoti causa in ista loca missus esses. LVCR. 3, 870 *nihil sentiunt mortui*; -e ubi se videas hominem indignarier ... fore ut ... putescat, ... scire licet ... subesse *alium timorem* (PLIN. epist. 1, 6, 3). LIV. 3, 48, 3 (*loq. decemvir*) -e quiesse erit melius; ... lictor, submove turbam (*item c. futuro*: VAL. MAX. 4, 1, 10. PRIAP. 85, 16 -n, viator, hunc deum vereberis. PLIN. epist. 9, 29, 2. COD. Iust. 3, 33, 7 [*a. 243*]. *al.*). VAL. MAX. 3, 7, 1[e] Karthaginem ... leges nostras accipere iussi: -e aequum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. SEN. dial. 6, 25, 1 *corpus vinculum est animi*; -e non est, quod ad sepulcrum fili tui curras (CVRT. 4, 15, 8). nat. 6, 32, 5 ipsum perire non magnum est; -e, si volumus esse felices ..., anima in expedito est habenda (*item c. gerund.*: CVRT. 6, 3, 11 TAC. hist. 1, 21, 2. 1, 56, 3. *al.*). TAC. ann. 4, 38, 3 (*loq. Tiberius*) -e socios cives ... precor, ... ut ... cum laude ... famam nominis mei prosequantur. 15, 27, 2 -e (per- *M*) et Tiridati conducere intactum vastationibus regnum dono accipere, et Vologaesen melius societate Romana ... genti Parthorum consulturum. PLIN. epist. 4, 15, 2 -e ... necesse est idem sentias. 6, 12, 5 -e ... rogo, ut mihi *cessanti* semper eadem simplicitate ... convicium facias (7, 27, 14 [15]. 9, 19, 5. GELL. 4, 1, 12 -e igitur nunc te r., ut, quid sit 'penus', dicas). 6, 20, 10 si periit *avunculus, vos* superstites voluit; -e quid cessatis evadere? *al.*

2 *per ironiam vel concessionem*: TER. Phorm. 668 'his rebus pone sane' inquit 'decem minas'. :: sescentas -e (per- *var. l.*) scribito iam mihi dicas (*i. causas*): nihil do. CIC. Att. 2, 9, 2 *invidiosa erit potentia triumvirum*; -e isti licet faciant quos volent consules ..., videbis brevi tempore magnos ... eos, qui nihil titubarunt (LVCR. 3, 1090 -e licet quod vis vivendo condere saecla, mors aeterna tamen ... manebit. 6, 601. PLIN. epist. 4, 14, 9). VERG. Aen. 11, 383 non replenda est curia verbis ...; -e tona eloquio *eqs.* (*item c. imperat.*: 11, 400. LIV. 3, 45, 7 [*Icilius ad Appium*] virginem ego hanc sum ducturus ...; -e ... lictores convoca ..., non manebit extra domum patris sponsa Icili). SIL. 2, 353 -e polo crescant Alpes ...: per saxa nivesque ... est qui pandat iter. TAC. ann. 3, 17, 2 ab imperatore ... defensam Plancinam; -e (per- *trad.*) venena et artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam. *al.*

B *inducitur affirmatio, quaelibet sententia*: **1** *in allocutione, oratione* (*haud raro minantis, promittentis, ut propius accedat ad usum sub A illustratum*): TRAG. inc. 29 (*contextu deficiente*) -n de⟨m⟩et abs te regimen Argos. LIV. 3, 57, 5 (*Verginius orationem concludens*) -e, ut ille *Appius* iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre. 30, 31, 9 (*iuxta hortationem*). VELL. 2, 37, 4 *Tigranes dixit* neminem alium ... futurum fuisse, cuius se potestati commissurus foret, quam Cn. Pompeium; -e (-n *var. l.*) omnem sibi ..., cuius auctor ille esset, fortunam tolerabilem futuram. SEN. Ag. 141 fluctibus variis agor ...; -e omisi regimen e manibus meis. Herc. O. 923 frustra tenetur ille qui statuit mori; -e lucem fugere decretum est mihi (*nisi ad II*). CVRT. 9, 1, 2 celebratas ... opes in *India* ... eminere ...; -e iam vilia ... esse spolia de Persis. 9, 3, 5 idem animus est tuis ... ire, quo iusseris ...; -e ... inermes quoque ... sequimur. PLIN. nat. 7, 179 TAC. Agr. 33, 6. hist. 1, 33, 2 praeclarum (*ironice*) in servis auxilium *esse* ...; -e intuta, quae indecora (*nisi ad II; sunt qui coni.* per-). PLIN. paneg. 74, 3. SVET. Iul. 22, 2 (*verba Caesaris*) adeptum se, quae concupisset; -e ex eo insultaturum omnium capitibus. APVL. apol. 22, 1. *al.*

2 *in ratiocinatione, argumentatione, narratione*: **a** *exempla varia*: LVCR. 4, 499 *non* poterunt ipsi *sensus* reprehendere sese ...; -e quod in quoquest his visum tempore, verumst. 4, 803. *al.* SEN. dial. 12, 8, 6. CVRT. 10, 9, 3 *imperium,* dum a pluribus sustinetur, ruit; -e iure ... populus Romanus salutem se principi suo debere profitetur. PLIN. nat. praef. 20 *historia mea post mortem edenda est*; -e occupantibus locum faveo. 18, 253. PLIN. epist. 7, 17, 14 (*1* sua cuique ratio recitandi; mihi, quod *eqs.*) -e non paenitet me consuetudinis meae *recitandi.* GELL. 13, 8, 2 oportere eum *sapientem* versari ... in rebus ... periclitandis ... et -e sapere ... ex his, quae pericula ipsa rerum docuerint. 14, 3, 11 (*in fine capituli; antea*: ex alieno *faventium* certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat) -e igitur et Xenophon et Plato ... certare ... existimati sunt, quia de his apud alios ... certabatur. TERT. anim. 41, 4. VET. LAT. Hebr. 4, 9 (Mutian. Chrysost. hom. 6 p. 280; *gr.* ἄρα, *cod. 75. al.* ergo, *cod. 89. al. et Vulg.* itaque). AMM. 14, 9, 3 (*1 Vrsicinus* dispicere litis ... crimina cogebatur, abnuens et reclamans *eqs.*) -e die ... praestituto ... iudex ... resedit *Vrsicinus.* 20, 7, 17 *Sapor moenia reparavit*; latius se -e iactans ... Virtam adoriri disposuit. AVG. civ. 1, 20 p. 34, 31 et hoc genus rerum (*i. herbae*) ... dicitur vivere ac per hoc potest et mori, -e etiam ... occidi. epist. 120, 10. CONC.[S] I 5 p. 271, 1 (*ad Ioh. 17, 5*) *Christus* et deus est ... et gloriae dominus; -e quomodo ... gloriam ... petit *a patre*? (*gr. I 1, 6 p. 131, 12* εἶτα, *cf. I 5 p. 156, 27* igitur). *al.* (*saepe apud* AMM. *et* AVG.). **b** *in sermone iuris*: GAIVS inst. 2, 79 in aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur; -e (*v. p. 1804, 12*), si ex uvis ... meis vinum ... feceris, quaeritur, *cuius sit vinum.* VLP. coll. Mos. 7, 3, 1 oportet iniuria id *homicidium* esse factum; -e, si quis servum latronem occiderit, ... non tenetur. dig. 4, 8, 13, 4 arbiter ... his diebus non cogitur sententiam dicere ...; -e ... aequissimum erit ... spatium ei ad pronuntiandum dari. 9, 2, 27, 6 si quis ... usserit *hominem, ... hac lege* agendum erit; -e, si facem servo meo obieceris ..., teneberis mihi. *et saepe.* PAVL. dig. 13, 7, 16, 1 creditori actionem competere certum est; -e ... *debitor* tenebitur. *al.* COD. Iust. 6, 26, 3, 1 (*a. 223*) substituto locum quin feceris, in dubium non venit; -e ... non successionem ab intestato potes vindicare. COD. Greg. Visig. 8, 1, 3 (*a. 243*) *aliquid* in dubium non venit ...; -e ... sera prece subveniri tibi desideras. EPIST. imp. Constant. (CIL III 7000) 2, 2 dignitatis reparationem iure quaerunt obtinere; proind⟨e⟩ ... sancimus *eqs. al. ponitur in enunt. secund., sc.* ut -e: VLP. dig. 2, 13, 1 pr. *actor debet* edere actionem, ut -e sciat reus, utrum cedere an contendere ultra debeat. 40, 2, 16, 1.

II *notione comparativa* (*usu laxiore l. 29. 60*): **A** *comparantur res eiusdem generis (vel quae eiusdem generis esse finguntur sub 1aβ), ut significet potius i. q. eodem modo, pariter sim.* (*comparatur fere alterum cum altero, sed duo inter se sub 3; hic illic non tam comparat quam coniungit paria membra, e. g. p. 1808, 24, cf. p. 1809, 13; usum pro praedicativo collegimus p. 1807, 18*): **1** *in correlatione*: **a** *respondet enunt. comparativum* (*per breviloquentiam l. 48. 57*): α *commune* (*cf. B1*): Ⓘ -e ut (uti): PLAVT. Amph. 517 *nullum* mortalem credo ego uxorem suam sic ecflictim amare, -e ut hic te ecflictim deperit. Capt. 314 is, uti tu me hic habueris, -e illum illic curaverit. Cas. 96 possisne ... praeripere Casinam uxorem, -e ut postulas. *al.* LVCR. 4, 648 ut sunt dissimiles extrinsecus *animantes* ..., -e et seminibus constant variante (variantque *trad.*) figura. CAEL. Cic. fam. 8, 12, 4 ut meas iniurias -e doleas, ut me existimas ... dolere ... tuas solere. PLANC. Cic. fam. 10, 4, 4 quod si -e, ut ipse mereor, mihi successerit. VARRO rust. 3, 16, 30 *apes* consonant vehementer, -e ut milites faciunt. HYG. Gell. 10, 16, 9 *nisi quis Palinurum* divinasse ... putat, -e ut animae defunctorum solent. GELL. 2, 26, 7. *al.* Ⓘⓘ *iuncturae ceterae*: PLAVT. Amph. 583 te ego faciam hodie, -e ac meritus es, ut ... miser sis (PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2 ut -e ad omnia paratus essem, ac res me moneret [*nisi ad B*]. POLLIO Cic. fam. 10, 31, 2 *quendam* nequaquam -e, ac dignus est, oderunt homines. LVCR. 3, 1053. GAIVS inst. 2, 254 [*Inst. Iust. 2, 23, 5* perinde]. *al.*). TAC. hist. 2, 27, 1 haud -e id damnum Vitellianos in metum compulit quam ad modestiam composuit (2, 39, 2 nec -e diiudicari potest, quid optimum factu fuerit, q. pessimum fuisse quod factum est [*inconcinnitate quadam, ut e. g. l. 57*]). GELL. 5, 15, 2 hoc ... vocabulum (*'incorporeum'*) quidam finxerunt ¸-e quod¸ graece dicitur *ἀσώματον* (¸ ¸ *cf. l. 63*). TERT. anim. 6, 7 sicut ... *medicus* rebus ostendit animam corporalibus ali, -e et philosophus exhibeat illam incorporalibus pasci (adv. Marc. 4, 24 p. 500, 6 -e ..., s. et. *al. apud eundem*). cult. fem. 1, 3 l. 16 *Noe* -e potuit abolefactam eam *scripturam Enoch* ... reformare, quemadmodum ... omne instrumentum iudaicae litteraturae per Esdram constat restauratum (adv. Marc. 5, 14 p. 624, 5. spect. 8 p. 10, 18 -e si Capitolium ... sacrificator ... intravero, a deo excidam, q. circum ... spectator *al. apud eundem*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 29, 15 accidentia -e sunt *corporalia vel incorporalia,* qualia fuerint ea, quibus accidunt. *per figuram comparationis indicatur id, quod affirmatur, idem esse, quod auctore quodam traditum est* (*fere per parenthesin; cf.* sicut dicitur *sim.*): FRONTO p. 241, 2 Arion Lesbius, -e quod Graecorum memoria est, cithara et dithyrambo primus.

2 *generando, procreando sim. (fere in sermone theologorum, cf. Braun, Deus Christianorum,* ^{2}*1977, 294 sqq.; de ipsis generatis sim. e. g. l. 46. 52. 59); respicitur generatio*: **a** *Christi* (*saepe ut verbi dei, cf. 1b supra*): Tert. apol. 21, 11 *spiritum* -e generatum (*v. p. 1683, 64*). Iren. 2, 28, 6 (*antea*: filius prolatus a patre est) -em istam, sive generationem, sive nuncupationem *eqs.* Lact. inst. 4, 8, 12 ex deo deum -e vocis ac spiritus potuisse generari (Hil. trin. 7, 11 non quod -o v. natura sit filii. *cf. l. 15*). Hil. trin. 4, 12 (*professio fidei Arianorum*) ut Valentinus -em natum patris commentatus est (*gr. Athanasius ed. Opitz III 1 p. 12, 11 προβολήν*). 6, 9 l. 23 ut -o ipsa nativitas esse existimetur (*antea*: esse prolatum). Ambr. fid. 4, 9, 106 ut videatur non generatio illa verbi manentis, sed -o fluentis esse sermonis. Hier. adv. Rufin. 2, 19 (*syn. προβολήν, v. p. 1478, 12*). Rvfin. Orig. princ. 4, 4, 1 non per -em ab eo *deo* (*gr. οὐ προβαλὼν αὐτόν*), ut quidam putant, generatus est filius; si enim -o (*gr. πρόβλημα*) est filius patris, -o vero dicitur, quae talem significat generationem, qualis animalium vel hominum solet esse progenies *eqs.* (*postea*: protulit ... prolatus est). *al., maxime apud* Hil. **b** *aeonum sim.*: Tert. adv. Prax. 8 p. 237, 20 *v. p. 1477, 74.* adv. Val. 7, 6 Nus simul accepit -is suae officium, emittit et ipse ... Vitam. 37, 2 virtutes ... ceteras -es aeonum propagarunt (Iren. 2, 21, 1 a. -is, quam Homo cum Ecclesia protulit. *al.*). Iren. 1, 1, 1 *Bythos* velut semen -em hanc praemitti voluit (*gr. προβολήν. antea*: emittere [*gr. προβαλέσθαι*]). 2, 31, 1 de -bus ... et aeonibus. Filastr. 35, 1 de deo -es factae sunt, inquit *Carpocrates,* angelorum atque virtutum. *al., maxime apud* Iren. **c** *variorum: notione communi significatur actio procreandi*: Hil. trin. 6, 9 l. 36 non est ... secundum humanarum nativitatum -es dei nativitas aestimanda (*item de hominibus*: Greg. M. resp. ad Aug. p. 338, 25 prolis. *cf. l. 53 sq.*). Greg. M. moral. 14, 70 l. 70 cernimus arbusta ... a fructuum -e cessare. *notione deflexa significatur status procreatione effectus, sc. exsistentia*: Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 11, 1 mens et materia ... magnificentiam creatoris verbi ipsa sui -e monstrabant (*Migne gr. 36, 321*^{C} *τὸ τοῦ δημιούργου λόγου μεγαλεῖον ἐν ἑαυτοῖς ἔφερον*).

3 *exhibendo, ostendendo*: **a** *documenta, testimonia sim., sc. in iudicio*: Cod. Iust. 2, 42, 3, 3 (*a. 293*) nisi ... evidenter ex instrumentorum -e, non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Conc. Carth. a. 411 capp. 3, 544 documentorum -e (Facvnd. defens. 2, 1, 11). capp. 3, 567 gesta *antiqua* ... nonnisi aliorum -e gestorum posse rescindi ([*Aug. coll. c. Don. 3, 24, 42* gestis e contrario recitatis]. Conc.^{S} II 2, 1 p. 58, 35 [*gr. II 1, 1 p. 153, 29 προκομιδή, altera versio II 3, 1 p. 137, 20* oblatio]. *addas fortasse* Facvnd. defens. 1, 2, 7 -e [prob- *cod. vetus*]). Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 33 legalis testimonii -e. *al.* **b** *victimam, sc. in re sacra*: Clem. ad Cor. 41, 2 contra aedem iuxta altarium ⌞-e expiatur illud, quod offertur⌟ (*gr. μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον*).

4 *quolibet modo*: **a** *vi locali*: Hier. Didym. spir. 26, 113 (*spiritus sanctus egreditur de deo ita, ut ab eo non separetur*) sicut loca et commutationes locorum ab incorporalibus separamus, sic et -es (prob- *var. l.*), intus dico ac foris, ab intellectualium natura discernimus, quia istae corporum sunt. **b** *translate cum respectu efficiendi*: Avg. in psalm. 44, 4 in -e consilii. Boeth. arithm. 2, 34, 1 ex his duobus *numeris* tota omnium formarum videtur orta -o. Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 205 necessaria ... circa -em funeris ... adimplere (*nisi ad a trahas coll. p. 1681, 46 sqq.; sed cf. gr. τὰ ... περὶ τὴν κηδείαν*).

B *promovendum, amplificandum*: **1** *vi locali*: Liv. 31, 5, 7 -em finium victoriamque ... portendi (42, 20, 4). Svet. Aug. 30, 1 alveum Tiberis laxavit ... aedificiorum -bus coartatum (prolaps-, prolax- *var. ll.*). Ivnil. 2, 22 de -e (probat-, planat- *var. ll.*) praedicationis (*respicitur psalm. 8, 2* in universa terra). **2** *translate: de augmento sim.*: Tert. scorp. 6 p. 157, 21 si fidei ... congruebat sublimitati et claritatis aliqua -o (*praelationem intellegit Hoppe, Syntax u. Stil des Tert. 1903, 123*). *? de impetu agentis* (*nisi de actione efficiendi, ut sub A4b*): Orig. in Matth. 13, 5 p. 191, 23 ut, qui faciebat ⌞inrationabili -e⌟, quae putarentur a videntibus bona, iam de cetero sine ratione non agat (⌞ ⌟ *gr. ἀλόγῳ φορᾷ* [*sed versum esse vid. προφορᾷ*]. *antea*: impetus [*gr. ὁρμάς*]).

in figura etym. p. 1815, 58.

prōlātītius *v.* -icius.

***prōlātīvus,** -a, -um. *a* proferre (prolatus) *sec. gr. προφορικός* (*quam vocem infra respondere scias apud* Conc.^{S} *al.*).

i. qui profertur (*in iuncturis* -us sermo *et* -um verbum *praeter l. 42. 65 sq.; apud Christianos excepto* Porph. *l. 41*): **1** *de sermone hominum*: **a** *qui apud theologos cum verbo dei comparatur* (*cf. 2a*): Iren. 2, 13, 8 qui generationem -i hominum verbi transferunt in dei aeternum verbum (Ambr. fid. 4, 7, 72 v. hoc nostrum utique -um est, syllabae sunt, sonus est ..., sed non sermo noster operatur [*postea l. 58*]. Avg. trin. 15, 11, 20 l. 42 ad illud v. hominis, ... quod neque -um est in sono neque cogitativum *eqs. al.*). Ambr. fid. 4, 9, 101 quid intersit inter -um sermonem et ... dei verbum ex patre natum, ... non prolatum (Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 164, 11 s. iste -us, id est hominum, quo utentes ... cogitationes ad invicem explanamus. p. 164, 14). **b** *cetera exempla*: Porph. Hor. epist. 2, 1, 23 ⟨ut ea (*sc. legum XII tabulas et foedera vetera*) Musis⟩ ... loquentibus dicat esse -a (-o *trad.*). Ambr. Abr. 2, 1, 2 domus mentis -um verbum est (*postea*: mens in sermonibus nostris habitat. *cf. Philo migr. Abr. 2, 12 τοῦ κατὰ προφορὰν λόγου*). Epiphan. Schol. Didym. in Iac. 3, 2 p. 6, 2 de peccato -i sermonis, quae soloecismos et barbarismos quidam vocant.

2 *de eis, qui a deo emittuntur*: **a** *describitur eius* verbum, *i. filius* (*quod -um esse affirmant haeretici quidam; opp. e. g.* natum *l. 52,* substantivum *l. 53 sqq.,* substantiale *l. 60 sqq.*): Hil. syn. 38 (= 45) si quis insitum vel -um v. dei filium dicat, anathema sit (*formula synodi Sirmiensis, quam explicat Hil. ibid. 46* prodeuntem ... loquentis ore sermonem). Epist. pontif. Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 23, 1 dei verbi non -i, sed nati. Filastr. 64, 1 *Paulus Samosatenus* v. dei, id est Christum ... dei filium substantivum ac personalem ... esse ... denegabat, -um autem, id est quasi aera quendam, dicebat (*de eiusdem doctrina*: Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 p. 28, 13 non substantivum, sed -um [prolatitium *edd. vet.*] potentiae dei efficax v. esse definit. Conc.^{S} I 5 p. 82, 32 *προφορικὸν ... λόγον* ..., id est -um ... v. *al.*). Ambr. fid. 4, 7, 72 (*cf. l. 34*) solum est v. dei, quod nec -um est nec quod *ἐνδιάθετον* dicunt, sed quod operatur et vivit. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 167, 34 v. ... unigenitus dicitur, non -um, sed substantiale et substantialiter (Rustic. non -us, sed substantialis et subsistentialis). Fvlg. Rvsp. ad Tras. 1, 6, 2 verbi non -i, sed substantialis vera incarnatio. Vigil. Thaps. c. Arian. 2, 33 p. 219^{B} non -um et sono vocis transiens, sed substantialiter in sua virtute manens intellegas v. *al.* **b** *describitur spiritus sanctus*: Ambr. spir. 2, 6, 53 qui -um verbum putant in patrem redire, -um spiritum in deum refundi.

Banta.

prōlāto, -ātum, -āre. [*verbum frequentativum a* proferre *formatum, sc.* proferre, prolatus: prolatare, *ita ut e. g.* gerere, gestus: gestare; *ad singulas notiones cf.* profero *IIB1 ('procrastinare'), IA2b ('extendere'). simili modo a* differre *derivatum est* dilatare, *ad cuius sensum postea* **1**. latus *aliquid contulit. aliter Ernout, Philologica II, 1957, 193 sqq. Fo.*] *de notione*: Don. Ter. Andr. 313, 2 *et* 329, 1 *et* 615, *v. p. 1628, 45. 1687, 42. 1639, 5.* Synon. Cic. p. 438, 18 -at. protrahit. prorogat. procrastinat. differt. Gloss. -o: *πλατύνω. ὑπερτίθημι.* -anda: differenda, dilatanda. *sim. al.* *legitur rarius in oratione soluta inde a* Cic. (*septies apud* Sall., *cui deest* proferre), *in poesi sin-*

[Krylová]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gulis locis apud Lvcr. *et* Sil.; *occurrunt formae stirpis praes. (maxime gerund.) praeter* Tac. *l. 25.*

i. q. proferre (cum vi iterativa vel intensiva, quae non ubique perspicua est [sed v. e. g. l. 23. 30]): **1** *notione in posterum differendi, procrastinandi*: **a** *exempla varia*: **α** *absolute vel c. obi. interno (v. l. 13; pro syn. accedit* cunctari *l. 12 sq. [cf. etiam l. 50]; gerund. praeter l. 12; spectat ad 2b, si pro obi. intellegas tempus, quod ante actionem quandam protrahitur)*: Cic. Catil. 4, 6 id *malum, i. coniuratio,* opprimi sustentando et -ando nullo pacto potest; ... celeriter vobis vindicandum est (*nisi ad 2b trahas, sc.* id *pro obi. subintellegens*). Sall. or. Lep. 7 agundum ... est ..., non -andum neque votis paranda auxilia. Liv. 2, 36, 5 *quidam somnio monitus erat, ut aliquid nuntiaret*; cunctantem ... ac -antem ingens vis morbi adorta est. 21, 5, 2 *Hannibal* nihil -andum ratus, ne se ... cunctantem casus aliquis opprimeret (Amm. 16, 2, 8 n. -andum existimans. *vix addas l. 16*). 27, 46, 10 qui -ando spatium hosti det (*cf. 7* ut ... tempus pugnandi differretur. *8* morando). 37, 19, 5 *bellum* possumus, si ex hoc impetu rerum nihil -ando remittitur, ante hiemem ... perfecisse. Cvrt. 10, 2, 10 -ando aliquantum extraxerant temporis. Evgraph. Ter. Phorm. 606 *v. p. 1638, 75.* **β** *cum obi. acc. externo*: Lvcr. 1, 983 (*comprobat mundum infinitum esse*) uti nusquam possit consistere finis effugiumque fugae -et copia semper (*i. copia fugae prohibebit, ne umquam telum proiectum effugiat mundum; possis exemplum sensu locali accipere, sive ad 2a referens, ut vol. V 2, 211, 44, sive intellegens effugium, sc. locum effugiendi, semper longius removeri; sed v. Gottschalk, Class. Phil. 70, 1975, 42 sqq.*). Sall. epist. Mithr. 12 Ptolemaeus pretio in dies bellum -ans (Tac. ann. 13, 34, 2 -tum ... b. acriter sumitur [*cf. 13, 7, 2* differrent b.]). 23 pernicie nostra tuam -are. or. Phil. 16 -andis seditionibus. Liv. 7, 21, 2 -andis ... comitiis. Don. Ter. Andr. 180, 4 'ducere' est exspectatione longi temporis malum -are.

b *-are* dies *vel* diem: *plur.* dies: Sall. Catil. 43, 3 *socios* dubitando et d. -ando magnas opportunitates corrumpere (*de notione cf. p. 1687, 39 sqq., nisi* d. *pro acc. temporis accipias*). *sing.* diem: Sil. 3, 142 brevitas ... vetat mutabilis horae -are d. (*sc. quo agendum est*). Tac. ann. 6, 42, 4 *praefecti, brevi mora petita,* ⌞d.⌟ ex die -bant (⌞ ⌟ *obi. acc., an acc. temporis?* [*cf. vol. V 1, 2146, 6*]).

2 *notione dilatandi, extendendi (indicatur status extensus l. 54)*: **a** *cum respectu loci (-antur etiam incorporea; cf. l. 22)*: Sall. hist. frg. 4, 70 imperii -andi percupidus habebatur ([*nisi de imperio magistratus continuando accipias, ut ad b pertineat*]. Ps. Qvint. decl. 3, 13 non de -ando tibi, *Mari,* imperio res est). Colvm. 1, 5, 9 villam. Mela 3, 27 *non* imperitandi -andique quae possident *bella gerunt Germani* (3, 52 studio ... ea -andi, q. p.). Tac. hist. 2, 78, 3 seu domum exstruere *paras* seu -are agros sive ampliare servitia. Avr. Vict. Caes. 39, 16 tuendi -andive gratia iuris Romani. Cael. Avr. acut. 2, 34, 183 *oportet* omnibus corporis partibus adiutoria, *i. medicamenta,* -ari. Novell. Iust. app. 7, 11 ut ... legum ... nostrarum ubique -etur auctoritas (*cf. tit.* ut leges ... per provincias ... dilatentur). **b** *cum respectu temporis, sc. -antur ea, quae protrahuntur, continuantur (cf. supra l. 7. 9. 38)*: Sall. Iug. 27, 2 omnis invidia -andis consultationibus dilapsa foret (*27, 1* trahundo tempus). Tac. ann. 11, 37, 1 interim Messalina ... -are vitam ...; ac ni caedem eius Narcissus properavisset *eqs.* 15, 51, 1 *coniuratis* cunctantibus -antibusque spem ac metum. Arnob. nat. 1, 64 p. 61, 10 *morum castigatores* sui (in *trad.*) temporis posteris notas scriptorum perpetuitate -ant. *in arte metrica mediopass.*: Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 45, 13 *tribrachys* trium, ... *molossus* sex temporum spatio -atur. **c** *cum respectu rei cultu provehendae*: Colvm. 1 praef. 19 *nobis* diuturna permittente pace -are licuit rem rusticam.

deriv.: prolatatim. *Krylová.*

prōlātor, -ōris *m.* *a* proferre (prolatus). *i. qui profert, sc. eo quod*: **1** *generat, procreat sim.*: Iren. 1, 2, 1 aeones ... desiderabant -em seminis sui videre (*gr. τὸν προβολέα*). 2, 2, 3 qui -r fuit talis successionis *angelorum. ibid.* praeter illum, qui fuit -r. 2, 4, 1 utrum ab omnium patre et -e secundum eos *haereticos* et ipsum *vacuum sit* prolatum (*postea*: ei *patri,* qui emisit). Verec. in cant. 2, 11 mundus hic praesens, ... serpentum ... -r, *i.* spirituum ... nequiorum. **2** *enuntiat, promulgat sim.*: Iren. 2, 4, 1 si ... emissum est vacuum, vacuus et -r est Valentinus (*i. qui id finxit; alluditur ad sensum sub 1 illustratum. postea*: prolatum est). Ps. Cypr. singul. cler. 36 agnoscit ... Paulus ... *sua* verba prolata (*sc. Rom. 14, 4*), sed ... -es ipsos ignorat. Hier. epist. 98, 22, 2 sententiam, quae ... de pessima mente profertur ..., percutere -em suum. Ps. Hier. epist. 2 p. 46^{C} Pilatus veritatis interrogator potius quam -r. Avg. serm. 23, 1 securior est ... verbi auditor quam verbi -r. **3** *exhibet (sc. instrumenta)*: Cod. Theod. 2, 27, 1, 1 hoc ... toto iure cantatum est, ut scripturam -r adfirmet (prolatur, probatur *var. ll.; sim.* Interpr. cod. Theod. 11, 39, 7). Avell. 83, 206 a -bus ... symboli (*cf. 204* quae prolata est in ... synodo ... definitio *eqs.*).

prōlātus, -ūs *m.* *a* proferre (prolatus). [*perperam editum est olim* facillimo -u *pro* facillime prolatum Tert. adv. Val. 33, 2.] *fere i. q. prolatio*: Paris 1, 5, 9 fortuitum vocis -um (*Val. Max.* iactum). Don. Ter. Andr. 12, 4 stilus ... est ... in prolata oratione, oratio autem et in cogitatione est et in -u. *ad supinum verbi q. e.* proferre *referendum est* prolatu *e. g.* Arnob. nat. 5, 41 Symm. epist. 1, 15, 3 Sidon. epist. 8, 16, 3.

[prōlectibilis *laudant lexica quaedam falso pro* plectibilis *e* Sidon. epist. 4, 13, 4.**]** *Banta.*

prōlecto, (-āvī), -ātum, -āre. *a* prolicere (*vix a* pro *et* 2. lactare). *scribitur* -lict- Gloss.^{L} *infra (si huc pertinet). de notione*: Gloss. -et: delectet (*ad l. 28?*). Gloss.^{L} IV Plac. p 17 ⌞prolictabimini (-bimi *codd. Rom.*) dicitur et multa significat⌟; nam prolici est persuaderi (*codd. aliquot addunt* verbum autem eius est -or. ⌞ ⌟ *corruptum*; prolecta bene d. et invitata s. *coni. Heraeus, alii alia, v. Goetz, Thes. gloss.*). *legitur fere singulis locis inde a* Plavto, *sed quinquies apud* Apvl. [*confunditur hic illic cum compos. cognatis et cum* proiectare (*v. infra; falso trad.* Amm. 14, 5, 7).]

i. q. prolicere, illicere sim. (vi intensiva vel frequentativa parum perspicua; accedit praepos. ad *l. 35; syn. v. imprimis l. 40. 45, opp. l. 24. 36. 46)*: **1** *cum obi., quod afficitur (subaudiendo l. 38 sq., cf. l. 27; sublucet vis localis l. 39 sqq.)*: **a** *provocando, lacessendo*: Plavt. Bacch. 567 ne nega, *quod tibi obicio*; perdidisti me. :: etiamne ultro tuis me -as probris? (-iectas *var. l.*). **b** *sibi conciliando, placando, blandiendo (ad corrumpendum* Cic., Pavl. Nol.): Cic. Flacc. 18 *adversarius* locupletes homines ... deterret, egentes ... spe legationis et viatico publico ... -at (-iecta, perlectat *var. ll.*). Ov. fast. 4, 433 praeda (*i. flores colligendi*) puellares animos -at (ob-, delectat *var. ll.; nisi ad c*). Vitr. 5 praef. 1 *in poesi* verborum elegans dispositio ... -ando sensus legentium perducit ... ad summam scriptorum terminationem (-iect- *cod. unus*). Cypr. ad Donat. 16 si ... -et aures religiosa mulcedo *psalmi recitandi* (-et r. dulcedo *var. l. apud Nicet. psalm. 13 l. 33*). Pavl. Nol. epist. 24, 13 huius mundi figura (*I Cor. 7, 31*), quae ... per oculos corda -at. Cypr. Gall. gen. 1397 *Ioseph* facili -at pectora *fratrum* fatu. 1417 (*sec. gen. 45, 3 sq.*) *fratres* defixi riguere metu ...; -at mox ille *Ioseph* reos. **c** *inducendo, instigando ad actionem aliquam (hucine l. 26?)*: Apvl. apol. 91, 4 nullam mihi causam fuisse Pudentillam veneficiis ad nuptias -andi (flor. 18, 17 haec ... invitamenta ... non minus vos ad audiendum -ant, quam me ad aud[i]endum retardant). met. 5, 2, 1 invitata Psyche talium locorum oblectatione ... intra limen *palatii* sese facit, mox -ante studio pulcherrimae visionis rimatur singula. 5, 7, 5 sedatae lacrimae *dolentis* ... redeunt -ante gaudio. 11, 7, 4 ut ... aviculae -tae verno vapore concentus suaves adsonarent. Prvd. ham. 812 inliciunt alias *columbas* ... grana ..., ast aliae, quas nullus amor -at edendi, *eqs.* Mart. Cap. 8, 804 nuptialis gratiae nomine -tus (-iect- *cod. unus*) ... se temeti infusione proluerat *Silenus.*

2 *cum obi., quod efficitur, commovetur*: Avson. 27, 5^{a} (400 S.) versus meos ..., dum putas elici, repressisti; nam qui ipse facundus ... editioni⟨s⟩ alienae -at audaciam, consilio, quo suadet, exterret.

[prōlēctor *v. p. 686, 39.***]** *Burch.*

[prōlēgātus, *compos. pro iunctura* pro legato *hic illic laudatur nullis allatis exemplis certis; cf. vol. VII 2, 1121, 56 sqq., ubi addere possis e. g.* CIL II^{2} 7, 272. 273. XI 1331 (*a. 66/7*).**]**

prolegomena *n. plur., προλεγόμενα. pro subst. de iis, quae ante dicenda sunt*: Cassiod. in psalm. praef. ord. l. 1 *v. supra p. 563, 68 sqq. (cf. ibid. 67 litteris gr. ut iam* Cic. fam. 9, 18, 3 *-α[ς], nisi latet gravior corruptela, v. Demmel, Cic. und Paetus, 1962, 67 adn. 2*). *Bk.*

prolēmpsis (prolēpsis) *f., πρόλη(μ)ψις. scribuntur maxime formae nasales* -emps- *et* -ems-, *rarius* -ens- (*e. g. in var. ll.* Cic. nat. deor. 1, 44 Avg. quaest. hept. 2, 103); *de fide lectionis* -eps- (*quam exhibent edd. saepe et e. g.* Serv. Aen. 1, 2 *cod. V*) *dubitandum est, cf. vol. VIII 868, 70 sqq.; trad. litt. gr. e. g. p. 1819, 9. 19. 35 et* Qvint. inst. 9, 2, 16. 9, 3, 99; *litt. lat. fere apud* Cic. *et* Rvt. Lvp., *sed gr. restit. edd. de formis: in usu sunt maxime sing. nom.* -is, *acc.* -in, *abl.* -i; *gen.* -is *vix agnoscas p. 1819, 41, dat. -ει v. p. 1819, 19, acc.* -im *trad.* Prosp. in psalm. 104, 23 *et in var. ll. e. g. l. 72.* Cic. nat. deor. 1, 44 Serv. Aen. 1, 2; *plur. non exstat nisi l. 74. legitur inde a* Cic., Rvt. Lvpo, Hyg., Qvint. [*falso trad.* Cic. div. 2, 108 praesensio ... -in (adsumptio ... *πρόσληψιν edd. rec. plerique*).]

fere i. q. anticipatio, praesumptio (*quae voces pro syn. vel interpretamento sunt l. 74 sq. p. 1819, 6 sq. 38. al., cf.* (prae)notio *l. 71. 75,* praeceptio *p. 1819, 36,* praeoccupatio *p. 742, 70. 1819, 20. 23*): **1** *t. t. philos. Epicureae, quo significatur notio rerum generalis singulas cognitiones antecedens (non nisi apud* Cic., *cui est vox peregrina; cf. p. 735, 33 sqq. 969, 12 sqq.)*: Cic. top. 31 notionem appello, quod Graeci tum *ἐννοίαν* tum *-ιν* (*litt. gr. cod. O,* -in *vel* -im *cett.*); ea est insita et animo praecepta cuiusque cognitio enodationis indigens. ac. 2, 30 notitiae rerum, quas Graeci tum *ἐννοίας* tum *-εις* vocant. nat. deor. 1, 43 *-ιν* (*syn.* anticipationem; *v. vol. II 167, 16*). 1, 44 (*antea*: anticipationem ... praenotionem; *v. p. 735, 39*).

[Krylová]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *t. t. rhet. et gramm., sc. de figura, qua quid anticipando inducitur (generaliter* GLOSS. *p. 742, 73; ad rem cf. Holtz, Donat, 1981, 193 sq.); anticipantur, praeveniuntur*: **a** *argumenta adversarii, quae praeoccupantur (cf.* procatalepsis): RVT. LVP. 2, 4 (*inde* QVINT. inst. 9, 3, 99) *-ις (seq. definitio, v. p. 744, 17)*. QVINT. inst. 4, 1, 49 ratio occupandi, quae videntur obstare ...; quod schema *-ις* dicitur. 9, 2, 16 (*syn.* praesumptio; *v. p. 972, 3*). CARM. de fig. 124 *-ις*: anticipatio (*v. vol. II 167, 36*).

b *futura, nondum exsistentia (nondum perfecta l. 15)*: HYG. Gell. 10, 16, 8 poetae ipsi quaedam *κατὰ -ιν* historiae dicere ... concedi solet, quae facta ipse postea scire potuit, sicut Vergilius (*Aen. 1, 2. 6, 17*) scivit de Lavinio oppido *eqs.* DIOM. gramm. I 443, 29 (*antecedit l. 31*) aliter de -i disputatur, cum id, quod posterius accidit, ante tempus ascribitur (*affert Verg. Aen. 1, 2 Sall. hist. frg. 1, 11*). SERV. auct. Aen. 4, 42 hoc per -in dictum est (HIER. quaest. hebr. in gen. p. 64, 1 [*p. 63, 19* quasi per anticipationem]. AVG. quaest. hept. 2, 62 [*ad exod. 16, 35*] p. -in, id est hoc loco commemorando, quod etiam postea factum est. 7, 10 [*postea*: praeoccupando. *opp.* per anacephalaeosin]. *al.; cf. l. 22. al.*). 10, 120 'legio': -is, nam legionis nomen Troiani temporis non fuit. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 9, 387 'quo post Albae nomine dicti': hoc genus elocutionis contrarium est *-ει*. POMP. gramm. V 301, 1 -is est praeoccupatio rei futurae (*affert Verg. Aen. 1, 2. 6, 900*). *et saepius apud gramm. respiciuntur prophetae futura praevidentes*: CASSIOD. in psalm. 19, 2 l. 18 per figuram -in, quae latine dicitur praeoccupatio, propheta ... optat ecclesiae ... provenire, quae longo post tempore fieri posse cernebat (21, 13 l. 275. *al. apud eundem*).

c *quae postea dicenda vel tractanda erant (sive verba sive argumenta)*: **α** *respicitur verbum, quod praeponitur parti subiecti (sc. ita, ut fiat quaedam discrepantia numeri; res fere ubique illustratur satis inepte versibus e Verg. Aen. 12, 161 sqq. sumptis)*: SACERD. gramm. VI 456, 7 de -i: -is est, cum antequam res vel personae finiuntur, numerus terminatur. CHAR. gramm. p. 368, 24 -is est, cum ante numerus verbo redditur quam res personaeve [rei] finiuntur. DIOM. gramm. I 443, 21 de -i: -is est pronuntiatio rerum ordine secutarum (*cf.* DON. *sub β*), id est cum ante *eqs.* (*fere ut* CHAR. *supra*). PS. IVL. RVF. schem. lex. 1 p. 48, 3 (*affert etiam Verg. ecl. 6, 30* nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus Orphea. *postea*: praesumptio vel anticipatio). *al. fortasse addas* PRISC. gramm. III 183, 21 per *-ιν* ..., id est praeceptionem, ... numeri diversi ... copulantur. **β** *cetera exempla*: DON. gramm. mai. 4, 5 p. 663, 10 (*sim.* ISID. orig. 1, 36, 2) -is est praesumptio rerum *eqs.* (*affert Verg. Aen. 12, 161; v. p. 972, 8*). SERV. auct. georg. 2, 162 'Iulia unda' per -in positum est, ut loca prius laudet, quam illum, qui ea fecit (*fortasse respicitur Verg. georg. 2, 170* maxime Caesar). PS. ASCON. Verr. p. 250, 13 'in Siciliensi edicto': figura ⌞-is⌟; non enim adhuc pervenimus ad Siciliam *eqs.* (⌞ ⌟ *vix gen. sing., cf. e. g. ibid. p. 222, 12* figura zeuma). *Krylová.*

prolepōs NOT. Tir. 48, 74[a] (*legitur in serie appellationum cognationis*). *forma vulgaris pro* pronepos, *v. enim Gloss.* lepos: filius fratris (*non est, quod compos. a* pro *et* lepōs, lepōris *agnoscas*).

prolēpsis *v.* prolempsis.

[proleptomerīam *vix recte trad.* ORIBAS. eup. 2, 1 *B* 9 p. 445 La antracas exsolvit ex -am ([ex] pro l. *Fischer in plagulis, gr. ibid. 15 διὰ λεπτομέρειαν, Aa* per leptomeria).] *Bk.*

***prōlēs,** -is *f.* [*vox contracta e* *pro-olēs (< *pro-alēs; *cf.* ind-, suboles) *fortasse similiter ac* caed-ēs *et* rūp-ēs *a verbo formata est, cf.* ad-olēscere *aliaque composita. v. Leumann, Gramm. 1977, 119. 343. Moussy, Étrennes ... M. Lejeune, 1978, 169. 171. Fo.*] NOT. Tir. 52, 36[b] -is, -s. *de genere: fem. testatur* DVB. NOM. gramm. V 588, 10 (*allato* IVVENCO 4, 786), *masc. traditur* SACR. Gelas. 287 novi -is (novae SACR. Greg. 1067 D.). CE 718, 6 (*a. 593*). *et hic illic in falsa var. l., e. g.* Ov. met. 2, 553. *de formis: sing.: nom.* -is, *quem improbat* PROB. app. gramm. IV 198, 17, *solus traditur* CE 1435, 1 (*saec. IV[1]? e cod.*). CYPR. GALL. exod. 2 sq. iud. 32 (*cf. l. 63*). COMM. instr. 2, 16, 7 (*cod. C, sed* -es *trad.* apol. 666 [*M*]). ALC. AVIT. carm. 3, 148 GREG. TVR. Mart. 2, 43. CE 733, 2 (*christ.*). *al., in var. l. e. g.* VERG. Aen. 12, 128 (*cod. M* [-es *ibid.* 9, 523. *al.*]. *item in codd. vetustis*: PRVD. apoth. 139 [*A*; -es *B*]. perist. 10, 742 [*B*]. *al.*). CYPR. GALL. gen. 970 ALC. AVIT. carm. 3, 382 IORD. Get. 56. VEN. FORT. carm. 1, 8, 8 (*editur* -ēs). *plur.: nom. vel acc.* -es *et dat. vel abl.* -bus *v. p. 1821, 37. 68. 1822, 47. 1823, 48; gen.* -um *testatur* MART. CAP. 3, 301, *sed exempla non invenimus. de notione*: SYNON. Cic. p. 422, 20 domus. ... gens. ... soboles. -s. progenies. propago (*sim.* p. 426, 32). GLOSS. -s: filius vel filia. -em: stirpem, progeniem, originem vel infantem. II 264, 34 *γονή*: hic fetus, progenies, -s, subules, posteritas. III 254, 10 *ἐπιγονή*: -s, propago. GLOSS.[L] III Abol. PR 84 -s: nati (natio *var. l.*) vel progenies. *sim. al. legitur fort. iam apud* ENN. *p. 1820, 18 et* MET. MAC. *p. 1820, 49, certe inde a* CIC., LVCR.; *vox propria est poesis grandioris (cf.* CIC. de orat. 3, 153 raro habet etiam in oratione poeticum ... verbum dignitatem [*affert* -s *et* suboles]. QVINT. inst. 8, 3, 26 *loco corr.), in qua multo frequentius adhibetur quam* progenies *et* suboles (*e. g.* VERG. -s *30/* progenies *13/* suboles *5,* OV. *55/13/1,* SEN. *trag. 25/5/2,* VAL. FL. *42/6/1,* SIL. *33/4/1*); *excepto* COLVM. (*15/9/29*) *in prosa oratione raro occurrit, sc. p. 1819, 72 et apud* CIC. (*p. 1819, 73 et ter in philos.*), SALL. (*semel ut* PAVL. FEST., SEN. *philos.,* PLIN. nat., QVINT. *al.*), LIV. (*quater in I[a] dec.*), VAL. MAX. (*bis*), TAC. (*quater*). *al., saepius inde ab* ARNOB. [*e suppl. vel coni. dub.* CIRIS 48 GERM. 271 TERT. nat. 2, 13, 13. *al.*]

I *vi originaria significatur quod alicunde crescendo processit, sc. progenies, suboles sim. (in contextu variat cum* progenies *p. 1822, 37. 47. 1824, 39 et saepius,* suboles *l. 26. 28 et e. g.* COLVM. 9, 15, 2. AVIEN. Arat. 370 [*sed distinguitur* carm. ad Nort. 1], natus *sim. l. 35. p. 1822, 34 et e. g.* COLVM. 7, 3, 1 VAL. FL. 6, 126; *sim. al.*): **A** *respiciuntur quae generatione naturali, propagato genere sim. oriuntur*: **1** *de hominibus vel deis*: **a** *strictius cum respectu certorum parentum (qui passim indicantur per gen., adi., pron. poss. [uterque parens p. 1821, 4]; cum respectu adoptionis l. 39. 56. p. 1821, 8. 34 [cf. l. 74. p. 1822, 30])*: **α** *sing.* -s *spectat ad*: Ⓘ *filios filiasve*: Ⓐ *plures aut eorum numerum incertum, indefinitum (exempla selecta inde ab* OV.; *hucine p. 1821, 64?)*: TRAG. inc. 121 (ENN. scaen.*? v. Jocelyn p. 417*) sanguine exortam tuo, *Thesprote rex,* -em. LVCR. 5, 1013 *homines* -em ... ex se videre creatam. CIC. rep. 2, 40 (*explicatur vox q. e.* proletarius, *v. p. 1824, 36 sqq.*). VERG. Aen. 1, 75. 1, 274 Marte gravis geminam partu dabit Ilia -em, *sc. Romulum Remumque.* 10, 391 gemini, ... Daucia ... simillima -s. AETNA 624 optima -s, Amphinomus fraterque, *servatores parentum.* HOR. carm. 3, 6, 38 non his *depravatis* iuventus orta parentibus *se bellis probavit* ..., sed rusticorum mascula militum -s. 4, 5, 23 laudantur simili (*sc. parentibus*) -e puerperae. 4, 6, 1 -s Niobea. carm. saec. 19 -is ... novae feraci lege ([*cf. 17* subolem]. *respicitur lex Iulia de maritandis ordinibus ut*: GELL. 2, 15, 3 ad -em populi frequentandam [*syn.* suboles]). TIB. 1, 3, 79 Danai -s, *i. Danaides.* 1, 7, 55 tibi, *Messalla,* succrescat -s, quae facta parentis augeat. 1, 10, 39. PANEG. in Mess. 68 inferno Plutonis subdita regno magna deum -s (*sc. heroes ut* SEN. Med. 227. *aliter l. 75. p. 1821, 20*). PROP. 1, 20, 25 duo ... fratres, Aquilonia -s (*sc. Zetes et Calais ut* VAL. FL. 4, 462. 4, 501. *cf. l. 44*). OV. met. 2, 746 (*Mercurius Herses amator ad eius sororem*) velis -is ... meae matertera dici (*item c. pron. poss.*: fast. 4, 199. SEN. Med. 929 meorum liberum ac -is meae ... cruorem. Thy. 977 [*cf. 976* natos]. *al.*). 10, 298 si sine -e fuisset *Cinyras (i. sine filia et filio, quem ex filia procreavit*). fast. 1, 622 *uxoribus placuit* ingratos nulla -e novare viros. trist. 5, 1, 57 cum faceret Nioben orbam Latonia (Latoia *Heinsius*) -s, *sc. Apollo Dianaque.* Pont. 2, 2, 83 pia ... -s ..., digna parente suo nominibusque datis (*sc. Drusus filius et Germanicus filius adoptivus Tiberii*). LIV. 4, 6, 2 incerta -e, *sc. mixtis ordinibus nata.* SEN. dial. 11, 9, 7 *frater tuus mortuus* superstitem Caesarem (*sc. Claudium*) omnemque eius -em ... habet. epist. 115, 14 (vers.) voluptas ... blandae ... -is (*Eur. trag. frg. 326, 3 N. παῖδες*). LVCAN. 6, 410 -em superis immisit Aloeus (*sc. Otum et Ephialten*). VAL. FL. 1, 468 Cecropiae -s ... Orithyiae, ... Zetes fraterque. 3, 345 *Cyzico regi fuit* nec -s alius nec denique sanguis. HOMER. 177 Nestor ... gemina cum -e suorum. STAT. Theb. 8, 608 innoxia -s Oedipodae, *sc. Antigone et Ismene.* silv. 4, 8, 21 ius ... tergeminae ... -is (*i. trium liberorum*). TAC. ann. 2, 1, 2 Phraates *rex* ... partem ... -is firmandae amicitiae miserat *Romam.* SVET. Aug. 89, 2 *oratio* Q. Metelli de -e augenda (*respicitur censor a. 131 a. Chr., cf. Liv. perioch. 59* liberorum creandorum causa). *et saepe; in sermone iuris apud* CALL. dig. 50, 16, 220, 3 (*loco πάθους pleno*) *et inde a saec. IV[2].* Ⓑ *singulos (exempla selecta)*: VERG. Aen. 6, 763 (*Anchises ad Aenean*) Silvius, ... tua postuma -s (*locum explicat* CAESELL. *supra p. 220, 79. item c. pron. poss.*: Ov. met. 15, 640 [*oraculum Apollinis*] -em ... accersite nostram, *sc. Aesculapium.* trist. 2, 229 nunc te, *Auguste,* -e tua [*sc. Tiberio filio adoptivo*] iuvenem Germania sentit. *al.* OCTAVIA 33 domus cum -e tua, *Claudi. al.*). 7, 691 Messapus, ... Neptunia -s ([SERV. *ad l.* per mare ad Italiam venit, unde Neptuni dictus est filius]. 9, 523. 10, 353. 12, 128. Ov. met. 12, 72 -s N., Cycnus. VAL. FL. 4, 213. *al.; cf. p. 1821, 27. 1822, 4 et* VAL. FL. 4, 150 Neptuni credita -s, *sc. Amycus*). 8, 301 vera Iovis -s, *sc. Hercules* (PROP. 3, 1, 27 flumina ..., Idaeum Simoenta I. ⌞cum -e Scamandro⌟ [⌞ ⌟ *Wolff sec. Hom. Ξ 434 et Φ 2; om. cod. N,* cunabula parvi *cett.*]. Ov. met. 9, 229. VAL. FL. 4, 327. *al.* SIL. 4, 476 vera I. -s [*sc. Scipio, cf. 13, 634 sqq. et infra p. 1821, 5*]. *al.*). 12, 830 germana Iovis Sāturnique ... -s, *sc. Iuno* (CLAVD. rapt. Pros. 2, 280 *de Plutone. cf.* Saturnia: Ov. met. 14, 320 Picus ..., -s S. CE 254, 17 [*saec. III*] S. pro⟨les⟩. AVSON. 13, 72 [69 S.], 9). CVLEX 11 Latonae magnique Iovis decus, aurea -s, Phoebus. HOR. epist. 1, 7, 40 Telemachus, -s patientis Vlixei. LYGD. 4, 45 -s Semeles, Bacchus (*cf. de eodem* Semeleia: Ov. met. 3, 520. 5, 329. 9, 641). Ov. met. 8, 15 -s Letoia, *sc. Apollo* (*de eodem*: HOMER. 10 Latonae et magni -s Iovis [*cf. Hom. A 9 υἱός*]. *cf. l. 38*). 8, 90 -s ego regia (gloria, filia *var. ll.*) Nisi, Scylla (VAL. FL. 1, 162. DRAC. Romul. 8, 264 [*cf. 261* regis pignus]. *cf.* STAT. Theb. 12, 378 [*Argia loq.*] -s ego regis Adrasti). 15, 533 Apollineae valido medicamine -is, *sc. Aesculapii.* fast. 6, 719 -s Hyriea, *sc. Orion* (*respicitur alumnus, v. 5, 493 sqq.*). SEN. Ag. 215 nivea -s, Cycnus, aequorei dei (DRAC. laud. dei

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 236 ficta dei -s, *sc. Simon magus* [*cf. act. 8, 10*]). COLVM. 10, 269 Cereris -s, *sc. Proserpina* (*de eadem* CLAVD. rapt. Pros. 1, 221). LVCAN. 6, 420 Magno -s indigna parente (*sc. Sex. Pompeius ut*: 6, 594 [*ipsius verba*] Magni clarissima -s [*cf. 589* propago]). VAL. FL. 5, 581 flammigeri -s Perseia Solis, *sc. Aeetes.* SIL. 17, 654 cum te, *Scipio,* memorat ... -em Tarpei, *non* mentitur Roma, Tonantis (DRAC. Romul. 8, 472. *cf. p. 1822, 66*). HOMER. 236 Aeneas, Veneris certissima -s (483 *de eodem*). STAT. silv. 1, 1, 23 *C. Iulius Caesar* adscitae munere -is (*sc. Octaviani*) primus iter nostris ostendit in aethera divis. TAC. ann. 11, 10, 4 quidam *Parthi inclinabant* ad Meherdaten, -em Phraatis. *et saepe, imprimis apud saec. primi poetas. de Christo filio Mariae virginis* (*cf. p. 1822, 61*): IVVENC. 1, 141 hanc cecinit vates (*Is. 7, 14*) venturam ex (et, in *var. ll.*) virgine -em (*cf. Matth. 1, 23* filium). 4, 153 -s hominis (*item* 4, 558, *sc. pro* filius h. *Matth. 24, 30. 26, 64*). EVSEB. GALLIC. hom. 10, 4 deum ex homine natum esse ..., virginem *Mariam* -e ditatam nec tamen virginitatem fuisse solutam.

Ⅱ *quoslibet posteros* (*sive plures sive singulos; praeter avum indicatur pater l. 31*): SALL. or. Lep. 3 (*ironice de Sullae satellitibus*) praeclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatiorum -s. VERG. georg. 3, 35 ⌞Assaraci -s⌟ ... Trosque parens (⌞ ⌟ *e. g. Aeneas pronepos; vix de filio solo Capye accipias*). Aen. 6, 322 (*Sibylla ad Aenean*) Anchisa generate, deum certissima -s (*sensu generali ut*: SIL. 11, 293 -s digna d., ... Dardanus. STAT. silv. 1, 1, 74 salve, *Domitiane,* ... -s genitorque deorum. *aliter p. 1820, 30. 75*). 6, 717 (*Anchises loq.*) hanc -em cupio enumerare meorum. CVLEX 334 Tantaleae generamen -is Atrides, *sc. Agamemno.* TIB. 2, 2, 21 huc veniat Natalis avis -emque ministret (*locum vexatum huc traximus coll. Murgatroyd, 1994, p. 78 sq. 273 sq.*). PROP. 3, 4, 19 ipsa tuam serva -em, Venus (*sc. Augustum*). OV. met. 10, 639 -s Neptunia ..., Hippomenes (*de eodem* 10, 665). VAL. MAX. 8, 7, 2 cuius *Catonis maioris* mirifica -s, propior aetati nostrae Cato. SEN. Ag. 387 Iuppiter, ... abavus ... tuam non degenerem respice -em, *sc. Agamemnonem. al.* LVCAN. 10, 86 Pharii -s clarissima Lagi, *sc. Cleopatra* (*cf. de eadem*: 10, 522 -s Lagea). VAL. FL. 6, 542 Aeolii -s Aeetia Phrixi, *sc. Argus.* 8, 112 Cretheia -s, *sc. Iason.* SIL. 2, 58 Asbyte, -s ⌞Garamantis Hiarbae⌟ (⌞ ⌟ *de quo cf. Verg. Aen. 4, 198*). IVV. 8, 56 Teucrorum -s (*de Rubellio Blando, qui intercedente adoptione cum gente Iulia coniunctus erat; cf. Courtney, comm. 1980, p. 391*). TAC. ann. 12, 18, 2 -e magni Achaemenis, *sc. Mithridate. al.*

β *plur.* -es: *exempla dubia, sc.* -(e)s *regit verbum plur., quod etiam per synesin ita positum intellegere possis* (*ut* STAT. *l. 74. p. 1822, 4, si loci sunt agnoscendi*): SIL. 17, 37 caelicolum genetrix ..., cuius -es (*sc. Iuppiter, Neptunus, Pluto*) terramque fretumque sideraque et manes ... gubernant. CYPR. GALL. Ios. 440 (*cf. Ios. 14, 12*) quam *sedem* propriam teneant nati -esque natorum (*si est sing., coll. p. 1819, 59 potius exspectes* -is). *exempla certiora*: ARNOB. nat. 7, 35 substituendis per libidinem -bus. DRAC. satisf. 52 ut laudes dicam ... suas (*sc. regis*) ... perque suas (suos *var. l.*) -es regia vota canam (postque suas -es *vel* proque sua -e *dubitanter Arevalus*). CE 718, 6 (*a. 593*) hoc loco erga meos elegi quiescere -es.

b *laxius*: α *significatur totum genus natorum quorundam* (*sc. respectu certorum parentum evanescente; cf. etiam p. 1822, 15. 43*): Ⅰ *qui quacumque condicione communi coniuncti sunt* (*c. gen. explic. praeter l. 54*): CIC. leg. 3, 7 (*verba legis*) *censores* equitum peditumque -em, *sc. novicios sim.,* discribunto (describ- *trad.*). LVCR. 2, 1082 hominum ⌞genitam⌟ -em (*distinguuntur ferae, pisces, aves*; ⌞ ⌟ *Marullus,* geminam [*sc. utriusque sexus?*] *trad.*). HIER. epist. 15, 3, 1 ab Arrianorum -e, Campensibus (*ad rem cf. Jülicher, RE III 1443*). ARATOR act. 1, 312 improba -s (*i. plebs Iudaea*) saevit adhuc farique vetat, quod gaudia clamant. DIFF. Suet. p. 313, 33 praelium ... dictum a -e iuvenum. Ⅱ *qui fere simul nati sunt, ad eandem aetatem, generationem pertinent: de saeculis illis metallo distinctis* (*cf. Hes. op. 109. al. γένος*): CIC. Arat. 18 ferrea tum vero -s exorta repentest (*respicitur gr. 130 χαλκείη γενεή, ut*: GERM. 133 aerea ... -s terris data *est. Avien. Arat. 340* saecla). LYDIA 74 aurea -s ([*Vonck,* promo *trad.; cf. 47* saecula, *75* aetas]. AVSON. 27, 9b [406 S.], 28). OV. met. 1, 114 *Saturno pulso* subiit argentea -s. 1, 125 aenea -s. CLAVD. 3, 52 en aurea nascitur aetas, en -s antiqua redit. *cetera exempla*: CIC. rep. 6, 23 si cupiat -s illa ⌞futurorum hominum⌟ deinceps laudes *nostras* ... posteris prodere (*nisi* ⌞ ⌟ *pro gen. poss. accipias, ut ad p. 1820, 16 pertineat*). VERG. Aen. 6, 648 genus antiquum Teucri, pulcherrima -s, magnanimi heroes nati melioribus annis. VET. LAT. exod. 31, 16 (cod. 104) ⟨ob⟩servabunt ⟨fili Israel sab⟩bata facere in -es suas (*gr. γενεάς. cod. 100* progenies, *Vulg.* generationibus). ADNOT. Fronto p. 205, 25 unius humanae -is aetate imperium *Macedonum* extinctum est. Ⅲ *qui ad eundem populum vel civitatis conditorem referuntur*: VERG. Aen. 4, 236 qua spe inimica in gente moratur *Aeneas* nec -em Ausoniam et Lavinia respicit arva? 6, 756 Dardaniam -em. SEN. Herc. f. 268 Cadmea -s atque Ophionium genus, *sc. Thebani* (*cf.* Oed. 110 Cadmi generosa -s. STAT. Theb. 9, 9 Cadmeia -s insurgunt [*var. l.* pubes *fort. recte praeferunt edd. plerique*]). COLVM. 1 praef. 17 vera illa Romuli -s, *i. Romani prisci.* PLIN. nat. 3, 133 Raetos Tuscorum -em arbitrantur a Gallis pulsos duce Raeto (*cf.* TAC. hist. 5, 2, 2 *Iudaeos esse* Aethiopum -em). SIL. 3, 701 Assaraci -em, *i. Romanos.* 8, 533 -e Dicarchea, *i. Puteolanis. al.* STAT. Theb. 7, 271 ecce autem clamore ruunt Neptunia -s Onchesti (plebes [*ita fere edd.*], pubes *var. ll.*). *al.*

β *significantur quilibet (sc. fere singuli), qui referuntur ad domum, gentem sim.*: MANIL. 1, 778 Horatia -s (plures *var. l.*), tota acies partus *unius, sc. trigemini Horatii.* 1, 798 Veneris ... ab origine -s Iulia, *sc. C. Iulius Caesar.* SEN. Phaedr. 667 supplex iacet ... regiae -s domus, *sc. Phaedra* (SIL. 4, 785 prima d. atque unica -s). OCTAVIA 278 Claudia -s, *sc. Octavia.* LVCAN. 8, 692 ultima Lageae stirpis ... -s, *sc. Ptolemaeus.* VAL. FL. 1, 721 o domus, o freti nequiquam -e penates! ([nepotes *trad.*]. *nisi subaudiendo* meā *ad aα*). SIL. 4, 495 Gracchorum -s, consul (*sc. Ti. Sempronius Longus, cui cognomen nobilius apposuit Sil.*). *al.*

2 *de animalibus vel quibuslibet animantibus* (*-s spectat ad totum genus l. 28 et accedente gen. explic. e. g. l. 21. 32*): LVCR. 2, 349 *unius generis animantes* invenies ... inter se differre figuris; nec ratione alia -s cognoscere matrem nec mater posset -em. 2, 604 quamvis effera -s officiis debet molliri victa parentum (*respiciuntur leones ut*: OV. met. 4, 514. VAL. FL. 3, 737. 6, 148 tigridis aut saevae profugi *venatores* cum -e leaenae). 2, 661 lanigerae pecudes et equorum duellica -s (*item respiciuntur equi*: VERG. georg. 3, 101 *notabis* artes -emque parentum [*sc. iisdem parentibus exortam; nisi ad IIA trahas coll. e. g. Varrone rust. 2, 7, 6* de stirpe magni interest qua sint]. COLVM. 6, 28 *equam* post decimum *annum* non esse utilem, quod ex annosa matre tarda sit atque iners -s. STAT. Theb. 4, 215 dispare coetu Cyllarus ... generarat ... -em. MART. CAP. 6, 629). *al.* VERG. georg. 3, 65 aliam ex alia generando suffice -em *pecorum.* 4, 281 si quem -s subito defecerit omnis nec, genus unde novae stirpis revocetur, habebit (*respiciuntur apes ut*: COLVM. 9, 11, 4 regii generis -s [*syn.* pulli]. 9, 13, 9 ut tamquam novae -is adoptione domicilia confirmentur, *examen defectum aliunde suppleatur. al.*). OV. met. 8, 214 ales, ab alto quae teneram -em produxit in aëra nido (*item respiciuntur aves*: fast. 1, 449 tuta diu volucrum -s [*441* intactae ... aves]. COLVM. 8, 11, 16 pavoninam -em [*ibid.* pullos]. SIL. 10, 110 [*syn.* fetus; natos]. CLAVD. 6, 3. *cf. l. 60*). GRATT. 253 *venator priscus quidam* semiferam thoum de sanguine -em finxit (*item respiciuntur canes*: NEMES. cyn. 118 *seniores* invalidam ... dabunt non firmo robore -em. *al. ibid.*). PHAEDR. 2, 4, 19 esca se[se] replevit *feles* et -em suam (*cf. 10* progeniem, *24* catulis). COLVM. 7, 9, 5 ubi est ubertas pabuli, submittere -em semper expedit (*respiciuntur sues ut*: 7, 9, 12 ut unamquamque *scrofam* cum sua -e claudat *porculator* [*syn.* progeniem]). *al.* ARNOB. nat. 7, 9 p. 352, 4 (*hostia loq.*) non et mihi -is et subrogandae est cura et (conservandae *inseruit Castiglioni,* alendae *dubitanter Marchesi*) dulcedo, cum fuerit procreata? *al.*

3 *de plantis, arboribus* (*de toto genere* VERG.): VERG. georg. 2, 3 canam ... -em tarde crescentis olivae. COLVM. 3, 13, 7 *ut humus pastinata imbres* alendis seminibus dispenset ac suis omnibus partibus ad educandam -em novam conspiret. 4, 24, 9 *vitis* sucum -i suae (*i. palmitibus*) dispensat. 10, 163 (*in imag., v. p. 1400, 65 sqq.*) privignas ... -es (*cf. 165* progenie). SIL. 10, 169 *arbor suam* omnem collabens operit ... -em. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 4 *calamus et multa alia* sub tellure nascentia redivivam -em in radice custodiunt (*gr. διαδοχήν*).

B *respiciuntur quae quolibet modo procreantur, originem ducunt sim.*: **1** *animantes*: **a** *ratione peculiari procreati: varii* (*exempla potiora, quae vix per A digeri possunt*): VERG. Aen. 6, 25 mixtumque genus -sque biformis, Minotaurus. OV. met. 2, 553 Ericthonium, -em sine matre creatam (*sc. ex Vulcano terraque*). 3, 531 anguigenae, -s Mavortia (*sc. Thebani; cf.* SEN. Oed. 739 agmina ..., digna ... iacto semine -s). LIV. 1, 8, 5 obscuram ... conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi -em ementiebantur *conditores urbium.* GERM. 218 Gorgonis ... -s, *sc. Pegasus.* SEN. Med. 84 -s fulminis improbi, *sc. Bacchus.* LACT. Phoen. 167 ipsa sibi -s, suus est pater (*de ave Phoenice ut similibus verbis* CLAVD. carm. min. 27, 24). *Christus filius dei* (*cf. p. 1821, 10*): IVVENC. 1, 276 (*deus loq.*) veniet mea -s (-is *var. l.*) Aegypto ex alta (*cf. Matth. 2, 15* filium meum). 2, 225 eius *dei* ut in terras descenderet unica -s ([*cf. 227* natum *et Ioh. 3, 16* filium]. HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 42, 5 Mariam dei -e dignissimam. PRVD. apoth. 139 [*cf. 135* filius ille dei est]. MEROB. Christ. 1. *al.*). 4, 786 -s veneranda Tonantis. COMM. apol. 666 hic est primogenitus per prophetas ante praedictus, ut vocitaretur in terris altissimi -s. *al.* **b** *regione quadam vel quovis loco orti* (*addidimus exempla ad A vergentia, quae indicant patriam parentis maiorumve, e. g. l. 71. p. 1823, 1. 4*): VERG. georg. 3, 541 maris immensi -em et genus omne natantum, *sc. pisces.* Aen. 4, 258 Cyllenia -s (*al., v. Onom. II 788, 29 sqq.; respicitur aut ipse Mercurius aut progenies eius*). 6, 784 Roma ..., felix -e virum (*inde* SIDON. carm. 23, 89. CE 327, 5 [*christ.*] patria ... felix -e viri). 10, 429 sternitur Arcadiae -s, sternuntur Etrusci (*cf. p. 1823, 4*). LIV. 1, 23, 1 *bellum inter Albanos Romanosque,* prope inter parentes natosque, Troianam utramque -em. VAL. MAX. 1, 8, 8

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divus Iulius, fausta -s eius *urbis, sc. Albae Longae ab Iulo conditae.* LVCAN. 8, 284 Carthaginis impia -s, *sc. Iuba,* imminet Hesperiae. VAL. FL. 3, 543 -s Boebeia, *i. Thessalica.* 3, 705 Thracia -s (*sc. Calais filius Thracii Boreae*). 4, 141 Nonacria -s, *sc. Echion Arcas.* SIL. 2, 3 Fabius, Tirynthia -s (*sc. ab Hercule originem ducens*). *al.* **c** *sec. fidem christ. renati*: AVG. civ. 17, 4 p. 205, 4 ecclesia Christi, ... -e fecunda (*item de -e ecclesiae matris*: QVODV. grat. 2, 12, 4 a quo *viro* [*sc. domino*] spiritali -e inveniris esse fecunda. SACR. Gelas. 409 [= Greg. 79, 10 *vel* 347 D.] deus, qui aeclesiam tuam nova semper -e fecundas [*postea*: renati fonte baptismatis]. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 3 mater divinae -is efficitur. *al.*). COMM. instr. 2, 16, 7 altissimi -s cum filiis zabuli mixta. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 3 mirare vitae -em, quam paulo ante noveras mortis heredem. ALC. AVIT. carm. 5, 708 emittit ... novam parientis lympha lavacri -em post veteres, quos edidit Eva, reatus. VEN. FORT. carm. 1, 8, 8 *Vincentius martyr* nova de terris -s ad astra volat. ARATOR act. 2, 369 semine verbi -em posse dari Paulus quoque saepius inquit 'filioli' dicendo 'mei' (*cf. e. g. Gal. 4, 19* filioli mei, quos iterum parturio). *al.*

2 *res alicunde ortae* (*fere sublucente imagine*): VAL. FL. 1, 612 nimborum cum -e Notus. 5, 204 tibi, fecundi -s Iovis ..., Phasi *fluvi* (*subesse vid. gr. διΐπετής* [*Hom. Π 174 δ 477; aliter p. 1820, 61*]. *cf.* VET. LAT. act. 19, 35 [cod. 50, *sim. al. et* VVLG.] civitatem Ephesiorum cultricem esse magnae Dianae et Iovis [e] -is, *sc. simulacri, quod de caelo cecidit* [*gr. διοπετοῦς. cf. Svenberg, Eranos 46, 1948, 129 sqq.*]). PS. APVL. Ascl. 40 *εἱμαρμένη* ..., quae iacto velut semine futurorum omnium sufficit -em (*cf. 39* rerum omnium initia parit). ARNOB. nat. 2, 48 animas ... *non* dei esse principis -em (*cf.* AVG. conf. 7, 2, 3 ut quaedam portio tua, *domine,* ... vel -s de ipsa substantia tua misceretur adversis potestatibus). PRVD. psych. praef. 65 animam ... spiritus *sanctus* ..., -is expertem diu, faciet ... fertilem. AVG. soliloq. 1, 1, 1 hoc ipsum (*i. precationem tuam*) litteris manda, ut -e (pro salute *var. l.*) tua fias animosior. *al.*

II *vi deflexa vel translate*: **A** *vigente potius respectu vinculi, quod natos cum maioribus coniungit, de stirpe sim.* (*sc. hominum praeter* COLVM., ARNOB. *et, si huc pertinet, p. 1822, 22*): VERG. Aen. 3, 180 *Anchises* agnovit ⌞-em ambiguam⌟ geminosque parentis, *sc. Dardanum, qui ex Italia, et Teucrum, qui ex Creta originem duxit* (⌞ ⌟ GLOSS. duplicem -em generis. *cf.* SEN. Thy. 327 -is incertae fides [*240* dubius sanguis]). CVLEX 251 ⌞Pandionia⌟ miserandas -e puellas, *sc. Philomelam et Procnen* (⌞ ⌟ *Housman* [*coll. 254* Cadmeo semine fratres]; -ias *trad., ut* -e *ad Ityn pertineat*). COLVM. 7, 6, 7 *capra* parit ..., si est generosa -s, frequenter duos, nonnumquam trigeminos. SIL. 1, 379 Rutulo Murrus de sanguine – at idem matre Saguntina Graius geminoque parente Dulichios ⌞Italis⌟ miscebat -e nepotes (⌞ ⌟ Itala *van Veen, ut ad IB1b pertineat*). ARNOB. nat. 2, 37 si essent ... dominicae -is et potestatis animae generatio principalis. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 177 ⌞aetheriae -is⌟ feminam, *sc. Medeam* (⌞ ⌟ *Bücheler*; et hiereprolis *trad.*). EPITAPH. Ennod. (CE 1368) 3 clarus -e quidem, generosior ipse propinquis. VEN. FORT. carm. 6, 3, 10 (*ad Theudechildem reginam*) cum sis -e potens, gratia maior adest (*cf. 1* regali stirpe, *5* generosa propago parentum, *8* antiquum ... genus). *al.* **B** *plur.* -es *de testiculis* (*per euphemismum, v. l. 54; de usu cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 68 sq. nec non* progenies *supra p. 1759, 24*): ARNOB. nat. 5, 6 -es cum ipsis genitalibus (*cf. eandem distinctionem vol. VI 2, 1815, 70*). 5, 23 circumiectas -bus ... membranulas (*antea*: testiculos arietinos). 5, 35 quid *sibi velit* exsectus aries, quid exsecti arietis -es (5, 37 [*syn.* testes]). 7, 24 polimina ... sunt ea, quae nos -es verecundius dicimus; a volgaribus autem adsolent cognomine testium nuncupari.

iuncturae selectae: **1** *verbales, sc. cum verbis generandi sim.* (*gerund. verbi talis subaudiendum est e. g.* APVL. apol. 88, 4 AVG. civ. 16, 25 p. 165, 16 sq.): TRAG. inc. 121 sanguine exortam tuo -em (CIC. Arat. 18. *cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 370 iam felix oritur -s). LVCR. 2, 997 -em ... propagant *animantes* (AVG. civ. 7, 30 p. 313, 22 pecc. mer. 1, 29, 57. *al.*). 2, 1082 hominum genitam -em ([*v. p. 1821, 51*]. PRVD. psych. praef. 11 AVG. civ. 3, 17 p. 124, 32. *al.; cf.* progignere: COD. Iust. 5, 6, 8 [*a. 469*]). 5, 1013 -em ... ex se (*sc. parentibus*) creatam *esse* (OV. met. 2, 553. *cf.* SIL. 11, 293 *et* procreare: ARNOB. nat. 7, 9 p. 352, 4 AVG. civ. 15, 12 p. 80, 21 COD. Iust. 11, 48, 21 pr. *al.*). VERG. georg. 3, 65 aliam ex alia generando suffice -em (APVL. Socr. 4 p. 127 PS. APVL. Ascl. 40. *al.*). Aen. 1, 274 partu dabit ... -em (OV. epist. 6, 121 GERM. 133. *al.; cf.* edere: OV. fast. 4, 199 GELL. 16, 10, 13 PRVD. psych. praef. 11. *al.*). OV. met. 15, 836 -em ... de coniuge natam (LIV. 1, 8, 5 n. e terra sibi -em. COLVM. 7, 3, 1 PRVD. ham. 606. *al.*). ARNOB. nat. 2, 8 liberorum susceptatis (suscipiatis *cod.*) -em (*cf.* suscipere: QVODV. prom. 2, 15, 28 MART. CAP. 6, 698 NOVELL. Maior. 6, 5. *al.*). *al.*

2 *nominales (negleximus eas, quibus parentes sim. indicantur); pendent*: **a** *adi.: varia*: LVCR. 1, 259 nova -s *pecudum* (HOR. carm. saec. 19 COLVM. 9, 13, 9. *al.* CLAVD. carm. min. 53, 56 SACR. Gelas. 510. *al.*). SALL. or. Lep. 3 praeclara Brutorum ... -s (VERG. Aen. 12, 347 bello. VAL. FL. 2, 149). VERG. Aen. 1, 75 pulchra ... -e (6, 648. 7, 761 bello. SIL. 12, 346. *al.*). 6, 322 deum certissima -s (SIL. 13, 767 Hammonis. HOMER. 236 Veneris. *al.*). 7, 50 -s ... virilis nulla fuit *Latino* (*cf. l. 19 nec non* mascula: HOR. carm. 3, 6, 38 CYPR. GALL. iud. 478. feminea: STAT. Theb. 1, 393). 8, 301 vera Iovis -s (SEN. Herc. O. 955 tui. COLVM. 1 praef. 17 Romuli. VAL. FL. 4, 327. *al.*). OV. met. 9, 229 Iovis inclita -s (*al., v. vol. VII 1, 958, 68 sqq.*). SEN. Med. 110 -s generosa Lyaei (Oed. 110 COLVM. 7, 6, 7. HOMER. 238 Lycaonis. *al.*). COD. Theod. 4, 6, 6 *si* legitima -e careant (NOVELL. Theod. 22, 1, 3. COD. Iust. 5, 27, 5 pr. [*a. 477*]). *al.* *ad numerum pertinentia*: VERG. Aen. 1, 274 geminam ... -em (*al., v. vol. VI 2, 1740, 69 sqq.; addas* HOMER. 177 STAT. silv. 5, 2, 65. *al.; cf. supra p. 1821, 52 et e. g.* gemella: OV. epist. 6, 121 met. 9, 453. tergemina: STAT. silv. 4, 8, 21). OV. met. 7, 864 *pater* duplici cum -e. SIL. 4, 785 prima domus atque unica -s (IVVENC. 2, 225 CLAVD. rapt. Pros. 1, 122 RVST. HELP. benef. 2. *al.*). SYMM. epist. 9, 54 pro numerosa -e (PASS. Macc. 12, 8 AVG. civ. 5, 6 p. 198, 16. *al.*). *al.* **b** *gen.: explic.: v. p. 1821, 23. 49. 64. 1822, 16. 44. al. qual.* (*cf. praepos.* de *p. 1823, 26*): COLVM. 9, 11, 4 regii generis -s (*opp.* popularis notae pulli). PRVD. cath. 12, 108 -em virilis indolis (*cf. 101* mas omnis infans).

deriv.: prolitas; *cf.* proletaneus, proletarius.

compos.: improles, improlus. *Foucher.*

prōlētāneus, -a, -um. *simili modo formatum iuxta* proletarius (*ubi v.*) *ac* pedaneus *iuxta* pedarius. *i. q. proletarius*: PAVL. FEST. p. 226, *v. infra l. 44.*

prōlētārius, -a, -um. [*antiquitas* -us *derivabat a* proles (*v. sub 1a*) *multis nostrorum approbantibus, quamquam et formatio et notio vocis obstare videntur, cf. Richard, Antiq. Class. 47, 1978, 438 sqq.; fortasse subest part.* *prōlēto-, *cf.* exoletus *et v. Leumann, Gramm. 1977, 617. de notione tamen parum liquet, nisi forte* -i *dicuntur 'qui pertinent ad* *prōlētōs' (*i. ad eos, qui alicunde 'procreverunt', e. g. rure vicino, extra fines assiduorum?*). *Fo.*] *de origine cf. infra sub 1a.* *legitur inde a* LEGE XII tab.

1 *usu originario respicitur t. t. rei publicae Romanae priscae significans classem civium pauperum, qui paupertatis causa tributo vacui erant* (*cf. e. g. Wesenberg, RE XXIII 1, 631 sq.; adhibetur masc. pro subst. praeter l. 59*): **a** *testimonia notionis et veriloquii*: CIC. rep. 2, 40 eos, qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in suum censum praeter caput attulissent, -os nominavit *Servius Tullius,* ut ex iis quasi proles, id est quasi progenies civitatis, expectari videretur (*opponit* assiduos *ut*: VARRO frg. Non. p. 67, 23 quibus erant pecuniae satis, locupletis, a.; contrarios -os. *cf. l. 59. 74; aliter per contaminationem*: GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. A 45 a.: capite censos, qui nihil dare poterant praeter prolem, unde et -i dicti sunt). PAVL. FEST. p. 226 -um: capite censum; dictum, quod ex his civitas constet quasi ⌞prolis⌟ progenie; idem et proletanei ([⌞ ⌟ proles *trad.,* prole seu *Mommsen*]. *item pro syn. l. 42 [cf. l. 38. p. 1825, 1] et* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2293. V Abba PRO 42 -us: miles c. c[a]e⟨n⟩sus vel miles inutilis bello relictus. *aliter* GELL. *infra*). GELL. 16, 10, 10 (*allatis* ENN. *et* LEGE XII tab. *sub b; inde* NON. p. 155, 19) qui in plebe ... Romana tenuissimi pauperrimique erant neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, '-i' appellati sunt (*ad rem cf. l. 37; disting.* capite censi, *sc. cives infimi gradus, v. vol. III 407, 18 sqq. et cf. infra l. 69*). 16, 10, 13 a munere officioque prolis edendae appellati sunt. NON. p. 67, 18 -i dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant (*inde* GLOSS. -i a prole. *affert* CATONEM *et* HEMINAM *sub b,* VARRONEM *supra*). AVG. civ. 3, 17 p. 124, 32 -i illi, qui eo, quod proli gignendae vacabant, ... hoc nomen acceperant (*subesse vid. Liv. 12 memoriam anni 280 a. Chr. prodens; ex utroque pendet* OROS. hist. 4, 1, 3). GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2294 -i: filios facientes. *al. in* GLOSS. **b** *cetera exempla*: LEX XII tab. (Gell. 16, 10, 5) adsiduo vindex adsiduus esto; -o ⌞civi⌟ quis volet, vindex esto (⌞ ⌟ *ita certe Gell. [cf.* 16, 10, 6 *et Heraeus, Rhein. Mus. 82, 1933, 318 sqq.], sed fort. e lege secludendum est* [*v. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 589*]). ENN. ann. 183 -us publicitus s[i]cutisque feroque ornatur ferro (*refertur ad bellum contra Pyrrhum gestum ut l. 56 et* HEMINA hist. 21 tunc ⌞Marcius *Philippus* praetor⌟ primum -os armavit [⌞ ⌟ *Lipsius,* marcus praeco *trad.; 'malim* pro consule' *Peter, unde supra p. 1429, 46, sed v. Broughton, Magistrates Rom. Rep. I, 1951, 191 c. adn. 3*]). CATO orat. 107 pauperem plebeium ⌞atque -um⌟ (⌞ ⌟ *om. cod. unus*). CIC. rep. 2, 40 accensis velatis, ⌞liticinibus, corn⟨icinibus⟩⌟ -is ⟨...⟩ (⌞ ⌟ *v. app. crit.*). GELL. 16, 10, 11 neque -i neque capite censi milites nisi in tumultu maximo scribebantur. *al. ibid.*

2 *usu deflexo, in imag. vel translate* (*masc. pro subst.* AMM. *et fort.* ARNOB.): *de sermone -is proprio, communi*: PLAVT. Mil. 752 -o sermone ... utere (*i. uteris*); nam i (*sc. -i*) solent ... dicere: '... *de scriptore vel quovis homine vili, plebeio* (*opp.* classicus): GELL. 19, 8, 15 e cohorte illa ... antiquiore ... oratorum aliquis ..., id est classicus adsiduusque aliquis scriptor, non -us. ARNOB. nat. 2, 29 desinite hominem, proletari⟨us⟩ [*v. L.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum sit, classicis (-cus *cod.*) et, capite ⌞cum⌟ censeatur, adscribere ordinibus primis (⌞ ⌟ *Ursinus; om. cod., quod def. aliter interpungens Wiman, Eranos 45, 1947, 136*). *de iis, qui dicioni Romanae subiecti et numerosa prole aucti sunt*: AMM. 19, 11, 7 *imperator* pace composita -os (-later- *cod. V*) lucrabitur plures et tirocinia cogere poterit validissima. *v. L.*

prōlevo, -āre. *a* pro *et* levare. *i. q. levando proferre*: TERT. paenit. 4, 3 *paenitentia* te peccatorum fluctibus mersum -bit (lav- *var. l.*) et in portum divinae clementiae protelabit.

prōlex- *v.* prolix-.

prōlībo, -āre. *a* pro *et* libare. NOT. Tir. 94, 94 -at (109, 27[a]). GLOSS. -or: immolor. *i. q. libando profundere* (*sc. in re sacra; cum acc. obi. l. 14 [cf. l. 11], ceterum cum abl. [praepos.* ex *l. 14] respiciente vas sim. vel liquorem, unde libatio fiat*): PLIN. nat. 14, 117 *vitis quaedam est* turis odore, ex qua diis -ant. 14, 119 -are diis nefastum habetur vina (vino *cod. unus*) ... vitis fulmine tactae. 28, 46 e tribus puteis ... aquas miscent et -ant novo fictili, reliquum dant in tertianis ... bibendum (*cf.* 35, 158 in sacris ... non murrinis ..., sed fictilibus -atur simpulis). CIL XII 1657 ex cuius *vineae* reditu omnib(us) annis -ari volo ne minus XV v(ini) se(xtariis) (*solvit Hirschfeld, alii aliter*). *? vertitur in obscenum*: CIL IV 1618 o pater, pater, ⌞-o⌟ pen(e) in ma(num) (*temptaverim paululum variatis iis, quae Bruun proposuit vol. X 1, 1074, 59 sq.*; ⌞ ⌟ *scribitur* -lipo, *errore ut e. g. ibid. 4800* Sapina, *de gr. προλείπω cogitatur CIL IV p. 463 ad l.*).

[prōlicēre (*i.* -liqu-): emanare, effluere; Varro (*sc. At. carm. frg. 23, cf. l. 48*): demum ubi prolicuit dulcis unda GLOSS. (*ex Osberno, qui versu male explicato cogitavit de compos. a* pro *et* liquere).] *Bk.*

prōlicio, -licuī (*v. l. 49. 52*; -lixit *v. l. 27*), -ere. *a* pro *et* lacere. NOT. Tir. 91, 89 -lixit (*si huc spectat* [*cf. vol. VII 2, 1551, 25*]; -lexit *Kopp*). *p. p. p. e coni. dub. v. p. 1818, 12. ad notionem cf.* FEST. *supra p. 1533, 28.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 2299 -ere: promereri. *v. etiam p. 1818, 11.*

i. q. illiciendo excitare, elicere sim. (*accedit acc. obi. praeter l. 34. 44, inducit orat. rectam l. 34; indicatur quo vel ad quid l. 33. 35. 41. 46*): **1** *proprie, sc. vi locali -untur homines, ut procedant* (*cf. l. 40*): PLAVT. Curc. 97 *vini* amor cupidam me huc -it per tenebras. STAT. Theb. 4, 609 (*604* stabat ... Cocyti in litore ... Laius) -it ultro Aonius vates: 'Tyriae dux inclite Thebes, *eqs.*' (prosilit *var. l.*). AMM. 24, 4, 30 amendatos intus *milites* -ere ... ad decernendum.

2 *translate -untur*: **a** *res commovendae, efficiendae*: OV. ars 2, 718 non est Veneris properanda voluptas, sed sensim tarda -enda (profic-, proic- *var. ll.*) mora. TAC. ann. 13, 48 seditio ad saxa ... progressa ne c⟨aed⟩em et arma -ret. **b** *homines inducendi* (*anima l. 47*): TAC. ann. 3, 73, 3 *ut latrones* ceteros ... ad spem -ret arma sine noxa ponendi (AMM. 14, 7, 4 ut his *delationis* illecebris alios quoque ad indicanda -ret paria vel maiora. CLAVD. MAM. anim. 3, 15 p. 184, 11 dites causae ad dicendum -unt [prosiliunt *var. l.*] et ... describi sese quaesunt. *cf.* AMM. *sub 1*). SCHOL. Stat. Theb. 10, 793 aliquis de egentissimis -batur praemiis, ut se ad hoc (*sc. ut immolaretur*) venderet. CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 80, 20 cuius *corporis* nullo adpetitu -etur, ... nullo pondere praepedietur *anima. addatur* VARRO AT. carm. frg. 23 *vol. X 1, 998, 44 sq. allatus* (*var. l.* -uit *commendatur et l. 24 et contextu fontis, quo frg. servatur, sc.* PRISC. gramm. II 496, 23 sqq. 'illicio, illexi', 'pellicio, pellexi'; excipitur 'elicio, elicui' ...; 'pellicui' quoque ... veteres protulerunt ...; [497, 9] invenitur etiam 'allicuit' et '-uit' [pellicuit *var. l., edd.; affertur* VARRO AT. *iisdem var. ll.*]).

deriv.: prolecto.

?prōlicito *v. p. 1533, 28.* **prōlicto** *v.* prolecto. *Burch.*

[prōlīmen, *compos. notionis q. e. locus ante limen vix agnoscendum est* HIER. in Ezech. 40, 5 l. 336 *erat* aliud ⌞prope limen⌟ portae iuxta vestibulum intrinsecus calamo uno (⌞ ⌟ *cod. P,* prolimen *ed. Maurin. al.; fuitne* quoque limen *coll. Hier. ibid. l. 425* limen quoque alterius portae ... unius calami mensurae est*?*).]

prolios *v.* polium. **prōlīpo** *v. l. 21.*

[prōliqueo *v.* prolicere.]

prōliquo, -ātum, -āre. *a* pro *et* liquare. *i. q. liquando (quasi per cribrum) profundere*: APVL. apol. 15, 13 radii nostri ... mediis oculis -ti et lumini extrario mixti ..., ut Plato arbitratur *rationem videndi explicans* (*cf. Tim. 45[B] διὰ ὀμμάτων ῥεῖν, 45[C] διηθεῖν*).

prōlis *v.* proles. **prolīsma** *v. p. 1459, 67.*

prōlitās, -ātis *f.* *a* proles. *vi collectiva significatur fortasse summa prolis* (*cf. e. g.* olivitas): VIRG. gramm. epit. 10, 2, 1 *opto* tibi ... omnem fertilitatem in agris, -em in filiis.

[prōlito *vix recte trad. pro* per- ZENO 1, 39, 2, *v. vol. X 1, 1517, 28.*]

[prōlium *pro* pretium *vix recte defendit Rönsch, v. supra p. 1211, 34 sqq.; de errorum mira frequentia illius cod. v. Sanday, Old-lat. bibl. texts, II 1886, CXXIX sqq.* prolium *pro* proelium *v. p. 1649, 10 sq.*]

prōlixē *v.* prolixus. *Bk.*

prōlixitās, -ātis *f.* *a* prolixus. *scribitur* -lex- *l. 45 et e. g.* ALC. AVIT. hom. 24 (*pap. Paris. 13[v], 10*). ORIBAS. syn. 8, 7 (6), 4 La p. 212. *de notione*: GLOSS. -s: *μῆκος χρόνου. ἅπλωσις* (*mirum*). -e: *μήκει, μεγέθει, διαστήματι.* II 306, 34 *ἐπέκτασις*: -s, porrectio, propagatio. *legitur semel apud* APVL. mund., *bis apud* VLP., *saepius inde a const. imp. saec. III ex.; in poesi omnino deest.*

fere i. q. qualitas prolixa, longitudo (*quae vox saepius pro syn. est, e. g. l. 15. 22. 56. p. 1827, 24; augetur per adi.* larga *l. 69. p. 1827, 19,* nimia HIER. adv. Iovin. 1, 37 POMER. 3, 34, 1. *sim. al.; opponitur imprimis* brevitas, *e. g. l. 57. 61. p. 1827, 20*): **I** *vario respectu*: **A** *pertinet ad locum* (*seriem numerorum l. 20*): **1** *de longitudine, amplitudine*: **a** *technice in arithm. et geom.* (*significatur una trium illarum dimensionum vel earum porrectio*): APVL. mund. 7 p. 303 terrae ... latitudo XL, -s LXX milia stadiorum tenet (*gr. 393b2 μῆκος*). CHALC. comm. 33 *superficies* est -s cum latitudine (*antea: linea est* sine latitudine longitudo). 38 -is latitudinis profunditatisque intervallis. 45 chordis aequalibus tam in -e quam in crassitudine (*cf. Theo Smyrn. p. 57, 2 τοῦ μήκους*). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 6 *corpus* intervallorum -e subsistit, id est in altitudine ac latitudine distensum. BOETH. arithm. 2, 4, 5 intervalla multiplicata maiore sese spatii -e distendunt. *al., imprimis apud* CHALC. **b** *in sermone communi: respicitur corpus animantium eiusve partes*: ARNOB. nat. 7, 46 p. 405, 16 colubram validissimi corporis et -is inmensae (*p. 406, 4* longitudine corporis). NON. p. 330, 2 inmittere (*sc. barbam*): demittere ad -em. CLAVD. DON. Aen. 2, 770 p. 253, 8 comae ... -e flexibiles et semper in ima deiectae. PHYSIOGN. 53 vasta cervix cum -e (*gr. I 366, 11 μήκει*). ENNOD. opusc. 1, 90 p. 285, 25 *Theoderici* statura est, quae resignet -e regnantem. *al. respiciuntur res variae*: CHALC. comm. 63 cacumina montium -emque. SERV. auct. Aen. 1, 270 *Albam Longam dictam* ab ... -e collis (*inde* ISID. orig. 15, 1, 53). AMBR. epist. conc. Aquil. 2, 3 venire propter -em itineris nequiverunt (*usu inter A et B ambiguo ut* in Luc. 2, 20 COD. Theod. 6, 36, 1. *al.; certe huc pertinet e. g.* MART. CAP. 6, 692). AVG. quaest. hept. 2, 63 eos excepit heremi -s. EVSTATH. Basil. hex. 6, 9, 8 rerum -s spectatarum (*gr. τὰ μεγέθη*). BOETH. mus. 4, 18 *si* tota nervi -s dividatur. CASSIOD. var. 3, 51, 8 obeliscorum ... -es ad caeli altitudinem sublevantur. *al.*

2 *de distantia sim.*: VLP. dig. 29, 3, 2, 7 ut *tempus* dari debeat secundum locorum angustias seu -es. CLAVD. DON. Aen. 1, 245 p. 56, 8 -em terrarum longissime remotarum (EVSTATH. Basil. hex. 7, 5, 10 t. interiecta -s. *al.*). MART. CAP. 1, 11 disparata -s *advenientium.* ENNOD. epist. 6, 24, 1 p. 163, 6 regionum -e (*postea*: terrarum separatione).

B *pertinet ad tempus* (*ad amplitudinem doctrinae diuturno studio petitam l. 74*): **1** *de ipso tempore longo*: **a** *cum gen.*: -s temporis (temporum *l. 45 sq. 48*): VLP. dig. 36, 1, 23, 3 si ... -e t. aedes usu adquisitae sint (*respicitur t. praescriptum ut*: COD. Iust. 7, 33, 3 [*a. 293*] *nisi* praescriptio ex transacti t. -e adolevit. 8, 50, 9, 1 [*a. 293*]. *al.; cf. e. g. p. 1827, 1*). EDICT. imp. Diocl. praef. 20 L. avaritiam ... -s (-lex- *exemplar Strat.*) temporum ... satiare *non potuit.* CHALC. comm. 83 pro ... -e temporum, quibus ... ad exordia revertuntur *planetes.* AVG. c. Iulian. op. imperf. 3, 161, 2. THEOD. MOPS. in Gal. 1, 3 p. 5, 16 saeculum ... dicitur omnis ⌞temporum -s vel distantia⌟ ..., sive in modicum, sive in maius (⌞ ⌟ *gr. διάστημα ... χρόνου*). *et saepe. exempla cetera*: FIRM. math. 1, 8, 6 *quidam* vivendi -e omni paene sensu carens. CLAVD. DON. Aen. 2, 635 p. 232, 25 -i vitae ... consulere (AVG. epist. 140, 17. MART. CAP. 6, 664 gens ... -e v. ... praedicanda [*Plin. nat. 4, 89* annoso ... aevo]. *al.*). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 31, 1 cui -s habitationis huius fastidio sit (*antea*: vitae huius longaevitate). HIER. epist. 140, 8, 2 unius vigiliae spatium instar habere mille annorum -em (*antea*: m. a. ... longitudinem). RVFIN. Orig. in Ios. 16, 1 p. 394, 9 aevi (*antea*: longaevam vitam). AVG. epist. 199, 8 aetatis brevitas vel -s. MART. CAP. 8, 846 diei -s. GREG. M. moral. 30, 44 in mensium -e. *al.* **b** *sine gen.*: AVG. civ. 15, 14 p. 85, 20 tantae -is annos (*opp.* breves). MANICH. Aug. c. epist. fund. 13 saecula neque numero neque -e aestimanda. MACR. somn. 1, 20, 6 -is brevitatisque vices *dierum noctiumque.* MART. CAP. 9, 921 intercapedinatae -is oblivia. ORIBAS. syn. 8, 7 (6), 4 La p. 212 quando ... nondum -⟨s⟩ per tempora accessit et difficile evacuatur *umor* (*gr. διὰ χρόνου μῆκος δυσεκκένωτος,* in prolixo tempore *Aa,* temporum -em Ab; *p. p. p. verbi q. e.* prolixo *intellexit Svennung, Wortstud. Oribas., 1932, 112*). VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 7 parva -e (*postea*: in brevi spatio). *al.*

2 *de diuturnitate actionum, statuum sim.* (*animantium exspectantium l. 75; hucine etiam l. 29?*): CLAVD. DON. Aen. 6, 535 p. 580, 2 fletuum -s. FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 8 intercapedinante pavoris -e tam larga. RVFIN. symb. 45 ad -em confusionis ... et poenae (*opp.* ad perpetuitatem gloriae). IVLIAN. in Iob 14, 7 brevitatem vitae mortalis, aerumnarum -es. epit. in psalm. 94, 5 dominationis -s ac vetustas. HIPPOCR. aphor. 4, 37 morbi (*gr. μῆκος*). CASSIAN. inst. 11, 6 (*de cenodoxia*) alius scientiae, alius lectionis, alius vigiliarum -e temptatur. ENNOD. epist. 6, 38, 1 p. 171, 11 ne devenustet sperantum -s misericordiam largitoris *tardantis.* NOVELL. Iust. 100

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praef. -em earum *exceptionum* et effusionem abbreviavimus (*gr. τὸ μακρόν. respicitur Cod. Iust. 4, 30, 14 pr.* non intra quinquennium ..., sed intra solum biennium). GREG. M. in euang. 37, 1 quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quaedam -s mortis? *al.*

II *respiciuntur scripta, dicta sim.* (*saepe -e fastidium generantia; in neutram partem e. g. l. 12. 18*): **A** *sine gen.*: CET. FAV. 29 p. 311 quam *comparationem* -is causa praetereundam aestimavi. ARNOB. nat. 4, 17 ne forte -s fastidium audientiae pariat (*postea*: nimietatis). LACT. epit. praef. 1 ut nec -s pariat fastidium nec oneret ubertas. DIOM. gramm. I 299, 11 ut ... lectio ... crimen -is evadat (*antea*: nimium constricta brevitas). HIER. in Ezech. lib. 9 praef. l. 4 plura sunt, quae dicuntur, et modum -is excedunt. AVG. retract. 2, 7, 1 *liber* unus (*sc. c. Faust. 22*) tantae -is est, quantae nullus fere librorum meorum. CONC. Carth. a. 411, 3, 261 (*loq.* AVG.) paucis ... respondebimus, ne prolixum sermonem tantae -i reddamus. PHOC. gramm. V 411, 22 verbosa -s (*antea opp.* concinna brevitate). LEO M. serm. 58, 5 ne vos cumulo -is oneremus. COD. Iust. 7, 47, 1 pr. -em ... in angustum coartare. *et saepe.* **B** *cum gen.*: CHALC. praef. p. 6, 10 causa ... in partes dividendi libri fuit operis -s. comm. 190 tractatus huius tam larga -s. IVL. VICT. rhet. p. 72, 12 narrationis vitiosa -s. SYMM. epist. 1, 50, 2 -s querellae nostrae (*opp.* brevitas epistulae tuae). SCHOL. Cic. Bob. p. 157, 30 *Cato* diem totum -e orationis suae occupavit. CLAVD. DON. Aen. 1, 260 p. 61, 7 utar -e narrandi (*opp.* brevitate sermonis). AMBR. hex. 2, 5, 22 dicendi -e (*postea*: in noctem sermo producitur). CONC. Carth. a. 411, 3, 89 exceptores onerati longitudine controversiae ac -e. COD. Iust. 6, 51, 1, 9e veteris iuris -em. *et saepe.*

prōlixitūdo, -inis *f.* *a* prolixus (*item* GLOSS. V 646, 15). *i. q. qualitas prolixa:* *eloquii* (*contextu deficiente; coll. p. 1828, 3 sqq. et 1831, 29 sqq. cogites potius de benevolentia sim. loquentis quam de longitudine sermonis*): PACVV. trag. 124 oro: min⟨im⟩e flectas fandi me -e (mi -em *codd., cf. lemma* NON. p. 160, 11 -em). *partis corporis*: VEG. mulom. 3, 2, 2 (*tit.* de mensuris ... membrorum) in longitudine vel -e pedes VI (in longum vel prolixum *var. l.*; prolixitatem *ed. princ.; antea*: longitudo, longitia).

prōlixo, -āre. *a* prolixus. [*vix huc* prolixitus (*pro* -atus) *p. 1826, 63.*] *i. q. rem prolixiorem reddere* (*sc. procudendo, exacuendo*): COLVM. 4, 24, 22 monendus putator est, ut -et aciem ferramenti et ... novaculae similem reddat (prolixaest *A*).

***prōlixus,** -a, -um. [*similitudine quadam conferendae videntur voces* 2. lixa, lixivus, elixus, *quae fortasse derivandae sunt a radice verbi q. e.* liquere; *nihil tamen certi adhuc exploratum est. Fo.*] *scribitur* -lixsa INSCR. Année Épigr. 1968 n. 455, -lexsum *cod. M saec. VIII* Ps. VEN. FORT. vita Med. 13, 31, *ceterum hic illic* -lexus. NOT. Tir. 93, 3. *compar.* -ior *inde a* CIC. (*adv. iam apud* TER.; *cf.* plus -us *p. 1829, 17*), *superl.* -issimus AVG. *p. 1828, 24. 36. al. et p. 1829, 24, cf.* oppido -us *p. 1828, 10,* valde -us *p. 1828, 47.* *de notione*: GLOSS. -a: longa. II 309, 44 *ἐπιμήκης*: longinquus, -us. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2297 -us (-lex- *cod.*): involutus (*obscurum*). *al.; v. et l. 65. p. 1519, 44. 1829, 68.* *legitur adi. (de adv. v. infra) singulis locis, nisi aliud indicavimus, apud* TER., CATONEM, PACVV., CIC. (*quater in epist.*), LVCR., VARRONEM (rust. *quinquies, cf. 13^{ies} apud* COLVM.), VITR., PAVL. FEST., PLIN. nat., SVET. (*bis*), *multo saepius aetate posteriore.* [*confunditur in codd. cum* proximus MALL. THEOD. gramm. VI 595, 16 PHYSIOGN. 52. 60 (*restit. p. 1828, 10*).]

si notiones diversas coniungere temptes, concere liceat adi. primitus significasse aliquid libere profusum, facile profluens, exuberans (cf. IA et adv. sub 1) hacque notione adhibitum de capillis, arboribus sim. laetius crescentibus (v. p. 1829, 67) facile abiisse in vim q. e. procerus, longus et translatum esse ad quaelibet magna, vasta. cf. iuxta posita sub IA, e. g. beneficus *p. 1828, 9,* fusior *l. 75 sq.,* libens *p. 1828, 8,* secundus *l. 68 et sim. sub adv. p. 1831, 28; ceterum in contextu occurrunt e. g.* diffusus *p. 1828, 29. 1830, 63. al.,* longus *p. 1828, 32. 68. 1830, 31 et passim,* diuturnus *p. 1829, 42, opponuntur e. g.* angustus *p. 1830, 53. al.,* brevis *p. 1828, 15. 1829, 33. 36 et passim; sim. al.; homoeoprophora v. l. 68. 72. al.* (*cf. p. 1831, 31. 43*).

I *incorporaliter*: **A** *usu originario, sc. vigente respectu profuse, facile, libenter praebendi, ut sit fere i. q. abundans, facilis, largus sim.* (*cf. p. 1831, 33 et* SYNON. Cic. p. 432, 25 largus. liberalis. -us. indulgens *eqs.* p. 438, 5 -us. profluens. praestans. abundans. copiosus. largus *eqs.*): **1** *vario respectu*: **a** *de condicione prospera*: CATO orat. 118 scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque -is atque prosperis animum excellere (*postea*: tam secunde, ... nimis luxuriose. *explicat Gell. 13, 25, 13* tribus vocabulis idem sentientibus dixit). CIC. Att. 1, 1, 2 cetera spero -a esse (*in petendo consulatu*). **b** *de ictu seminis pleniore, faciliore*: LVCR. 4, 1245 *semen crassum in coeundo* non tam -o provolat ictu (*ictum, qui fit per longius spatium, intellegunt alii*). **c** *de lingua uberiore, de verbo plenioris significationis*: GELL. 2, 26, 7 (*5* vocum inopiam *linguae latinae*) quin lingua graeca ... -ior fusiorque sit. 13, 29, 3 longe ... esse amplius, -ius, fusius in significanda ... multitudine 'mortales' quam 'homines'.

2 *respiciuntur mores hominis, sc. liberalitas, indulgentia, benevolentia* (*cf. adv.* prolixe *sub 1a; indicatur in quem l. 5. 13, qua re l. 13. 15* [*cf.* in *l. 1*]): CIC. Att. 6, 3, 5 Ariobarzanes non in Pompeium -ior ... quam ... in Brutum (*in reddenda pecunia; postea*: liber⟨al⟩ius est Brutus tractatus). 7, 4, 2 in hoc officio ⌊sermone eius⌋ (sermonis *codd.*) nihil potuit esse -ius. 16, 16^{c}, 13 Plancum hoc animo libenti -oque facere. fam. 3, 8, 8 de tua -a beneficaque natura (*antea*: liberalitas tua). APVL. apol. 35, 7 (*ad iudicem*) nimis patiens vir es et oppido ⌊-a⌋ humanitate (⌊ ⌋ *e coni. vet.*, proxima *codd. et edd. rec.; cf. p. 1827, 51*). 99, 8 uxoris -am liberalitatem. Socr. 1 p. 104 venia -ior (*opp.* iudicatio restrictior). AVSON. 21 (419 S.), 39 bonitas, qua in omnes -us es, perpetuus in me (*sublucet respectus temporis, cf. B2*). SCHOL. Cic. Bob. p. 153, 4 -a benignitate ... quaestoris. PAVL. NOL. epist. 37, 1 p. 317, 2 per epistolam brevem quidem verbis, sed caritate -am (*vergit ad l. 22*).

B *usu deflexo significantur, quae quodam modo producta, extenta sunt, ut sit fere i. q. longus, amplus sim.*: **1** *cum respectu dicendi (mugiendi l. 34, gemendi l. 43, cf. p. 1831, 12) vel scribendi* (*sc. pluribus verbis, ut subluceat respectus temporis; aliter l. 7. p. 1827, 73; accedit* in *c. abl. l. 54. 64*): **a** *in sermone communi*: **α** *de actione vel de ipso opere* (*rarius de argumento, e. g. l. 27. 33*): FRONTO p. 3, 19 ut argumentum aliquod -iori epistulae reperiam (AVR. Fronto p. 103, 14 SYMM. epist. 4, 28, 3. AVG. epist. 138, 20 -issimam. *et saepe; cf. l. 15*). p. 89, 8 aerumnas non perpetua neque recta aut -a oratione exaggerandas (APVL. flor. 18, 10. MIN. FEL. 17, 6 -ior de sideribus o. *al., e. g. p. 1829, 52*). 164, 17 -iores litteras (PAVL. NOL. epist. 12, 1. *al.*). APVL. apol. 88, 7 cohibeam me in tam -o loco *laudandi ruris.* met. 4, 1, 2 sermo -us *consalutantium* (11, 26, 1 PANEG. 2, 34, 1 FIRM. math. 8, 5, 1. *al.*). LACT. epit. praef. 4 et diffusa substringere et -a breviare (*item neutr. pro subst.*: CONSVLT. Zacch. 2, 2, 1 [*antea*: diffusa]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 4, 16 ut non -iora dicam [*gr. I 1, 7 p. 157, 4 ἵνα μὴ μακρολογῶ*]. *al.; cf. p. 1831, 10 sqq.*). FIRM. math. 5, 1, 26 longis et -is ... precibus. PACIAN. epist. 2, 1, 1 in quaestione -a ... brevitatem sequar. AVIEN. Arat. 1849 si -is auras mugitibus implent *boves.* AMBR. in Luc. 1, 11 -iorem hunc euangelii librum quam ceteros esse (HIER. epist. 108, 27, 1 AVG. epist. 185, 51. *al.*). AVG. coll. c. Don. 3, 18, 34 gesta quaedam -issima (*postea*: longissima recitatione). in psalm. 108, 17 l. 11 magnam ... esse quaestionem, nec in praesentia disserendam, quod sit operis -ioris (CASSIOD. inst. 1, 17, 1. *al.*). serm. 71, 22 -a ... et plurimis verbis ... producta blasphemia. SVLP. SEV. chron. 1, 19, 3 quae (*sc. exod. 25 sqq.*) ego, quia -a admodum videbantur, inserenda huic tam praeciso operi non putavi. SIDON. epist. (carm. 22) 6 carmen -ius (*opp.* epigrammatis ... paucitatem). ENNOD. epist. 1, 20, 4 p. 32, 19 -is gemitibus (*opp.* strictioribus verbis). *al.* -um est *fere c. inf.* (*subaudiendo l. 49, acc. c. inf. in var. lect. l. 50,* si *l. 48; copula supplenda l. 51; cf. p. 1829, 26*): Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 105, 23 *metra* multa alia ..., quae persequi satis -um est. FVLG. aet. mund. p. 153, 25 universos temporis ordines sequi valde -um est. AMBR. fid. 3, 5, 40 -um (-ius *var. l.*) est, si velim singula recensere. HIER. adv. Rufin. 1, 20 nisi ... -um esset, ... iam nunc tibi ostenderem, quid *eqs.* TRACT. Pelag. 3, 11, 6 p. 46 quos nunc conmemorare (-ari *var. l., v. Journ. Theol. Stud. 38, 1987, 112*) -um est. PAVL. NOL. carm. 18, 206 quia -um et vacuum percurrere cuncta *miracula. et saepe.* **β** *de scriptoribus aliquid late tractantibus*: SYMM. epist. 4, 59, 2 in re aperta piget esse -um (HIER. in Is. 18 praef. l. 85 in ... expositione si -ior solito fuero. *al.*). 7, 49 ego -us esse non debeo enarrator iniuriae. CONSVLT. Zacch. 2, 20, 1 eloquia -orum (*antea*: brevitas *tua*). MACR. Sat. 3, 7, 8 exemplum, ne sim -us, omisi.

b *in sermone gramm.*: *respicitur vocalis vel pes metricus productus*: TER. MAVR. 523 'u' sequens correpta sit an soni -ioris. MART. CAP. 9, 976 *pes* unus habet -ius tempus (*opp.* angustius). 9, 981 ut illorum *pedum longiorum* -am moram interveniente sua celeritate compenset *proceleumaticus.* Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 22 *ut ē* accedentibus duabus consonantibus longior -iorve videatur. *vario respectu*: Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 90, 20 *ionicum metrum est* in rhythmo et satis -um et satis molle (*cf. Keil ad l.*).

2 *mero respectu temporis* (*cf. 1 supra*): **a** *diuturni*: **α** *de ipso tempore* (*de homine p. 1829, 16* [*cf. l. 13*]): ⓘ *in universum*: AVR. Fronto p. 55, 21 mihi et hodiernus dies verno die longior et nox veniens hiberna nocte -ior videtur, *quia te convenire non possum* (VEG. mil. 4, 39, 7 *hieme* lux minima n.que -a. *al.*). TERT. ieiun. 10 p. 288, 11 (*ad Ios. 10, 14*) 'dies talis' ... utique tam -us (AVIEN. Arat. 90. RVFIN. Orig. in iud. 1, 3 p. 469, 13 d. ... seniorum sanctorum longaevi sunt et -i. *al.*). PAVL. dig. 49, 14, 45, 10 -ioris ... temporis spatium (MOD. dig. 49, 16, 3, 3. EDICT. imp. inc. [Chart. lat. ant. X 415] tam -um. DON. Ter. Eun. 734, 3 ['*abiit* iamdudum, aetatem'] diu longoque et -o t., ut est aetas. AVG. civ. 21, 22 p. 527, 5

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*opp.* parvum]. COD. Iust. 10, 32, 67, 4 longo -oque t. *al.*). CHAR. gramm. p. 253, 24 (*ex Romano*) *'amplius'* (*Lucil. 6*) -um temporis spatium significat (CLAVD. DON. Aen. 1, 685 p. 135, 25). CLAVD. DON. Aen. 4, 330 p. 402, 15 ('tandem') post moras -as (6, 530 p. 579, 2 AMBR. obit. Valent. 23. *al.*). HIER. in Ezech. 27, 8 l. 911 'saeculum saeculorum' ..., ut ... sit ... saeculum -ius aliis saeculis (AVG. civ. 21, 17 p. 522, 2. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *respicitur vita, aetas hominis*: FRONTO p. 195, 3 iuventuti -a curricula vitae data sunt. APVL. met. 5, 25, 5 senectutis -ae beneficio (RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1739[B] [*gr. ibid. p. 208[C] γῆρας βαθύ*]. *al.*). CALL. dig. 50, 6, 6, 12 -ae vel inbecillae admodum aetatis homines (PANEG. 3, 5, 5. HIER. in eccles. 3, 12 l. 182. *al.*; *meton. de senibus*: VVLG. Iob 32, 7 sperabam ... quod a. -ior loqueretur et annorum multitudo doceret sapientiam). TERT. apol. 30, 4 vitam illis *imperatoribus* -am *precamur* (LVCIF. moriend. 6 l. 35 novimus iustitiae copiosiorem esse v. ac -iorem. AVG. serm. 16, 1 [*opp.* sempiterna]. CYPR. GALL. gen. 231. *al.*). AVIEN. ora 7 -a die (*i. matura aetate, cf. vol. V 1, 1033, 14 sqq.*). *al.* *de diu vivente* (*cf. l. 11*): INSCR. Année Épigr. 1968 n. 455 vixi an(nos) decem; ... iam nec amplius licuit, ⌞-a viverem plus⌟ (*legebatur* -a(e) vivere tempus *ibid.* 1953 n. 243).

β *de actionibus et variis rebus, quae per protractum tempus manent* (*itinera v. p. 1830, 56 sqq.; quaedam et ad 3 trahere possis*): Ⓘ *vario usu*: VLP. dig. 36, 1, 13, 3 si cognitio -iorem tractatum habeat. PANEG. 2, 19, 1 denuntiare praestanda *beneficia,* ut ... -ior sit sensus bonorum. IVL. VAL. 1, 46 (*Melampus Alexandro*) sudor sane largus laborque ... quam -us ... erit ([-issimus *var. l., sed cf. e. g. ibid.* quam largo]. SYMM. epist. 7, 50, 1 -us in iudicando l. *al.*). SYMM. epist. 1, 103 erit de hoc sermo interim parcus, memoria vero -ior. 5, 86 mihi ... adipisci gratum, sperare -um est. AMBR. in Luc. 4, 20 famem -ioris ... ieiunii. Ps. AMBR. laps. virg. 37 (*in imag.*) grandi plagae et alta et -a opus est medicina (*sc. paenitentia; cf.* CAES. AREL. serm. 54, 1 dura ac -a paenitentia). VVLG. num. 10, 5 (*4* si semel clangueris) *si* -ior ... clangor increpuerit. AVG. civ. 21, 18 p. 524, 3 vel -arum vel aeternarum timore poenarum. epist. 73, 8 *vobis* deus hoc ipsum, quod uterque ... optavit, largum -umque concesserat, ut *eqs.* serm. 9, 2 more ... humanae vitae -um est, quod deo breve est. HIPPOCR. aphor. 1, 1 vita brevis, ars autem -a (*gr. μακρή, Sen. dial. 10, 1, 1* longam artem. *v. Otto, Sprichw. n. 1915*). *al.* Ⓘⓘ *de morbis sim.*: VET. LAT. Sirach 10, 11 ⌞languor -ior gravat medicum⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codd.; gr. μακρόν, opp.* brevem). SERV. Aen. 3, 140 aegritudinem -am (THEOD. PRISC. eup. faen. 10 log. 85. CASS. FEL. 30 p. 60, 3 pessimam a. et -am ..., quam Graeci macronosian vocant [*sim.* 61 p. 152, 13; *cf. 4 p. 12, 1* longa a.]). RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 4 causa vel acerbioris morbi vel -ioris (HIPPOCR. aer. 11. *al.*). Ps. SORAN. quaest. med. 17 esse illa *vitia* aut -a aut brevia (186 *temporalis aegritudo est* -um v., quod diuturnum dicitur). 191 accessiones -iores.

b *remoti* (*cf. B1b*): AVG. civ. 7, 35 p. 319, 12 tam -a temporis vetustate. IVLIAN. epit. in psalm. 88, 38[b] successores regni tui aetas -a suscipiat (*nisi ad l. 10*). GREG. TVR. Franc. 4, 26 p. 158, 13 *ut* regni vestri potentia aevis -ioribus propagetur. NOVELL. Iust. 105 praef. *consulum nomen* ex temporibus ita -is ... veniens (*gr. μακρῶν*).

3 *vario respectu, sc. de quibuslibet magnis, amplis* (*cf. l. 20*): APVL. apol. 19, 1 uberem et -am rem familiarem (*opp.* paupertatem. *cf.* CASSIAN. inst. 5, 39, 3 sumptu ... -ore). MIN. FEL. 37, 12 in scenicis ... non minor furor e⟨t⟩ turpitudo -ior *quam in gladiatoriis.* VET. LAT. Marc. 12, 40 (cod. 11. *al.* = VVLG.) qui devorant domos viduarum sub obtentu ⌞-ae orationis⌟ (*gr. μακρὰ προσευχόμενοι. v. p. 1828, 25*), hi accipient -ius iudicium (*gr. περισσότερον,* cod. 6 -iorem damnationem, *cod. 17. al.* maius i.; *loco gemino Luc. 20, 47* [*cod. 6 = Vulg.*] damnationem maiorem). CYPR. hab. virg. 9 desideria -a ... ultra ... pudorem virginitatis extendi *non debent.* CHALC. comm. 333 candidum et item nigrum non diversa sunt sed contraria, quia intercapedo -ior (*antea*: plurimum a se distant; *cf. vigente imag. loci p. 1830, 66. 1831, 1*). AVIEN. Arat. 1672 cum traxere tumorem aequora -um. RVFIN. hist. mon. 31, 18 -iorem ... gratiam habentem. Orig. in lev. 12, 2 p. 456, 17 *anima* quanto in virtutibus crescit, tanto -iorem reddit magnitudinem sui. CASSIAN. inst. 4, 1 tam -us numerus monachorum. BOETH. arithm. 1, 7, 6 *unitatem* totius quamvis -ae genitricem pluralitatis agnosci. *al.*

II *corporaliter* (*etiam de corporeorum qualitate vel actione sim. e. g. p. 1830, 7. 51. 56*): **A** *dicuntur -a quaecumque laete crescendo longa, procera sim. facta sunt* (*notio originaria copiae uberis [cf. p. 1827, 53] sublucet fortasse l. 69. 72. p. 1830, 19. al.*): **1** *capilli sim.* (*cf.* GLOSS. -us: *τετανόθριξ*): TER. Haut. 290 capillus ⌞pexus⌟ -us circum caput reiectus neglegenter ([⌞ ⌟ passus *var. l. fort. tuenda coll. l. 72.* SCHOL. Ter. p. 117, 10 -us: non ligatus mitris]. AMBR. Noe 7, 21 aut -iores ... aut recisi. *al.*). PACVV. trag. 20[a] coma ⌞-a⌟ impexa conglomerata atque horrida ([⌞ ⌟ promissa *var. l., v. quae monuit L. Müller, Rhein. Mus. 24, 1869, 495*]. APVL. flor. 15, 7 c. -ior ... cervicem ... obumbrat). COLVM. 7, 3, 7 *ovem* vasti corporis, cervice -i villi (*cf.* PALLAD. 8, 4, 3 -i velleris). 7, 3, 10 *lana* quanto -ior in pecore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis (7, 4, 8 *ut* -ior renascatur [*inde* PALLAD. 6, 8, 2]). APVL. met. 2, 9, 4 *cum capillus* spissus cumulat verticem vel -a serie porrectus dorsa permanat. 11, 3, 4 crines uberrimi -ique (PANEG. 8, 16, 4. SERV. auct. Aen. 4, 147 ['fluentem ... c.'] unguentatum ... aut -um et effusum. *al.*). FIRM. math. 8, 6, 4 -a barba (HIER. epist. 125, 6, 3 [promissa *var. l.*]. SIDON. epist. 4, 24, 3 coma brevis, b. -a. *al.*; *cf.* MACR. Sat. 1, 22, 4 barbae ... -a demissio). **2** *partes corporis variae, statura*: VARRO rust. 2, 2, 3 caudis ... ut sint *oves* in Italia -is, in Syria brevibus (SOL. 40, 21 [*Plin. nat. 8, 121* praelonga]. *al.*). SVET. Claud. 30 -o nec exili corpore erat (GELL. 3, 10, 11 vastiora -ioraque fuerunt c. hominum antiquiorum. PHYSIOGN. 6 -ius ac plenius [*opp.* angustius et brevius]. 128). APVL. met. 3, 24, 5 os -um *asini.* 3, 27, 3 cervice -a nimiumque porrectis labiis ... corollas adpetebam (LACT. opif. 7, 6 [*opp.* brevem]. *al.*). FIRM. math. 8, 27, 11 faciem. HIST. AVG. Pesc. 6, 5 fuit staturā -ā. DARES 12 p. 16, 3 Polyxenam ... digitis -is ([*antea*: longis ... membris]. PHYSIOGN. 60 nimium -i [proximi *var. l.; opp.* parvi; *gr. I p. 355, 2 πάνυ μακροί*]. *al.*). PHYSIOGN. 72 *pedes* nimium -iores (*opp.* breves, *gr. I p. 356, 2 μακροὶ πάνυ*). *al.* **3** *arbores, plantae earumque partes* (*fortasse potius luxuriantes quam procerae imprimis apud* VARRONEM): VARRO rust. 1, 6, 4 quaedam in montanis -iora nascuntur ac firmiora ..., ut abietes. 1, 9, 5 *in tenui terra* neque arbores -ae neque vites feraces *sunt* (1, 9, 6 COLVM. 1, 3, 7. *al.*). 1, 9, 7 quae *alicunde* enata sunt fera, si sunt -a atque ... feracia (*sim.* COLVM. 3, 11, 6). VITR. 2, 9, 17 materies earum *laricum est* -a (COLVM. 3, 2, 9 [*vitium ut* 3, 15, 1]). COLVM. 3, 21, 7 *utrum* -is ... flagellis incitet an angusta putatione vitem coerceat *vinitor.* 5, 5, 16 -os palmites. 5, 6, 16. 9, 4, 2 -ior *ilex* (*opp.* minor). 11, 3, 5Ô quo -ior et tenuior fructus eius *cucurbitae* enascatur (*opp.* incrementi vastioris; *cf. Pallad. 4, 9, 16* longas ... et exiles). PLIN. nat. 16, 48 abies e cunctis amplissima est et femina etiam -ior (*cf. 47* femina procerior). SVET. Vesp. 5, 2 *ramum* praevalidum ac -um. **4** *animantes ipsi* (*masc. pro subst.* COLVM.): COLVM. 1, 9, 3 longissimum quemque aratorem ... faciemus ..., quod ... nullo minus opere fatigatur -ior. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 37 ('proceros ... lupos') lupos -os. AVG. gen. ad litt. 2, 17 p. 61, 4 unus infans *altero* in duplum -ior. GREG. TVR. glor. conf. 18 unam *virginem fuisse* ... -iorem, alteram minorem statu, non merito. REGVLA mag. 8, 2 in ... -is hominibus.

B *exempla cetera; -a dicuntur quae sunt potius*: **1** *longa* (*sc. spectat fere ad unam dimensionem [ad latitudinem e. g. l. 40. 54, profunditatem l. 52]; indicatur quousque l. 41*): **a** *producta*: **α** *varia*: HYG. grom. p. 77, 13 *species agri* modo artiore[m] latitudine[m] longior, modo minore[m] ⌞longitudine⌟ -ior (⌞ ⌟ latitudinem *cod.*). GELL. 6, 12, 1 tunicis ... -is ultra bracchia et usque in primores manus *eqs.* (*cf. 2* vestem longe lateque diffusam, *3* substrictas et breves tunicas). APVL. mund. 16 p. 324 stativa lux est ... sine cursu ⌞iugis et -a⌟ lux (⌞ ⌟ *gr. 395b7 προμήκης*). AVIEN. orb. terr. 553 -a ... longis iugera producunt spatiis *confinia Graeciae.* AMM. 22, 8, 42 -ae rotunditatis esse *spatium arcūs terrarum quarundam.* 23, 4, 8 ferro (*v. p. 1852, 48*). VEG. mil. 3, 20, 2 in -o spatio cum tenditur acies (*antea*: fronte longa). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 425 p. 632 plateam ... per viginti stadia -am (*gr. σταδίων εἴκοσι τὸ μῆκος οὖσαν*). SVLP. SEV. dial. 1, 27, 6 solis occidui umbra -ior. MART. CAP. 6, 638 -i montis bracchium. COD. Theod. 9, 3, 1 pr. non ferreas manicas et inhaerentes ossibus ..., sed -iores catenas (*sc. ut reus ambulare possit*). *al.* *de ipsa dimensione*: CLAVD. DON. Aen. 6, 580 p. 585, 3 ('tantum tendit *eqs.*') tam -am fuisse altitudinem Tartari. MART. CAP. 6, 623 *Gaditani freti* latitudo ..., ubi angustior, quinque, ubi diffusa, septem, ubi -ior, decem milibus explicatur. BOETH. arithm. 2, 31, 9 longitudine in -iorem modum porrecta. **β** *via, iter sim.* (*hic illic simul de actione eundi, ut subluceat vis temporis sub IB2 illustrata; cf. p. 1827, 72*): APVL. met. 1, 20, 5 *confabulando* -am viam sine ... taedio evasi (RVF. FEST. 29, 1 cum ... v. in reditu -ior inmineret. *al.*). 1, 23, 8 satis arduo itinere atque -o fatigatus est *hospes* (3, 29, 1 FIRM. math. 1 prooem. 2 SYMM. or. 1, 14. *al.*; *cf.* CONC. Rom. a. 501 p. 421, 2 de -o itineris). CHALC. transl. p. 39[A] tardius *movebantur* ..., quae maiore *circulo rotabantur,* ⌞utpote ambitu circumacta -iore⌟ ([⌞ ⌟ *deest gr.*]. MART. CAP. 1, 14 diffusioris ac -i. *cf. p. 1831, 5*). comm. 115 per -iores orbes feruntur *stellae quaedam.* CLAVD. DON. Aen. 3, 130 p. 283, 22 -ae aut tardae navigationis (HEGES. 4, 29, 1. *al.*). ENNOD. dict. 5, 3 p. 438, 6 (*in imag.*) nostra e diverso -o distat calle condicio. *al.*

b *remota* (*cf. A2b*): SYMM. or. 2, 7 nihil esse -um magna curantibus (*sc. Valentiniano bellum gerenti; cf. ibid.* cum ubique semper appareas). ENNOD. epist. 5, 15, 1 p. 138, 2 *deus* te ... de -is gentium finibus ... revocavit. *in imag. pertinet ad gradus cognationis* (*cf. vol. VII 2, 1641, 54*): COD. Iust. 5, 30, 4 (*a. 498*) *frater* in germani sui ... successionem omnes inferiores seu -iores gradus ... antecedere ... iussus est.

2 *vasta, magna*: AVIEN. Arat. 769 distantem Andromedam -i tramite mundi perterret Cetos (*nisi ad 1, sc. per enallagen pro* -o tr. m.). CLAVD. DON. Aen. 3, 385 p. 318, 21 per quam -a esset maria transiturus *Aeneas.*

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 13 (*ad gen. 1, 4*) *luces et tenebras* -is a se spatiis ... discrevit *deus* (*gr. πλείστῳ ... τῷ μέσῳ*). 4, 4, 7 quae *congregatio aquarum* (*gen. 1, 9*) reliquis omnibus ita -ior est, ut terrarum amplitudini coaequetur (*gr. μεγίστης*). CASSIOD. var. 5, 42, 5 -a rotunditas *amphitheatri.* IORD. Get. 179 triclinia ambitu -iore distenta. *al.* *neutr. pro subst.*: CLAVD. DON. Aen. 3, 125 p. 283, 7 pelagi -a. MART. CAP. 6, 665 post -a terrarum (*cf. Sol. 17, 4* magnis ... spatiis intercedentibus).

masc. pro subst. prōlixus *p. 1828, 56, compar.* prōlixior *p. 1830, 32.*

neutr. pro subst. **prōlixum,** -ī *v. l. 5. p. 1828, 30. 1830, 61; in locut. adverbiali:* *neutr. acc. obi. int.*: APVL. met. 8, 9, 2 luctu redintegrato -um heiulat *Charite.* in -um: QVODV. grat. 1, 19, 8 in -um sermo discurrens (*cf.* ARNOB. IVN. confl. 1, 9 l. 401 quantum tu in -um ire vis [*sc. in dicendo*], tantum te ego in brevi concludam. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 125, 4 ut non in -um sermonem ducam). PHYSIOGN. 52 *si mentum* ⌞longe atque in -um (proximo *var. l.*), discernatur (*i. dividatur*; ⌞ ⌟ *gr. I p. 372, 5 ἐπὶ πολύ*).

adv. ※**prōlixē.** *compar.* -ius *inde a* TER., *superl.* -issime *non nisi* AVG. epist. 231, 1. *de notione*: GLOSS.^{L} II Philox. PR 318 -ius: *προελκυσμένως* (*-ων trad.; cf.* 319 -e: *προελκυσμένως, αὐτάρκως. inde fortasse* GLOSS. III 3, 7 -ius: *πρ.* 461, 22 -e: *προελκομένως. explicatio mira, fortasse e comm. quodam ad* TER. *l. 33 sumpta, ubi non de notione adv., sed de habitu loquentis, sc. ad aliquid inducentis, dictum erat*). GLOSS. II 266, 54 *δαψιλῶς*: impense, large, -e, largiter, adfatim, abunde. V 632, 14 affatim: -e. *legitur apud* TER. (*bis*), CIC. (*in orat. bis, in epist. ter*), *singulis locis apud* PAVL. FEST., TAC., PLIN. *min.*, SVET., *paulo saepius aetate posteriore, sc. maxime compar.* -ius. [*e coni. dub.* APVL. met. 7, 17, 3, *v. vol. X 1, 1277, 28.*]

i. q. modo prolixo, sc. potius i. q.: **1** *profuse, large, copiose* (*coniungitur cum* (ac)cumulate *l. 35. 39. 51,* largius *l. 52* [*cf. l. 30*], profuse *l. 43*): **a** *vigente respectu liberalitatis, indulgentiae* (*cf. p. 1827, 64*): TER. Eun. 1082 dat nemo largius; ... praeterea ... accipit homo nemo melius prorsus neque -ius (EVGRAPH. *ad l.* abundantius. SCHOL. Ter. p. 113, 8 liberalius vel iocundius). Ad. 943 da veniam ...; promitte ...; age -e, Micio (DON. *ad l.* aut ... age benigne, ut sit '-e' benigne secundum veteres, aut per *ἀσύνδετον* ... 'age' correptivum, ut ad '-e' subaudiatur 'noster esto' aut quid tale. SCHOL. Ter. p. 161, 28 iocunde). CIC. Flacc. 89 *id* -e cumulateque fecit ([*postea*: in hereditate concedenda liberalis]. Att. 16, 16^{a}, 6 libenter, -e, celeriter). dom. 28 ut neque ego ab illo ... satis audaciter petere possem, neque ille ... satis -e mihi polliceretur (APVL. met. 10, 4, 2. 10, 27, 2 -e adcumulateque. *cf.* CIC. fam. 7, 5, 1 *non* minus ei -e de tua, *Caesar,* voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri). Att. 7, 14, 2 in quo *dilectu* parum -e respondent Campani coloni. TAC. hist. 4, 44, 1 censuit Mucianus -e pro accusatoribus (*nisi ad 2a*). SVET. Tit. 7, 2 *saltatores* fovere -ius ... supersedit. GELL. 5, 1, 2 otium -e profuseque laudandi (HIER. adv. Rufin. 1, 11 l. 35 tam fortiter -eque. *nisi locos ad 2a trahas*). APVL. met. 7, 14, 1 me ... matrona -e curitabat. 8, 10, 4 -e consentit de furtivo concubitu. 9, 11, 2 dominus loca lautia -e praebuit (*postea*: abundanter). -e *spectat potius ad subst.*: CIL VIII 17910 (*saec. III in.*) *cuidam* erga cives ... -e cultori exercitiis militaribus effecto. **b** *mero fere respectu copiae vel actionis intente factae sim.* (*cf. etiam 2a*): PAVL. FEST. p. 116 lixabundus: iter libere ac -e faciens. PLIN. paneg. 55, 11 quod (*sc. amari*) quidem -e tibi cumulateque contingit. GELL. 1, 22, 10 *veteres, e. g. Cic., 'superesse' dixisse* pro eo, quod ... largius -iusque flueret, quam esset satis. 2, 21, 5 scire ... id -ius volo. 19, 10, 14 cum id plerique -ius riderent. MIN. FEL. 40, 3 -ius ... gaudeo. VET. LAT. Luc. 22, 43 (cod. 4. *al.* = VVLG.) -ius orabat *Christus* (*gr. ἐκτενέστερον, cod. 5* vehementius).

2 *longe, producte sim.* (-ius *coniungitur cum* latius *l. 65. 70, opp.* brevius *l. 68* [*cf. l. 61. 67*]): **a** *cum respectu dicendi, scribendi* (*vel copiose vel diu vel per multas paginas sim.; cf. l. 42. 44. al.*): FRONTO p. 92, 21 -ius ... rescribere ... solebam (*antea*: verbis pluribus). GELL. 12, 1, 4 fabulari ... -ius. FRG. Mur. 46 -ius scripsit *Paulus ad Romanos* (SYMM. epist. 6, 48 -e. HIER. in Zach. 12, 1 l. 86 [*opp.* breviter]. *al.*). VET. LAT. act. 20, 9 (cod. 5. *al.*) disputante Paulo -ius (*gr. ἐπὶ πλεῖον, cod. 50* diutius, *Vulg.* diu). PANEG. 4, 30, 2 perstringi haec satis est, quod etiam pridie -ius mihi dicta sunt ([*postea*: diutius narrata]. AMBR. Noe 7, 23 HIER. in Ezech. 1, 27 l. 658. CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 127 latius -iusque. *al.*). PRISCILL. tract. 1, 4 -ius ... respuere *mendacia* (*antea*: latius eloquemur). HIER. epist. 42, 3 fuerat ... -ius disserendum, sed ... latam disputationem brevi sermone comprehendimus. AVG. cons. euang. 2, 12, 27 vel brevius vel -ius ... explicare. MART. CAP. 5, 551 *narratio est* brevis, si non ultra quam res exigit et -e fundatur assertio. CLAVD. MAM. anim. 3, 16 p. 187, 15 aliquanto latius -iusque ... quaestionem agitare. *al., imprimis apud* HIER., AVG.

b *vario respectu*: **α** *de loco, spatio* (*cf. l. 50*): APVL. met. 4, 2, 7 arbores in lauri faciem -e foliatae (*respiciuntur folia oblonga rhododendri; ad 1a trahunt alii*). 8, 28, 2 *flagrum* contortis taenis ... -e fimbriatum. AVIEN. ora 174 dehiscit inde -e sinus. 363 *circa insulas* manere ... tenue -e mare. 405 longo explicatur gurges huius *Oceani* ambitu produciturque latere -e vago. VITAE patr. Iurens. 25 rupe ... -ius naturaliter perexcisa. 64 -ius egressus est *monachus* ad culturam. *transfertur ad respectum late patentem eorum, quae aliquo pertinent*: COD. Iust. 12, 17, 4 quod ad quaestum et compendium militiaeque fructum -e pertinet. **β** *de tempore*: DOSITH. gramm. 5, 3 *interpunctione posita* cessare -ius *in legendo* (*gr. ἐπὶ πλεῖον. sim.* DIOM. gramm. I 437, 21). SYMM. epist. 5, 50 frui -ius (*opp.* citum transitum). AMBR. exc. Sat. 1, 79 neque ... umquam -ius afuimus (*antea*: diutius morari). virg. 3, 4, 17 (*proverbialiter*) quod velis -e facere, aliquando ⌞ne feceris⌟ (*i. intermittas*). VVLG. exod. 19, 19 sonitus bucinae paulatim crescebat in maius et -ius tendebatur. AVG. c. Iulian. 4, 14, 68 tam -e sine cibo ... vivere. CASSIOD. inst. 1, 30, 4 quae *lucernae* ... -e custodiant uberrimi luminis ... claritatem. *al.* *c. respectu futuri, compar.* -ius *fere i. q. ulterius*: PANEG. 4, 11, 4 quis contempletur praesentia acrius, ventura -ius?

deriv.: prolixitas, prolixitudo, prolixo. *Banta.*

prōlocūtio, -ōnis *f.* *a* proloqui. [*in falsa var. l. p. 692, 81; medio aevo tribuas t. t. rhet.* SVBSCR. Apul. Socr. prol. 4 p. 111 cod. F (*saec. XII*) incipit -o (*cf. ibid. 5 p. 113* narrationis exordium).] *i. q. actio vel potius effectus proloquendi, effatum, sententia sim.*: CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 31, 18 risum ... in isto comparationum ac -um tuarum genere tenere vix possum. *ibid.* p. 35, 20 biceps ista -o. 2, 3 p. 108, 19. 2, 10 p. 139, 21 sitne aliquod -um harumce discrimen. 3, 6 p. 162, 15 adversantium repugnantiam -um.

prōlocūtor, -ōris *m.* *a* proloqui. [*aetatis recentioris est* Ps. QVINT. decl. 3^{b}, 3.] *i. qui proloquitur*: SCHOL. Ter. p. 114, 2 (*ad Haut. 11* oratorem ..., non prologum) oratorem: defensorem ...; prologum: -em, prologorum oratorem. *Bk.*

prōlogium, -ī *n.* [*formatio vocis est latina videturque cum* prō- *composita esse; pars posterior* -logium (*cf.* ante-, ē-logium) *e lat.* -loquium *et gr.* *-λογ-(ος) commixta esse videtur; v. Puelma, Festschr. B. Forssman, 1999, 233. Fo.*] *fere i. q. praedictum, praefatio: cuiuslibet loquentis*: PACVV. trag. 383 quid est? nam me exanimasti -o tuo (*locum afferens explicat* PAVL. FEST. p. 226 -um: principium, proloquium). *fabulam scaenicam inducentis*: DON. de com. 7, 3 (*distinguuntur* -um *et* prologus, *v. l. 68 sq.*).

※**prōlogus** (prŏ- *l. 42*), -ī *m.* [*gr. πρόλογος recepit lat.* prō-, *quod imprimis sec.* prō-loquī *factum videtur; v. Puelma l. 31. Fo.*] *de origine v. l. 40. 43.* NOT. Tir. 76, 37. *de mensura* (*cf. l. 44 sq. et Don. Ter. Phorm. praef. 1, 11 πρόλογος* [*Schoell*; -is *cod. unus*] correpte *ἀπὸ τοῦ προλέγειν* dicitur, non producte *ἀπὸ τοῦ πρῶτον λέγειν*): prō- TER. (*nisi* prŏ- *p. 1833, 2; vix addas l. 58, cf. Marouzeau, comm. metr. ad l.*), prŏ- RVFIN. *l. 62.* *de notione* (*cf. l. 66 sqq.*): DON. de com. 7, 2 -us est prima dictio, a Graecis dicta *πρῶτος λόγος* vel antecedens veram fabulae compositionem elocutio ⟨*ὁ πρὸ τοῦ δράματος λόγος*⟩ *eqs.* (*lacunam suppl. Rabbow*). GLOSS. -us: *πρόλογος.* sequentis operis praefatio. praefatio. -is: principiis. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2317 -us: initium loquutionis. 2318 -um (*intellegasne acc. sec. p. 1833, 2?*): caput compositionis, quod aliter dicitur pr⟨oo⟩emium. *legitur apud* TER. *quater et singulis locis apud* VARRONEM (*? v. p. 1833, 8*), RVT. LVPVM, SEN. *philos.* (*v. p. 1833, 24*), QVINT., SVET., *ceterum inde a* LACT.; *saepius apud* DON. Ter., EVGRAPH. Ter. [*falso trad.* NON. p. 475, 18, *v. p. 1837, 8.*]

i. q. sermo praeloquentis (*de eius persona sub 1b*): **1** *strictius est t. t. rei scaenicae*: **a** *notione originaria de sermone fere in principio fabulae posito, quo narratur argumentum, commendatur poeta vel fabula sim.* (*quaedam ad b trahi possunt, e. g. l. 64. 71 sqq.*): **α** *respiciuntur rationes, natura generalis sim. -orum* (*cf. p. 1833, 19*): TER. Andr. 5 nam in -is scribundis operam abutitur *poeta,* non qui argumentum narret, sed qui ... maledictis respondeat (*cf.* DON. *l. 71*). RVT. LVP. 2, 6 hoc genere *prosopopoeiae* usi sunt poetae, qui fabulas scripserunt, in -is. LACT. frg. 2 *poetae Latini* -os ... et primarum scaenarum actiones trimetris comprehenderunt (*sim. de metro -orum*: RVFIN. gramm. VI 558, 9 [*hexam. dactyl.*] -os trimetro ... componere versu. PRISC. gramm. III 421, 12. *al.*). EVANTH. de com. 3, 2 Graeci -os non habent more nostrorum ...; deinde *θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς* ... Terentius non habet. 4, 5 comoedia per quattuor partes dividitur: -um, protasin, epitasin, catastrophen (*sim.* DON. de com. 7, 1); est -us velut praefatio quaedam fabulae, in quo solo licet praeter argumentum aliquid ad populum ... ex poetae ... commodo loqui. DON. de com. 7, 3 inter -um et prologium quidam hoc interesse voluerunt, quod -us est, ubi aut poeta excusatur aut fabula commendatur, prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Ter. Andr. 6, 1 *argumentum narrare* vere -i est officium (28, 2. Phorm. praef. 1, 11 o. -i ante actionem quidem rei semper est, verumtamen et post principium fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioso. EVGRAPH. Ter. Phorm. 24. *al. apud eundem*). Hec. 58, 1 *personas protaticas inducere* maluit Terentius, quam aut per -um narraret argu-

[Kyloval]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mentum aut *θεὸν ἀπὸ μηχανῆς* induceret loqui. *al.* β *cetera exempla*: TER. Phorm. 14 nullum invenire -um po[tui]sset novos (*i. novus poeta*), quem diceret (*text. trad. def. e. g. Marouzeau, ed. 1947, ut* pro- *corripiatur. cf.* DON. *ad l.* '-um' modo non hominem, sed verba significat). DIDASC. Ter. Hec. 1 *comoedia* acta primo sine -o data (*sim.* DON. Ter. Hec. 1, 3). QVINT. inst. 11, 3, 91 cum ... in expositione ... senis sermo, ut in Hydriae -o, ... incidit. SVET. vita Ter. 4 in -o Adelphorum. LACT. inst. 1, 6, 8 (*e Varrone*) Euripides in Lamiae -o. DON. Ter. Andr. praef. 1, 5 -us ... acer inducitur (*cf.* Eun. praef. 1, 5 -us ... est concitatior. *sim. al. apud eundem*). MACR. Sat. 6, 5, 6. *al.* *in comparationibus*: HIST. AVG. Ael. 1, 3 quoniam ... *non* debet -us inormior esse quam fabula, de ipso *Aelio Vero* iam loquar. MACR. Sat. 1 praef. 16 argumentum, quod huic operi dedimus, velut sub quodam -i habitu dicemus.

b *metonymice de persona scaenica, quae -um fabulae recitat* (*cf. l. 4 et ambigua sub a; sensu simili vox gr. πρόλογος non ante Lucianum exstare vid.*): TER. Hec. 9 orator ad vos venio ornatu -i. Haut. 11 *poeta* oratorem esse voluit me, non -um (*cf. p. 1832, 27*). INDEX person. Ter. Eun. 1 -us (*cod. A saec. IV/V*). *al. ibid.* EVGRAPH. Ter. Haut. 1 contra consuetudinem senex -us processit in publicum. *ibid.* ⌞in -i⌟ persona (⌞ ⌟ -i *vel* in -um *codd.*). *al. apud eundem.*

2 *laxius est principium cuiusvis libri, orationis sim.* (*in superscr. codicum antiquiorum multo rarius adhibetur quam* praefatio, *cf. supra p. 602, 21 sqq.*): **a** *-us est prima pars ipsius operis*: SEN. epist. 94, 38 nihil videtur mihi ... ineptius quam lex cum ⌞-o; mone⌟ *eqs.* (⌞ ⌟ *Erasmus,* prolegomene *codd. plerique. antea*: Platonis legibus adiecta principia sunt [*leg. 723*^{B} *προοιμίων*]). SYMM. epist. 4, 19, 1 in -o, ut ita dixerim, litterarum salutem ... dico. HIER. epist. 65, 7, 1 (*ad psalm. 44, 2* lingua ... scribentis) extrema pars -i est (*cf. 65, 8, 1* finito prohoemio). in Is. 11, 36, 1 sqq. l. 64 in -is *prophetarum.* SVPERSCR. Regula mag. (*cod. P saec. VII in.*) incipit -us ... explicit -us regulae. **b** *-us praemittitur operi alterius*: HIER. epist. 57, 5, 3 in -o ... orationum *Demosthenis al., quas Cic. transtulit* (*affert Cic. opt. gen. 13 sq.*). praef. Vulg. Ier. p. 5, 1 Hieremias propheta, cui hic -us scribitur. GENNAD. vir. ill. 17 horum omnium *operum Graecorum* quaecumque praemissis -is a Latinis leguntur, a Rufino interpretata sunt. *ibid. bis.* CASSIOD. inst. 1, 14, 3 in -o psalterii *ab Hieronymo scripto. al.* (*in* SVPERSCR. *v. e. g. p. 602, 26. 27. 29*).

3 *tropice respicitur indicium quoddam modestiae, quod orationi antecedit*: SIDON. epist. 8, 6, 6 *quidam orationem habiturus* cum quodam -o pudoris vultum modeste demissus inrubuit. *Krylová.*

prōlongātio, -ōnis *f.* *a* prolongare. *i. q. actio vel effectus prolongandi*: **1** *usu generali in explicatione nominum*: HIER. nom. hebr. p. 8, 13 Mosoch (*gen. 10, 2*): -o sive defectio aut certe conpressus (*aliter ibid. p. 50, 15. 58, 6*). OP. imperf. in Matth. 1 p. 624 nomen eius *Ioas* interpretatur temporis -o, quia -o temporis mutavit eum in peius (*respicitur II par. 24, 17 sqq.; cf. Hier. nom. hebr. p. 32, 27* Ioas: sperans sive temporalis vel domini robur). **2** *usu definito respicitur:* *longinquitas*: TRACT. de indur. cord. Phar. 28 dei ... -o et diaboli vicinitas induratio cordis est (41). APON. 5, 5 -o ... Christi ab ecclesia tunc est, quando *eqs.* *tempus producendum: v. l. 44.*

?prōlongius *vel* **prō longius.** *formatione mira aut a* pro *et* longe (*sc. compar. adv.* longius; *fortasse per confusionem praeverbiorum pro* prae- *vel* perlongius [*cf. vol. X 1, 1517, 43*]) *aut a iunctura* pro longius (*acc. pro abl. v. p. 1437, 13 sqq.; fortasse conferri possunt iuncturae* pro certo *sim. p. 1430, 32 sqq. et notio p. 1431, 41 sqq. illustrata*). *per compar. respici distantiam quodammodo longam putaverim ut sit i. q. longiuscule*: COMMON. patr. 4, 8 cum ... applicuissent ... ad eundem agrum -s, *ubi latebat monachus, qui fugerat* (paulo longius *var. l.*). 4, 14 misit discipulum ... ad hauriendam aquam; -s autem erat puteus a cella (*gr. Nau 1907 p. 60 n. 27 μακράν. cf. ibid.* longe erat cella [*additum contra gr.*]). *Bk.*

⁂prōlongo, -āvī, -ātum, -āre. [*a* pro *et* longus *simili ratione formatum ac* procrastino (*q. v.*); *cf.* e-longo. *Fo.*] *legitur inde a* VET. LAT.

significatur actio, qua aliquid longius aut longinquius fit (*cum abundantia quadam accedit praeverbium notionis q. e. porro*): **I** *c. respectu extensionis, longitudinis*: **A** *transitive, fere i. q. extendere, protrahere* (*obi. suppl. p. 1834, 29; p. p. p. vergit in usum adi. l. 68*): **1** *vi locali*: VET. LAT. Is. 54, 2 (Aug. civ. 18, 29, *sim. var. l.* Cypr. testim. 1, 20) dilata locum tabernaculi ..., -a funiculos (*gr. μάκρυνον*). Bar. 3, 24 (Somn. Neron. 12, 2) quam magna est domus dei et -tus locus possessionis eius (*gr. ἐπιμήκης*). HIER. *l. 75.* GREG. TVR. glor. mart. 33 *oratorium* iussimus -ari. 41 *plebs* credens eam *trabem* manu martyris tactam ac -tam.

2 *vi temporali; -antur*: **a** *varia* (*mala vel ingrata l. 73. p. 1834, 5. 11, ut sub c*): VET. LAT. psalm. 119, 5 (cod. 189. *al., sim. al. et* VVLG.) heu me, quod incolatus meus -tus est (*gr. ἐμακρύνθη, cod. 300* elongatus). 128, 3 (cod. 303. *al.* = VVLG., *sim. al.*) -verunt iniquitatem suam (*gr. ἐμάκρυναν, cod. 300* longe fecerunt, HIER. psalt. sec. Hebr. arantes -verunt sulcum; *cf.* HIL. in psalm. 128, 8 peccata -ans). AVG. conf. 11, 28, 38 *dum canticum dico,* breviata expectatione -atur memoria. in psalm. 49, 28 severitatem meam distuli, patientiam tibi -vi. CASSIAN. inst. 2, 7, 3 *orantes* incurvationem membrorum ... optamus diutius -ari. LEO M. epist. 162, 4 Conc.^{S} II 4 p. 107, 14 neque ... ecclesiae ... captivitatem patiamini ulterius -ari. OP. imperf. in Matth. 1 p. 624 secundum quod -batur generatio orta de illa maledicta familia, *sc. Achab et Iezabel,* sic paulatim per generationes ⌞minuebatur⌟ in eis iniquitas (⌞ ⌟ *temptaverimus,* muniebatur *ed.*). PS. ORIG. in Iob 3 p. 511^{B} solis ... decursus diei tempus dimetitur ..., sive ad breviandum diem, sive ad -andum. GREG. M. epist. 7, 36 l. 10 ne ... inter eos *abbates litigantes* valeat intentio -ari. *al.* *parum apte additur gen. pro locutione adverbiali*: SERM. Corp. Vind. 21 p. 329, 4 *quidam* veriti sunt ..., ne quinque dierum ieiuniis -tis caro eos ... defecerit et exiles ... quadrigesimae abstinentiam tolerare non possent. **b** *vita sim.*: PS. AMBR. paenit. 3 p. 975^{A} si deus aegroto vivendi tempus noluerit -are. VVLG. deut. 6, 2 ut -entur dies tui (eccl. 8, 13). AVG. in Iob p. 571, 13 ('aetas mea senescet') -bitur. in psalm. 55, 17 *deus non invocandus est* de -anda vita ista (FVLG. RVSP. de rem. pecc. 2, 6, 3 carni suae v. -are desiderat. 2, 21, 2. *al.* IVST. VRGELL. in cant. 114 *persecutores* -antes exquisitis cruciatibus v.). **c** *aegritudo, passio sim.* (*cf. B*): PELAG. in II Cor. 4, 4 p. 251, 15 medicus, si inoboedientem aegrum deserat, ... aegritudinem dicitur -asse (AVG. serm. 335D Rev. Bénéd. 50, 1938 p. 8, 122 quid -as tuam a.? CAEL. AVR. gyn. frg. p. 148, 21 [*gr. p. 128, 10 χρονίσαντος*]). PHILAGR. med. 4 p. 174, 16 -ta passione (ORIBAS. syn. 9 add. Aa p. 267). HIPPOCR. mul. 1 l. 129 si tempus *profluvii* plus -etur (*gr. p. 38 πλέων γένηται*). ORIBAS. syn. 9, 7 add. Aa p. 282 -ta ... causa. 9, 42 add. Aa p. 350 interdum ipsa menstrua -antur per plurimos dies. **d** *sermo sim.*: FAVSTIN. trin. 5, 4 multa similia testimonia invenies, quae ego, ne multum adhuc -em, praetereo (*item obi. supplendo*: BOETH. top. Arist. 157a1 amplius -are, *sc. sermonem,* et intermittere *inutilia* [*gr. τὸ μηκύνειν*]). RVSTIC. c. aceph. p. 1173^{D} nolo -are sermonem (p. 1230^{A}. ORIG. in Matth. 14, 12 p. 305, 27 ne ... -emus s. [*gr. μηκύνωμεν*]. PASS. Andr. brev. 3). Conc.^{S} I 4 p. 14, 24 ne singula dinumerans -em litteras (*Migne gr. 78, 1256*^{C} *μηκύνω*). THEOD. MOPS. in Eph. 1, 1. *al.* *-atur nomen*: AVG. c. Faust. 19, 22 *Manis apud Graecos Manichaeus nominatur,* velut declinato et -to nomine.

B *intransitive, fere i. q. protrahi* (*de aegritudinibus, cf. A2c*): HIPPOCR. progn. 24 quaecumque febrium -verint (*gr. μηκύνῃ*). ORIBAS. syn. 6, 21, 3 Ab p. 109 *cum febris* -verit, donec consumat ... humores (*gr. μηκυνθεῖσιν*). 8 add. Aa p. 204 si -verit causa (= 8 add. Ab p. 265). 9, 53, 2 Aa p. 380 si ... passio -verit (*gr. ἐγχρονίζοι*).

II *c. respectu longinquitatis, separationis, absentiae sim.* (*accedit praepos.* ab *vel* de *l. 45. 50. 66. al.*): **A** *transitive, fere i. q. removere, differre* (*obi. e contextu intellecto l. 60*): **1** *vi locali*: VET. LAT. psalm. 108, 18 (cod. 400. *al.*) *peccator* dilexit maledictionem et veniet ei, et noluit benedictionem et -bitur ab eo (*gr. μακρυνθήσεται,* cod. 325 -bit, cod. 303 -vit, *Vulg.* elongabitur). TRACT. de indur. cord. Phar. 41 *deus* recedit ab eius *peccatoris* corde, qui dignus est -ari. PETR. CHRYS. serm. 71, 5 diabolus ... Christi regnum -at et absentat a nobis. PATRIC. epist. 15 *captivi* -ti et exportati in longa terrarum ..., ibi venundati ... sunt. APON. 3, 42 *consectator sapientiae* eam vix conspicit -tam. 8, 27. 8, 45 doctrina ... ab ... languoribus ... mentem ... -at. *al. apud eundem.* **2** *vi temporali*: VVLG. Ezech. 12, 25 quodcumque locutus fuero verbum, et fiet; non -bitur amplius (*sim.* 12, 28 [*l. 72*]). AVG. serm. 9, 2 quantumvis diem iudicii -a. PS. AMBR. paenit. 28 p. 1001^{A} *ne* conversionis nostrae consilium ... -emus. VAL. CEM. hom. 4, 7 debitum ... deo ... munus non est tempore -andum. INTERPR. cod. Theod. 1, 2, 5 moratoria praescriptio dicitur, quae causam -at. 2, 4, 4 si quis ... causae suae tempora speraverit -ari (-are *var. l.*). GREG. TVR. Franc. 6, 34 p. 305, 4. 9, 20 p. 440, 25 ut in Kalendis mensis IIII haec synodus -retur. REGVLA mag. 87, 75 *monachus absens a ceteris nihil suspicantibus* cottidie spectandus et -ando, *sc. inquisitionem,* ... tarde ... sequendus. *pro obi. est struct. verbalis*: VET. LAT. Iudith 2, 13 (cod. 131. *al.*) non ⌞-bis, ut facias⌟ ea (*gr. μακρυνεῖς τοῦ ποιῆσαι,* cod. 148. *al.* -bis facere).

B *intransitive, fere i. q. discedere vel abesse*: **1** *vi locali* (*cf. l. 45 sq.*): VET. LAT. IV Esdr. 14, 17 -vit (-bit, -bitur *var. ll.*) ... magis veritas et adpropinquavit mendacium. PS. PHILO antiq. 22, 3 -vit (-vit se *var. l.*) deus noster de viis nostris. APON. 2, 1 veluti -asse a se queritur Christum. 5, 4 cum ... aliquid ... neglegenter commiserit *ecclesia,* -atur ab ea *Christus*; quo -ante, adpropinquare necesse est inimicum. *ibid. ecclesia revocat* ad se *Christum* -antem (-tus, -at *var. ll.*). PS. FVLG. RVSP. serm. 68 ad aeternam patriam tendebant *martyres;* civitas -bat, et illi flebant, ut pervenirent ubi desiderabant. *al.* (*apud* APON.). **2** *vi temporali*: VET. LAT. Ezech. 12, 28 (Hier. epist. 147, 1, 5) non -bunt (-buntur *recc.*) amplius omnes sermones mei ..., quia loquar verbum et faciam (*gr. μηκύνωσιν,* VVLG. -bitur ... sermo).

deriv.: prolongatio. *Romero.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***prōloquium,** -ī *n.* *a* proloqui. *gen. sing.* -qui ARNOB. nat. 3, 44 (*cod. P manu pr. ut* 5, 3). *legitur apud* STILONEM, VARRONEM *et inde a* GELL.

i. q. actio proloquendi vel id, quod aliquis proloquitur: **1** *vi praeverbii communi, sc. cum respectu proferendi*: **a** *de sententia, assertione, placito sim.*: α *technice in arte dialectica significatur ἀξίωμα* (*cf. Chrysipp., Stoic. vet. frg. II n. 186. 193 sqq.; ad rem v. e. g. Pfligersdorffer, Wien. Stud. 66, 1953, 139 sqq.*): *titulus libri* STILONIS, *quem affert* GELL. 16, 8, 2 commentarium de -is L. Aelii ... studiose quaesivimus. *definitiones*: VARRO ling. frg. Gell. 16, 8, 6 -um est sententia, in qua nihil desideratur. GELL. 16, 8, 7 *ἀξίωμα* ..., sive id -um dicere placet, huiusmodi est: 'Hannibal Poenus fuit' ...; (8) quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a dialecticis *ἀξίωμα* appellatum est, a M. Varrone, sicut dixi (*v. p. 1733, 63*), -um, a ... Cicerone pronuntiatum (*v. p. 1929, 64*). PS. APVL. herm. 1 *v. p. 1917, 17.* MART. CAP. 4, 390 quod ... fuerit ex nominativo casu nominis et tertia verbi persona coniunctum, -um dicitur, ita ut iam necessario aut verum sit aut falsum aut dubium. BOETH. diff. top. 1 p. 1174^{C} propositio est oratio verum falsumve significans ...; haec et enuntiatio et -um nuncupatur. *exempla varia*: GELL. 5, 11, 9 in -o diiunctivo (*cf. 16, 8, 12* quod Graeci *διεζευγμένον ἀξίωμα,* nos disiunctum dicimus). AVG. dialect. 4 *pars quaedam dialecticae* vocatur de -orum summa (*de eadem*: MART. CAP. 4, 338. 343 *quartam partem* esse diximus de -orum s.; in ea quaeritur, quid sit sumptum, ... quid syllogismus *eqs.*). MART. CAP. 4, 391 (*distinguuntur* eloquia, *sc. quae affirmari aut negari non possunt, e. g. imperativus*). 4, 392 quod ... fuerit iunctum ex nomine et verbo (*cf. l. 17*), ... facit sententiam, sed non necessario facit -um, si nihil est quod iam et affirmari et negari potest. 4, 396 -a ... differentias habent binas in quantitate et qualitate; ... alia sunt universalia, alia particularia *eqs. et saepius apud eundem.*

β *de certis quibusdam sententiis*: Ⓘ *disputantium, disserentium*: ARNOB. nat. 3, 44 in unius -i finibus convenit vos stare nec per varias distractos ... sententias fidem ipsis rebus, quas struitis, derogare. 5, 3 '...'; inperfecta adhuc vox est neque plena -i circumscriptaque sententia. CLAVD. MAM. anim. 3, 8 p. 167, 21 tuomet veritatem -o docebere; nempe dixisti: 'si ..., ergo ...'. 3, 10 p. 170, 25 -i huiusce perplexum. PRISC. LYD. solut. 1 p. 47, 25 annon oportet tale -um prius accipere: '...'? Ⓘⓘ *praecipientium aliquid cum auctoritate: in iure* (*de rescripto imperatoris; addasne l. 47?*): AMM. 28, 1, 11 *princeps* uno -o in huiusmodi causas ... statuit tormentis affligi *reos.* 29, 1, 38 sub uno -o cunctos iubet occidi. *in religione christ.*: VINCENT. LER. comm. 25, 6 prophetarum et apostolorum -a. 29, 10 legis sacrae -a exposita sunt *per patres concilii.* CONC.^{S} II 5 p. 55, 6 haereses ... in divinae scripturae -a (-is *trad.*) putantur incumbere (*cf. e. g. 54, 31* inciderunt in divinum eloquium [*affertur psalm. 81, 5*]).

b *de modo proloquendi, elocutione sim.*: ARNOB. nat. 5, 37 p. 297, 2 hoc ... video communibus in -is promptum (*i. non allegorice; postea*: ad rerum simplicissimam dictionem). COMM. apol. 593 *causidici* legunt iura et discunt -a mira (*nisi trahas ad l. 37*). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 16 aperto -o manifestasti sententiam tuam. SIDON. epist. 4, 3, 9 *in hymno a Claud. Mam. confecto* excrescit amplitudo -i angustias *versus. technice in gramm.*: PRIMAS. in apoc. 5, 1 l. 24 septem modos ... -orum (*cf. postea*: septem ... modos locutionis ..., id est indicativum, pronuntiativum *eqs.*).

c *de sermone personae scaenicae eloquentis aliquid sibi ipsi* (*sc. et spectatoribus; cf. p. 1836, 41*): DON. Ter. Hec. 324 'cesso hinc ire intro': cultum (inc- *var. l.*) -um; sic autem agit poeta, ut ... maritus protinus ingrediatur. Eun. 539, 1 'heri ... coimus ...'; in hoc -o insinuatio personae eius est, cui *eqs.* (*vim temporalem praeparandi coll. l. 58 agnovit Blundell in comm. ad l., diss. ined. London 1987*).

2 *vi praeverbii temporali (vix addas l. 54 sq.); respicitur: praefatio*: PAVL. FEST. p. 226 prologium: principium, -um. *praedictio*: CASSIOD. Ios. antiq. 2, 229 *Moses* erat indubitanter secundum dei -um ... nimis industrius (*gr. πρόρρησιν. cf. promissionem dei 2, 215 sq.*).

***prōloquor,** -locūtus sum, -ī. *a* pro *et* loqui. NOT. Tir. 26, 15^{b} -itur. *de notione*: VARRO ling. 6, 56 is tum -tus (-tum *trad.; coni. alii alia*), cum in animo quod habuit extulit loquendo. GLOSS. -o⟨r⟩: *προλαλῶ.* -i: *φράζειν.* dicere (*gloss. Ter., cf. p. 1837, 7*). *legitur in versibus saepius apud scaen. vet. inde a* PLAVTO, *bis apud* SEN. *trag., ceterum singulis locis apud* PROP., PHAEDR., CE (*saec. I*^{1}), AVSON., COMM., *in prosa oratione fere singulis locis apud* SISENNAM, VARRONEM (*v. supra*), BELL. Afr. (*bis*), LIV. (*ter*), SEN. *rhet.*, AVR. *imp. et alios, sed septies invenitur apud* TAC., *paulo saepius apud* RVFIN. [*confunditur in codd. cum* praeloqui, *v. p. 693, 56 sq.* (*adde falsam var. l.* AVG. serm. 20, 5), *et* (per)loqui, *e. g. p. 1836, 51.*]

I *usu originario i. q. loquendo proferre* (*evanescente haud raro vi praeverbii*): **A** *de animantibus* (*fere hominibus; de fama p. 1836, 74, de bove p. 1837, 11; cum dat. e. g. p. 1836, 10 sq. 35, praepos.* adversum *p. 1836, 44. 48,* apud *p. 1836, 9,* in *c. abl. p. 1836, 14*): **1** *indicatur quid aliquis loquatur* (*sc. et res narranda, tractanda et ipsa verba sim. edenda*): **a** *per acc. obi.* (*saepe pron. vel adi. neutr.*): α *generatim*: PLAVT. Amph. 50 (*Mercurius in prologo*) quam rem oratum huc veni primum -ar, post argumentum huius eloquar tragoediae. 202 (*195* me ... praemisit ..., ut haec nuntiem) verbis quibus me deceat fabularier, prius ... volo hic meditari; sic hoc -ar: '...'. Aul. 138 decet te ... vera -i (Epid. 464 ver[b]a. EVSEB. GALLIC. hom. 10, 6. *cf. l. 12*). 210 sq. quaeso, quod te percontabor, ne id te pigeat -i. :: dum quidem ne quid perconteris quod non lubeat -i. Capt. 6 (*loq. Prologus*) is quo pacto serviat suo sibi patri, id ego hic apud vos -ar. 703 votuin te quicquam mi hodie falsum -i? (*cf.* Merc. 154 tibi ... facinus falsum -i. 209 parenti -i mendacium). BELL. Afr. 35, 3 *perfugae* petierunt, ut sibi liceret verba (*sunt qui coni.* vera) sine periculo -i (PANEG. 9, 6, 2 *meam* vocem caelestia ... v. et divina sensa principum -tam [*cf. 9, 11, 2* sacrae memoriae magister]. RVFIN. hist. 3, 7, 3 in auribus [*gr. φήσαντος*]. *cf. l. 36. p. 1837, 40; respicitur lingua*: CASSIAN. inst. 5, 33 *graeca* verba vel intellegere ... vel -i). LIV. 23, 5, 12 quod -i etiam piget, vesci corporibus humanis. TAC. ann. 14, 44, 1 ut non vox minax excideret, nihil per temeritatem -retur. ARNOB. nat. 1, 25 quid ... audetis ... -i, quid effutire? LACT. inst. 4, 26, 8 qui divina -i non potest (RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 8, 2 *ne* nos culpetis maiora et diviniora -entes [*Migne gr. 36, 440*^{B} *τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς*]; *cf. l. 13*). 7, 24, 12 ⌞quae⌟ poeta secundum ... Sibyllae carmina -tus est (⌞ ⌟ *sc. vaticinia Verg. ecl. 4, ut locum trahere possis ad IIB*). RVFIN. Clement. 2, 4, 4 ei *peccatori* aliquid de secretioribus ... divinae scientiae -i. 5, 1, 14 quae ne -i aut cogitare nobis fas est (*gr. λαλεῖν*). PS. CHRYSOST. hom. I 924^{A} in -enda ... sapientia. CONSVLT. Zacch. 2, 3, 3 quae in testimonium sui divinitas ipsa -ta est. ENNOD. dict. 12, 6 p. 462, 25 quod bene cor dictaverit, lingua -itur. *al. indicatur simul modus loquendi* (*cf. e. g. l. 62*): PLAVT. Amph. 248 *nihil* adhuc verborum est -tus perperam. Men. 252 non potuit paucis plura plane -i. Stich. 277 neque lubet nisi gloriose quicquam -i (*285* nuntiabo). TAC. ann. 16, 34, 1 ut coniectare erat ... auditis, si qua clarius -bantur. RVFIN. hist. 7, 7, 3 sermo ad me factus est, haec mihi evidenter -ens: '...' (*gr. διαρρήδην λέγων*). *al.*

β *speciatim respiciuntur*: Ⓘ *qui affectu moti vel exclamant vel loqui impediuntur* (*cf. l. 67*): ENN. scaen. 257 (*verba nutricis*) cupido cepit miseram nunc me -i caelo atque terrae Medeai miserias (*cf. Eurip. Med. 58 λέξαι*). TER. Andr. 256 obstipui; censen me verbum potuisse ullum -i? Phorm. 283 non potuit cogitata -i; ita eum ... obstupefecit pudor. SEN. contr. exc. 8, 6, 4 nec plura aut me -i aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. TAC. ann. 11, 20, 1 nihil aliud -tus quam '...' (*sim.* 11, 34, 1 non aliud ... quam). DON. Ter. Hec. 516, 2 'perii, quid agam? ...' haec -i oportet Myrrinam, ut *eqs.* BOETH. in herm. comm. sec. 1, 2 p. 56, 20 *voces,* quas nos in passionibus adfectibusque -imur vel edere animalia muta conantur. Ⓘⓘ *qui confitentur, profitentur* (*cf. p. 1837, 7*): ENN. scaen. 337 te ipsum hoc oportet profiteri et -i advorsum ⌞illam mihi⌟ (*fortasse corruptum*). COM. pall. inc. 30 artem ... -i, quam factites. SEN. Phoen. 262 (*loq. Oedipus*) -i hymenaeum pudet taedasque nostras (*postea*: facinus ... fare). VET. LAT. psalm. 31, 5 (Aug. serm. 29 A, 4. *al.*) -ar adversum me delictum meum domino (*gr. ἐξαγορεύσω, cod. 300 al.* pronuntiabo, *303 al.* eloquar, *Vulg.* confitebor). CYPR. epist. 38, 2, 1 quae *verba confessoris* Christi martyrium -ta sunt. HIL. coll. antiar. p. 169, 5 me veram fidem per hanc epistulam -i (loqui, per- *var. ll.*). *al.*

b *per praepos.* de (*iuxta pron.* RVFIN.; *cf. l. 23. p. 1837, 46*): PLAVT. Cist. 151 (*loq. Auxilium*) satin vix *anus loquax* reliquit deo, quod loqueretur loci, ita properavit de puellae -i suppositione. SISENNA hist. 108 de virtute eorum accusanda -i (-liqui *var. l.*) supersederunt. ARNOB. nat. 5, 40 p. 300, 5 de opere. RVFIN. hist. 3, 36, 11 quibus *verbis* haec de salvatore -itur '...' (*gr. διεξιών*). *al.*

c *per adv.* (*cf. p. 1837, 28*): PLAVT. Amph. 757 scio istaec facta proinde ut -or. LIV. 39, 15, 4 (*consul ad populum*) nec quid taceam nec quatenus -ar invenio. ARNOB. nat. 1, 24 ut verius -ar (*nisi ad a*). *al.*

d *per struct. verbales*: α *enunt. secund.: interrog.* (*iuxta pron. supra l. 9*): PLAVT. Cas. 873 audacius licet quae velis libere -i. TER. Hec. 646 nequeo satis, quam hoc mihi videtur factum prave, -i (*nisi est enunt. compar.; sed cf.* AVR. Fronto p. 26, 14 non satis -i possum, ut animum meum ... sustulerint *litterae tuae*). BELL. Afr. 44, 4 (*dux ad captivos*) quid sentiatis, -imini. PHAEDR. 3, 7, 1 quam dulcis sit libertas, breviter -ar. SEN. Phaedr. 996 vocem dolori lingua luctifica⟨m⟩ negat. :: -ere, quae sors aggravet quassam domum. *al.* quia: CAES. AREL. serm. 217, 1 *Iohannem baptistam* praedicemus dominicae adtestationis oraculo, -ente Christo, quia '... maior non est Iohanne' (*Matth. 11, 11*). β (*acc. c.*) *inf.* (*cf. p. 1837, 29*): LIV. 4, 2, 13 *ut* audeat Canuleius in senatu -i se ... dilectum haberi prohibiturum? GREG. TVR. Mart. 2, 32 audivi quendam ... -entem non potuisse fieri ut *eqs.* EPIST. pontif. 292 Migne 20, 486^{B} quod *schisma* per Hispanias latius in dies serpere ... fama -itur.

e *per orat. rectam* (*cf. e. g. l. 6. 39. 57*): PROP. 3, 13, 59 -ar – atque

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

utinam patriae sim verus haruspex –: frangitur ipsa suis Roma superba bonis; certa loquor (*praeter necessitatem ad II trahunt alii*). Tac. ann. 14, 8, 4 abeunte dehinc ancilla 'tu quoque me deseris?' -ta *Agrippina* respicit Anicetum. Favst. Rei. spir. 1, 13 p. 128, 27 patris persona -itur: '...'.

2 *absolute*: **a** *vario usu* (*addas p. 1835, 63*): Plavt. Trin. 162 ut occepisti, perge porro -i. Ter. Phorm. 861 quam ob rem? :: omitto -i; nam nil ad hanc rem est. Ad. 690 si te mihi ipsum puduit -i (*A,* dicere *cett.*). Pacvv. trag. 31 (*loco corrupto*) ⌞-i⌟ ... paenitebunt (⌞ ⌟ *Hermann,* prologo *trad., tuetur Lindsay tribuens Nonio p. 475, 18 contra illius morem afferendi*). Afran. com. 213 quid fles? ... -ere. Tac. hist. 1, 86, 1 (*inter prodigia*) -tum in Etruria bovem (*de miraculo ut*: Comm. apol. 630 *Simon magus* infantem fecit ... -i vulgo). Hier. epist. 125, 18, 2 ut eum putares singultire, non -i (prae- *var. l.*). Vvlg. Dan. 5, 7 -ens rex ait sapientibus: '...' (*item* 5, 10). Cassiod. Ios. antiq. 18, 347 p. 544 homini pro legibus paternis ... -enti (*gr. ἐκδικεῖν τοῖς νόμοις*). *al. opp. tacere* (*cf. p. 1836, 59*): Tac. ann. 3, 53, 3 mihi ... neque honestum silere neque -i expeditum (*fere item* Aster. ad Renat. l. 395). Gavdent. serm. 16, 3 nec potestatem silendi habens nec fiduciam -endi (*antea*: loqui ... tacere). Ven. Fort. vita Marcell. 1, 3. **b** *technice de parte artis dialecticae* (*cf. p. 1835, 6*): Avg. dialect. 4 illa *coniunctio verborum,* quae sic implet sententiam, ut de sententiis simplicibus iudicetur, vocatur de -endo (*disting. inter alia* de eloquendo *ut*: Mart. Cap. 4, 338. 4, 342 pars tertia de -endo; in ea quaeritur ... quae sint differentiae proloquiorum *eqs.*).

B *de rebus (partes actionesve animantium v. supra e. g. p. 1836, 13. 27. 31): de scriptis*: CE 2119, 6 (*saec. I*^{1}) ne terra aliena ignoti cum nomine obissent, hic titulus parvo -itur lapide (Petr. Chrys. serm. 154, 1 dominum praediorum ... liminibus adfixi tituli -untur). Priscill. tract. 2, 51 hereticum ... Hyginum ... vocans, sicut epistulae ... -untur. Conc.^{S} I 5 p. 292, 40 apostolum confessionis nostrae factum fuisse Christum divina -itur scriptura (*gr. I 1, 6 p. 135, 24 λέγει, cf. e. g. I 5 p. 284, 35* testatur). Cassiod. var. 2, 35 quod ... ad te destinata edicta -untur. *al. de cithara*: Cassiod. in psalm. 32, 2 l. 44 sonos dulcissimos percussa -itur.

*?***II** *usu deflexo, sc. vi praeverbii temporali, i. q. antea loqui, praefari, praedicere (dubitanter dedimus exempla potiora, quibus notio originaria minus apta videri possit*): **A** *spectat ad ordinem dictorum (usui suffragari potuit vox q. e.* prologus, *tamen vix est quod huc trahas* Plavt. *p. 1836, 3. 9. 54*): Symm. epist. 9, 40 circa nobiles ... personas plus debet esse moderaminis ...; hoc eo -or, ut interventum meum generalitate commendem; genus autem petitionis huiusmodi est *eqs.* Avg. c. Petil. 3, 27, 32 p. 187, 8 haec verba sua -tus est verba mea propositurus, deinde subiunxit: '...'. serm. 37, 1 iam quae sit ista mulier me -ente accepistis; videte etiam utrum me ⌞legente⌟ agnoscatis (⌞ ⌟ *sc. prov. 31, 10 sqq., quos versus expositurus sum*). Ps. Mvsa herb. Vett. l. 28 haec (diutius *add. rec. β*) -i non esse necessarium putavi. **B** *spectat ad futura (huc spectat fort. p. 1836, 21, sed vix p. 1836, 75*): Cassiod. in psalm. 63 l. 222 ipsum dominum audiunt de se futura -entem (*l. 216* ut ipse exponeret passionem suam). Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 6 p. 254, 6 *Iacob* prophetavit de eo *Christo* et ... manifestum in carne adventum eius -tus est (*postea*: pronuntiaverunt).

deriv.: prolocutio, prolocutor, proloquium. *Schröder.*

prōlub- *v. etiam* proluv-. **[prōlubīdo** *vix recte trad. l. 57.***]**

[prōlubidus *adi. cum* prolubium *coniungendum ut* cupidus *cum* cupido *vix recte coni. Thiele, comm. ad* Romvl. fab. 74, 11 rec. gall. (probanda *vel* prolivida *trad.*).**]** *Bk.*

prōlubium, (-ī) *n.* [*nomen actionis a* pro- (*incertae significationis*) *et* lub-/lib- *'diligere' compositum, non necessario a verbo* *pro-lubeo *sim. derivandum. Leumann, Gramm. 1977, 295 confert* pro-pudium, super-cilium *al. Fo.*] *de origine*: Varro ling. 4 frg. 5 -um (proluviem *codd.*) et [pro]lubidinem dici ab eo quod lubeat.

fere i. q. status animi eius, cui aliquid libet (trad. fere proluvium, *sed fragmenta scaenicorum corrupta citantur iuxta veriloquium ad* -lub- *spectans [l. 57] apud* Non. p. 64, 5 sqq.): **1** *-um causa agendi est (saepe actionum minus prudentium*): Naev. com. 31 et volo et vereor et facere in -o est (-vio *trad.*). Acc. trag. 105 muliebre ingenium, -um, occasio (-vium *trad.*). Trag. inc. 226 -um est petere amicitiam (-vium *trad.*). Laber. mim. 34 quo quidem me a matronali pudore ⌞-um meretricium⌟ progredi coegit (⌞ ⌟ -vium meretricis *trad.*). Gell. 4, 11, 10 Empedoclen ... a rei veneriae -o voluisse homines deducere (-vio *codd. et pars edd.*). 16, 19, 13 navitas -um ... audiendi *Arionem* subit. Apvl. met. 10, 21, 4 unguento fraglantissimo -um libidinis suscitaram. *respicitur actio largiendi*: Caecil. com. 91 quod -um, quae voluptas, quae te lactat largitas? Ter. Ad. 985 quod -um? quae istaec subitast largitas? (-vium *var. l. et gramm. p. 1840, 48. 1841, 36 sqq.; huc trahunt*: Don. -um Latine, quod Graeci *προθυμίαν,* id est promptus animus ad largiendum [-vium *codd.*]. Gloss. V 538, 48 -um: voluntas [-vium *cod.*]). **2** *transfertur ad gaudium ortum ex eo, quod libuit*: Gell. 5, 10, 12 (*discipulus ad Protagoram lege cum eo agentem*) maius mihi in ista victoria -um est, cum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco. *Holmes.*

[prōlūceo *perperam laudabatur olim e* Sen. dial. 8, 5, 4 *pro* produco.**]**

prōlūdium, -ī *n.* *a* proludere. [*perperam edd. vet. substituunt saepe* praeludium; *e coni. falsa* Tab. devot. Audollent 250 B, 13 *pro* pro(e)lium.] *i. q. prolusio: technice in re militari* (*cf. p. 1840, 32*): Amm. 14, 11, 3 inter cotidiana -a exercitūs. 16, 5, 10 exercere -a disciplinae castrensis. 23, 6, 83 -is (-laud- *cod.*) ... continuis rei castrensis et armaturae. *vario usu*: Amm. 28, 1, 10 cum ... multiformiter, quasi in -is (-dus *cod.*), negotium spectaretur (*sc. criminis inquisitio*). Clavd. Mam. anim. 3, 6 p. 162, 6 in angelorum statum ... inveheris et Gabrielum tibi quasi quoddam linguae -um deligis.

prōlūdo, -lūsī, -lūsum, -ere. *a* pro *et* ludere. Not. Tir. 50, 16^{b} (*uno tantum cod.*) -it *et* -sit. *de notione*: Varro ling. 6, 58 *in verbo q. e. 'pronuntiare'* pro idem valet quod ante, ut in hoc: -it (*ibid.* in proscenio). Gloss. prospicere seu promeditare. *cf. l. 39 sq. vocem exhibent singulis fere locis* Cic., Varro, Verg., Prop., Ov., Sen. *rhet.,* Sen. *trag. (quater) et philos. (ter*), Lavs Pis., Plin. *mai.,* Ivv. *al.; proxime accedit usus verbi q. e.* praeludere, *quod legitur inde a* Stat., *ut apud posteriores hic illic de vera lectione dubitare possis.* [*confunditur passim cum* praeludere, *maxime in codd. rec., quod infra negleximus, cf. p. 696, 19 sq.; depravatur in* perludere Prop. 4, 4, 19 Ov. ars 3, 515, procludere Sen. nat. 3, 28, 3.]

I *i. q. ludere prospiciendo in rem maiorem, sc. praeparando sim. (praeverbio non indicatur tempus, ante quod aliquid fit, sed quo lusio spectet [quod indicatur per dat. vel praepos. l. 37. 55. p. 1839, 2]; intransitive praeter l. 50. 70, pass. impers. l. 56. p. 1839, 4; saepius accedit abl. instr. vel praepos.* in, per, *v. e. g. l. 31. 45. 56. 62. p. 1839, 4*): **A** *de animantibus*: **1** *cum respectu pugnandi (in imag. l. 32. 33. 36. 54*): **a** *intransitive*: **α** *-unt qui initium capiunt actione leviore*: Cic. de orat. 2, 325 illa, *quae est in orationis initio,* prolusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus -serint, vel pugnare possint *oratores.* Ov. ars 3, 515 sic ubi -sit, rudibus ... relictis spicula ... promit acuta *Amor.* Flor. epit. 3, 22, 6 *bello Sertoriano* prima per legatos habita certamina, cum hinc Domitius et Thorius, inde Hirtulei -rent. Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 20 his *verbis* -serim, quasi de gradu primo (*in imag.; opp.* comminus dimicaturus). **β** *-unt qui se exercent: indicatur ad quid*: Verg. georg. 3, 234 (= Aen. 12, 106) *taurus* sparsa ad pugnam -it harena (Serv. Aen. praemeditatur. Clavd. Don. Aen. 12, 105 p. 565, 6 adhuc procul a periculo discretus verum -it ad bellum; -ere est ludendo imaginem quandam veritatis ostendere). Sen. Herc. f. 222 *Hercules infans* guttura *serpentium* elidens manu -sit hydrae. Phaedr. 1061 irae (*v. p. 979, 3*). Tro. 182 *Achilles* Threicia ... arma -ens tuis iam, Troia, fatis stravit. *exempla cetera*: Prop. 4, 4, 19 *Tarpeia* vidit harenosis Tatium -ere campis *et* ... arma levare. Lavs Pis. 87 levibus veluti -it in armis, compositisque suas exercet litibus artes. Avg. in psalm. 77, 9 l. 12 armis quasi -ere, et ad horam certaminis nolle pugnare. Drac. Romul. 5, 298 quem *virum fortem* praetextatum iaculis -ere iussi. 6, 14 quibus *armis* et -ere nostis et bellum, si tempus eget, perferre valetis.

b *cum obi. acc. rei, quae ludendo praeparatur, sc. proelium sim.* (*de* Ambr. off. 1, 10, 32 *v. p. 696, 64*): Heges. 3, 24 p. 229, 26 *equitatus* cedendo atque insequendo bellum -it (Ennod. opusc. 1, 83 p. 284, 6 pubem ... facis bella -ere). Ennod. opusc. 3, 32 p. 338, 25 intercessionum etiam tunc, *cum fuit diaconus,* certamina -bat *Epiphanius.*

2 *respectu vario*: **a** *indicatur ad quid (addidimus enunt. fin. l. 61*): Sen. suas. 6, 7 *proscriptionis* tabulā tuae, *Cicero,* morti -itur. Plin. nat. 37, 19 *in theatro suo Nero theatro* Pompeiano -it (*cf. l. 68*). Hist. Avg. Maximin. 19, 5 *Capelianus* militum animos sibi conciliabat, -ens ad imperium, si Maximinus perisset. Ivl. Sev. rhet. 1 p. 355, 7 quibus *praeceptis rhetorum* cotidie ad forensem campum adulescentia inbuta -it. Max. Tavr. 86, 3 illa *vulpes* ante -it, ut iugulet, hic *haereticus* prius blanditur, ut exspoliet. **b** *exempla cetera*: Sen. Med. 907 -sit dolor per ista *scelera leviora.* Tert. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 17 *ut homo* in ⌞magna⌟ tamquam in minore *mole* (*i. terra*) -ret atque proficeret et ... ad optimum ... promoveretur (⌞ ⌟ *sc. mole, vix acc. plur., ut spectet ad a; ceterum v. Braun, 1991, ad l. et cf.* Avg. divers. quaest. 53, 1 l. 29 quo *terreno regno* promisso tamquam parvuli -rent et ... inde proficientes ... auderent etiam sperare caelestia). Avg. civ. 2, 4 p. 57, 20 turpitudinem ... factorum scaenicos ipsos domi suae -endi causa coram matribus suis agere puderet. epist. 101, 3 volui per ista ... scripta -ere (*disting.* superna intima veritatis). *cum obi. acc. pron. neutr.*: Ambr. epist. 6, 32, 7 *de haereticis quibusdam* haec tecum -simus. Avg. c. acad. 2, 9, 22 satis sit, quod cum istis adulescentibus -simus, ubi libenter nobiscum philosophia quasi iocata est. Ennod. dict. 21, 14 p. 487, 1 -si in pace ante, quod pertuli *postea,* et ... indicio parsimoniae, qualiter inter hostes viveretur, agnovi.

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de rebus* (*cf. p. 1838, 62*): SEN. dial. 4, 2, 5 *quae legentibus contingunt, non sunt* adfectus, sed principia -entia adfectibus (*item accedit dat.*: epist. 102, 23 per has mortalis aevi moras illi meliori vitae longiorique -itur). nat. 3, 28, 3 (*de diluvio*) cum per ista (*sc. imbres immodicos*) -sum est, crescunt maria *eqs.* IVV. 5, 26 iurgia -unt (*29* pugna). *respicitur praefiguratio*: PAVL. NOL. epist. 24, 8 p. 207, 7 video ... nobis et in beato patriarcha Iacob huius expeditionis ordinem, *quo munera praemisit* (*gen. 32, 21*), -sisse (prael-, profuisse *var. ll.*).

II *i. q. ludere ostentando* (*sc. vi praeverbii locali tamquam de actore in spectatores verso, v.* VARRO *p. 1835, 15; cf. p. 1838, 40*): CLAVD. DON. Aen. 11, 510 p. 492, 21 ut *exercitus* -ere potius quam ad certamen exercendum venisse videretur (*antea*: ostentationis causa). HEGES. 5, 37, 2 p. 379, 6 *quidam victor* dum tripudiat atque exultat concussoque clypeo simul et gladio -it, *prosternitur.* COMM. instr. 1, 12, 13 *bacchantes* -unt fincto furore, ceteros ut fallant dicturos numen adesse.

deriv.: proludium, prolusio. *Banta.*

prōlūgēre dicuntur, qui solito diutius lugent PAVL. FEST. p. 226. *a* pro *et* lugere; *ad notionem praeverbii conferre possis* provivo. *Bk.*

***prōluo,** -uī, -ūtum, -ere. *a* pro *et* lavere. *de prosodia*: prō- *praeter p. 1840, 9. de notione*: GLOSS. -o: *καταχλύζω. καταπλύνω.* -it: *ἐπέκλυσεν.* perfundit, lavit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2320 inplevit. *al. legitur inde a* PLAVTO, CAES., VERG., HOR. [*confunditur in codd. e. g. cum* profluere CAES. civ. 1, 48, 2 FVLG. myth. 1 praef. p. 7, 18 (*restit.* PAVL. NOL. carm. 21, 716 [*p. 1727, 42*]; *dub. l. 52. p. 1840, 13*) *et* perluere APVL. met. 8, 8, 9 CLAVD. carm. min. 40, 16. *al.* (*falsa var. l.* OV. fast. 4, 778. *al., v. vol. X 1, 1521, 18 sq.*). *e suppl. dub.* INSCR. Afr. Cagnat 273a (*saec. IV*) *canales* hu⟨more supe⟩rfluo ⟨ma⟩gis flebant quam prol⟨ue⟩bant. *e coni. dub.* TERT. adv. Iud. 13, 12 verbo divino ⌞probati⌟ (⟨non⟩ -ti *Kroymann*).]

fere i. q. (profusione larga) lavere, rigare (*notio lavandi sub Ibβ illustratur, ceterum p. 1840, 3. 6. 9 et fortasse l. 34. 42; liquor saepius indicatur per abl. instr., per subi. e. g. l. 45. 52. 60, per obi. int. sub 3*): **1** *obi. indicat res vel animantes, qui afficiuntur umore* (*fluxu l. 65*): **a** *respiciuntur bibentes* (*in imag.* ARNOB., PAVL. NOL.): PLAVT. Curc. 124 (*servus anui bibulae*) age, effunde hoc cito in barathrum, propere -e cloacam. VERG. Aen. 1, 739 *Bitias* impiger hausit spumantem pateram et pleno se -it auro ([SERV. auct. bibendo profudit. *inde* MACR. Sat. 7, 1, 14]. *item reflexive*: COPA 29 aestivo recubans ⌞te⌟ -e vitro [⌞ ⌟ nunc *trad.*]. PRVD. c. Symm. 1, 126 MART. CAP. 8, 804). HOR. sat. 1, 5, 16 cantat amicam multa -tus vappa nauta atque viator certatim (SCHOL. '-tus' plenus. *item passive*: PAVL. NOL. carm. 27, 293 quo *salutis calice* me tua dextra propinet, *Christe,* ut sacro mortis pretiosae -ar haustu). 2, 4, 27 (*praecepta epulandi*) vacuis committere venis nil nisi lene decet; leni praecordia mulso -eris melius, *sc. quam Falerno* ([SCHOL. profuderis, irrigaveris]. *item -untur partes corporis*: PERS. prol. 1 *non* fonte labra -ui caballino [*i. ἱπποκρήνη*]. FRONTO p. 58, 12 fauces -ere. ORIENT. comm. 1, 549 -it ora ... liquor. *cf. imag. l. 34*). ARNOB. nat. 3, 36 quibus *suppliciis* sitim soletis vestram nostri sanguinis adpetitione -ere.

b *respiciuntur varia* (*addere possis l. 27*): **α** *qualibet ratione madefaciendi: per aquam*: EPICED. Drusi 230 *Tiberis* sustentabat aquas ..., ut posset toto -ere amne rogum. APVL. mund. 34 p. 364 audimus ... abruptis imbribus -tas totas esse regiones (*nisi ad 2a; gr. 400a26 κατέκλυσαν*). NEMES. auc. 2, 5 *scolopax* sub aggeribus primis, qua ⌞-it⌟ humor, pascitur (⌞ ⌟ *sc. aggeres, si recte trad.*; profluit *Ihm*). CLAVD. 7, 177 (*ad imperatorem sidus factum*) te tuus Oceanus ... excipit et notis Hispania -it undis (*cf.* rapt. Pros. 2, 189 vetito se -it Arctos aequore. carm. min. 30, 53. 40, 16). PAVL. NOL. epist. 8, 3 vers. 82 (*in imag.*) quid ego adfundam rorans tibi paupere rivo? me praeter gemino flumine *amicorum* -eris (*cf. p. 1727, 42*). *per alia*: SIL. 17, 299 (*Hannibal suis militibus*) Gracchus ... cadens tibi -it ensem (*sc. sanguine ut*: STAT. Theb. 8, 711 saucia *Tydeos* -it ater pectora permixtus sudore et sanguine torrens. TERT. apol. 9, 5 *Romani Iovem* ludis suis humano sanguine -unt. *al.*). CLAVD. 5, 471 turris ... sinistrum -it igne *Phlegethontis* latus. PAVL. NOL. epist. 40, 4 David ... *non* tantum genas ..., sed et totum corporis stratum lacrimis exundantibus -bat (*sec. psalm. 6, 7* 'in lacrimis meis stratum meum rigabo'). **β** *purgando (accedit abl. rei ablatae l. 68): respicitur profluvium ventris*: COLVM. 7, 3, 25 pruinosa herba pecudi ... ventrem ... -it. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 159 *aeger erit* -endus ... clystere. *exempla cetera*: APVL. mund. 23 p. 341 *terra* imbribus ... madefacta ... pestifera contagione -itur (*gr. 397a34 ἀποκλύζεται πάντα τὰ νοσώδη*). PAVL. dig. 8, 2, 28 foramen ..., quod esset -endi pavimenti causa. SEDVL. op. pasch. 4, 7 fletu -ere ... pedes *Iesu.*

2 *obi. indicat ea, quae auferuntur (cum abl. separ. p. 1840, 9); -unt aquae sim.*: **a** *secum aliquid abstrahentes*: CAES. civ. 1, 48, 2 *tempestas* ex omnibus montibus nives -it. VERG. georg. 1, 481 -it insano contorquens vertice silvas fluviorum rex Eridanus. Aen. 12, 686 veluti montis saxum de vertice praeceps cum ruit avolsum vento, seu turbidus imber -it, *eqs.*

COLVM. 2, 17, 5 in resoluta humo non expedit inducere maiorem vim rivorum ..., quoniam impetus aquarum -it terram. APVL. met. 8, 8, 9 (*umbra ad viduam*) vulnera illa, quorum sanguinem tuae lacrimae -erunt (*per- cod. F et pars edd.*). 9, 38, 10 *pater, sicut antea filius,* iugulum sibi ... contrucidat, quoad super mensam cernulus corruens portentuosi cruoris maculas novi sanguinis fluvio -it. FVLG. myth. 1 praef. p. 7, 18. *in imag.*: GELL. 2, 24, 11 *cum prodigi* familiam pecuniamque suam prandiorum ... gurgitibus -issent (*fort. sublucet etiam notio bibendi, cf. 1a*). CARM. de resurr. 390 -atur pectore culpa. *?***b** *ex se aliquid eicientes*: VERG. georg. 3, 543 maris immensi prolem ... litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus -it (*nisi ad 1b, sc. indicato loco, ubi naufraga alluuntur*).

*?***3** *obi. indicat ipsum fluctum, qui profluit* (*sc. acc. int.*): OPT. PORF. carm. 19, 7 versificas Helicon in gaudia -at undas (profluat *L. Müller, v. p. 1729, 53*). SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 2 lacrimosis lemmatibus iam perorat adfectus animi sui cum varia miseratione -ens (provolvens *Mai,* promens *Madvig*).

deriv.: proluvies, proluvio; *cf.* proluvium. *Romero.*

prōlūsio, -ōnis *f.* *a* proludere. [*confunditur in codd. cum* praelusio *l. 24* (*de* MACR. Sat. 7, 5, 4 *v. p. 697, 43*).]

i. q. actio proludendi, qua praeparantur vel incipiunt quaedam maiora: **1** *pugna, certamen sim.*: **a** *litigantium, disputantium*: CIC. div. in Caec. 47 sin mecum in hac -e nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? (*explicat* SERV. *supra p. 699, 35*). de orat. 2, 325 *v. p. 1838, 30* (propulsio, praelusio *var. ll.*). PANEG. 9, 2, 3 ibi (*in schola*) -o, hic (*in foro*) pugna committitur. DON. Ter. Phorm. 228 ('*opus est oratione* meliore et callidiore') quia tunc -o fuit, nunc ipsum proelium. ENNOD. opusc. 3, 151 p. 370, 11 intra penetrale pectoris certaminum se -e firmabat *ad respondendum.* **b** *militum*: SERV. Aen. 5, 138 ('corda pavor pulsans *eqs.*') istae sunt bellorum -es (HEGES. 3, 8, 1 [*antea*: vastabant omnia *eqs.*] haec -o quaedam belli facta, antequam Titus veniret). VEG. mil. 1, 13, 3 milites, qui parum in illa -e profecerant (*technice de exercitii genere ut*: 2, 23, 4 servare ordines discunt et vexillum suum ... in ipsa -e comitantur. *cf. p. 1838, 6*). **c** *obluctantium animi vitiis*: CASSIAN. conl. 19, 14, 4 (*verba se obiurgantis*) quomodo ... patientia tua levissimi verbi -e confusa est?

2 *varia, sc.: carmina maiora*: DIOM. gramm. I 512, 27 *metrum* Priapeum, quo Vergilius in -bus suis usus fuit. *cognitio dei*: RVFIN. hist. 1, 2, 23 *ut homines ad societatem instituti* huiuscemodi consuetudinis -e praemissa apti ... ad divina fierent instituta.

[prōlūsōrius *non exstat nisi falsa var. l. p. 697, 54 et in edd. vet.* VLP. dig. 49, 1, 14 pr., *v. vol. X 1, 1522, 10.*] *Banta.*

***prōluviēs,** -ēī *f.* *a* proluere. NOT. Tir. 82, 27^{a} -s. *scribitur* -lub- *saepius in codd. medii aevi* (*scripturam* -luv- *testatur* CASSIOD. gramm. VII 182, 8). *de formis: leguntur tantum nom., voc., acc., abl. sing.* (*gen. sing. testatur* CHAR. gramm. p. 46, 1 -ei). *de notione*: NON. p. 373, 11 -s et illuvies significantiam habent parem; est enim immunditia (*affert* VERG. *l. 68*). p. 373, 20 -s: profusio (*affert Ter. p. 1837, 70 sec. falsam var. l.* proluvium, *ut* SERV. auct. Aen. 3, 217 aliquando '-s' sola effusio ..., aliquando pro aquis multis ponitur). GLOSS. -s: *κοιλίας ἔκχυσις.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2324 purgatio. 2325 egestus (-as *trad.*) corporis. 2326 squalor. 2330 decursus. *al. legitur inde a* LVCR., CIC. [*confunditur in codd. maxime c.* profluvies, *v. p. 1730, 22.*]

1 *notione originaria i. q. actio proluendi vel id quod proluitur, sc. effusio copiosa, profluvium*: **a** *aquae*: LVCR. 5, 950 fluenta ... -e larga lavere umida saxa. CIC. ad Q. fr. 3, 5, 8 Romae et maxime in Appia ad Martis mira -s (illuvies *var. l.*). PS. LACT. PLAC. fab. OV. 1, 7 cum ... Deucalion ... ac Pyrrha ... Parnaso monte -em imbrium effugissent.

b *sordium sim., quae fluunt e corpore animantium*: **α** *proprie*: Ⓘ *ex alvo*: LVCR. 6, 1200 ulceribus taetris et nigra -e alvi ([*cf. Thuc. 2, 49, 6 διαῤῥοίας ... ἀκράτου*]. COLVM. 12, 38, 1 ad tormina et ad a. -em). SOL. 2, 48 *aves* levaturae alvum adversis flatibus subvolant, quibus -s longius auferatur. ARNOB. nat. 2, 39 ut *divinae animae huc missae* ... feminarum ex genitalibus prosilirent, ... exsugerent fellitantes mammas, -e linerent et madidarent se sua. 4, 23 omnis illa -s intestinorum sub involucris constituta. 5, 23 Iovem *forma tauri praeditum* ... caudam ... molli fimo perlitum atque intestina -e delibutum. 7, 17 imponerent *altaribus* canes ossa, *si deos adorarent,* et humani stercoris -em concremarent. *al. apud eundem.* ventris: VERG. Aen. 3, 217 *Harpyiis* virginei volucrum vultus, foedissima v. -s (SERV. sordis effusio. *huc spectant etiam l. 46. 50. al.*). COLVM. 6, 7, 1 torminum vitium, quorum signum est cruenta et muccosa v. -s. (*inde* PALLAD. vet. med. 7, 2 [profluvies *codd.*]). 6, 7, 4 si *non* ... v. erit citata -s (*inde* PALLAD. vet. med. 7, 6 VEG. mulom. 4, 4, 11). 8, 3, 9 avis -e v. cibos ... conspurcat. SOL. 40, 11 *bonasus fugiens* -e citi v. fimum *causticum* egerit. Ⓘⓘ *ex utero*: STAT. Theb. 1, 618 *monstro occiso* iuvat ire et visere iuxta liventis in morte oculos uterique nefandam -em et crasso

[Romero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

squalentia pectora tabo (*fort. voce* ventris *p. 1840, 69 aliter intellecta, nisi ad p. 1840, 59 sec.* SCHOL. cadaveribus humanis uteri confectam -em).

β *translate, fere i. q. immunditia, labes* (*cf. p. 1840, 46. 50; huc fort. p. 1840, 67*): ARNOB. nat. 4, 21 his in lucem prodeunt generationibus dii vestri, ... quibus immunda haec omnis conceptatur et genitur terrenarum -s bestiarum? CLAVD. 5, 499 *Rufine,* superum labes, ... insatiabilis auri -s pretioque nihil non ause parato (*nisi coll. p. 1839, 35 ad 2b*). Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 27, 4 *tu, qui carnis resurrectionem negas,* vituperas et angelos, qui filias hominum adamantes caelestium corporum maiestatem terrena -e polluerunt? (*v. gen. 6, 2 et 4*). 1, 28, 3 priusquam pro mundi -e patibulo figeretur *Christus.*

2 *notionibus deflexis in explicatione prava grammaticorum*: **a** *i. q. crassitudo ventris*: CHAR. gramm. p. 46, 1 -s *προγαστρότης.* SERV. auct. Aen. 3, 217 (*v. p. 1840, 68*) vitavit ne diceret stercus; ... nimiam edacitatem ostendit; et quidam volunt '-s', cum stercus ventris significet, a Vergilio hoc loco figuram ventris significatam; ergo †quasis annosum† et panticosum ventrem. **b** *i. q. aviditas edendi vel bibendi* (*cf. l. 14; addasne l. 6?*): GLOSS.^{L} I Ansil. VE 215 ventris -s ab stercoris fluxu dicitur; -s autem vel capax av⟨i⟩dita⟨s⟩ faucium vel fluxus ventris intelligitur: nam omnis humor intra corpus -s dicitur (*affert Verg. p. 1839, 35*).

deriv.: proluviosus.

prōluvio, -ōnis *f.* *a* proluere. *i. q. exundatio, sc. saxorum liquefactorum*: APVL. mund. 34 p. 364 scaturrigines quaedam ac -es easdem strages, *sc. conflagrationes,* dederunt; sic ex Aetnae verticibus *eqs.* (*gr. 400a30 sqq. φλόγες ... ἐκφυσήσασαι. inde* AVG. civ. 4, 2 p. 148, 5).

prōluviōsus, -a, -um. *a* proluvies. *i. q. plenus proluvie, immundus sim.*: FVLG. serm. ant. 31 ⟦Quintus Fabius Lucullus⟧ in epico carmine ait: 'vilissimum ramentum, -a pestis' (pluviosa *var. l.*; ⟦ ⟧ *ignotus, nisi fictus, cf. Pizzani, 1968, ad l.*). *Romero.*

prōluvium, (-ī) *n.* [*iuxta* proluvies *item atque* diluv-ium : -ies; *cf. etiam* al-, col-luvium. *Fo.*] [*saepe falso trad. pro* prolubium, *v. p. 1837, 59.*] *fere i. q. proluvies:* ?**1** *respicitur immunditia sim.* (*si recte trad.; vix huc* GELL. *p. 1837, 66*): AMBR. virg. 1, 4, 18 (*de femina, quae tyranni tormentis restitit, sed praeceptum virginitatis neglexit*) eadem ... forti animo, sed tumenti utero, exemplum taciturnitatis et -um castitatis (*exspectes* propudium *sim.*). **2** *in explicatione falsae var. l. p. 1837, 71, respicitur effusio larga, profusio* (*cf. Non., Serv. p. 1840, 71 sq.*): EVGRAPH. Ter. Ad. 985 ⟨-um⟩ dicitur ultra naturalem mensuram alicuius rei abundantia. SCHOL. Ter. p. 162, 9 -um est effusio sordium et ponitur pro largitate. *Holmes.*

prōlytae, (-ārum) *m.* *appellatio est eorum, qui quinto anno studiis iuris legumque dediti sunt*: DIG. de conc. dig. 2, 5 *si* in quinti anni, quo -ae (-lut- *F*^{1}) nuncupantur, metas constitutionum codicem ... intellegere studeant (*distinguit λύτας, v. vol. VII 2, 1952, 47 sqq.*). *a* pro *et* lytae *sec.* proconsul *sim., ni fallimur, ut significentur ii, qui non iam lytae sunt (v. Stowasser, Dunkle Wörter, 1890, XVII); compos. gr. προλύται subesse putant plerique postulantes notionem miram q. e. lytae provecti, sc. doctiores* (*formationis lat. fortasse indicium est scriptura codicis litteris gr. exhibens λύτας, sed lat.* -ae).

?**prōma** *v.* promus. *Bk.*

⁂**prōmagister,** -trī *m. et iunctura* ⁂**prō magistrō,** *unde ortum est compositum* (*cf. e. g.* proconsul). *scribitur* pró mag- *l. 58.* -mac- *l. 59, cf. l. 65*; pitomag, *sc. per errorem transcribentis,* ACT. Arv. a. 240 (Gordon, Album n. 288) I 33. *abbreviatur* promag *vel* pro mag ACT. Arv. a. 69 (CIL VI 2051) I 41. 47. a. 81 (CIL VI 2060) 41. *et saepius in* ACT. Arv., *ceterum e. g. l. 74. p. 1842, 41* (*plur.* promagg *v. p. 1842, 37*), promagist *vel* pro magist *p. 1842, 7. 21. 37. de formis plenis in titulis: iunctura* pro magistro (*etiam scriptura continua*): ACT. Arv. a. 35 (CIL VI 2025) II 5 pró magistro (*loco nom. sing., ut*: a. 39 [CIL VI 32346] e 5 promacistro. e 11. *al. in* ACT. Arv., *ceterum p. 1842, 38*). *compos.* -r (*etiam* pro mag-): *nom. sing. p. 1842, 18. 33. al. in* ACT. Arv.; *gen. sing. p. 1842, 24; acc. sing. p. 1842, 28; nom. plur. p. 1842, 11; ambigue iuxta dat. e. g. p. 1842, 33. legitur iunctura apud* CIC. *et in titulis, compositum in titulis tantum; abiit in gr. προμαγ(ίστρῳ)* CIL VI 31747 (*saec. III*). [*restituitur locis mutilis p. 1842, 9. 16. al.; incertum, num recipiendum sit* promac CIL XII 3306, 1.]

i. qui loco magistri est, eius munere fungitur (*sc. praepositus collegio sim. vel rebus curandis; non huc spectant talia qualia p. 1429, 4. adhibetur praedic. sub 1a, ceterum refertur ad nomen vel pronomen vel per se ponitur*): **1** *in exigendo vectigali sim.*: **a** *in libera re publica* (*spectat ad societates publicanorum*): CIC. Verr. II 2, 169 in scriptura Siciliae pro magistro est quidam L. Carpinatius. Att. 11, 10, 1 P. Terentius ... operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit (pro mag(n)o *codd.; sim. de eodem* fam. 13, 65, 1). **b** *aet. imperatorum*: CIL III 14195^{4}, 1 sq. (*a. 104*) ⟨C. V⟩ibius ... Salutaris promag portuum ... Siciliae item promag frumenti mancipalis (*sim. in ceteris tit. eiusdem, v. p. 65, 54 sqq. vol. VI 1, 1417, 43 sq.; gr. resp. ἀρχώνης*). XII 671, 4 (*saec. II in.? v. Pflaum, Les carrières procur. équestres, 1960, 118 sqq.*) pro mag f⟨err(ariarum)⟩. INSCR. Ephes. Wankel 517 (*saec. II in.; sim. de eodem* 3045 = Année Épigr. 1924 n. 80) ⟨Crispinus pr⟩omag du⟨u⟩m ⟨p(ublicorum) XXXX⟩ p(ortuum) A(siae) quater et XX lib(ertatis) ter ([*gr. ἀρχώνης*]. INSCR. lat. Corinth. ed. Kent p. 47 n. 100 [*a. 114/6*]). CIL VI 1620, 10 Flaviano ... -o XX hereditatium (*saec. II ut*: IX 5835, 9 Q. Plotio Maximo ... proc(uratori) Aug(usti) pro magist XX h. [*sim. de eodem* 5836, 7]. *al.; cf.* VIII 20684, 4 [*saec. II?*] Annio Postumo ... proc(uratori) vicesima⟨e promag⟩istro [*v. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten, 1905*^{2}*, 103 adn. 3; cf. infra l. 46*]. XIII 1810, 9 [*saec. II*^{2}] *cuidam* -o h.). INSCR. Afr. Cagnat 257 *quidam* -i soc(iorum) IIII p(ublicorum) Afric(ae).

2 *in administranda re sacra*: **a** *apud fratres Arvales* (*exempla selecta, v. quae collegit Scheid, Comm. Fratr. Arv., 1998, 377; ad rem v. Paladino, Fratr. Arv., 1988, 52 sq.*): ACT. Arv. a. 16 (Année Épigr. 1947 n. 52) 2 sequeretur eum M. Caecilius Cornutus pro ⟨magistro⟩ (*nisi* -r). a. 35 (CIL VI 2025) II 5 idem pró magistro ... ⟨b(ovem) m(arem)⟩ immolavit (a. 38 [CIL VI 2028] a 17 -r. *et saepius*). a. 38 (CIL VI 2028) c 22 Corvinus -r ... sacrificium ... fecit. a. 39 (CIL VI 32346) g 10 ⟨f⟩lamen et pro magistro. a. 69 (CIL VI 2051) I 47 mag(istro) imp(eratore) M. Othone ... promag L. Salvio Othone Titiano. a. 155 (CIL VI 2086) 61 per *quendam* ... ⟨pro⟩magist et publicos fratrum Arvalium (a. 213 [*ibid.*] 3 per ... Peregrinum praet(orem) pro mag, ... Silianum pro flamine. *al.; addas l. 27. 29*). 66 ex litteris ... Aproniani -i. a. 218 (CIL VI 2104) a 25 ante aedem ... promag et flam(en) sacr(um) fecer(unt). *et saepe in* ACT. Arv. *indicatur, cuius vice quis fungatur*: ACT. Arv. a. 40 (CIL VI 32347) 3'⟨pro⟩ magistro magisterii ⟨P. Memmi Reguli⟩ (*suppl. Huelsen, ut ibid.* 11. 20). a. 81 (CIL VI 2060) 34 per -um L. Pompeium ... Celerem C. Iuni Mefitani (*sim. c. gen. nominis magistri ibid.* 41). a. 213 (CIL VI 2086) 26 per ... Peregrinum promag vice Flavi Alpini mag(istri) collegi (a. 240 [Gordon, Album n. 288] l 9). **b** *in aliis collegiis*: INSCR. Année Épigr. 1947 n. 2 (*Samothraciae, saec. I*) m⟨ystae pii⟩ L. Arrunti⟨us ...⟩ promag⟨...⟩. CIL VI 2120, 28 (*a. 155*) Iubentius Celsus -r (*pontificum, ut*: 1422, 6 [*saec. II?*] L. Fulvio ... pontifici -o. X 1125, 12 [*post a. 337*] *cuidam* pontifici Vestae ... et in collegio pontificum -o. VI 32422, 7 [*a. 364*]. 1700, 7 [*saec. IV*] *cuidam* pontifici maiori -o iterum. *huc spectat fortasse tit. mutilus* CIL VI 36952 b 5 [*saec. III?*] promagg). X 6422, 6 (*a. 213*) Servius ... Dexter promagist aram ... restituit (*apud quindecimviros sacris faciundis, ut*: 3698, 28 [*a. 289*] Pontius ... pro magistro suscripsi).

3 *in rebus privatis*: CIL VI 9289, 2 Panclis cub(icularii), aed(ilis) et ex d(ecreto) d(ecurionum) pro mag i(uri) d(icundo) ossa hic sita sunt.

?f. prōmagistra *v. p. 1909, 34.*

deriv.: promagisterium.

prōmagisterium, -ī *n.* *a* promagister. *i. q. munus promagistri*: CIL XIV 5352, 5 (*post a. 117*) ⟨Pos⟩tumo ... ⟨pr(ocuratori) a⟩nnonae, proc(uratori) ⟨pro⟩magisteri XX hereditatium (*respici vid. idem qui l. 9*). VI 2158 (*saec. IV ex.?*) mansiones ... reparaverunt pontifices Vestae ... -o Plotii Acilii.

?**prōmagistra** *v. p. 1909, 34.* *Delhey.*

prōmagistrātus: *ἀντάρχων. ἄνταρχος* GLOSS. *subst. compos. masc. a iunctura* pro magistratu (*v. vol. VIII 95, 14 sqq.*).

prōmāno, -āre. *a pro* et manare. *inter verba coniug. primae* CHAR. gramm. p. 474, 8 -o *ῥέω. i. q. foras manare, profluere*: GALEN. alfab. 196 (de opio) lacticulum, quod -at. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 15 *visus animi* in ... radios porro usque -ans.

promanteusis *f., προμάντευσις* (*quod apud auctores gr. non legi videtur*). *i. q. praedictio, vaticinium*: SERV. Aen. 4, 691 'ter revoluta toro est': aut 'saepius' aut -is est propter bella Carthaginis (*sim.* SERV. auct., *qui addit* praesagium). COMMENT. Lucan. 3, 6 ('litora numquam ... reditura') proma⟨n⟩te⟨u⟩sis (*litt. gr. ed. Usener*).

?**prōmarīnus,** -a, -um. *per hypostasin q. d. a* pro mari *sec.* 1. marinus (*nisi per confusionem praeverbiorum pro* permarinus *traditum est*). *-i appellantur dei, qui pro mari navigando curam gerunt*: AVR. Fronto p. 43, 13 deos ... viales et ⟦-os⟧ votis inploro, uti mihi omne iter tua praesentia comitatum sit (⟦ ⟧ perm- *Hudemann haud inepte sec. t. t.* Lares viales *et* permarini, *v. vol. VII 2, 965, 51 sqq. X 1, 1535, 20 sqq.*).

[**promaritima:** saegesetu (*anglosax.*) GLOSS. *falso tradi pro* per maritima *ex* OROS. hist. 3, 6, 4 *vidit Lindsay, The Corpus, Épinal ... glossaries, 1921, 29; v. etiam* GLOSS.^{L} Corp. P 599.]

promātertera (prō-*?*), -ae *f.* *a* pro *et* matertera. *cognationis appellatio*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 quinto gradu ... *est* -a ... id est proaviae ... soror (PAVL. sent. 4, 11, 5 FRG. de grad. cogn. 7. INST. Iust. 3, 6, 5 [*vertit Theophil. μείζων θεία πρὸς μητρός*]. ISID. orig. 9, 6, 27. GLOSS. [aviae *var. l.*]). 38, 10, 3 pr. -ae filius, filia (*item* PAVL. sent. 4, 11, 6 FRG. de grad. cogn. 8). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 p. 357, 6 (*syn. ibid. p. 357, 3* matertera

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maior). 38, 10, 10, 18 p. 361, 7 avi aviaeve ... -a. ISID. orig. 9, 6, 28 stemma 1 *et* 2 *et* 3. *laxius de proamita*: PAVL. sent. 4, 11, 5 (*v. p. 1442, 66*) sorror proavi ... materni (GLOSS.^{L} V Aa P 1428).

[prōmatum: lectorum GLOSS. *falso trad. pro* stromatum (*e* RVFIN. hist. 3, 29, 1, *v.* GLOSS. V 418, 26. 426, 68 *et cf. Lindsay, loco cit. [v. p. 1842, 68], 22*).]

promēcēs *adi., προμήκης. t. t. arithm.*: BOETH. arithm. 2, 31, 7 quos *numeros* ˹-es˺ vocant, id est anteriore parte longiores (*trad. litteris lat.*; -(i)is, *i. -εις, var. ll.; dub. an recte formam lat.* -es *praetulerint edd., cum ibid. opponatur ἑτερομήκεις. ad rem v. vol. VI 3, 2670, 83 sqq.*).

prōmeditor, -ātus sum, -ārī *et* promedito, -āre (*cf. vol. VIII 574, 52 sqq.*). *a* pro *et* meditari (meditare). *i. q. meditando prospicere*: VEN. FORT. carm. 4, 7, 12 *episcopi defuncti* vox suavis *erat,* legem -ta dei (*sunt qui coni.* prae-). GLOSS. -are: prospicere (*v. etiam p. 1838, 16*).

?**prōmedium** *v.* promerium.

promeleto, -āre, *προμελετάω* (*sed cf.* meleto *vol. VIII 574, 38. 58 sq. 61 et* com-, praemeleto). *i. q. praemeditari*: VET. LAT. Luc. 21, 14 (cod. 5) *in iudicium adducti* ponite ... in cordibus vestris non -antes respondere: ego enim vobis dabo os (*gr. et alias vers. v. p. 700, 4 sqq., cf. ibid. 2 sq. 64 sqq.*).

prōmello, -ere. [*sunt qui conferant cum gr. μολεῖν, sed parum constat adhuc de forma. Fo.*] PAVL. FEST. p. 252 -ere litem: promovere. *contra usum sollemnem verbi promovendi viri docti postulant notionem q. e. protrahere, differre, ut* -ere *cum gr. μέλλειν coniungi possit; sed parte superstite cod. F* FEST. p. 253 *trad. haec*: promel⟨lere ...⟩ri lituum pro vere⟨...⟩; *lemma sumptum esse e* MESSALLA ausp. *vidit Reitzenstein, Verrianische Forsch., 1887, 50; Verrius igitur non de lite, sed de lituo promellendo (sc. ad designanda spatia caeli) egisse videtur.*

[prōmemoria *f., compos. a* pro *et* memoria *vix recte laudatur e cod. F* VVLG. Philem. 4, *ubi* pro *postea deletum spectavit fortasse ad additamentum* pro vobis (*v. e. g. Hier. ad l. p. 608*^{A} *cum app. crit.*).]

prōmenervo, -āre. [*ab adi.* *menerṷo- < *menes-ṷo- *'gnarus', cuius forma fem. est* Minerva < Menerva; pro-menerv-are *'aliquem antea gnarum facere'; v. Rix, Atti ... in onore di M. Pallottino, 1981, 121. Fo.*] FEST. p. 205 -at item (*i. in* CARM. Sal.) pro monet (*an* promonet? [*cf. e. g. ibid.* praeceptat, in Saliari carmine est, saepe praecipit]. *cf. Paul. Fest. p. 123* Minerva dicta, quod bene moneat).

prōmentārius, -a, -um. [*a part.* promens (*a* promere), *formatione rara, de qua vix recte dubitat Szantyr, Glotta 45, 1967, 111. Fo.*] *i. q. ad promendum pertinens, non nisi pro subst.: masc. de promo*: GLOSS. -us: *ταμιοῦχος* (*in serie ministrorum*). *neutr. de cella*: GLOSS. -um: *ταμιεῖον.* prumptuarium. NOT. Tir. 100, 53 -um (*postea*: penuarium).

prōmercālis, -e. *a* pro merce *per hypostasin q. d.* NOT. Tir. 42, 33 -e. *i. qui pro merce est, venalis*: COLVM. 1, 8, 13 (*item fere* 11, 1, 24) neve negotietur sibi *vilicus* pecuniamque domini aut animalibus aut rebus aliis -bus occupet (EPIST. imp. Sev. [CIL III 781] 20 [*syn.* mercimoniorum]. PAVL. dig. 25, 1, 10). SVET. Iul. 54, 2 *ut aurum* ternis ... milibus nummum in libras -e ... divenderet. gramm. 23, 5 officinas -ium vestium. GELL. 4, 1, 23 (*e Sab.; in definiendo penore*) quae -ia et usuaria isdem in locis ⟨essent⟩. COD. Iust. 4, 7, 5 (*a. 294*) -em te habuisse uxorem. *neutr. pro subst.* (*cf. l. 44*): CIL VI 1016 *et* 31227 (*lapides plures a. 177/180 positi*) uti *hi lapides* finem demonstrarent vectigali foriculiari (-lariti) *var. l.*) et ansarii -ium ... exigundo.

prōmercēs, -ēdis *f.* *a iunctura* pro mercede. *i. quod pro mercede est, praemium*: VITA Anton. 34 p. 47, 15 *ne* studii laboris nostri -em hanc petamus (*gr. μισθόν, Euagr.* mercedem).

prōmercium, -ī *n.* *a* pro *et* merx (mercari) *sec.* commercium; *cf.* promercalis. *i. q. distractio rerum promercalium, commercium; non nisi in iunctura* -i causa: SCAEV. dig. 48, 6, 2 arma, quae quis -i c. habuerit (VLP. dig. 30, 41, 5. PAVL. dig. 33, 9, 4, 2 [*in definiendo penore*]). PAVL. sent. 5, 23, 13 qui hominem invitum libidinis aut -i c. castravit (*sim.* MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 4 [*sec. S. C. ad legem Corneliam de sicariis*]). *Bk.*

[prōmereo, -uī, -ēre *et* **[prōmereor,** -itus sum, -ērī. [*fortasse a iunctura* pro merito *factum est subst.* promeritum (*cf. e. g.* proconsul < pro consule), *unde postea formae ceterae ortae sunt; ita Leumann, Gramm. 1977, 403, aliter Hofmann-Szantyr 270. Fo.*] NOT. Tir. 39, 70^{b} -ens. 39, 71 -tus. *de genere: in stirpe praes. legitur act. perraro, sc.* PLAVT. *p. 1844, 37.* ROMVL. fab. 69 praef. rec. vet. APRING. in apoc. 3, 18. *al., depon. saepe inde ab* AFRAN., Q. CIC., VITR., *in stirpe perf. act. passim inde a* PLAVTO, *depon. multo rarius, sc. apud* PLAVT., TER., CIC. (*? v. p. 1848, 48*), VERG. *al.; verbum finitum passive adhibetur p. 1845, 53. 1846, 65. de notione et differentia*: DON. Ter. Ad. 201 '-uit' adiuvit, profuit, cui contrarium est 'commeruit'; nam ˹'mereri' et '-eri'˺ est praestare beneficium (*affert* VERG. Aen. 4, 335. *6, 664*; ˹ ˺ *distinguit* ISID. *vol. VIII 802, 42 sq.*). SYNON. Cic. p. 421, 22 demeretur. -etur. obligat. benefacit. operam dat. init gratiam.

conciliat fidem amico. ... iuvat. GLOSS. -etur: impetrat. -uisse: *εὖ πεποιηκέναι.* -enda: ad laudandam (*loco corrupto*; adulanda *temptavit Heraeus*). GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2354 -tus: apud antiquos dicebatur, ˹qui quid benefecisset˺; '-ta⟨m⟩ *esse*' (= VERG. *p. 1846, 21*): profuisse, pr(a)estitisse (˹ ˺ quidquid benefacis et *cod.*). *al. legitur inde a* PLAVTO, TER., PACVV., AFRAN., RHET. Her., CIC., *saepe apud scriptores christ., e. g.* CYPR., CASSIOD. [*in codd. confunditur cum* promere AFRAN. com̄. 357 CYPR. epist. 6, 3, 2. *al.* (*falso trad.* PANEG. 7, 6, 5. *cf. l. 39*), promovere CYPR. epist. 59, 8, 2 SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 54. *al.* (*e coni. dub.* EPITAPH. Viventiol. [CIL XIII 2396 = CE 1838] 6); *falso trad. pro* merere TER. Andr. 331 (-eat *codd. Ter.,* mereat *edd. sec. Don. ad l. et Serv. Aen. 6, 664; falso edebatur olim* FAVSTIN. trin. 2, 4 [*v. ed. Simonetti l. 21*]); *e coni. parum probabili* Ps. QVINT. decl. 6, 9 -uit (miserae *sim. trad.*).]

fere i. q. (factis vel qualitatibus praestitis) mereri. facta vel merita indicantur per abl. passim (e. g. obsequiis *p. 1845, 27. 1846, 32. 61,* officiis *p. 1846, 38. 47,* meritis *p. 1846, 39,* operibus *l. 55. p. 1845, 60. 1846, 70; gerund. p. 1845, 12. 1846, 75. 1847, 3. al.), per praepos.* cum *p. 1847, 19,* de *l. 62 et e. g.* HIL. in Matth. 6, 5, in *c. abl. l. 46. p. 1845, 39* (*cf. p. 1848, 16*), per *l. 54. p. 1846, 66,* pro *p. 1846, 6* (pro merito virtutum *p. 1847, 24*), propter *p. 1845, 66, per adv. p. 1847, 4, per acc. obi. p. 1846, 14. 50. qui iis obligatur sim. per acc. obi. p. 1846, 28, per praepos.* de *p. 1845, 73* (de se *p. 1846, 7*), *cf.* ex *p. 1845, 74. qui ea retribuit sim. per praepos.* ab *p. 1845, 34. 1847, 42. 71. al.,* de *p. 1845, 42. 1847, 62. al. (cf. p. 1848, 10,* undique *p. 1845, 18 et conexu laxiore* in *p. 1845, 13), per abl. absol. e. g. p. 1845, 28. praemia, poenae sim. obtinenda per acc. obi. l. 35. p. 1845, 9 et saepe sub II (c. praedic. p. 1845, 24 sq. 1848, 5. al.), per abl. p. 1845, 47, per inf. l. 69. p. 1845, 40. 62 sq. 65 et sub II (acc. c. inf. p. 1845, 64), per enunt. interrog. l. 58, fin. l. 60. 71. p. 1845, 38. 1847, 33, per adv. l. 66* (*e contextu subaudiuntur l. 72 p. 1847, 34*). *accedit dat. comm. p. 1845, 16. 1847, 35. 69 sqq.*

I *usu originario cum respectu (bene vel male) meritorum, sc. beneficiorum, scelerum, virtutum, vitiorum sim.:* **A** *potius spectat ad praemia meritorum:* **1** *subi. est qui (quod) se dignum praestat, ut aliquid (aliquem l. 45) obtineat, habeat (in stirpe praes. hic illic vis q. d. conativa agnosci potest, e. g. l. 41. 71):* **a** *accedit obi. debiti:* **α** *acc.* (*cf. p. 1845, 13*): PLAVT. Trin. 641 (*vituperaturus loq.*) retineri nequeo, quin dicam ea, quae -es (*cf. ad l.* NON. p. 475, 8 '-es' pro '-eris'). PACVV. trag. 377 (*si recte huc traximus*) ad manticulandum astu adgreditur; ˹scit enim, quid -uerit˺ (˹ ˺ scite nimquid prompserit? *coni. Ribbeck; apud* Fest. p. 133 *seq. trag. 376* modici *vel* medici *eqs., ut sint qui legant* -ueri⟨n⟩t medici). LIV. 37, 25, 8 *Scipio* domesticis ... exemplis Prusiam ad -endam amicitiam suam compulit. PLIN. epist. 10, 94, 2 *Suetonius suprema* iudicia amicorum -etur, *sed lege prohibetur* (*aliter p. 1845, 22*). paneg. 58, 3 non debitum hoc illi *Traiano* (*sc. ut tertio consul creetur*), non vel sola generis claritate -tum? FRONTO p. 25, 21 (*ad M. Aur.*) vale, Caesar, et patrem *supra laudatum* -ere. PORPH. Hor. ars 323 ('Grais ... praeter laudem nullius avaris') in hac sola cupiditate -⟨b⟩antur laudem (SCHOL. Hor. ars 267 ['vitavi ... culpam, non l. merui'] non l. -or). HIL. in psalm. 118 ain 9 p. 500, 9 (*ad gen. 25, 23* duae gentes in utero tuo sunt *eqs.*) neutro quicquam boni -ente servitus uni inponitur, dominatus alteri donatur. SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 9 doluerunt in vita Liber et ... Romulus, quod populus non redderet eis honorem, quem -uerunt suis virtutibus. AVG. in euang. Ioh. 3, 9 videtur ... deus vitam aeternam tamquam debitam reddere – cui debitam? fideli, quia -uit illam per fidem. SACR. Leon. 1052 non retribuas nobis ..., domine, quae malis operibus -emur. CASSIOD. var. 11, 2, 4 (*ad papam*) penuriam ..., quam delicta -entur, orationibus sanctis amovete. *al.* **β** *aliae struct.* (*iuxta acc. pron. praepar.* SALV.): PLAVT. Amph. 1142 (*Iuppiter ad Amph.*) *Alcumena* haud -uit, quam ob rem vitio vorteres: mea vi subactast facere. Epid. 442 (*miles loq.*) virtute belli armatus -ui, ut mihi omnis mortalis agere deceat gratias (*item c. coniunct.* ut: Men. 1100 -uisti, ut ne quid *frustra* ores. CIC. ad Q. fr. 1, 1, 30 in -endo, ut tibi tanti honores haberentur. AVG. in euang. Ioh. 3, 10 non ... de tuo -uisti, ut tibi aliquid deberetur *a deo. al.*). PACVV. trag. 79 atque, ut -uit, pater mihi patriam populavit meam (*et in bonam et in malam partem accipi potest, prout versus Orestae aut Chrysae iuniori tribuitur testimoniumque Nonii p. 39, 31 perpenditur*; atque ut -uit! *interpungit D'Anna frg. 125. item c. adv.*: VITR. 7 praef. 9 merenti digna constitit poena; non enim aliter videtur -eri, qui *eqs.*). SVLP. SEV. dial. 1, 17, 4 *anachoreta* uni tantummodo ferebatur se ... praebuisse, qui ... potenti fide id obtinere -uit (*item c. inf.*: SACR. Leon. 617 *hostes,* quos perpeti malis operibus -emur, ... depelles. *al.*). SALV. eccl. 2, 69 *neminem esse, qui non* id agat, id elaboret, id omni rerum suarum ambitu -atur, ne reus exeat.

b *sine obi. vel obi. supplendo* (*hucine p. 1847, 9. 1848, 48?*): PLAVT. Persa 280 venefice! :: ... ulmitriba tu! :: male dicis maiori? :: prior -tus perpetiare. TER. Ad. 681 ita velim me -entem ames ..., ut ... mihi vehementer dolet *delictum meum* (*opponit* DON. immeritum. *huc spectat* GLOSS.

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dignum). Ov. Pont. 1, 7, 62 ut emeritis referenda est gratia semper, sic est fortunae -uisse tuae (*sc.* gratiam; *an ad B1c?*). Ps. Cypr. singul. cler. 5 nec sociorum mortibus quatitur *humana duritia,* dum illos -tos aut invalidos opinatur. Comm. instr. 2, 10, 5 ob delicta forte parentum fuere -ti, ideo deus tradidit illos *infantes hostibus.* Evcher. laud. her. 8 (*respicitur exod. 13, 21*) *deus* dabat ... -entibus (*sc. Israhelitis*) e caelo signum.

2 *subi. est qui (quod) aliquid (aliquem l. 23 sq., cf. l. 35. p. 1846, 44) obtinet, impetrat pro meritis* (*precatione et variis modis v. sub II*): **a** *a quolibet*: α *c. acc. obi. praemii*: Pacvv. trag. 104 ⌞-enda⌟ gratia ... Graios nihil mediocriter redamptruare **([** ⌞ ⌟ *si recte coni. Ursinus*; proaererenda *trad.*]. Sall. hist. frg. 3, 22 [*si agnoscendum*] Metrophanes -uit gratiam Mithridatis obsequendo. Pass. Macc. 8, 23 regis. *al.*). Cic. Mur. 70 homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut -endi aut referendi (pro- *trad.*) beneficii locum, ... adsectationem (*nisi coll. l. 2 ad 1*). Stat. Theb. 1, 639 *Coroebe,* longum ... in saecula dignē -ture diem. Qvint. inst. 9, 1, 21 *figura sententiae* plurimum ... facit ... ad -endum actioni favorem. Svet. Cal. 3, 1 *ei contigit* conciliandae ... hominum gratiae ac -endi amoris mirum ... studium (Symm. epist. 1, 81. 4, 4, 3 -endi undique a. vias). Fronto p. 162, 18 alii ampliorem gloriam strenua opera ... -uerant. Pass. Scill. 1 (*procos. ad confessores*) potestis indulgentiam ... imperatoris -eri, si ad bonam mentem redeatis. Papin. dig. 27, 1, 28, 1 *qui a patre tutor coheresque datus est fratri,* iudicium patris ut filius, non ut tutor -uit (*cf. p. 1844, 42*). Ivl. Val. 2, 25 p. 87, 27 praemium *caedis* pactus sum, ut ... filiam ... regis ad coniugium -rer (*cf.* Don. Ter. Andr. 372, 2 quemadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus -atur uxorem. Prosp. chron. I p. 468, 1259 *Placidiae* nuptias Constantius -etur). Paneg. 10, 10, 7 *rex Persarum* amicitiae nomen impetrare contentus -etur obsequio. Hist. Avg. Gord. 18, 4 quaesturam Heliogabalo auctore -uit. Gavdent. serm. 13, 18 *nemo potest* praemium sine certamine -eri (Pelag. in I Tim. 3, 13 non ministerium tantum, sed qualitatem ministerii p. -eri. *cf. e. g. l. 54*). Schol. Hor. epist. 2, 1, 9 tu solus, *Auguste,* -uisti (minuisti *var. l.*) in vita templa et divinos honores. Pass. Macc. 11, 1 quintus ex fratribus ... iram iudicis patiendi cupiditate -uit. Hier. in Tit. 3, 3 p. 593^{B} odisse Christianos (*obi.*) et consequenter ab omnibus odium -eri. Clavd. 8, 21 (*ad Honorium*) nec tantam vilior unda -uit gentis seriem: cunabula fovit Oceanus *Hispaniam adluens* (*cf. 23* decuit rerum de principe nasci). *al.* β *pro obi. sunt aliae struct.*: Q. Cic. pet. 26 esse neminem ..., a quo non ... impetrare possis, ut suo beneficio -atur, se ut ames et sibi ut debeas. Comm. instr. 2, 18, 20 *Tabitha* in dando -uit (prae- *cod.*), non com(p)tibus, inde levari (*sc. de morte, cf. act. 9, 36 sqq. Cypr. eleem. 6. item c. inf.*: Cassiod. var. 1, 4, 15 *nobilitas Cassiodororum* in utroque orbe clara esse -uit. Carm. Inscr. christ. urb. Rom. 5333, 7 usa simul famulae et coniugis officium de te -ŭi parvos producere natos. *al.*). Conc.^{S} II 2, 2 p. 17, 28 (*imp. ad episcopos*) singula, quae volueritis, ex(s)erite adiutoriis competentibus -tura (*gr. II 1, 2 p. 158, 4 τῆς προσηκούσης βοηθείας ἀξιωθησόμενοι* [*vertitur -μενα*], *cf.* II 2, 2 p. 10, 37 competens auxilium -enda [*ad gerund. v. Hofmann-Szantyr 370*]. *II 3, 2 p. 180, 33* digno auxilio merituri. *item per abl. redditur gen. gr.*: Cassiod. Ios. antiq. 1, 297 *Iacob* cum talibus ... honoribus dimittendum *esse,* qualibus ... iuste -turus esset [*gr. μετὰ ... τιμῆς, ὅσης εἰκὸς ἦν τυχεῖν*]).

b *a deo* (*usu christ.; huc traximus locos, ubi aliquid pro fide, cultu sim. confertur, sed quaedam ad II trahere possis, si cogitas de gratia divina intercedente*): Cypr. epist. 10, 5, 1 ad coronam de eo *domino* -endam sufficit ipsius testimonium (Chromat. serm. 14, 2 *in martyrio* -etur [*pass.*] corona virtutum. *cf.* Ambr. in Luc. praef. 6 perpetua ... sacratarum praemia coronarum). 76, 4, 1 hoc est ..., quod praecipue deo placeat, hoc est, in quo maioribus meritis ad -endam voluntatem dei opera nostra proveniant (v. *bonam ut* Pass. Mar. Iac. 8, 9). Hil. in psalm. 14, 11 p. 92, 18 (*respicitur Luc. 18, 13 sq.*) misericordiam dei peccati confessione -uit publicanus ([*opp.* amisit]. 63, 6 p. 228, 25 dei m. *non* metus noster, sed fides -etur. Favst. Rei. grat. prol. p. 4, 14 dei m. fide et operibus -enda est. *al.*). 138, 27 p. 763, 19 (*ad vers. 14*) per id ..., quod voluntas eius et operatio deo dedita fuit, mirificari terribiliter -uit *Christus.* Gavdent. serm. 5, 16 intellectum meum ..., qui deum videre -uit. Avg. pecc. mer. 2, 24, 38 virginem matrem ... pia fide sanctum germen in se fieri -entem. Cassiod. hist. 1, 2, 2 Abraham ... conviva filii dei esse -uit (*Sozom. 1, 1, 2 ἠξίωται*). Mvtian. Chrysost. hom. 22 p. 373 condemnationem, quam pater *Adam* propter peccatum -uit (*gr. p. 155 ὑπέμεινε*). *et saepe.*

B *potius spectat ad merita praestanda*: **1** *usu sollemni* (*in contextu variat e. g. cum* mereri *p. 1846, 10. 20,* (per)colere *p. 1846, 39. 60. 1847, 1,* placere *p. 1846, 48. 50. 1847, 23, opp. imprimis* offendere *p. 1846, 50 sq. 64. al.*): **a** *in struct.* '-eri de *aliquo*' *et struct. illuc referendis fere i. q. praestare bene vel male merita* (*quae indicantur per obi. sub γ*): α -eri (-ere) de (ex *l. 74*): Plavt. Amph. 570 Iuppiter te perdat. :: quid mali sum, ere, tua (tanta *Nonius*) ex re -tus? (*cf.* Non. p. 462, 20 -tum ... in malam partem posuit). Capt. 933 fecisti, ut tibi ... numquam referre gratiam possim satis, proinde ut tu -tu's de me et filio. Men. 1067 ⟨e⟩loquere tuum mihi nomen, nisi piget. :: non edepol ita -uisti de me, ut pigeat, quae velis ⟨obsequi⟩. Afran. com. 357 cruciari tua te culpa, qui de t⟨e⟩ (*an* me*?*) et de illa pessime (-ma *trad.*) ... -ere. Cic. off. 2, 53 *quidam* consuetudine beneficentiae paratiores ... ad bene de multis -endum (Rvfin. hist. 8, 1, 6 *populus* b. de deo pro pietatis cultu ... -tus [*cf. gr. ἄξιον ὄντα*]). Salv. eccl. 3, 59 quid tantum ... de se miserrimi omnium male -uerunt, ut ... se perpetuo persequantur? β bene -eri *sim.* (*cf. l. 4 sqq. 18. 22 nec non p. 1848, 35*): Plavt. Asin. 128 -enti optume hocin preti redditur? (*cf. 129* bene merenti). Ter. Ad. 201 (*leno ironice*:) *adulescens* postulat sibi tradier *puellam*; ... verum enim quando bene -uit, fiat: suom ius postulat ([*cf.* Don. 'bene' multum; '-uit' adiuvit, profuit. *aliter* Gloss. dignus est]. Ov. Pont. 2, 3, 96 tam b. -to, *sc. tibi.* Schol. Stat. Theb. 1, 661 ['merentes'] b. -tos ... respicit aequa fortuna). γ *c. obi.*: *pron. vel adi. neutr.* (*enunt. relat. l. 20; cf. l. 7. 12. p. 1845, 73*): Plavt. Men. 983^{b} (*interpol.?*) illi *servi,* qui ni[hi]l metuont, postquam malum ⌞-ti, tunc⌟ ei metuont ([⌞ ⌟ -tumque *codd.*]. Cypr. Gall. gen. 169 *Cain* mala -tus signo fit notus inusto). Ter. Phorm. 516 hic tibi, quod boni (bene *var. l.*) -tus fueris, conduplicaverit. Verg. Aen. 4, 335 (*Aeneas respondet ad 317* si bene quid de te merui) te, quae plurima fando enumerare vales, numquam, regina, negabo -tam *esse* (Serv. praestitisse, bene gessisse. *cf. et p. 1843, 73. 1844, 4*). Stat. Theb. 6, 636 (*Parthenopaeus Dianae*) si bene quid ... venatibus ... -ui. Avg. quaest. Simpl. 1, 2, 8 quid -uit *luna,* ut sideribus ceteris tanto clarior crearetur? (*opp.* offendit). *al.* *cetera exempla*: Ps. Cic. exil. 6 non convenit ..., cum ego ad -endum officium tam fuerim expeditus, vos ad gratiam referendam esse tardiores. Cassiod. var. 9, 24, 5 animum ad -enda beneficia patulum.

b *in struct. 'aliquem* -eri *aliqua re' et sim. fere i. q. (sibi) obligare, conciliare*: α *quemlibet* (*rem pro persona l. 53*): Sen. dial. 7, 24, 1 plurimum ista res (*sc. donare*) habet difficultatis ...: hunc -or, illi reddo; huic succurro, huius misereor. Ps. Qvint. decl. 5, 7 (*ironice*) nisi vos (*sc. natos nostros*) -uerimus obsequiis, adulatione, patientia, natales ortus et pignora prima perierunt? Plin. paneg. 62, 7 quisquis probatos senatui viros suspicit, hic maxime principem -etur (Porph. Hor. epist. 1, 17, 35 ['principibus placuisse'] -eri principes civitatis. *ad* Plin. *cf. l. 54 et* Tert. apol. 24, 4 Caesarem). Svet. Aug. 3, 2 *Cicero* (*ad Q. fr. 1, 1, 21. 1, 2, 7*) Quintum fratrem *procos. Asiae* ... monet, imitetur in -endis sociis vicinum suum Octavium. Fronto p. 110, 15 quibus *officiis* senator ... minor maiorem ... senatorem probe colit ac -etur. Avr. Fronto p. 79, 10 Pompeianus meritis isdem, quibus te sibi conciliavit, me quoque -uit. Afric. dig. 40, 4, 20 servos legavit *aliquis* et cavit ita: 'rogo, si te -uerunt, dignos eos libertate existimes' (*in simili cautione* Scaev. dig. 40, 5, 41, 1 [*cf. ibid. pr.* servierit]). Apvl. met. 6, 10, 2 (*Venus ad Psychen*) videris ... mihi tam deformis ancilla nullo alio, sed tantum sedulo ministerio amatores tuos -eri (*nisi ad A2; simili ambiguitate e. g.* Gavdent. serm. 21, 8 Brixia eum *Filastrium* rudis quondam, sed cupida doctrinae -uit). Cod. Iust. 5, 25, 4 (*a. 197*) si patrem tuum officio debito -ueris. Tert. monog. 11, 3 novum -beris maritum, si veteris obliviscaris ([*postea*: illi placere]. 11, 13). Cypr. epist. 59, 8, 2 interest, utrum quis homines -eri (-movere *var. l.*) an deum cupiat; si hominibus placetur, dominus offenditur. Avg. epist. 76, 3 quid vos -uerunt Maximianistae? ... quid vos -uit pax Donati? ([*opp.* offendit]. c. mend. 19, 38 p. 522, 20 quid nos tantum -uit castitas et offendit veritas? *sim. al. apud eundem*). *al.* *-etur aliquis rem pro persona positam*: Stat. silv. 3, 3, 80 (*laudatur minister plurium impp. consecrandorum*) quis ... pariter tot templa, tot aras -uisse datur? (permeruisse *Courtney*). Qvint. decl. 301, 11 (*10* invitavi ad cenam ... pauper divitem, *sc. te*) quare ... invitavi? quoniam -enda nobis est vestra potentia. Svet. Tit. 1 Titus, ... deliciae generis humani – tantum illi ad -endam omnium voluntatem vel ingenii ... vel fortunae superfuit. *al.* β *deum sim.* (*usu imprimis christiano; cf. l. 49. 55*): Apvl. met. 5, 25, 6 (*Pan ad Psychen*) precibus ... Cupidinem ... percole et ... blandis obsequiis -ere (11, 6, 7 [*Isis loq.*] si sedulis o. et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum -ueris. Cypr. epist. 19, 1 [*v. infra*]. *al.*). Tert. apol. 21, 4 (rec. vulg., *sim. Φ*) *ut Iudaei* de -endo deo et non offendendo praemonerentur. Vet. Lat. Hebr. 13, 16 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) talibus ... hostiis (*sc. beneficientia sim.*) -etur deus (*gr. εὐαρεστεῖται, Aug. civ. 10, 5* placetur deo. *cf.* Arnob. nat. 7, 23 p. 370, 4 per hostias deos laevos. Clavd. Don. Aen. 2, 550 p. 224, 19 quas *aras* hostiarum caede -eri consueverat *Priamus*). Cypr. domin. orat. 36 Anna ... vigilans perseverabat in -endo deo (*cf. Luc. 2, 37* serviens). eleem. 14 dum deum et operibus et moribus -eris (epist. 19, 1 paenitentiam ... ille agit, qui ... obsequiis suis et o. iustis dominum -etur. Pelag. in Rom. 12, 13 *meminisse,* qualiter sancti vel quibus o. -uerint deum [*Ps. Primas.* paruerint deo]. *al.; cf.* Avg. epist. 157, 32 ex earum *divitiarum* bonis o.). testim. praef. l. 22 Christianos fide dominum -entes (Avg. in euang. Ioh. 3, 9 f. -emur deum. 3, 10. *cf.* 3, 9 vivendo ex fide. *sim. infra p. 1847, 23*). Arnob. nat. 3, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in hoc *deo primo* omne, quod colendum est, colimus ..., quod obsequium venerationis exposcit, venerationibus -emur. OPTAT. 6, 6 p. 154, 23 illa lavando -ti estis deum, ista non lavando inexpiabile videmini incurrisse peccatum. AMBR. Abr. 1, 8, 79 hinc ... -uit deum Abraham (*sc. filium ei offerens*). AMBROSIAST. in Rom. 1, 22, 1b rec. γ (*sim.* β) ad deum ... -endum ... suffragatore non opus est, sed mente devota. *et passim.*

c *sine talibus struct., sc. exempla inter a et b ambigua* (*cf. p. 1845, 2*): Q. Cic. pet. 31 *si homines municipales ac rusticani* praesidii se aliquid sibi constituere putant, non amittunt occasionem -endi (*sc. de candidato; nisi ad Al. item gerund.*: SEN. benef. 2, 2, 1 *aliquem facere* amicum ... -endo. TERT. patient. 4, 1 artificium -endi. EPIST. imp. Const. frg. Vat. 249, 9 donum -endo cepisse. *al.*). SEN. benef. 1, 3, 3 *quidam volunt* tria benefic[i]orum esse genera, -entium, reddentium, simul accipientium reddentiumque (*item part. praes. pro subst. ibid.* 1, 3, 4. *cf. part. perf. p. 1846, 6. 14*). PAPIN. dig. 31, 77, 25 videtur omnibus liberis, etsi non aequaliter -uerint, fideicommissum relictum *esse* (*antea*: ut quisque de te meruerit; *opp.* offenderint). *ibid.* si *quidam liberi* soli -uissent (*opp.* offenderunt). INSCR. Année Épigr. 1987 n. 230 (*Praeneste; saec. II²/III¹*) convocatis (-tio *ed. errore*) ... corporib(us) colleg(iorum) cum honest(a) divis(ione) sport(ularum) -uit *patronus.* TERT. castit. 1 l. 12 nemo indulgentia utendo -etur, sed voluntati obsequendo. OPTAT. 6, 5 p. 153, 11 non potes negare offendere te in una *parte,* si in altera -eris (praeme(re)ris *var. ll.*). HIL. in psalm. 118 lamed 15 p. 466, 16 alius ieiunio placet, alius simplicitate fidei -etur. SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 54 pro merito virtutum tuarum facile poteris -eri, *sc. Maecenatem* (-ere, promoveri *var. ll.*). *al.*

*?***2** *usu singulari fere i. q. (vitium bonis operibus) compensare, purgare* (*si recte trad.*): HIL. in Matth. 5, 13 (*ad Matth. 6, 34*) peccata *nostra* sufficiunt, ut circa haec purganda et -enda omnis vitae nostrae meditatio laborque versetur.

II *respectu meritorum evanescente, sc. mera vi obtinendi, efficiendi* (*sc. cum abundantia quadam non quasi mercede soluta, sed tamen precibus vel quibuslibet actionibus consideratis, et inde gratuito; cf. quod p. 1845, 51 adnotavimus; fere c. acc. obi. [personae l. 36. p. 1848, 5 sq. al.] vel inf., coniunct.* ut *l. 54. 73, obi. subaudiendo l. 48. 59*): **A** *subi. sunt res*: **1** *ipsae precationes sim.* (*cf. B1*): STAT. silv. 5, 1, 72 dextros tua vota marito -uere deos, ... dum cunctis supplex advolveris aris. SACR. Leon. 232 ut ... eorum *sollemnium Ioh. baptistae* patrocinio -ente plene capiamus securitatis au(g)mentum (*sim.* SACR. Greg. 125, 8 [= 581 D.] eius *Ioh.* patrocinio). FVLG. RVSP. epist. 4, 2 oratio humilis divinum -etur auxilium (MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 407 quod amicitia -eri non potuit, hoc -uit assidua o. [*gr. p. 189 ἐποίησεν*]. GREG. TVR. vit. patr. 8, 8. *cf. infra l. 55*). **2** *variae*: EVSTATH. Basil. hex. 3, 1, 1 dignitatem, quam a conditore -uit *dies prima* ([*cf. gr. ἐκδοθεῖσα*]. SEDVL. carm. pasch. 5, 318 *d. paschalis* primus ... videre -uit ... resurgere Christum [*cf. op. pasch. 5, 26* meruerit]). NOT. urb. Const. 14, 4 *regio tertiadecima* sinu maris angusto divisa societatem urbis navigiis frequentibus -etur. MAX. TAVR. 44, 3 quae *nubes* ... Christum *in caelum ascendentem* suscipere -etur (*postea*: suscepit). PS. FVLG. RVSP. serm. 14 p. 876[B] *Pharao* didicit poena -ente torqueri (*antea*: calumnia stimulante). *al.*

B *subi. sunt homines aliquid -entes*: **1** *precatione sim.* (*pro aliis e. g. l. 55. 59. 69; saepius aditur deus; cf. A1*): GAVDENT. serm. praef. 17 *ut dives mortuus* obsecraret ... refrigerari linguam suam, quod tamen -eri non potuit (*cf. Luc. 16, 24*). PROB. Verg. ecl. praef. p. 328, 3 *Vergilius* insinuatus Augusto per Cornelium Gallum ... -uit, ut agros suos reciperet. PASS. Macc. 4, 16 Onias ... precem pro eo *Apollonio* fudit et inimici vitam oratione -uit (CASSIAN. inst. 11, 10, 1 quindecim annis vitae metas excedere una o. -uit *Ezechias* [*cf. IV reg. 20, 5 sq.*]. ENNOD. epist. 5, 9, 2 p. 133, 9 si quis credat se ortum solis ... oratione -eri. *al.*). AVG. ord. 2, 20, 52 nos hoc tantum boni (*sc. veritatem*), quod te, *mater,* -ente concupivimus, eadem te petente adepturos *esse* (*antea*: precibus *tuis* ... mihi istam mentem deum dedisse). NOVELL. Valent. 13 pr. Numidarum ... legatio ... huius legis praeceptum de nostra perennitate -uit. CASSIAN. inst. 5 ind. capp. 33 de absolutione quaestionis, quam abbas Theodorus orando -uit. AVELL. 196, 2 (*imp. Iust. ad Hormisdam papam*) missa legatione ... -uimus sacerdotes (*cf.* INSCR. christ. urb. Rom. 4150, 10 [*epitaph. eiusdem papae*] Africa laetatur ... pontifices precibus -uisse tuis). PETR. CHRYS. serm. 70, 11 *in oratione, quam deus ipse dictavit,* cunctatio ablata est impetrandi omnis, immo fiducia collata est tota -endi. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 216 p. 441 *Mariamne* partem magistratus ei *Soëmo* a rege ⌞-uit et ille quidem hunc honorem obtinuit⌟ (⌞ *gr. ᾐτήσατο ... τυγχάνει*). 18, 193 p. 530 (*Agrippa ad Thaumastum servum*) *non* tardabo tibi libertatem a Caio -eri ([*gr. εἰσπρασσόμενος*]. *ibid.* 194 Thaumasto l. a Caio [*gr. eum ἐλεύθερον ... ἀφῆκε παρὰ Γ. ... λαβών*]). 20, 184 p. 585 Beryllus ... imperatorem rogavit et -uit, ut ... scriberetur epistola (*gr. ἐπέτυχε γραφῆναι*). MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 407 *oratio* gentem ... indignam beneficium -eri fecit (facit *ed.; gr. p. 190 εὐηργέτησεν*). *al.* **2** *quovis modo*: PS. CYPR. singul. cler. 34 martyrium -eri (*antea*: m. consecuti sunt; meruerunt ad martyrii veniam pervenire. *cf.* SACR. Leon. 712 ad ... gloriam *martyrii* -endam *incitare*). SYMM. epist. 6, 33 relationem de amphitheatro -endo populus postulavit. SCHOL. Stat. Theb. 2, 573 qui *Theron* gloriaretur avos se -uisse terrigenas, de Cadmi sationibus originem ducens. FVLG. aet. mund. p. 142, 2 quem *filium* gratuita largitate non supplicans -uerat *Abraham* (CASSIOD. var. 12, 11, 3 quod regia l. -uit *populus Rom.*). p. 154, 10 quem *Samson* ... Israel subitum defensorem -uit, Filisteus etiam interfectorem invenit. CASSIOD. var. 8, 24, 5 si quis extiterit tam improbus litigator ..., qui ... aliquid de nostris affatibus crediderit -endum. 11, 2, 6 confessiones illas, *sc. sepulcra apostolorum,* ... Roma felicior in suis sinibus habere -uit. Ios. antiq. 5, 254 *Iair* sepulturam in Camon ... civitate -uit ([*gr. ἀξιοῦται*]. 5, 271. 274 [*gr. bis τυγχάνει*]; *loci spectant ad iud. 10, 5. 12, 10. 15* est ... sepultus. *cf.* ORIG. in Matth. ser. 117 p. 249, 5 hoc, *sc. sepulturam sim.*). 20, 72 p. 577 rex ... bellum ... pronuntiavit, sed nullam in hoc utilitatem habere -uit (*gr. ἔλαβεν ... ὄνησιν*). *al.*

– *part. praes.* prōmerēns *pro adi. vel subst. v. p. 1844, 74. 1845, 6. 1846, 9. 1847, 14* (*cf. p. 1843, 66*).

part. perf. **prōmeritus,** -a, -um. NOT. Tir. *v. p. 1843, 66.* **1** *proprie: vi activa fere pro subst. masc. significatur homo bene meritus* (*cf.* ISID. diff. 1, 361 [1, 186 *ed. Codoñer, 1992*] -us dicitur, qui benefacit, sicut inmeritus, qui male): *v. p. 1845, 3. 1846, 14. vi passiva fere i. q. (meritis) conveniens, iustus sim.*: CYPR. GALL. gen. 699 dummodo -um lenirent dona (*gen. 20, 14 sqq.*) reatum *regis.* CASSIOD. var. 7, 36, 2 cum -as indutias ... transegeris. Ios. antiq. 19, 247 p. 564 *Claudius* ⌞ducibus numerorum -am portionem⌟ largitus est (⌞ ⌟ *gr. ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον τοῦ ἀριθμοῦ. gen.* numerorum *aut sec. gr. indicat, cui portio congruat, aut cum* ducibus *iungendus est*). **2** *translate potius spectat ad statum per merita assequendum, sc. excellentem, praestantem* (*si recte trad.*): AMM. 24, 2, 4 surena, post regem apud Persas -ae dignitatis (primariae *Bentley,* promotae *vel* proximae *Madvig*).

n. **prōmeritum,** -ī *pro subst. legitur inde a* PLAVTO *usque ad* OV. **1** *significatur factum compensandum (qui obligatur indicatur per praepos.* in *c. acc. l. 42 sq.; beneficium illustratur per coni.* quod *l. 43): in neutram partem* (*accedit* bene *aut* male): PLAVT. Trin. 1173 miserumst, male -a, ut merita ⌞sunt, si⌟ (sinis *trad.*) ulcisci non licet. LVCR. 2, 651 *natura deorum* nec bene -is capitur neque tangitur ira (*cf. Epicur. sent. 1 χάριτι*). *in bonam partem de beneficio*: PACVV. trag. 153 (*loq. Orestes*) ut ⌞ista⌟ sunt -a vestra, aequiperare ut queam vereor (⌞ ⌟ si ita *codd., def. Vahlen*). RHET. Her. 4, 40, 52 quid nunc ego ⌞de meis -is⌟ praedicem? (de m. propriis meritis, demens propinquis m. *var. ll.*). CIC. p. red. in sen. 1 vestra in nos universa -a ... percensere *nequeo* (*cf.* p. red. ad Quir. 8 hoc maius est vestrum in nos -um, quod *eqs.*). OV. fast. 4, 394 non est opus indice causae *ludorum Cereris*: sponte deae munus -umque patet. **2** *significatur status compensatione dignus*: PLAVT. Persa 496 bene dictis tuis bene facta aures meae auxilium exposcunt. :: tuom -umst, merito ut faciam. CIC. inv. 2, 83 *eum* levius ... poenitum *esse,* quam sit illius -um (-us *vel* pro meritis *codd.; fort. legas* ille [*var. l.*] promeritus, *ut ad p. 1844, 72 pertineat. item in malam partem de culpa*: BELL. Afr. 90, 2 *Caesar pepercit adversariis* de vita ... ex suo -o desperantibus).

[*adv.* **prōmeritō** *e coni. dub. v. p. 1849, 9.*] *Delhey.*

prōmergo, -ere. *a* pro *et* mergere. *i. q. emergendo procedere, procrescere*: HIL. in Matth. 21, 8 qui *fructus fici* ... -entes de medio utrarumque virgularum claviculo proferentur (*antea*: ut in sinu virgularum ex ramulo eodem prodeuntium emerserint. *locum imitatus est* AMBR. in Luc. 7, 162).

promeridiānus (prō-*?*), -a, -um. *forma ab edd. multis spreta (cf. etiam falsam var. l. p. 236, 67) locis infra allatis non abiudicanda videtur, ubi tradita est omnibus codd. (etiamque antiquis, sc. cod. S saec. V/VI* AVG. conf., *Veron. l. 67); orta vid. esse potius a forma* pom- *p. 236, 68 sqq. (littera* r *inserta, fortasse pravo studio eorum, qui formam vulgarem* po- *praeverbio vere latino* pro *emendandam putaverunt) quam a iunctura* pro meridie (*v. p. 1436, 52 sqq.*). *i. q. postmeridianus* (*vix meridianus, v. enim l. 64. 66. 69. 72*): AVG. c. acad. 3, 3, 6 l. 73 tum ego, cum iam ad prandium vocaremur: '... ⌞-is⌟ horis rediemus' ([⌞ ⌟ postm- *Green,* pom- *alii*]. conf. 3, 7, 13 indicto a -is h. iustitio [*opp.* mane; *lect. codd. tuetur Skutella ut l. 68,* pom- *ed. alii*]. epist. Divj. 11, 17, 4 [pom- *ed.*]. LIB. pontif. frg. Veron. p. IX l. 16 [*in cod. saec. VI/VII*]). conf. 8, 6, 15 cum imperator -o circensium spectaculo teneretur (*postea*: quod iam declinasset dies). epist. Divj. 2, 3, 1 -o (pom- *ed.*) continuo triduo cum legeretur *textus quidam.* REG. eccl. Carth. l. 104 si aliquorum -o tempore defunctorum ... commendatio facienda est, solis orationibus fiat, *non missa,* si illi qui faciunt iam pransi invenientur (*idem canon trad. etiam* CONC. Carth. a. 397 p. 41 l. 162 [*var. l. unius cod.* postm- *praefert ed.*]. p. 334 l. 181 [pom- *González*]).

*?***prōmerīdiēs,** -ēī *m., compos. a* pro *et* meridies, *dubium agnoscen-*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dumne sit; -e *v. supra p. 1436, 49 sqq.*, -em (per meridiem *var. l.*) *falso trad.* QVINT. inst. 9, 4, 39 (pom- *vel* pos mer- *edd.*).

[prōmeritō *v. l. 9.*] **prōmeritum, prōmeritus** *v.* promereo.

prōmerium (-med-), -ī *n.* [*deficiente contextu incerta est notio; cum hic illic* r *substituatur pro* d (*Leumann, Gramm. 1977, 155*), promerium *fortasse cum* medius *coniungi potest, ita ut* promedium *videatur inde restitutum esse veriloquii explicationisque gratia. Fo.*] *occurrit in serie verborum e* CARM. Sal. *allatorum*: FEST. p. 205 (*solis apographis cod. F traditum*) 'promeriom' (-on, -morion *var. ll.*; promerito *Scaliger adv. intellegens*) praecipuum, praeter ceteros meritum, aut 'promedium', hoc est participat⟨um⟩, ut (aut *var. l.*) pro indiviso dicimus. *Verrius dubitasse videtur de vera forma vocis; priorem coniunxit cum* mereri (*ratione parum perspicua*), *alteram cum* medius (*ita ut significari videatur res, quae pro medio est, i. res communis, v. enim notionem vol. VIII 593, 47 sqq. illustratam*).

promesozeuxis, *abl.* -ī *f.*, *προμεσόζευξις* (*quae vox apud auct. gr. non legi videtur*). *technice de schemate quodam dicendi*: SACERD. gramm. VI 456, 29 de -i; -is [est], quae constat de prozeuxi et mesozeuxi, fit hoc modo *eqs.* 456, 33 'da ... domum, da moenia fessis' (*Verg. Aen. 3, 85*); hic enim ideo -is est, quod et ante et in medio verbum necessarium 'da' sermonibus copulatur.

promētātor, -ōris *m.*, *προμητάτωρ* (*vox, ni fallor, in gr. recepta pro* *praemetator [*cf. enim* hospitia praemetantem *p. 701, 29 sq.*] *et inde cum praeverbio gr. sermoni lat. reddita*). *de officiali quodam militari hospitia praemetante*: IVLIAN. epit. novell. 123, 6 *duces* ante mittere debent semper ⌊-es⌋ ad ea loca, ubi perventuri sunt milites, ut sumptus eis praestetur (⌊ ⌋ *sed gr. persona non indicata Novell. Iust. 130, 6 προπέμπειν ... καὶ ἑτοιμασίαν ποιεῖν*). *ibid.* -es *fraudulentos* ... punire ... convenit (*Novell. Iust. 130, 5* metatores, *gr. προμητάτορας*).

prōmico, -āvī (*v. l. 30*), -āre. *a* pro *et* micare. *stirps perf. sec.* dimicavi: EVSEB. GALLIC. hom. 12, 1 -asti (-uisti *recentiores aliquot*).

1 *loco dubio*: NAEV. com. 16 si quidem loqui vis, non perdocere multa longe -ando, oratiost (*trad.; mire explicat* NON. p. 65, 4 -are: extendere et porro iacere; unde emicare). *sec. explicationem* NON. *a notione verbi micandi alienam Ribbeck post alios coniecit* ⟨hau⟩ multa longe -anda oratiost (*usu transitivo vix defendendo coll. vol. V 2, 487, 33 sqq.*); *fortasse versus spectavit ad quendam non verba proferentem, sed digitis micantem (sc. innuentem, signa facientem), ut contra* NON. *legendum sit*: ... longe, pro micando ⌊oratiost⌋ (*v. vol. IX 2, 877, 70*).

2 *notione communi, sc. intrans. fere i. q. micando prorumpere, emicare, apparere* (*proprie praeter l. 49*): **a** *-ant varia corporea*: APVL. met. 3, 10, 3 *me* lacrimis ... -antibus crebra singultientem. 3, 21, 5 -ant molles plumulae ..., fit bubo Pamphile. 10, 29, 2 *quod mox* dirrupto spineo tegmine ... -rent rosae. **b** *-ant splendentia* (*res praeter l. 48*): IVL. VAL. 3, 42 flammas quasdam ex oculis deorum ... -antes (*cf. gr. p. 123, 10 ἀστράπτοντας*). PASS. Marcul. (BHL 5271) Migne 8, 766^ fulgore -ante *e nube* (fulgure *var. l.*). AMM. 20, 4, 14 dum lux *diei* -ret (EVSEB. GALLIC. hom. 12, 1 [*item* 12A, 1] de ... caeli fastigio). HYMN. Walpole 86, 4 ab aethere Christus -at (*7* sidus refulget iam novum). SERM. Rev. Bénéd. 57, 1947, 125 l. 105 thronus revertenti *in caelum* filio ... -at patris. *translate de re quae insignis fit*: CONC. Carth. a. 525 p. 257 l. 124 *ut deus* eam dignitatem (*sc. sedis Carth. a quibusdam laesam*) multo melius ubique faciat indiciis clarioribus -are.

[prōmilite *compos., quod per numeros tantum non per casus declinatur, affert* EXPLAN. in Don. gramm. IV 543, 20; *spectat ad iuncturam* pro m. *supra p. 1429, 21 sqq., pro qua gr. ponitur subst. ἀντιστρατιώτης, v. Linderski, quem laudavimus ibid.*]

prōminēns *v.* promineo.

prōminentia, -ae *f.* *a* prominere. *i. q. status prominens vel ipsa res prominens; respiciuntur: opera structa*: VITR. 6, 8, 6 summam ... -am *substructionis.* *promunturia, paeninsulae sim.*: SOL. 2, 21 inter quas -as (*antea*: cornua duo). 7, 15 *Peloponnesus* ut platani folium recessibus et -is figurata (*cf. Mela 2, 38* promunturia). 27, 1 in duas -as, quarum altera promunturium Candidum dicitur *eqs.* 38, 11 *Taurus* procedit in -as (*antea*: promunturiis). 56, 7 ab Indica -a (*cf. Plin. nat. 6, 175* promunturio). MART. CAP. 6, 638 prolixi montis *Appennini* bracchium ... -as utrimque componens (*antea*: promunturium *Bruttium*). *partes corporis* (*edebatur olim pro neutr. plur.* prominentia CELS. 7, 26, 2^N): RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1744^A parva superciliorum -a (*gr. ibid. p. 217^A προβολῇ*). CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3 *si passio* faciat ... oculorum -am et linguam procidentem (diaet. pass. 26). 3, 5, 50 praecordiorum -a. chron. 5, 10, 106 -a partium hydropem fingens. 5, 10, 108 loci -a reflatur. 5, 11, 130 multitudo carnis, quae in pinguem -am erigatur.

prōminentius *v.* promineo. *Bk.*

prōmineo (proēmineo), -ēre. *a* pro *et eadem radice ac* eminere, imminere *al.*; proem- *autem a* pro *et* eminere, *cf.* praeem-, superemine-

re. *longe praevalet* prom-; proem- *trad. l. 9. p. 1852, 18* (*fortasse addas var. l.* SERV. auct. Aen. 5, 204 [*v. supra p. 703, 8*], *vix etiam* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 7, 1 p. 354^D [proeminent *ed. Migne*, praem- *Forbes*]). NOT. Tir. 25, 20 -it (*antea*: eminit). *praes.* -no, -nit *traditur l. 9, in* NOT. Tir. *supra, in var. l.* GREG. M. dial. 1, 1, 4; *formae stirpis perf. non leguntur.* *de notione* (*cf. etiam p. 1852, 12*): SYNON. Cic. p. 439, 20 (*serie mira*) -et. prospicit. urguet. inclinat. despectat. procumbit. propendet. GLOSS. -o: *προέχω.* -et: *προκύπτει, προκόπτει.* incubat. II 418, 42 *προκύπτω*: proemino (-⟨e⟩o *edd.*). GLOSS.^L Corp. P 737 -et: exaltat⟨ur⟩. *legitur in oratione soluta inde a* CAES., SALL., LIV. (*de* CIC. *v. p. 1851, 70*), *in versibus rarius inde ab* HOR., OV., VAL. FL.; *inter formas praevalet part. praes.* [*variat in codd. e. g. cum* imminere *p. 1851, 17,* praeminere *p. 1852, 7.* VVLG. I reg. 14, 5. *al. (cf. p. 703, 4. 7); restituitur* -ens, -entius *pro* promptus, promptius *p. 1851, 34. 1852, 16. 33.*]

I *notione originaria fere i. q. eminere* (*sc. foras vel aliquo porrectum; ad subi. accedit praedicative* totus *l. 37 sq. 61. p. 1851, 72. al.*). *indicatur quo vel quorsum per praepos.* ad *l. 53. p. 1851, 2. 4,* extra *p. 1851, 50 sq. 61,* in *c. acc. l. 37 sq. 66 sqq. et saepe,* per *l. 71,* ultra *l. 36, per adv. e. g.* foras *vel* foris *p. 1851, 69. 72,* utrimque *p. 1852, 32; unde per praepos.* ab *l. 32. 68. p. 1851, 3. al.,* de *p. 1851, 8,* ex *l. 33. p. 1851, 55 (bis). al., per abl. nudum p. 1851, 56 sq.* MART. 3, 72, 6. *al.; quantum vel quousque per enunt. secund. p. 1851, 46 sq., per adv. vel praepos. e. g. l. 33. 66. p. 1851, 18. 52.* *fere pro syn. accedunt e. g.* eminere *l. 71. p. 1851, 4,* exstare *p. 1851, 47 (v. et p. 1851, 29); fere opp.* inclusum *et* occultum *esse p. 1851, 71, participio praes.* -ens *e. g.* conditus *p. 1851, 33,* latens *l. 47,* retractus *l. 64.*

A *de animantibus (animo l. 37), qui se protulerunt vel aliquo verterunt* (*v. etiam ad B*): **1** *proprie*: CAES. Gall. 7, 47, 5 matres familiae *in muro stantes* ... pectore nudo -entes ... obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent (*item de iis, qui loco excelso stant*: STAT. Theb. 11, 416 -et excelsis vulgus ... tectis. APVL. met. 5, 12, 6 scopulo). LIV. 22, 47, 5 hostium cuneum ... a cetera -entem (-ente *var. l.*) acie (*sim.* 22, 47, 7 [*ut glossema seclusit Conway*] media ... aliquantum -ente acie). frg. 60 *Ciceroni* -enti ex lectica praebentique ... cervicem caput praecisum est. VAL. FL. 7, 30 *exspectatione motus* Iason ... -et atque oculos longe tenet. AMM. 30, 1, 21 regulus forte -ens ultra torum (*sc. ut intrantem conspiceret*). **2** *translate*: SEN. dial. 6, 23, 2 sapientis animum totum in mortem (morte *var. l.*) -ere *eqs.* 9, 2, 7 quantum concupiscunt, ... non consequuntur et in spem toti -ent (*postea*: pendentibus).

B *de rebus* (*addidimus hominem vi coactum p. 1851, 46*): **1** *corporaliter -ent, quae alicunde exstant* (*saepius part. praes. vergens in vim adi.*): **a** *loca sim.* (*cf. p. 1852, 8 sqq. 18. 23*): **α** *insulae, scopuli* (*sc. -entes e mari, nisi apud* SALL. *et* ISID. *significatur porrectio ad latus*): SALL. hist. frg. 2, 2 (*inde sim.* ISID. orig. 14, 6, 39) Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in orientem quam in occidentem latior -et. AVIEN. orb. terr. 702 (*in catalogo insularum*) -et Imbrus (*gr. 524 sine verbo*). AMM. 22, 8, 43 Peuce -et insula. VEG. mil. 4, 43, 1 -entibus vel latentibus scopulis. ISID. orig. 14, 7, 1 (*v. p. 1906, 72*). **β** *montes, colles sim.*: SALL. hist. frg. 3, 96C (*si recte suppl. Kreyssig*) *dux* mittit equites ⟨in tumul⟩um circum pro⟨minentem⟩, ut explorarent. LIV. 27, 48, 7 Gallos -ens collis tegebat (*cf.* 28, 33, 4 mons opportune -ens equitum insidias texit). AMM. 31, 10, 15 contra asperitates aggerum -entium (*12* abruptis ... rupibus). HEGES. 1, 30, 9 p. 55, 21 petra usque ad profundas congregationes aquarum velut quodam continenti iugo -ens *eqs.* (*cf. gr. 1, 310 κατέτεινεν εἰς ... φάραγγας*). *al.* *in imagine*: GREG. M. past. 3, 28 p. 106^A quo magis loco -enti consistunt *peccata carnis ignorantes,* eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur (*antea*: quanto altius stant). **γ** *promunturia, paeninsulae sim. (sc. fere in mare; de ripa fluminis l. 63):* *part. praes.* -ens: SALL. hist. frg. 3, 78 -ens aquilonibus minus gravescit quam cetera (*v. La Penna, Stud. Ital. 35, 1963, 43*). FEST. p. 206 saxum -ens in mare (MELA 2, 95 *alter mons Columnarum Herculis* magis et paene totus in m. -ens. PANEG. 6, 19, 1). SEN. nat. 5, 13, 1 ubi *flumina* incurrerunt in aliquod saxum ⌊aut⌋ latus ripae -ens *eqs.* (⌊ ⌋ *var. l.* ad *praeferunt edd. plerique, sed v. Hine, ed. 1996, ad l.*). MELA 1, 16 *ora Europae* nunc vaste retracta, nunc -ens tres ... sinus efficit (TAC. ann. 2, 24, 2 apud ... -entis oras). 2, 37 vaste et multum -ens Graecia. *al.* *ceterae formae*: OV. met. 13, 778 -et in pontum cuneatus ... collis. LIV. 37, 23, 1 *Phaselis* -et penitus in altum (37, 23, 6 promunturium, quod ab Sida -et in a. 37, 27, 7 ut ... saxa plus in a., quam quae in statione sunt naves, -ant). MELA 1, 18 Graecia -et (*postea*: Italia procurrit). 3, 7. 3, 11 *pars Lusitaniae* -et (*cf. 3, 9* paululum eminet). PRISC. periheg. 822 Casii montis qua -et ora per aequor. *al. apud eundem.* **δ** *regiones*: LIV. 38, 59, 5 regio ... a Tauro monte in Aegaeum usque -ens mare. PS. AMBR. mans. 42 p. 39^A Chananaeorum terra ... e vicino iam -bat (*sc. appropinquantibus*). CLAVD. 26, 330 in Arcton -et ... Raetia.

[Krylová]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *partes vel ornamenta aedificiorum*: VITR. 4, 2, 1 cantherii -entes ad extremam suggrundationem (4, 2, 3 *v. p. 1803, 52.* 4, 2, 5 nec c. nec asseres ... possunt -ere). *ibid.* asseres (*v. p. 1803, 43*). 4, 2, 2 ab interioribus parietibus ad extremas partes tigna -entia ([*postea*: eminebant]. VAL. MAX. 9, 2 ext. 6. *cf.* APVL. met. 1, 16, 4 *tigillum* altrinsecus -bat). 6, 2, 2 signorum figurae -entes (*v. p. 1803, 46. item de picturis, quae exstare videntur*: 7 praef. 11 *ut* alia abscedentia, alia -entia esse videantur. 7, 5, 5. VVLG. III reg. 6, 29 picturas ... quasi -entes de pariete et egredientes). 7, 3, 10 *tectoria* circa se -entes habent expressiones. TAC. hist. 3, 71, 2 in -entem porticum. PLIN. epist. 5, 6, 26 *caldaria cella* -et. 5, 6, 38 *cubiculum* valvis in viridia -et et exit (6, 24, 2 c., quod in lacum -et). VVLG. III reg. 6, 32 anaglyfa valde -entia. II Esdr. 3, 26 *turris* -bat, *sc. e muris Hierusalem* (*cf. 3, 27* eminenti).

c *partes corporis animantium vel accidentia earum* (*de toto corpore l. 44; -ent prolapsa sim. l. 18. 20 et saepius. cf. p. 1852, 14. 21; aliter* APVL. *l. 59 sq.*): **α** *variae formae*: OV. met. 6, 673 *avi cuidam* -et immodicum ... rostrum. 13, 845 coma plurima ... -et (im- *var. l.*) in vultus (CVRT. 5, 6, 18 *feminis* c. -ent hirtae. *cf. l. 47 infra*). CELS. 6, 6, 9[C] quatenus foede -bit *oculus*, excidendum erit ([*antea*: prolapsus permanet]. PHYSIOGN. 32 si ... -ant *oculi*). 8, 14, 3 *ut vertebra* in priorem partem -at. *al.* CVRT. 9, 10, 9 -ent ungues numquam recisi (PLIN. nat. 8, 126). COLVM. 6, 29, 5 (*inde* CHIRON 778) incipiunt ... dentes *equi* -ere (PLIN. nat. 11, 165 [*in elephantis*]. Ps. AMBR. act. Seb. 5, 19). PLIN. nat. 8, 116 ramos *cornuum* ... ante frontem -ere solitos *cervis*. STAT. Theb. 5, 511 (*de crista serpentis*) crudelis gloria ⌞fronti⌟ -et (⌞ ⌟ frontis *var. l.*). MART. 3, 72, 6. MARCELL. med. 31, 45 quibus intestinum inprobe -et *ex ano* (31, 53 -et et excedit [*Scrib. Larg. 232* prolabitur et excidit]). PHYSIOGN. 48 ōs longe -et (*gr. p. 374, 5 πρόκειται ἐπὶ πολύ*). 106 caput ... -et ante et retro. *al.* **β** *part. praes.* -ens (*pro syn. accedit* exstans CAEL. AVR. acut. 2, 3, 18. 2, 17, 102): CELS. 4, 1, 5 *iecur* -ens leviter ventriculo insidet. 5, 26, 31[C] in -entibus membris, id est inter ungues et alas vel inguina. *al.* SEN. nat. 1, 17, 7 barbam. COLVM. 8, 2, 10 singulis utrimque -entibus pinnis *e caudis gallorum*. PLIN. nat. 11, 141 *oculi* ([*opp.* conditi]. PHYSIOGN. 32 nimium [*gr. p. 326, 3 προπετεῖς*]. 83 ⌞-entes⌟ satis oculos [⌞ ⌟ *coni. Foerster; trad.* promptos, *quod def. André coll. p. 1852, 16*]. *al.*). 11, 154 (*de palpebris*) -ens munimentum contra occursantia animalia. MART. 5, 4, 4 -entibus venis *ebriae*. LACT. opif. 5, 13 dentium *elephanti* -ens magnitudo. HIST. AVG. Comm. 10, 9 hominem pene -ente[m] ultra modum animalium (*cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 62 pueris ... magis -ens veretrum fiet). PHYSIOGN. 48 *ōs* nec nimis ⌞-ens⌟ nec nimis humile (⌞ ⌟ ingens, pronum *var. ll., v. app. crit.; gr. p. 373, 5 προπετές. postea*: pronitas). 86 rotundum ventrem et -entem (93 v. ultra modum -ente [-ere *var. l.; gr. p. 412, 4 προγάστορα*]). CASS. FEL. 29 p. 50, 16 proptosis ... est oculorum ex nimio tumore -ens casus (78 p. 189, 5 matricis [*sim.* p. 189, 10]). *et saepius. de toto corpore modum solitum excedente*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 131 flato atque extento et -enti corpore.

d *varia*: HOR. epod. 5, 35 cum -ret ore *puer in terram infossus*, quantum exstant aqua suspensa mento corpora. carm. 1, 21, 6 nemorum coma, quaecumque ... -et Algido *eqs.* (*cf. l. 17*). LIV. 37, 11, 13 contis ... binis a prora -entibus. 37, 27, 7 naves (*v. p. 1850, 69*). VITR. 10, 9, 2 (*cf. 5* exstantem) denticulus -ens extra dentes *tympani* (*item de partibus machinarum*: 10, 9, 5 axis habens extra navem -entia capita. COLVM. 3, 13, 11 virgula -ens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet. AMM. 20, 11, 15. *al.*). PAVL. FEST. p. 55 crepidines: saxa -entia (*nisi ad b*). COLVM. 3, 6, 3 *malleolus* in ea parte, qua deciditur ..., -ens (*item de partibus plantarum*: 4, 24, 18 *quicquid* e duro -et [*antea*: quae procedunt e trunco]. 5, 5, 10 ex brachiis *vitis* quasi quaedam cornua -entia. 5, 6, 11 ramos trunco[s] -entes [promitt- *codd. plerique*]. 5, 6, 14 stirpem -entem trunco). STAT. Theb. 4, 176 galeae ... -et arce gigans. APVL. met. 6, 26, 6 in his *rupinis* -entes silices. 9, 27, 2 extremos adulteri *sub alveo absconditi* digitos, qui per angustias ... tegminis -bant (*fortasse addas* 6, 31, 6, *v. supra p. 703, 2 sqq.*). *al.* HYG. astr. 4, 11, 1 *caput Draconis sideris* maxime arcticum extra circulum -et. *al.*

2 *incorporaliter -ent*: **a** *quae aliquo tendunt, diriguntur (cf. A)*: *in futurum*: LIV. 28, 43, 5 tamquam non longius ... cupiditas gloriae extendatur maximaque pars eius in ... posteritatem -at. SEN. epist. 101, 9 *sollicitudinem futurorum effugiemus*, si vita nostra non -bit, si in se colligitur; ille enim ex futuro suspenditur, cui inritum est praesens. *foras* (*vigente imagine*): PANEG. 4, 1, 3 non ... se capit exundantis laetitiae magnitudo, sed dedignata pectorum latebras ... foris -et. LACT. epit. 50, 5 (*tribuitur Ciceroni, sc. rep. 3, 10; cf. p. 1802, 13*) cum ceterae virtutes ... sint ... intus inclusae, solam esse iustitiam, quae ... *non sit* occulta, sed foras tota -at et ad bene faciendum prona sit (*cf.* ZENO 2, 1, 12 est ... *iustitia vera* in publicum tota -ens). *in aliquem hominem*: DON. Ter. Ad. 314, 3 ⌞vitium in Aeschinum totum⌟ -ens ostenditur etiam per aliena supplicia (⌞ ⌟ vindicta ... tota *Wessner, sed cf. 311* scelus Aeschini ostenditur). **b** *quae conspicua, manifesta sunt*: AVG. ord. 2, 4, 13 si ... *oratio summissa* desit, illa pulchra, *i. schemata sim.*, non -ent, non in suis quasi regionibus ... dominantur. CAEL. AVR. acut. 1, 2, 33 multorum *signorum morbi* concursus discretionum facit intelligentiam -ere.

II *per confusionem praeverbiorum i. q. praeminere, sc. de iis, qui (quae) aliis praestant: virtute* (*si recte legitur*): LEX Sal. Merov. prol. 1 *Franci* ceteris gentibus ... fortitudinis brachio -bant (prem(in)ebant *var. ll.*; *postea*: praecellerent). *altitudine*: GREG. M. dial. 1, 1, 4 *mons* monasterio in excelsum -et. 3, 16, 7 magna desuper rupis eminebat, quae ... Martini cellae -ens casum suum ... minabatur.

part. praes. ⁑**prōmināns** (proēmināns), -entis *pro adi. vel subst. adhibitum fere i. q. exstans* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 2359 -s: altus. 2360 excelsus): **1** *adi.: gradum positivum v. sub verbo; superl. nusquam legitur; compar.* -ior (*cf.* magis -s *p. 1850, 55. 1851, 39*): *de partibus corporis*: PLIN. nat. 10, 7 -iore cauda *aquilae cuiusdam*. PHYSIOGN. 48 si aliquanto labium superius sit -ius (*Foerster*; promptius *trad., cf. p. 1851, 34*). EVGRAPH. Ter. Eun. 335 ('labris demissis') scimus ... retortis ad hiatum labris et (sed *trad.*) proeminentioribus minus facile sonos exprimi. *de locis*: ISID. diff. 1, 376 colles *sunt* -iora iuga montium.

2 *subst. neutr.* (*vix agnoscas masc.* -es, *v. enim* GLOSS.[L] III Abstr. PRO 48 *et* 51): **a** *de partibus corporis* (*calculi in vesica* CELS.): CELS. 7, 26, 2[N] *scalpellus* potest in aliqua -ia incidere. CENS. 6, 3 esse in alvo *matris* -s quiddam, quod infans ore adprehendat. **b** *de locis, fere promunturiis*: TAC. ann. 1, 53, 5 in -i litoris (*cum gen. etiam* 2, 16, 1 -ia montium). SOL. 5, 2 Sicilia ... diffusis -bus triquetra specie figuratur. AVIEN. ora 57 sinus ... curvos atque -ia. 94 sub huius ... -is vertice (533). 161 Aryium ... tumescit -s in ... septentrionem. 702 ⌞terga⌟ celsum -s (⌞ ⌟ *acc. respectus*). *al. ibid.*

adv. compar. **prōminentius.** *i. q. ita, ut aliquid magis promineat, altius, sublimius* (*de partibus corporis sublevandis*): CAEL. AVR. acut. 1, 11, 90 paulo -ius a lecto producendus *erit* aeger atque paululum inclinandus (chron. 2, 4, 73 capite ... p. -ius a cetero corpore sublevato. 2, 13, 149 p. -ius caput levatum [*coni. Bendz*, promptius *trad.*]). 5, 4, 68 clunibus -ius sublevatis.

deriv.: prominentia. prominulus; *cf.* promunturium.

[1. prōmino *v. p. 1850, 4.*] *Krylová.*

2. prōmino, -āre. *a* pro *et* minare. *i. q. minando, i. agendo, promovere, propellere*: APVL. met. 9, 27, 1 senex ... iumenta ... ad lacum proximum bibendi causa gregatim -bat. *v. L.*

prōminulus, -a, -um. *a* prominere, *cf.* eminulus. [*restituit Baehrens praeter necessitatem* PRISC. periheg. 93, *ubi trad.* pro merito.] *i. q. (paulum) prominens: de parte aedificii*: PLIN. epist. 5, 6, 15 *villa* solem ... quasi invitat in porticum latam et ⌞-am⌟ (pro modo longam *codd. plerique; v. autem Schuster, Stud. zur Textkritik des jüngeren Plin., 1919, 30 sqq.*). *de partibus corporis earumve aspectu*: SOL. 27, 59 sphinges ... mammis -is ac profundis. 30, 8 -a ora *Cynamolgorum*. HIST. AVG. Pert. 12, 1 fuit ... senex ... ventre -o. AMM. 23, 4, 8 (*de machina belli conficienda*) *arboris* summitas duro ferro concluditur et prolixo, arietis efficiens -am speciem. MART. CAP. 3, 261 u *littera* ... labris ... -is exhibetur. *Bl.*

prōmiscam *adv.* [*adv. in* -am *formatum ut* perperam *sim.; v.* promisc(u)us. *Fo.*] [*e coni. dubia* VARRO Men. 383 *p. 1854, 31.*] *i. q. promiscue, pariter* (*item* PAVL. FEST. p. 224 -m dicebant pro promiscue): PLAVT. Pseud. 1062 ut *quidam obvius* mea laetitia laetus -m siet (promisc(u)a *var. ll. contra metrum*).

prōmiscē *v.* promisc(u)us.

?**prōmisceo,** -uī, -xtum, -ēre. *a* pro *et* miscere *pro* permiscere *sec.* promiscus, *si vox est agnoscenda.* [*falsa var. l. pro* per- MACR. somn. 1, 6, 24; *falso trad.* AFRAN. *p. 1855, 36 et* PAPIN. dig. 42, 6, 3, 1 (promisceri *trad.*, per- *edd. vet.*, pro portione misceri *Huschke*); *e coni. falsa* APIC. 4, 5, 1 (*pro* prae-).] *i. q. permiscere*: Ps. ORIG. tract. 7, 5 paleae cum luto -tae (com- *cod. alter*). *ibid.* cogitationes ... *cum* corporum vitiis -entes (per- *cod. alter*). 13, 30 in populo seditiones et factiones -uit. APIC. 1, 5 *omnia in oleum* mittes ... et per triduum ... -e diligenter (per- *cod. M, ed. princ., quae vox trad. quinquies apud eundem*).

*deriv.: ?*promixtio.

⁑**prōmisc(u)us,** -a, -um. [*a* miscere; *vis praefixi* pro- *parum certa est; forma vetustior* promisc-us (*v.* promiscam), *quae videtur non aliter facta esse ac* invid-us, prodig-us *al.* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 395*), *postea aliis adi. q. s.* perspic-uus *sim. (Leumann 303) similis est reddita, videlicet propter notionem passivam. Fo.*] *forma* -cus *firmatur metro* PLAVT. Rud. 1182 (*restit.* Asin. 366) *et* AVIEN. Arat. 302, *intellegenda est fort. in titulis praebentibus* -qu- (*sc.* DECRET. decur. Salens. [Inscr. Maroc. Gascou 307] 3, 19 *et* S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 35; *v. Cassiod. gramm. VII 149, 1 sqq. et cf. p. 1855, 16 et var. ll.* -cua, -qua PROB. inst. gramm. IV 120, 4) *traditurque in cod. ant.* FRONTONIS p. 136, 15 *et in pluribus cod. rec. (saepius in var. l.), e. g.*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 7, 1, 6. *al.* (*cf. Conway-Walters ad 3, 47, 7*). Tac. ann. 1, 48, 1 (*cod. M ut fere ceteris locis, v. Goodyear, comm. 1972, ad l.*). Gell. 11, 16, 8. 13, 17, 1. *al.* Cypr. epist. 13, 5, 1; *ceterum forma communis est* -cuus, *quam saepe exhibent iam codd. antiqui e. g.* Liv. 4, 56, 12 (*V*). Plin. nat. 14, 2 (*M ut* 15, 7). Vet. Lat. num. 11, 4 (cod. 100). Lact. inst. 3, 21, 8 (*B*). Cod. Theod. 7, 20, 3 (*R*). *desunt compar. et superl.* (*cf.* nimium -us *l. 38*). *de notione*: Gloss. -us: *ἐπίκοινος. ἀδιάφορος. μεμιγμένος.* -a: confusa, diversa vel varia sive commixta. Gloss.^{L} I Ansil. pr 2381 -um: commune. *sim. al. legitur in versibus apud* Plavtvm *et* Avienvm (*v. p. 1852, 70 sq.*), *in oratione soluta singulis locis apud* Varronem (*v. p. 1854, 30*), Sall., *ceterum inde a* Liv., Val. Max., *frequentatur a* Liv. *et* Tac. [*confunditur in codd. maxime cum* promissus Liv. 7, 21, 1 (*restit.* Plavt. Asin. 366 Tac. ann. 13, 26, 3 Symm. epist. 1, 60).]

I *notione originaria, sc. i. q. permixtus, confusus, indiscretus* (*pro subst. masc. p. 1854, 65. 74, neutr. l. 42. p. 1854, 21. 59. 73*): **A** *significatur res (homo l. 36), quae indiscrete aliquo pertinet*: **1** *active, sc. plures vel plura afficiens, tangens, indicans sim.* (*omnia peti illustratur e. g. l. 21. 34; pendet praepos.* ad *c. gerund. l. 37,* erga *fortasse l. 31; vix huc l. 55*): **a** *vario usu*: α *de rebus*: Plavt. Asin. 366 iussit vel nos atriensem vel nos uxorem suam defraudare; dixit sese operam -am dare (promissam *trad.*). Liv. 2, 30, 15 -a omnium generum caede (24, 30, 4 militum atque oppidanorum. Tac. ann. 1, 48, 1 Firm. err. 12, 5. *cf.* Liv. 10, 41, 3 -a hominum pecudumque strages). Sen. clem. 1, 2, 2 -am habere ac vulgarem clementiam *non* oportet (*seq.* omnibus ignoscere). dial. 3, 2, 3 in perniciem -am totos populos capitis damnatos (*opp.* singulorum; viritim). epist. 29, 1 *Cynici* libertate -a usi sunt et obvios ⟨quosque⟩ monuerunt. Tac. hist. 2, 69, 2 -ae missiones offerebantur. ann. 16, 16, 2 *illustres viri* exsequiis a -a sepultura separantur (*opp.* propriam memoriam). *al.* Gell. 11, 16, 8 (*circumscribit πολυπραγμοσύνην*) a varia -aque et non necessaria rerum cuiusquemodi plurimarum et cogitatione et petitione. 13, 17, 1 benevolentiam ... erga omnis homines -am. *al. respectu coitus, stupri illicite cum quibuslibet peragendi*: Liv. 39, 8, 7 stupra -a ingenuorum feminarumque erant. Apvl. met. 8, 26, 5 -is operis. Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 3 *barbarorum* libido -a. Ivst. 3, 4, 5 -os omnium feminarum concubitus. Rvfin. hist. 3, 29, 2 (*gr. ἀνέδην*). Avg. bon. viduit. 8, 11 per usum -um feminarum. *al.* β *de hominibus sine discretione, sine cautione agentibus*: Hil. in Matth. 5, 6 iubet esse ... et ad ultionem negligentes et ad diligendum -os. trin. 2, 18 nimium facilis et -us hic fuisti.

b *in arte gramm. respicitur genus epicoenon* (*v. definitiones vol. V 2, 663, 26 sqq., imprimis* Prob.; *saepius iuxta ponitur vel disting.* communis, *cf. ibid. 663, 44 sqq.*): Qvint. inst. 1, 4, 24 -a, quae *ἐπίκοινα* dicuntur (*n. pro subst., sc. nomen -um, ut*: Serv. auct. Aen. 2, 355 apud veteres lupus -um erat. *al.*). Don. gramm. min. 2 p. 586, 8 *genus* epicoenon, id est -um, ut passer, aquila (gramm. mai. 2, 5 p. 619, 15 quod ... marem et feminam conprehendit. *al.*). Dosith. gramm. 17, 4 sunt et -a *nomina eqs.* (Serv. auct. Aen. 2, 471. *al.*). Cledon. gramm. V 50, 26 pronomen -um inveniri *non* potest. *al.*

2 *passive, sc. a pluribus peracta, petita, possessa, adhibita sim.* (*a partibus duabus e. g. l. 58. 67. 71 sqq., ab omnibus l. 63. p. 1854, 19; in bonam vel neutram partem vergit in notionem q. e. communis, celeber sim. e. g. l. 57. 64, in malam partem fere i. q. vilis, vulgaris sim. e. g. l. 59. p. 1854, 7. al.; quibus quid -um sit, indicat dat. [etiam c. verbo iungendus] l. 55. 57. 58. 72 sq. al.,* cum *p. 1854, 15. 18. al., cf.* penes *l. 62*): **a** *adi.*: α *exempla varia*: Plavt. Rud. 1182 eamus intro omnes, quando operam -am damus. Sen. benef. 6, 34, 3 vulgare et publicum verbum et ⌞-um ignotis⌟ 'have' (⌞ ⌟ *sc. 'quo ignoti utuntur', vix 'designandis ignotis aptum', ut spectet ad 1*). Plin. nat. 15, 7 *natura oleum* fecit ... -um et vulgo. Tac. Germ. 28, 1 sedes -as adhuc. ann. 3, 53, 4 -as viris et feminis vestes. 4, 16, 3 -o feminarum iure. 4, 37, 3 vanescet Augusti honor, si -is adulationibus vulgatur. 14, 14, 2. 15, 33, 1 -as scaenas. Plin. epist. 10, 96, 7 *Christianorum* cibum -um ... et innoxium. Svet. Aug. 53, 2. Fronto p. 136, 15 non vulgari ritu et -o. Gell. 16, 13, 4 opinionis. Apvl. Socr. 14 p. 150 *hae res* certe penes cunctos notitiam -am possident. Vlp. dig. 21, 1, 17, 15 cui *cellae* commune et -um plurium cellarum iter est. Pavl. dig. 35, 1, 11, 1 *in testamento factas* -as condiciones (*i. quas omnes implere possunt*) ..., veluti 'si Capitolium ascenderit' (*seq.* non -as). Cypr. epist. 13, 5, 1 *qui se* maculent cubilia cum feminis -a iungentes. hab. virg. 19 -as balneas, *sc. quas adeunt viri et feminae.* Hier. epist. 69, 3, 6 de re publica Platonis -as uxores, communes liberos *habere.* Macr. Sat. 3, 3, 4 *v. p. 1659, 45. al. respiciuntur ordines civitatis indiscreti* (*cf. l. 28. p. 1854, 11 sqq. 23. 60*): Liv. 4, 2, 6 quam ... aliam vim conubia -a habere, nisi ut ... volgentur concubitus plebis patrumque? 4, 54, 5 quae *comitia quaestoria* sola -a plebei patribusque *reliquerat senatus.* 7, 21, 1 *consulatum* -um patribus ac plebi facere. 7, 32, 14 -us consulatus patet. Tac. ann. 16, 13, 2 *in pestilentia* equitum senatorumque ⌞interitus, quamvis -i⌟, minus flebiles erant (⌞ ⌟ *i. quamvis promiscui interierunt*). β -us usus (*cf. p. 1853, 35*): Liv. 5, 13, 7 *in sacro celebrando* -o ... u. rerum omnium in propatulo posito. Sen. dial. 7, 25, 1 ⟨ubi⟩ aurum argentumque in -o u. sit (Plin. nat. 21, 7. Svet. Claud. 41, 3 [*de novis litteris*]). Plin. nat. 9, 123 *aliquid* in -um ac frequentem u. venisse. 14, 2 quae ante occulta fuerant, in -o u. facta. 33, 20 (*cf. 33, 29* celebres). Tac. ann. 3, 70, 1 *quendam* maiestatis postulatum, quod effigiem principis -um ad u. argenti vertisset. Vlp. dig. 32, 45 communis -ique u. *causa* (*sc. utriusque coniugis; sim.* Pavl. dig. 7, 8, 9 uxorem cum viro in -o u. eas res habere. *al.*). Iulian. in psalm. 15, 4[a] vasa templi ... a -o u. in dei ministerium separata. *al.* γ *aliquid* -um est (*copula suppl. l. 15*): Liv. 4, 54, 8 quae *consulum comitia* nondum -a essent (*item de muneribus utrique ordini patentibus*: 4, 56, 12 honores. 7, 1, 6. 10, 6, 5. *cf. p. 1853, 72 sqq.*). Val. Max. 4, 5, 1 -us senatui et populo spectandorum ludorum locus erat. Plin. nat. 5, 15 victum *canis* ... -um his *Canariis* esse et dividua ferarum viscera. *al.* Tac. hist. 4, 63, 2. ann. 3, 34, 2 cetera -a cum marito, *sc. esse uxori.* 11, 25, 4 -um patris patriae cognomentum (*opp.* non usitatis vocabulis). 13, 26, 3 *libertorum et dominorum* actiones -as et pares esse. Apvl. flor. 8, 1 nec haec *dignitas* illi sit cum aliis -a. Call. dig. 50, 4, 14, 5 gerendorum honorum non -a facultas est. Hil. in psalm. 55, 7 non ... omnibus gloria et honor est -us resurgendi. *al.*

b *neutr. pro subst. in locutione* in -o esse *vel* habere (*cf. l. 60. 73*): Liv. 7, 17, 7 (*6* dictator ... primus de plebe dictus) id ... patribus indignum videri etiam dictaturam iam in -o esse (29, 17, 14 *legatus corruptus* in -o licentiam atque improbitatem esse voluit. 39, 13, 10 ex quo in -o sacra sint et permixti viri feminis. Tac. Germ. 44, 3 *apud quosdam non erant* arma ... in -o). 40, 51, 7 habuere ... in -o ... pecuniam (Plin. nat. 33, 26 *olim servi* dominorum gentiles omnem victum in -o habebant).

B *significantur, quae inter se mixta, indiscreta sunt*: **1** *usu vario*: **a** *adi.*: α *de animantibus:* Ⓘ *de singulis vel de multitudinibus pluribus* (*sing. l. 36*): Varro Men. 383 dum vixit, ⌞-as avis⌟ mei in cortibus pavit (*restit. Bücheler,* -am *Scaliger, alii alia*; -miscaris *codd.*). Vet. Lat. II Macc. 12, 13 (rec. L, *sim.* recc. V, P) quae *civitas* turbis inhabitabatur gentium -arum (*gr. παμμιγέσιν, rec. X* turbae permixtae, *M* commixtae). Epist. Alex. p. 198, 18 genera ferarum -a. Ind. capp. Hil. in Matth. 22 de invitatis -is (*cf. Hil. in Matth. 22, 6* mali simul cum bonis veniunt). in psalm. 54, 19 omni -a aetate ... interempta (Amm. 30, 5, 14 iugulata). Greg. M. epist. 13, 16 l. 9 oves et capras -as capita viginti. Ⓘⓘ *de multitudine e diversis composita*: Liv. 39, 15, 12 coetus ... -os mulierum ac virorum (Tac. ann. 14, 20, 5). Tac. ann. 12, 7, 1 conglobatur -a multitudo (Fronto Gell. 13, 29, 4 ingentem atque -am. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 35 lanista dimidiam copiam universi numeri -(a)e m. praebeat. Ennod. opusc. 3, 40 p. 341, 2. *al.*). Vvlg. exod. 12, 38 vulgus -um innumerabile ascendit cum eis *filiis Israhel* (num. 11, 4 Apon. 9, 46. Primas. in apoc. 19, 17 -um et ignobile). *al.*

β *de rebus*: Ⓘ *plur.*: Val. Max. 1, 6, 11 corpus imperatoris inter -as cadaverum strues ... *animalibus* obiectum. Tac. hist. 1, 66, 1 -is copiis *commeatūs.* Gell. 13, 9, 2 de variis atque -is quaestionibus. Cod. Theod. 7, 20, 3 frugum -arum modios *tot.* Vlt. Syll. gramm. IV 250, 4 de adverbiis -is *disputare.* Pelag. in I Cor. 9, 22 carnibus vesci -is. Ennod. epist. 5, 8, 2 p. 131, 6 -is dedicata nuntiis fama. Ⓘⓘ *sing.* (*gen. qual. praeter* Salv. *et* Ambr.): Amm. 14, 3, 3 -ae fortunae ... multitudo. 17, 13, 12 necessitudines ... aetatis sexusque -i (Svlp. Sev. chron. 2, 11, 5 -i s. atque ordinis. Salv. gub. 7, 42 inrisionem s. -i. Pallad. hist. mon. I 49 p. 333^{D}). Ambr. fid. 3, 10, 65 est ... scripturis -a consuetudo divinis, ut interdum ..., interdum *eqs.* Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 13 p. 666^{B} tot -ae aetatis et condicionis hominum (*adde l. 52 et cf. l. 36*). Hyd. chron. II p. 30, 186 -i generis ... multitudo ([*syn.* variae nationis]. Cod. Iust. 6, 56, 7, 2 cum fratribus vel -i g., *sc. fratribus et sororibus*).

b *subst.*: α *neutr.*: Liv. 34, 44, 5 *censores* imperarunt, ut loca senatoria secernerent a populo; nam antea in -o spectarant (34, 54, 6 [*postea*: cur immisceri sibi in cavea patres plebem *nolunt?*]. *cf. l. 21 supra*). Tac. Germ. 5, 3 -a ac vilia mercantibus. *vergit ad notionem q. e. mixtura*: Evstath. Basil. hex. 3, 4, 12 firmamentum aut unum ex simplicibus *elementis* esse aut, quod ex eis processit, esse -um (*gr. τὸ ... μίγμα*). β *masc.*: Ambrosiast. in I Cor. 15, 2 -is ... loquitur, ut *fideles* ... gaudeant, et qui nutant, *corrigantur.*

2 *in aestimando, iudicando significantur, quae videntur esse indifferentia, eiusdem loci sim.*: **a** *adi.*: Sall. Catil. 12, 2 pudorem pudicitiam, divina atque humana ⌞-a⌟, nihil pensi ... habere (⌞ ⌟ *dub., utrum attrib. an praedic., v. Vretska, comm. 1976, ad l.*). Tac. hist. 1, 84, 4 muta ista (*sc. saxa urbis*) ... intercidere ac reparari -a sunt (*inf. pendet ex adi., cf. Hofmann-Szantyr 351; alii plur.* -a sunt *per graecismum pro locut.* -um est *poni putant*). **b** *subst.*: *neutr. in locutione* in -o: Sen. dial. 2, 19, 1 honores iniuriaeque vulgi in -o habendae *sunt. masc., de eo, qui nullis meritis est distinctus*: Hil. in psalm. 133, 1 non omnium est deo accepta be-

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nedictio neque se -us putet placere posse *deo*; soli istud competit dei servo, non peccati servo.

II *notione deflexa in versione, sc. i. q. admixtus* (*de alienigenis cum populo quodam habitantibus*): VET. LAT. num. 11, 4 (cod. 100) -i in illis *Iudaeis* concupierunt concupiscentiam (*gr. ὁ ἐπίμικτος,* Aug. loc. hept. 4, 26 -us, qui erat in eis [*explicat*: singularem posuit pro plurali]; *aliter* VVLG. *p. 1854, 43*). Ier. 25, 20 (Tycon. reg. 4 p. 53, 21) *potavi* Farao regem Aegypti et pueros eius ... et universum populum eius et omnes -os eius (*gr. 32, 6 συμμείκτους, Vulg.* universis generaliter; *explicat Hier. ad l.* id est misticios *eqs., v. vol. VIII 1143, 39 sqq.*).

adv. **prōmisc(u)ē.** *formae* -misce *et* -miscue *eadem fere frequentia leguntur saepe variantibus codd.* (*contra* MAR. VICTORIN. gramm. 4, 14 'promiscuus' ... '-ue' facit, non '-e'); -ce *exhibetur in inscr. perdita* CIL V 7920, 7, *in codd. antiquis* LACT. inst. 1, 20, 31 (*B*). HEGES. 5, 1, 3 (*C, M²*), *firmatur metro* AFRAN. com. 261 (*restit. pro* promiscit). VARRO Men. 71 (-que *trad.*). PRVD. perist. 10, 253; -cue *praebent tituli* CAVTIO Phaonis (CIL X 444) 31. CIL VIII 26608, 5 (*saec. II?*). INSCR. Année Épigr. 1927 n. 124 (*Formiae; saec. II²/III*), *codd. antiqui e. g.* LIV. 24, 19, 2 (*P*). 41, 8, 11 (*V*). GAIVS dig. 19, 1, 19 (*F*). COD. Theod. 8, 16, 1, 1 (*R*), *propter clausulam K. Müller, Mus. Helv. 49, 1992, 67 legi vult* CIC. de orat. 3, 72. MIN. FEL. 9, 2 *et* 31, 4 (*cum ed. princ.*). *desunt compar. et superl.* (*cf.* magis -e *p. 1856, 60*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 437, 30 passim. indiscrete. vulgo. -e. confuse. GLOSS. *μίγδην, κοινῇ. ἀδιαφόρως. ἀναμίξ, χύδην. al.* *legitur inde ab* AFRAN. (*semel [restit.], et bis in versibus aliorum*), VARRONE, CIC., CAES. [*confunditur in codd. maxime c.* praemisc(u)e LIV. 22, 55, 3 TERT. orat. 21 p. 192, 23 AVG. serm. 18, 1, promisse AMBR. parad. 12, 60. *al.* (*restit.* RVT. LVP. 1, 5 AVR. VICT. Caes. 16, 12); *falso edebatur olim* CHALC. comm. 269 (*pro* initiisque).]

i. q. modo promiscuo (*pendet e verbo praeter p. 1856, 11. 31. 1857, 9; iuxta pon. e. g.* indiscriminatim *p. 1856, 65,* indifferenter *l. 46. p. 1856, 27,* indefinite *p. 1856, 14, opp. e. g.* proprie *l. 59. p. 1856, 63. 71; cum contemptu l. 50. 74. al.; nota* quasi -e *p. 1856, 4*): **1** *generatim*: **a** *respectu quolibet; illustrantur singulae partes enuntiati, sc.*: **α** *determinationes variae, imprimis loci vel temporis* (*quae cum deficiunt, sublucet notio q. e. ubique vel semper, e. g. l. 45. 51*): AFRAN. com. 261 quae facere nos solemus festivo die, cotidiano ⟨tu⟩ opere -e (*restit. Ribbeck,* -miscet *Iunius,* -miscit *trad.*) omnia, *sc. facis*; aeque profesto ⟨ac festo⟩ concelebras focum. LIV. 4, 6, 8 ut tribunos militum consulari potestate -e ex patribus ac plebe creari sinerent (*in re simili* 4, 43, 12 de plebe ac patribus). 4, 25, 4 magna ... clades in urbe agrisque -e hominum pecorumque pernicie accepta *est* (promiscua *Gronov*). 5, 55, 2 -e urbs aedificari coepta (*postea*: omisso sui alienique discrimine). TAC. hist. 2, 49, 4 -e Bedriaci Placentiae aliisque in castris. GAIVS dig. 19, 1, 19 in emptione venditioneque. TERT. orat. 21 p. 192, 23 quod -e observatur per ecclesias quasi incertum. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 37 -e grandes nascuntur *lupi.* CHALC. comm. 64 per omnes provincias ... -e et indifferenter. COD. Theod. 13, 5, 6 non -e, sed per vicissitudines rite servatas. AMM. 23, 6, 75 omnes ... -e vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur. 31, 6, 3 *milites in oppugnatione urbis* passim et -e ruebant. *al.* *de coitu c. quibuslibet habito* (*nisi quaedam ad β vel γ trahas*): LIV. 3, 47, 7 pecudum ... ritu -e in concubitus ruere. MELA 1, 106 *Mossyni* -e concumbunt et palam. MIN. FEL. 31, 4 Venerem -e spargitis (*syn.* passim). LACT. inst. 1, 16, 11 ut hoc, *sc. coitum,* -e aut in propatulo faciant. 1, 20, 31 *coeuntes* permixti sunt, utique -e, nec enim vacabat discernere. RVFIN. hist. 4, 7, 11 *Christianos* inlicitis ... stupris et -e habitis in matribus ac sororibus pollui.

β *ipse agens vel subi.* (*etiam in structura passiva* [*ubi subaudiendus est l. 69 sq.*]): VARRO Men. 71 unam virtutem propriam mortalibus fecit; cetera -e voluit communia habere, *sc. homines et animalia.* CIC. leg. agr. 2, 85 -e toto *campo Martio* quam proprie parva frui parte malitis. de orat. 3, 72 ex quo *fonte oratores et philosophi* -e haurirent, si manere in pristina communione voluissent. Ps. SALL. rep. 2, 7, 12 *in quibusdam rebus publicis* -e dives et pauper, ut cuique fors tulit, de maximis rebus iuxta ac de minimis disceptat. LIV. 41, 8, 11 -e sine lege, sine stirpe in civitatem Romanam per migrationem et censum transibant. RVT. LVP. 1, 5 -e omnia *licebant* (MAR. VICTORIN. gramm. 2, 3. SVLP. SEV. chron. 2, 6, 3 *cum vasis Iudaeorum sacris* per ... licentiam regalis convivii -e omnes virilis ac muliebris sexus, uxores concubinaeque *regis* ... uterentur. *cf.* AMM. 14, 6, 17 *sequitur* totum -e servitium cum otiosis plebeiis ... coniunctis). SEN. epist. 90, 36 cum in medio iacerent beneficia naturae -e utenda (*sc. ab omnibus, item*: TAC. hist. 1, 47, 1 convicia ac probra, quae -e iacta haesisse animo eius *Othonis* nemo sensit). VLP. dig. 34, 2, 23, 2 communia sunt, quibus -e utitur mulier cum viro. AVG. serm. 18, 1 bona et mala ... -e habentur a bonis et malis. IVLIAN. in Os. 4, 8 l. 208 nulla inter plebem erit sacerdotesque discretio, sed qui vixerunt -e, etiam viliter interibunt. *al.*

γ *obi., cui aliquid tribuitur sim.* (*sc. dat.*): Ⓘ *posito dat.* (*huic. ne l. 11?*): CIC. Font. 22 aurium iudicium et -e et communiter stultis ac sapientibus ... datum (*item iuxta opposita*: PLIN. nat. 11, 130 maribus ac feminis. CHALC. comm. 133. IVLIAN. in Am. 8, 11 l. 200 *quae* bonis malisque quasi -e ... accidunt. CIL V 7920, 7 oleum populo viris ac mulieribus -e dedit). LIV. 1, 43, 10 non ... viritim suffragium ... eodem ... iure -e omnibus datum est (43, 16, 7 ut omnibus ... -e ius *quoddam* esset. CALL. dig. 50, 6, 6, 12. COD. Theod. 8, 16, 1, 1 iuris imperia ... solvimus -e o., *sc. feminis. cf.* AVR. VICT. Caes. 16, 12 cunctis). AMBR. parad. 12, 60 -e generi non conveniebat humano. Ⓘⓘ *subaudiendo fere dat.* (*significatur aliquid ad quemlibet vel omnes pertinere; cf. p. 1855, 34 sq.*): SEN. nat. 6, 32, 7 ardentes -e communes populis cadentibus rogi (*an ad p. 1855, 75?*). PLIN. nat. 13, 70 -e repatuit usus *chartae.* CAVTIO Phaonis (CIL X 444) 31 aquā ... -e licebit uti. GELL. 2, 24, 7 quidquid esset natum e terra, vite, arbore, -e atque indefinite largita est *lex Licinia.* CIL VIII 26608, 5 (*saec. II?*) ⟨ludos sc⟩aenicos et ⟨epulum ... p⟩romiscue dederit (*nisi dat. in lacuna periit; sim.* INSCR. Année Épigr. 1927 n. 124 [*Formiae; saec. II²/III*] *ob statuae* dedic(ationem) pavit ... pane et vino -e posito et dedit sportulas decurionbus) *eqs.*).

δ *obi., quod afficitur, tractatur* (*sc. acc. [abl. iuxta* uti, fungi *l. 32. 37] subst. vel pron.; addidimus gen. obi. iuxta subst. verbale l. 31, obi. effectum l. 30); pertinet ad*: Ⓘ *obi. duo* (*quae sunt subaudienda ex enunt. relat. l. 27*): SALL. Iug. 26, 3 omnis puberes Numidas atque negotiatores -e ... interficit. LIV. 22, 55, 3 *nominibus caesorum nondum nuntiatis cum* vivi mortuique ... -e conplorarentur. 24, 19, 2 servitiaque et plebem -e *armare.* SEN. dial. 5, 5, 1 *pestilentia* -e ... imbecilla robustaque invadit. PLIN. nat. 10, 101. GELL. 3, 3 tit. -e verae atque falsae *comoediae* nomine eius *Plauti* inscriptae feruntur. VINCENT. LER. comm. 15, 3 indifferenter atque -e et, quae dei sunt propria, tribuuntur homini, et, quae carnis propria, adscribuntur deo. *al.* Ⓘⓘ *obi. unum* (*sc. plur. praeter l. 35. 41*): LIV. 5, 48, 3 pigritiā singulos sepeliendi -e acervatos cumulos hominum urebant (*i. -e acervatorum hominum*). 24, 19, 9 caedes ... -e omnium ... fieri coepta est (GELL. 6, 3, 52 omnibus -e tuendi atque propugnandi modis usus est [*antea*: non ... distincte]. CENS. 10, 4 non -e voces omnes cum aliis ut libet iunctae *concordiam efficiunt* [promiscae *var. l.*]. *al.; cf. e. g.* HEGES. 5, 1, 3 confuso ... omnium -e sanguine). SEN. benef. 4, 28, 5 quae -e turbam admittunt (*opp.* separatim). PLIN. epist. 10, 3, 1 omnibus advocationibus, quibus alioqui numquam eram -e functus, renuntiavi, ut toto animo ... *novo* officio vacarem. GELL. praef. 2 quae libitum erat ..., indistincte atque -e annotabam. AMM. 20, 6, 7 caesis ... -e paucissimis residui omnes *abducti sunt.* AMBR. epist. 9, 62, 32 magna vis marum feminarumque -e exanimata *est.* PRVD. perist. 10, 253 -e adora quidquid in terris sacri est, deos Latinos et deos Aegyptios. *al.* *in aestimando, iudicando* (*cf. p. 1854, 67*): HIL. in psalm. 134, 1 p. 694, 11 *qui herbas salubres nescit,* omnia inutilia et -e genita existimans praeteribit.

b *cum respectu simul agendi, afficiendi sic, ut vergat in notionem q. e. coniunctim, una*: CAES. Gall. 6, 21, 5 *apud Germanos viri et feminae* -e in fluminibus perluuntur. VARRO ling. 5, 2 de quibus duabus rebus, *sc. de veriloquio et notione,* in his libris -e dicam. SEN. nat. 7, 30, 6 *rerum naturae* arcana non -e nec omnibus patent. COLVM. 8, 11, 6 haec cibaria non omnibus, *sc. avibus,* -e spargenda sunt, sed in singulis septis. SVET. Aug. 44, 2 quos *gladiatores* -e spectari sollemne olim erat, *sc. a viris feminisque* (*in eadem re*: Claud. 21, 3. Dom. 8, 3 licentiam theatralem -e in equite spectandi). IVL. VAL. 3, 14 hi ... sunt -e mares et aliud secus (*i. sexus; gr. p. 106, 17 θηλυμόρφους*). CHALC. transl. p. 24^A ut -e nullus operetur (*gr. καθ' αὐτὸ ἕκαστον ἄλλῳ δὲ οὐκ ἐπιμειγνύμενον*). PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 12 *carmen* micton, ubi -e et poeta et persona *loquuntur.*

2 *speciatim respicitur usus indiscretus verborum* (*metrorum, figurarum sim.*): **a** *sec. notionem vel quamlibet rationem*: CIC. orat. 85 *tenuis orator figuris* ceteris -e poterit uti. VARRO ling. 6, 78 his, *sc. verbis 'ago' et 'facio',* magis -e quam diligenter consuetudo est usa (*cf.* FEST. p. 355 'tuor' video, 'tueor' defendo, ... sed iam -e utuntur. QVINT. inst. 9, 4, 75 trimetrum et ⟨senarium⟩ -e dicere licet. PAPIN. dig. 48, 5, 6, 1 lex stuprum et adulterium -e et *καταχρηστικώτερον* appellat; sed proprie *eqs.* CHAR. gramm. p. 302, 3 [*ex Palaem.*] -e accipiuntur. *al.*). frg. Non. p. 127, 26 quibus (*sc. verbis?*) nos in hoc libro, proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, -e. FEST. p. 205 poetae -e omnes aves ita appellant, *sc. praepetes* (*cf.* TERT. spect. 5 p. 7, 5 cum *olim* -e ludi 'Liberalia' vocarentur. INST. Iust. 3, 6, 3 *patruus et avunculus graece* -e *θεῖος* dicitur). SEN. contr. 9, 2, 23 in usu verbum esse coepit et -e poni pro discipulo auditor (*cf.* GELL. 7, 14, 8 *τιμωρία* -e dici solet pro omni punitione. CHALC. comm. 71 ortus ... varie dicitur: ⸢proprie quidem ..., -e vero⸣ ..., tertia *eqs.* [*aliter Theo Smyrn. p. 107, 7 sqq. κυρίως μὲν καὶ κοινῶς ..., ἕτερον δὲ τρόπον*]. BOETH. mus. 2, 12 p. 242, 30). BASS. gramm. VI 256, 10 Pindarus et Simonides usi sunt eo *versu,* sed passim et -e (*opp.* carmen ex hoc uno genere composuit). GELL. 10, 21, 2 *cum* Cato et Sallustius et alii ... verbo isto, *quod Cicero non probabat,* -e usi-

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tati sint. CHAR. gramm. p. 304, 23 (*ex Palaem.*) hae praepositiones (*sc.* ante, post, inter, penes) non numquam -e accipiuntur; nam et postponi solent et accentum ... mutant, aliquando et casum. *al.* **b** *sec. formam: flexionis*: CHAR. gramm. p. 106, 27 *lat. 'er' ponendum est pro gr. 'ρος', e. g. Menander*; Vergilius tamen -e extulit; in III (*sc. Aen. 3, 108*) dixit enim 'Teucrus' (*ad rem v. Prisc. gramm. II 224, 15 sqq.*). *motionis, sc. respicitur epicoenon*: MARTYR. gramm. VII 191, 3 corvus -e et hic et haec clavus alterum per genus significans (*Cassiod. ibid.* promiscuum. *cf. verbo subaudiendo* MARTYR. gramm. VII 191, 8 palumbus -e [*item* CASSIOD. *ibid.*]). PRISC. gramm. II 141, 19 *epicoena* in utroque genere -e sunt prolata.

deriv.: cf. promiscam. *compos.*: impromiscus. *Keulen.*

prōmissa, -ae *f. v.* promitto.

prōmissio, -ōnis *f.* **a** promittere. *scribitur* promisonis CIL VIII 20600 (*a. 359*). *de notione*: DON. Ter. Andr. 401 -o et pollicitatio eandem vim habent, sed pollicitatio maioris asseverationis est. GLOSS. -o: *ὑπόσχεσις. ἐπαγγελία. κατεπαγγελία.* GLOSS.^{L} V Abba SI 84 stipulatio: -o. *legitur* (*in oratione soluta praeter* PRVD. perist. 2, 128) *inde a* CIC., SEN. *rhet., sc. raro, sed frequentant iuris consulti et maxime Christiani; prius et saepius occurrit* promissum, *sed raro in iure; cf. etiam* pollicitatio, *quam vocem praefert* CAES. [*confunditur in codd. maxime c.* repromissio CYPR. domin. orat. 34 HIER. epist. 119, 10, 1 AVG. civ. 18, 3 p. 259, 16. *al.* (*e coni. dub.* FRONTIN. grom. p. 6, 1), *ceterum e. g. c.* professio PANEG. 9, 15, 3 COD. Iust. 6, 38, 3; *e suppl. dub.* CIC. Scaur. 38 spe et ⌞pr⟨omissione⟩⌟ pr⟨ae⟩miorum (*Mai; scribasne* pr⟨omissis⟩, *sc. clausula sollemniore?*).]

i. q. actio promittendi vel status inde ortus (*gr. respondet ἐπαγγελία, nisi aliud adnotavimus; promittuntur bona passim, mala p. 1858, 45*): **I** *notione communi*: **A** *generatim* (*laxius de elocutione, quae instar -is videtur l. 38, de descriptione, quae effectum praedicit l. 52*): CIC. Phil. 8, 10 scelerum ... -o et eis, qui exspectant, perniciosa est et eis, qui promittunt. Att. 8, 9^{a}, 2 Balbus ... currens ad Lentulum consulem missu Caesaris ... cum -e provinciae. fam. 4, 13, 1 (*materies sollemnis epistulae consolatoriae*) -o auxili alicuius. SEN. contr. exc. 4, 8, 3 -e iudex molliore (*i. clementius agendi*) fallendus est. Ps. QVINT. decl. 8, 5 in ... fratre *sospite* explicata -o *medici.* APVL. met. 5, 18, 4 *Psyche* mariti monitionum suarumque -um memoriam effudit. 11, 12, 1 *res aguntur* ad ipsum praescriptum divinae -is (*sc. Isidis somniis visae*). *al.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 209 ('portenta ... Thessala') -es incantatorum (*affert Verg. p. 1869, 3*). PANEG. 5, 10, 5 debita remissurus, quantum deberemus, interrogasti; quae interrogatio manifesta -o fuit. 9, 15, 3 *Iovis* nutum -em confirmantis totius mundi tremor sentit. 11, 1, 1 *ut* dicendi munus, quod tunc voti -e susceperam, nunc ... repraesentem (*item promittuntur dicta vel scripta*: AVG. civ. 1 praef. p. 3, 15 hoc opere ... mea ad te -e debito. BOETH. cons. 5, 1, 4. FACVND. defens. 9, 1, 1 -is memores. *al.*). SYMM. epist. 6, 2 si ... non sit clauda -o. COD. Iust. 1, 11, 2 (*a. 385*) ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris ... vanae spem -is accipiat. SERV. Aen. 8, 151 *Aeneas* -em rebus confirmat. CLAVD. DON. Aen. 5, 290 p. 455, 23 ('*certaminis* praemia ponit') -e ... et propositione praemiorum. PRVD. perist. 2, 128 -is munere *fungi.* CONC.^{S} I 5 p. 311, 10 *quosdam* volumus ..., ut tuis -bus persuasi, ... coaptari communi corpori ecclesiae (*subestne error interpretis? cf.* CASSIOD. hist. 5, 43, 3 his -bus persuasus [*Theodoret. 2, 29, 3 ὑποθήκαις. v. Lundström, Übersetzungstechn. Untersuch., 1955, 107 sq.*]). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 117 *medicamentum* simili -e conscriptum (permistione *Friedel; cf. p. 1877, 51*). CASSIOD. Ios. antiq. 2, 115 non ... poterant in Aegyptum venire *fratres Iosephi,* nisi pergerent cum sua -e (sc. *Beniamin afferendi; gr. μετὰ τῶν ἐπαγγελιῶν*). REGVLA mag. 94, 9 *abbas* dicat se a nullo -bus vel adulationibus esse redemptum. *al.* *in arte rhetorica conciliat orator auditores expectatione eorum, quae dicturus est*: CIC. de orat. 2, 339 (*medicina adclamationis adversae*) -o, si audierint, *eos esse* probaturos. 3, 205. QVINT. inst. 9, 2, 2 quo modo iudex doceri potest, si desit ... propositio, -o, ... expositio sententiae suae? DON. Ter. Hec. 20 ('ubi sunt cognitae *fabulae priores,* placitae sunt') elegans -o, et hanc placituram, si cognoscatur. ISID. orig. 2, 21, 44 *v. vol. V 2, 652, 72.*

B *in iure* (*minus technice* CIC.): **1** *promittuntur varia*: CIC. ad Brut. 26, 4 *non* paenitere potest rem publicam me pro eo *Octaviano* spopondisse, qui fuit ... mea -e constantior (*cf. Phil. 5, 51* promitto, recipio, spondeo ... C. Caesarem talem semper fore civem *eqs.*). TAB. cer. Pomp. (Année Épigr. 1974 n. 277; *a. 48*) dolum ... malum ei rei -ique abesse afuturumque esse (*fere eadem formula*: PAPIN. dig. 45, 1, 121 pr. *cf.* EPIST. donat. Syntroph. [CIL VI 10239] 18 ab hac re -eque dolus malus ... ⟨absit⟩). IAVOL. dig. 45, 1, 108, 1 nulla -o potest consistere, quae ex voluntate promittentis statum capit. COD. Iust. 4, 32, 1 (*a. 136/61*) usurarum. GAIVS dig. 46, 1, 70, 2 incivile est fideiussorem ex sua -e non teneri. COD. Iust. 3, 38, 7 (*a. 294*) evictionis (*sc. eius, quod praestandum est pro evictione*). 4, 20, 17, 1 pecuniarum. *al.* **2** *promittitur dos*: IAVOL. dig. 23, 3, 57 nuptura ... si socero dotem ita promiserit: '...', interesse puto, ... *quid* -i contineatur. *ibid.* -i dotis (IVLIAN. dig. 44, 7, 19 PAPIN. dig. 23, 3, 68 TRYPH. dig. 23, 4, 30. *al.*). 23, 3, 80 (= 23, 3, 83). IVLIAN. dig. 23, 3, 44 pr. *al.*

C *in sacris scripturis vel usu christiano*: **1** *promittit deus hominibus (veteris testamenti -es visae sunt Paulo eumque secutis praefigurare praemia Christianorum); -es spectant ad*: **a** *progeniem Abrahae*: VET. LAT. Gal. 3, 16 (cod. 77. *al.* = VVLG.) Abrahae dictae sunt -es et semini eius. 3, 18 (cod. 64. *al.* =VVLG.) Abrahae *hereditatem* ... per -em donavit deus. 3, 29 (cod. 75. *al.* = VVLG.) Abrahae semen estis secundum -em heredes. TERT. carn. 22 l. 23 -em benedictionis nationum. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 17 post primam -em, qua in multitudinem arenae repromittitur *semen Abrahae.* IREN. 5, 30, 4 -em hereditatis. AVG. civ. 16, 16 p. 153, 24 Eusebius in chronicis ab anno huius -is computat (PROSP. chron. I p. 386, 28. p. 387, 35. *cf.* I p. 388, 57 impletis ab initio -is annis *tot*). *al.* *-o Sarrae data de partu Isaac*: VET. LAT. Rom. 9, 8 (cod. 77. *al., sim.* VVLG.) non qui filii carnis, *sicut Ismahel,* hi filii dei, sed filii -is aestimantur in semine (Gal. 4, 28 [cod. 78. *al.* = VVLG.] secundum Isaac -is f. sumus. Ps. ORIG. tract. 3, 10. *al.*). Gal. 4, 23 (cod. 77. *al.*) *Isaac* de libera *natus est* per -em (*cod. 75. al. et Vulg.* repromissionem). SEDVL. op. pasch. 1, 5 *Isaac sacrificandus,* cuius fuerat in desperatione -o. *al.* **b** *terram promissam* (*cf. IIA2*): VET. LAT. Hebr. 11, 9 (cod. 75. *al.*) *Abraham* demoratus est in terra -is (TERT. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 29 Iesus Christus secundum populum ... introducturus erat in terram -is ..., id est in vitae aeternae possessionem. LACT. inst. 4, 17, 12 AMBR. off. 3, 8, 55. *al.*). TERT. adv. Marc. 4, 31 p. 529, 8 terrenas -es vini et olei ... et ipsius civitatis. AVG. in psalm. 72, 5 ad patriam supernae -is dei. *al.* **c** *spiritum sanctum* (*cf. IIA1*): VET. LAT. act. 2, 39 (cod. 51. *sim. al.*) accipietis donum spiritus sancti: vobis enim hec -o et filiis vestris (*Vulg.* repromissio). Eph. 1, 13 (cod. 77. *al.* = VVLG.) signati estis spiritu -is sancto. TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 599, 1 illa -o spiritus (*seq. Ioel 3, 1*). CYPR. domin. orat. 34 *spiritus sanctus* gratiam dominicae -is inplevit. AVG. serm. 270, 2 ut ... eius *Christi* de spiritu sancto -o compleretur. *al.* **d** *varia vel minus definita*: VET. LAT. sap. 12, 21 parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum -um (*gr. ὑποσχέσεων*). Eph. 6, 2 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) 'honora patrem tuum et matrem', quod est primum mandatum in -e, 'ut ... sis longaevus super terram'. I Tim. 4, 8 (cod. 75. *al.* = VVLG.) -em ... vitae, quae nunc est, et futurae (AVG. in epist. Ioh. 3, 12 v. aeternae). or. Man. 6 investigabilis misericordia -is tuae. TERT. adv. Iud. 6, 1 tempus, quo legis antiquae ... praecepta cessarent et novae legis -o ... superveniret. adv. Marc. 3, 20 p. 410, 16 statim tibi in psalmis -o patris occurret. praescr. 13 l. 10 novam -em regni caelorum (GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 l. 372 caelestis r. -o). Ps. PACIAN. sim. carm. p. 127, 23 *Matthaeus* ducit ... stemmata sacrosancta *Iesu* ... per adulteras, nec tantae -i (*sc. Christi*) cavet (permistioni *Morin et vol. X 1, 1564, 50*). PRISCILL. tract. 10, 134 Rebecca ... divinae -is decreta parturiens. AVG. civ. 19, 17 p. 384, 28 -e redemptionis. *al.* *promittitur malum*: EVSEB. EMES. serm. 6, 5 *virgines liberatae* a -bus, quae ob Evam factae sunt (*sc. gen. 3, 16* 'in dolore paries filios').

2 *promittunt homines* (*diabolus l. 58*): **a** *vitam sec. praecepta fidei agendam* (*saepe de votis deo factis*): TERT. bapt. 18, 4 *sponsores baptismi* per mortalitatem destituere -es suas possunt. EVSEB. EMES. serm. 6, 13 nec praeter -em vitam exerceamus nostram (*promittitur virginitas, ut*: 6, 24 p. 166, 26 sollicitudo ob virginitatem est certamen ob -em. *al. apud eundem*). POMER. 3, 10, 2 in -e honesta veloces, in exhibitione mendaces. ORIG. in Matth. 17, 4 p. 589, 18 operibus ... contraria suis -bus agunt. in Matth. ser. 88 p. 202, 9 ut arguatur audacia -is eius *Petri* per unam ancillam. *al.* **b** *bona saecularia ad seducendos pios*: PASS. Macc. 9, 10 *tyrannus cognovit* nec crudelitatem suam formidini fuisse nec -is praemia locum gratiae obtinuisse *apud martyras.* AVG. serm. 346 B, 4 coll. Morin p. 287, 20 temptat ... per -es et pollicitationes aliquas (*diabolus ut*: GREG. M. moral. 4, 6 lucem -is ostendit, sed peccati tenebras contulit). *ibid.* p. 287, 26 nemo vos seducat ad fraudem per aliquam -em. QVODV. grat. 2, 11, 5 defensio peccatorum [aliqua] -o haereticorum, retia sunt animarum. ORIG. in Matth. ser. 38 p. 73, 1 in superbia et magna -e. FACVND. defens. 1, 2, 5 fallax ... -o *haereticorum.*

II *metonymice pro eo, quod promittitur*: **A** *a deo*: **1** *spiritus sanctus* (*c. gen. epexeg. l. 71. 72*): VET. LAT. Luc. 24, 49 (cod. 5. *al.*) mitto ⌞-em meam⌟ super vos ([⌞ ⌟ cod. 11. *al.* -em patris mei, *cod. 15. al. et Vulg.* promissum]. TERT. adv. Prax. 26 p. 279, 14 *Christus* post resurrectionem spondens missurum se discipulis -em patris. AVG. conf. 9, 4, 9 -em suam, paracletum. *al.*). act. 1, 4 (Ps. Cypr. rebapt. 2, *sim.* VVLG.) exspectare illam -em patris quam audistis a me, quia ... baptizamini spiritu sancto (HIER. epist. 120, 9, 17 -em spiritus). 2, 33 (cod. 51. *sim.* VVLG.) -e accepta spiritus sancti a patre (FILASTR. 156, 5 Petrus beatus ⟨de⟩ -e a. a patre ad Iudaeos dicens). AVG. serm. 175, 3 venit ... et -o ipsius, venit spiritus. *al.* **2** *terra -is* (*cf. et p. 1859, 7*): TERT. monog. 6, 9 *Iosue* imaginem nostram (*i. Iudaeos*) in -em dei induxit. scorp. 1 p. 146, 19 si

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lacte et melle -o dei manat. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405 *Iosue* introduxit populum in -em. **3** *alia*: VET. LAT. Hebr. 6, 12 (cod. 109. *al., sim.* VVLG.) qui per fidem et patientiam hereditabunt -es. I Ioh. 2, 25 (cod. 55. *al.*) haec est -o quam ipse *Christus* pollicitus est nobis vitam aeternam (*Vulg.* repromissio). PASS. Perp. 11, 4 hoc est quod nobis dominus promittebat: percepimus -em. IREN. 5, 32, 1 oportet iustos primos ... resurgentes recipere -em hereditatis, quam deus promisit patribus, et regnare in ea (HIER. epist. 119, 10, 1 qui vivunt ... et necdum receperunt -em dei [repromissionem *var. l.*]. *al.*). HIER. in Ier. 1, 75, 3 nisi gladius praecesserit ..., pax et -o non sequatur. *al.*

B *ab homine, sc. promittitur homo* (*vix addas p. 1857, 54*): SIDON. epist. 4, 4, 1 adest -o mea, expectatio vestra, Faustinus.

appendix syntactica et stilistica: **1** *additamenta (pendentia etiam a locut. verbali, e. g. l. 18 sq.), quae indicant*: **a** *quid promittatur* (*sc. dandum passim; quod cautionis nomine praestandum est l. 24. p. 1857, 73*): α *gen. passim.* β *oratio obliqua: acc. c. inf.*: CIC. de orat. 2, 339 (*p. 1857, 57*). COD. Iust. 8, 37, 8 (*a. 294*) non moriturum praestari servum impossibilis -o est. IREN. 3, 9, 1 *deus,* qui -em fecerit Abrahae facturum se semen eius quasi stellas caeli. 3, 16, 2 l. 58. DON. Ter. Hec. 20 (*p. 1857, 60*). QVODV. prom. capp. 1, 10. *al.* *enunt. secund.*: VET. LAT. Rom. 4, 13 (cod. 75. *al.* = VVLG.) -o Abrahae aut semini eius, ut heres esset mundi. PROSP. chron. I p. 386, 26 -o ad Abraham facta est, quod futurus esset gentium pater. γ *oratio recta*: VENVL. dig. 46, 5, 11 quae *stipulationes* 'quanti ea res est' -em habent. VET. LAT. Eph. 6, 2 (*v. p. 1858, 34*). δ *praepos.*: de: IREN. 3, 16, 3 de filio. PAVLA Hier. epist. 46, 2, 2 AVG. civ. 17, 2 p. 199, 11. *al.* in: AVG. civ. 17, 8 p. 223, 11 de -bus ad David in filio eius. circa: INTERPR. cod. Theod. 3, 5, 12 patris -o c. sponsum.

fere i. q. promissio (*gr. respondet ἐπαγγελία, nisi alia adnotavimus; promittuntur bona passim, opp.* minae *e. g. l. 46. 58. 66; -um fit verbis passim, sed eventu sim. l. 45. p. 1877, 17 sq. al.*): **1** *usu vario*: **a** *notione sollemni* (*respicitur quod est in arbitrio promittentis*): **α** *spectat potius ad actionem promittendi vel ipsam locutionem* (*selecta inde a* CIC.; *saepe -is adducuntur homines ad actiones varias, haud raro pravas e. g. l. 52. 58 sq. 63*): PLAVT. Amph. 1144 (*Amphitruo ad Iovem*) te oro, -a ut serves tua (*item de -is deorum e. g.* SEN. nat. 2, 33 *deos post fulmen* rogare, ut -a firment, deprecari, ut remittant minas. SIL. 4, 828 haud parva deus -is spondet apertis. APVL. met. 11, 13, 3 *non* me fefellit caeleste -um. IVST. 13, 7, 6 ex -is dei *per oraculum datis. cf.* SIL. 3, 216 *Hannibal* -a evolvit somni). Pseud. 481 roga; quod scibo, Delphis tibi responsum dicito. :: ... fac sis -i memor. TER. Eun. 1093 dixin ego in hoc esse vobis Atticam elegantiam? :: nil praeter -um est (*cf. p. 1877, 64 sqq.*). CIC. S. Rosc. 76 pretio, gratia, spe, -is induxit aliquem, *sc. ut patrem occidat.* Verr. II 3, 116 ut ... summam mei -i compleam (*sc. rem verbis tractandi ut*: part. 132 isto ... exposito munus -i omne confecero. LVCR. 5, 91 ne te in -is plura moremur [*sim.* 6, 245]. HOR. sat. 2, 3, 6 dic aliquid dignum -is. epist. 2, 1, 52 Ov. fast. 1, 296 SEN. contr. 9 praef. 1 VAL. MAX. 3, 5 pr. QVINT. inst. 1, 5, 6 quid hic ⌞-o⌟ tanti operis dignum? [-or *recc., cf. p. 1861, 3*]. *al.*). Cluent. 191 sollicitationes servorum *testium* et minis et -is (*sim. de corruptione testium*: Scaur. 41 Deiot. 30. 32 tuis -is in fraudem impulsum esse. *cf.* TAC. ann. 11, 29, 3 *Narcissus* paelices ... largitione ac -is ... perpulit delationem *Messalinae* subire). Sest. 34 *Clodius* metu multos, pluris etiam spe et -is tenebat. Phil. 5, 22 cum eius *M. Antoni* -is legiones fortissimae reclamassent (*item promittitur militibus*: 8, 10 Antoni ... -a cruenta, taetra, scelerata ...; nostra contra honesta, integra, *eqs.* 14, 29. LIV. 10, 14, 12 nunc laudibus, nunc -is onerat *milites dux.* CVRT. 4, 10, 17. 5, 12, 19. SIL. 3, 512 commotum -is ditibus agmen. TAC. hist. 1, 75, 1 -is simul ac minis temptabantur. *al.*). Tusc. 5, 19 *nullum* esse philosophiae -um uberius aut maius (*item de -is philosophiae, artium*: SEN. benef. 4, 34, 3 titubat ... illud superbum -um numquam sapientem facti sui paenitere. dial. 2, 6, 2 epist. 48, 11. PLIN. nat. 30, 2 *artem magicam* blandissimis ... -is *medicinae* addidisse vires religionis [*nisi ad bα*]). off. 1, 32 illis -is standum non esse quis non videt, quae coactus quis metu ... promiserit? Att. 12, 18, 1 iam quasi voto quodam, *sc. fani Tulliae faciendi,* et -o me teneri puto (*item de voto*: INSCR. Dessau 9087 [*saec. III med.*] inbiceo [*i.* invicto] daeo -u(m) fec(it). CIL VIII 23398 genio vici ... ex -o Semproni Saturnini). 14, 10, 1 ut omnia facta, scripta, dicta, -a, cogitata

[Ballingl

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caesaris plus valerent, quam si ipse viveret. 15, 15, 2 sponsor -orum. CATVLL. 64, 59 *Theseus deserit Ariadnam* irrita ventosae linquens -a procellae (*item promittunt amantes puellis*: 64, 139 non haec quondam ... -a dedisti. OV. am. 1, 7, 15 -aque velaque Thesei ... tulisse Notos. ars 1, 631 trahunt -a puellas. *al.; vice versa*: PROP. 2, 17, 1 mentiri noctem, -is ducere amantem). SALL. Iug. 80, 3 *Iugurtha regis Bocchi* proxumos magnis muneribus et maioribus -is ad studium sui perducit. LIV. 5, 28, 12 *dux* -a repetens *militum* (*sc. fortiter faciendi, ut*: CVRT. 8, 11, 15 VAL. FL. 1, 182. 4, 649 -a superba ingentesque minae. STAT. Theb. 2, 623. *al.; cf. l. 31. 33*). 21, 34, 3 ad fidem -orum obsides acciperet (25, 41, 4 gens fallax -i fidem praestitit. 26, 19, 2 quantam *spem* fides -i humani aut ratio ex fiducia rerum subicere solet. *al.*). 22, 13, 2 Campani equites ... inlecti donis -isque Hannibalis ad conciliandos popularium animos. SEN. epist. 75, 4 ille *philosophus* -um suum implevit, qui, et cum videas illum et cum audias, idem est. QVINT. inst. 2, 5, 5 demonstrare ... vitia, id professionis eius atque -i, quo se magistrum eloquentiae pollicetur, ... proprium est. *al. magis minusve metaphorice de -is fortunae, mundi sim.* (*aliter l. 59*): SEN. nat. 3 praef. 11 erigere animum supra minas et -a fortunae. AVG. beat. vit. 2 maris ... -a nimium falso ridentis. serm. 157, 1 mundi ... -a semper fallunt.

β *spectat potius ad rem promissam* (*cf. 3b*): PLAVT. Merc. 86 mea -a non neglexit persequi. TER. Andr. 631 tempus *est* -a iam perfici. Haut. 723 me Syri -a huc induxerunt, decem minas, quas mihi dare pollicitust. Eun. 311 fac sis nunc -a adpareant. CIC. off. 1, 31 reddere depositum ..., facere -um (3, 95 VVLG. iud. 11, 10. *cf.* AMM. 28, 5, 12 nec -orum aliquid ... factum). fam. 3, 11, 4 a te cum tua -a per litteras flagitabam (AMM. 25, 9, 1). 9, 8, 1 expectatione -i. *al.* SALL. Iug. 47, 4 -a legatorum expectare (LIV. 2, 27, 1. TAC. ann. 15, 19, 2 sibi -a legum diu exspectata in ludibrium verti. *cf. p. 1878, 33 sq.*). VERG. Aen. 5, 386 Dardanidae reddi ... viro -a iubebant (FIRM. math. 1 prooem. 8). 5, 863 classis -is ... patris Neptuni interrita fertur. 8, 531 *Aeneas* adgnovit sonitum et divae -a parentis (*cf. 8, 534* 'hoc signum cecinit missuram'). 12, 2 Turnus ... videt sua nunc -a reposci (VAL. FL. 7, 650 FLOR. epit. 3, 17, 9). LIV. 7, 16, 5 aspice, imperator, ... quemadmodum exercitus tuus tibi -a praestet (26, 4, 2. 33, 47, 2 SEN. benef. 4, 35, 2. *cf.* CVRT. 8, 11, 25 *duces* -is minora praestiterant). 36, 26, 6 exactor praesens -orum. OV. met. 2, 51 (*sol ad Phaethontem*) utinam -a liceret non dare (7, 94 VAL. FL. 6, 675). SEN. benef. 2, 5, 1 vitium ... differendi -a, ne minor sit rogantium turba (DIONYS. EXIG. praef. 10, 1). PLIN. nat. 24, 156 in -o herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere et de magicis (*nisi ad l. 52*). VAL. FL. 4, 59 *Hercules Laomedontis* repetens -a. 7, 518 nondum cuncta tibi, fateor, -a peregi (*cf.* CLAVD. 15, 427 -a minasque tempus agi). APVL. met. 11, 13, 2 cupidus -i. *al.*

b *vi deflexa; respicitur*: α *affirmatio facta de futuro, de consequentia quadam*: CIC. Tusc. 1, 95 si ante mors adventet, quam Chaldaeorum -a consecuti sumus (TAC. ann. 2, 27, 2 *amicus* iuvenem inprovidum ... ad C. -a, magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit). OV. met. 15, 18 *Hercules dixit hospiti* 'hic locus urbis erit,' -aque vera fuerunt. PLIN. nat. 7, 189 similis ... de adservandis corporibus hominum ac revivescendi -o Democriti vanitas (*cf. l. 52*). 12, 5 (*causa incursionis Gallicae*) quod ... *faber Helveticus* Romae commoratus ficum siccam et uvam oleique ac vini -a (prae- *var. l.*) remeans secum tulisset (*exempla mercis intellegunt alii*). 27, 75 *empetros* urinas ciet ...; qui fidem -o huic quaerunt *eqs.* (*item respicitur vis herbarum sim.*: 27, 141 falsum et -um Democriti portentosum esse adalligatam *Trachiniam herbam* triduo absumere lienes. 37, 164 -i ... vanitas. *al.*). *al.* PLIN. epist. 1, 22, 11 medici quidem secunda nobis *de amico* pollicentur; superest, ut -is deus adnuat. *propositio possibilis, contingens*: BOETH. in herm. comm. sec. 5, 12 p. 384, 3 *si quis dicat posse cras esse circenses,* non ... secundum eventum ista iudicantur, sed potius secundum ipsius propositionis -um. β *decretum fati* (*cf. p. 1873, 72*): SEN. dial. 6, 21, 6 eunt via sua fata nec adiciunt quicquam nec ex -o semel demunt.

2 *in iure privato* (*minus technice e. g. p. 1876, 75*): CIC. part. 6 *in talibus testimoniis* insunt scripta, pacta, -a *eqs.* off. 3, 92 pacta et -a semperne servanda sint, 'quae nec vi nec dolo malo', ut praetores solent, 'facta sint'? POMPON. dig. 21, 1, 64, 1 (*e Labeone*) 'adversus dictum -um' ... agi (*spectat ad p. 1865, 56, ut*: VLP. dig. 4, 3, 37 ut non nascatur adversus dictum -umve actio. 21, 1, 38, 10 contra dictum -umve. *al., cf. p. 1876, 31*). VLP. dig. 50, 12, 3 pr. pactum est duorum consensus atque conventio, pollicitatio vero offerentis solius -um. INTERPR. novell. Theod. 11 si ad alias nuptias contra -a transierit. *al., raro.*

3 *in religione christiana et iudaica*: **a** *spectat potius ad actionem promittendi vel ipsam locutionem*: α *-a dei, domini* (*promittitur fere vita aeterna sim.; -a veteris testamenti Abrahae aliisque data transferuntur ad Christianos sec. interpretationem spiritalem*): VET. LAT. psalm. 72, 28 (cod. 109. *al.*) ut enarrem omnia -a tua (*sec. var. l. gr. ἐπαγγελίας, Vulg.* praedicationes). II Petr. 3, 13 (Aug. civ. 20, 18, *sim.* VVLG.) novos ... caelos et terram novam secundum -a ipsius *Christi* expectamus (*gr. ἐπάγγελμα*). Gal. 3, 21 (cod. 64. *al.* = VVLG.) lex ... adversus -a dei? absit. TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 362, 11 *testimonia psalmorum* satis et praecepta bonitatis et -a consignant. 3, 9 p. 392, 7 -um homines in angelos reformandi. praescr. 13 l. 15 *Christum* venturum ... ad sumendos sanctos in vitae aeternae et -orum caelestium fructum (AVG. c. Pelag. 3, 4, 10 *in vet. test.* deo placuit ... -is terrenis ... -a velare c. *al., cf.* HIL. in Matth. 10, 13 -is regnorum caelestium. PATRIC. conf. 55 -a caelorum). uxor. 1, 4 l. 37 *fidelibus* nulla cura tolerandae vitae, nisi si diffidimus de -is dei. CYPR. Fort. 10 secundum dominica -a. unit. eccl. 6 *ab ecclesia segregatus* a -is ecclesiae separatur. IVVENC. 1, 28 -is obsistit talibus aetas *parentis* (*de natu Iohannis ut*: 1, 48 DRAC. laud. dei 2, 688. *al.*). HIL. in Matth. 6, 1 praeceptis et -is dei nihil pretiosius ... est, quae ... nobis immortalitatis thesaurum largiuntur. myst. 1, 23, 4 haec ... omnia (*quae Iacob promissa sunt*) secundum prophetica et euangelica -a fidelibus reservantur (AVG. civ. 20, 21 p. 457, 27. VEREC. in cant. 7, 7 e. -a nullam habent mensuram. *cf.* ANON. in II Cor. 10 B euangelii -a). 2, 4, 1 *Israhel* -is dei infidelis, -orum effectus capere non meruit. HIER. epist. 21, 17 *Iudaei* te ob praesentium tantum rerum -a venerantur. AVG. civ. 4, 33 p. 188, 20 *in vet. test.* -a et dona terrena sunt (10, 15 p. 425, 26 quae *lex* prius haberet ... -a t., quibus tamen significarentur aeterna. in Gal. 40, 4 c. Pelag. 3, 4, 9. *al. apud eundem*). 10, 8 p. 413, 16 *Abraham* per eos *angelos* de prole ventura dei -a tenuerat. 16, 26 p. 167, 28 -a ... de vocatione gentium in Isaac. COMM. instr. 2, 32, 5 (*ad lugentem*) oblita domini de resurrectione -a (*cf.* MAX. TAVR. 39a, 1 resurrectionis -um). *al.* β *promittunt homines deo*: OPTAT. 7, 3 p. 173, 2 -um *Petri* ..., quod non erat inpleturus. VVLG. eccles. 5, 4 melius est non vovere, quam post votum -a non conplere. Ps. TIT. epist. l. 39 *Iepthae filia* -a paterna ... complens. CIL VIII 20915 de dei (*sc. donis*) -a (*sc. complevit; vix* de *cum* -a *coniungas*). INSCR. christ. Diehl 1897a *quidam* ⟨pro⟩missu⟨m com⟩plevit ⟨et de su⟩o tessel⟨lavit⟩.

b *spectat potius ad rem promissam, sc. a deo*: VET. LAT. Luc. 24, 49 (cod. 10. *al.* = VVLG.) ego mitto -um patris mei in vos (cod. 4. *al.* -a, *cod. 5. al.* promissionem; *cf.* act. 1, 4 [cod. 51. *al.*] *ut apostoli* expectarent -um patris. AVG. serm. 266, 2 expectantes -um Christi, hoc est adventum spiritus sancti). II Petr. 3, 4 (Aug. civ. 20, 18) ubi est -um praesentiae ipsius *Christi*? (*Vulg.* promissio). 3, 9 (Aug. civ. 20, 18. *al., sim.* VVLG.) non tardat dominus -um. CYPR. Demetr. 20 dei munera et -a capiemus (unit. eccl. 11 COMM. apol. 990. *al.*). epist. 6, 2 ad domini -a venire (hab. virg. 17. *cf.* hab. virg. 1 ad -a caelestia et divina praemia pervenire). unit. eccl. 19 regni -a percipere (Ps. AVG. serm. 312, 2). HIL. myst. 1, 39, 3 *Israhel* infidelis ... deo et -orum eius impatiens. AVG. serm. 376, 1 speremus -a, si facimus iussa (SACR. Leon. 171. *cf. ibid.* 488 ut -a non desperemus aeterna). SACR. Gelas. 525 ut, qui ab omnibus sunt purgati peccatis, a nullis priventur -is. VITA Hil. Arel. 24 l. 6 fidelis servus inplens praeceptum, desiderans -um. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 6 qui *abbas, sicut Iesus Nave,* sacrum ad -a caelestia promoveret ... exercitum (*comparatur terra promissionis*). REGVLA mag. 13, 73 a perpetuis -is dei ... separati. *al.*

appendix syntactica: **1** *additamenta quaedam* (*negleximus gen. subi. vel obi.*): **a** *praepos.*: VERG. Aen. 11, 45 de te -a (AVG. civ. 10, 8 p. 413, 16. *al.*). LIV. 31, 46, 11 in futurum. SEN. epist. 120, 6 *Fabricium* non regis *Pyrrhi,* non contra regem *insidiatoris* -a *flexerunt.* **b** *epitheta ad fidem sim. pertinentia*: CATVLL. 64, 59 irrita (LIV. 2, 31, 5). OV. fast. 3, 685 inani (IVST. 14, 3, 9 PAVL. NOL. epist. 17, 4). LIV. 24, 20, 14 vana (36, 15, 1 SIL. 15, 791 TAC. ann. 3, 16, 1). VAL. MAX. 3, 8, 1 fallacibus (AVIAN. fab. 2, 7. *cf. l. 64 sq.*). VAL. FL. 2, 577 infida. SIL. 12, 476 perfida. *al.* **c** *orat. obliqua: enunt. secund.*: SCHOL. Iuv. 6, 655 Telephus ... petit se curari -o hoc, ut *eqs.* GREG. TVR. Franc. 8, 41 -um habui, ut ingenuus fierem. *acc. c. inf. p. 1876, 68. 1877, 52.*

2 *iuncturae verbales selectae*: **a** *-a servantur aut mutantur*: PLAVT. Amph. 1144 ut serves tua (CIC. off. 1, 32. *al.* AMBR. vid. 1, 5. *al.*). CIC. off. 1, 32 -is standum ... esse. Att. 12, 18, 1 -o teneri. epist. frg. 4, 29 -a tua memoria teneas. VERG. Aen. 2, 160 tu modo -is maneas (*cf.* LAVD. Turiae 2, 62 permane⟨re⟩ in -o). SEN. benef. 4, 39, 2 revocare -um. CVRT. 7, 10, 9 nec -um fefellerunt (*cf.* APVL. met. 11, 13, 3 nec me fefellit ... -um [AVG. serm. 157, 1]). QVINT. inst. 4, 5, 10 obligatum -o. TAC. dial. 24, 2 -um inmutasse (*cf.* FIRM. math. 1 pr. 7 mutare -um). ann. 13, 44, 1 -a exuere. APVL. met. 7, 26, 4 -um ... frustratus. *al.* **b** *-a complentur* (*alia collegimus p. 1877, 20 sqq.*): CIC. Verr. II 3, 116 ut ... summam mei -i compleam (*cf.* -a complere: OPTAT. 2, 1 p. 33, 23 SORT. Sangall. 17, 3 VVLG. prov. 25, 14 INSCR. christ. Diehl 1897a. *al.*; implere: SEN. contr. 9 praef. 1 SIL. 13, 423 FRONTIN. strat. 4 praef. *al.*). 5, 139 satis *est factum* -o nostro. Att. 1, 14, 7 -a patravit. fam. 3, 9, 3 velim reliquum quod est -i ... tui mihi persolvas (*cf.* -a persolvere: CASS. Cic. fam. 12, 12, 2 PANEG. 2, 18, 1 AVG. serm. 216, 5 [*v. et p. 1866, 68*]; solvere: CIC. fam. 12, 30, 4 VAL. MAX. 9, 6, 1 PRVD. perist. 2, 168. *al.*; absolvere: VARRO rust. 2, 11, 1;

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exsolvere: TIB. 3, 13, 5 TAC. dial. 27, 1). VERG. Aen. 7, 541 -i dea facta potens. *al.* **c** *-a dantur*: CIC. off. 1, 32 -is ..., quae ... quis ... promiserit (*al., v. p. 1874, 23*). 3, 92 facta (*v. p. 1877, 63*). CATVLL. 64, 139 -a dedisti (VERG. Aen. 11, 45. 11, 152 STAT. Theb. 2, 623. *aliter p. 1877, 36*). *al.* *Balling.*

B *fem. vel masc.*: **1** *vario usu: de sponsa p. 1864, 72, de eo qui oraculo praenuntiatus est p. 1869, 60* (*cf. p. 1870, 15*). **2** *usu a neutr. plur. derivando* **prōmissa,** -ae *f.* [*it.* promessa; *sard.* promissa; *francog.* promesse; *prov.* proumesse; *hisp.* promesa; *port.* promessa. *cf. Battisti-Alessio IV 3102. Wagner II 314. Wartburg IX 442. Corominas*[2] *IV 61. Machado*[3] *IV 441. St.*] *i. q. promissum* (*sed loci allati non omni carent suspicione; vix latet in titulo p. 1878, 28 nec recte coni.* COMM. apol. 990): Ps. AVG. serm. cod. Guelf. app. 1, 1 p. 168, 45 o fides, imple -as fidei (-a[s] *Bulhart in schedis*). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 47, 40 recordor brevitatis (-tem *cod.*) occurrentem in praefatione -am ('promissae professionem *coniecerim' Schwartz; gr. I 1, 1 p. 30, 17 ὑπόσχεσιν, cf. I 2 p. 42, 4* promissionem, *I 3 p. 24, 17* pollicitationem). EPIPHAN. in euang. 40 p. 92, 6 diversis medicaminibus ..., nunc amore regni caelorum, tunc terrore et ¡-a¡ poenarum (-a Gehenna *cod. unus*).

deriv.: promissio, promissivus, promissor, 2. promissus (-ūs).

compos.: ad-, com-, ex-, repromitto. *Bk.*

?prōmixtio, -ōnis *f.* *a* promiscere, *si vox est agnoscenda.* [*in falsa var. l. pro* permixtio *v. vol. X 1, 1563, 5.*] *i. q. permixtio*: Ps. ORIG. tract. 4, 25 (*inter circumcisionis Israhelitarum rationes*) ne quis ... error in genere de captivitatis -em oriretur (permixtione *cod. alter*).

[prōmixtus, (-ūs), *subst. a* promiscere *derivandum vix recte trad.* Ps. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 22 *ut me* ad -um dilectus tui caritate ... admittas (*cod. T,* proximam ... caritatem *cett. e T derivati*).**]** *Keulen.*

promnion, (-ī) *n., πρόμνιον, quod gr. non legi videtur.* *nomen gemmae cuiusdam* (*sunt qui cogitent de genere sardae vel opali*): PLIN. nat. 37, 173 (*cf.* 1, 37, 63) mormorion ... vocatur et -on (-mniom, -minium *sim. var. ll.,* pramnium *ed. vet.; cf. vol. VIII 1497, 65*). *Bk.*

⁸prōmo, -mpsī, -mptum, -ere. [*a* prŏ *et* emere *vocalibus contractis*; prŏ- *in hoc verbo idem significat atque e. g. in* pro-ferre (*v. supra p. 1680, 21 sqq.*); emere, ēmī *adhibitum est notione prisca q. e. sumere, accipere; composita eius in stirpe praes. vocalem longam exhibentia* (cōmere, dēmere, prōmere, sūmere) *assumpserunt novum perf. ut* prompsi; *v. Walde-Hofmann I 401 sqq.; Ernout-Meillet,* [4]*1959, 195. Fo.*] *derivatur ab* emere *sec. quosdam testantes simul* prō- *apud* EVTYCH. gramm. V 478, 19. *scribitur in stirpe perf.* proms- HEGES. 1, 29, 10 (*cod. C,* promis- *man. pr.*). COD. Theod. 8, 15, 6, 1 (*cod. R a. corr.*). CE 712, 10 *et* 31 (*saec. VI ex.; lapis periit,* promps- *var. l.*) *et saepius in codd. rec., e. g.* AMBR. in Luc. 6, 97 (*in var. l. ut* AVG. serm. 13, 6. *al.*). NOT. Tir. 27, 1 -it. 27, 2 -psit. *de notione* (DIFF. Suet. *v. p. 1679, 63*): GLOSS. -o: *προκομίζω. προφέρω.* -it: ostendit, loquitur. -unt: proferunt. GLOSS.[L] II Philox. PR 328 -atur: *ἐξενεχθῇ.* 330 -it: *προφέρει, προαιρεῖ. sim. al., e. g. p. 931, 74.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, LVCIL., ACC. (*de* PACVV. *v. p. 1844, 39*), *in oratione soluta inde a* CIC., VARRONE (*adi.* promptus *inde a* RHET. Her.); *vocem prorsus neglegunt e. g.* TER., MANIL., VITR., *solo adi.* promptus *utuntur e. g.* LVCR., CAES., LVCAN., VVLG. [*confunditur in codd. maxime cum* promittere, *sc.* COD. Iust. 4, 19, 24 VAL. CEM. hom. 16, 7. *al. (restit.* GRATT. 59 SYMM. epist. 9, 10, 2 COMM. apol. 51; *cf. p. 1862, 33), ceterum cum* prodere CLAVD. rapt. Pros. 1, 3 (*restit.* VAL. FL. 8, 17. *cf. p. 1883, 57*) *et al., e. g. p. 1893, 59; e coni. dubia* SEN. epist. 122, 8; *falso trad. notione provehendi sim.* ANTH. 388[a], 11, *v. p. 1913, 8.*]

fere i. q. foras sumere, proferre (*vi praeverbii, q. e. foras, hic illic minus vigente, maxime sub IB4; in lusu verborum c.* premere *p. 1882, 56; fere c. acc. obi. [refl. p. 1881, 1. 10. 14. 25. 43. 1882, 57], struct. verbali p. 1881, 74, absolute vel obi. suppl. p. 1880, 28. 42. 1881, 21*): **I** *proprie* (*in imag. l. 69. p. 1880, 25. 52. al.*): **A** *strictius dicuntur -i, quae in cella, conclavi, receptaculo condita ad usum quendam proferuntur* (*sc. ab animantibus; saepius iuxta est* (re)condere, *e. g. p. 1880, 3. 27. 29. 46. 48 [cf. p. 1833, 73], et saepe indicato loco, unde quid -atur, cf. p. 1884, 35 sqq.*): **1** *generatim*: PLAVT. Cist. 111 accipias clavis: si quid tibi opus erit -to, -ito. Pseud. 1266 unguenta atque ... corollas dari dapsiles, non enim parce -i. LVCIL. 505 spiram pallas redimicula -it *mulier* (*item -untur vestimenta*: OV. Pont. 3, 4, 101 ostrum. VAL. FL. 2, 409 dona ... -it chlamydem textosque labores *Hypsipyle. al.*). CIC. Verr. II 4, 32 iubeo -i utrosque *scyphos* ... et mecum ad praetoris domum ferri. fin. 2, 22 doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio -ent (*cf.* VAL. FL. 8, 17 condita letiferis -it medicamina cistis *Medea* [prodit *trad.*]). 3, 8 ut quosdam hinc libros -rem (PLIN. epist. 5, 5, 5). OV. fast. 5, 508 flammas exsuscitat ... et -it ... faces. LIV. 3, 69, 8 signa ... a quaestoribus ex aerario -ta delataque in campum (*sim.* 4, 22, 1). SEN. Med. 678 opes effu⟨n⟩dit et, quidquid ... ipsa timuit, -it (*sc. venena sim., cf. l. 70. p. 1880, 4*). COLVM. 7, 5, 8 *vas* defoditur ac ... mox -itur. 11, 3, 6 funes de tabulato -ti explicantur. 12, 2, 1 praeparare, ubi quidque reponatur, et unde, cum opus sit, -atur. 12, 2, 5 suo quidque ordine locatum armamentum ... minister -it. CALP. ecl. 1, 16 calamos. PLIN. nat. 33, 25 conditus ille *anulus* ... velut e sacrario -itur. VAL. FL. 7, 357 *Medea venenis se instruens* florem ... Caucaseum -it. TAC. ann. 15, 64, 3 *Seneca medicum* orat provisum ... venenum ... -ret. SEPT. SER. carm. frg. 21 pingere conlibitum est: graphidem date, -ite bolarium. GELL. 2, 2, 5 allata ... una sella est, quae in promptu erat, atque dum aliae -bantur, apposita est. *al.*

2 *speciatim -untur*: **a** *pecunia sim.* (*quanti res sit l. 14*): PLAVT. Asin. 181 is *amator recens* dare volt, is se aliquid posci, nam ibi de pleno -itur. Epid. 303 quin tu is intro atque huic argentum -is? (Pseud. 355 domo. 1245). Pseud. 1241 intus -am viginti minas. CIC. Q. Rosc. 29 *ad emendum Panurgum* HS *tot* tu ex arca proferebas, *ad eum instituendum* HS *tot* ... ex disciplina et artificio -bat *Roscius.* Cael. 52 aurum ex armario. PLIN. epist. 9, 30, 2 non sua -ere ..., sed aliena corripere. APVL. met. 10, 9, 4 *pecuniam* taberna -tam adferre (VLP. dig. 16, 3, 1, 36 -enda pecunia *deposita* est ... coram praetore. *al.; cf. l. 19*). VEG. mil. 2, 20, 6 *ut* de illo ... sacco ad sepulturam ipsius *militis* -retur expensa. *al.* *publice, sc.* ex aerario (*praeter l. 22*): CIC. Verr. II 3, 195 cum tibi senatus ex a. pecuniam -isset et ... denarios adnumerasset (LIV. 5, 25, 8. 38, 55, 13 p. ex a. contra legem -ere [*inde* VAL. MAX. 3, 7, 1[d]]. PANEG. 2, 16, 1). LIV. 27, 10, 11 aurum ..., quod in sanctiore a. ... servabatur, -i placuit; -ta ... *tot* milia pondo auri.

b *alimenta* (*et vasa quibus continentur*): α *varia*: PLAVT. Capt. 895 tu intus cura, quod opus est: sume, posce, -e quid vis; te facio cellarium. Pseud. 740 (*in imag. de sermone*) si opus sit, ut dulce -at indidem (*e pectore*), ecquid habet? :: rogas? murrinam, ... mel. VARRO rust. 1, 37, 4 *in re rustica* primo praeparandum *est,* secundo serendum, ... quinto condendum, sexto -endum (*cf. p. 1598, 56 sq.; item generaliter*: 1, 62 nemo fructus condit, nisi ut -at; ... -unt condita ... propterea, quod *eqs.*). 1, 57, 2 cum -itur ad usum *triticum* (*item -untur frumenta*: 1, 63. 1, 69, 1 messum far -endum *est* hieme in pistrino ad torrendum. *al.* COLVM. 9, 1, 8 hordeum et cicercula condita ex horreo -antur). 1, 64 *amurca* tum denique ad usum recte -itur. 1, 66 oleas albas quas condideris novas, si celeriter -as (*item -untur fructus singuli, legumina*: 1, 67 ficum Sabinam quanto citius -as, iucundiore utare. *al.* COLVM. 2, 10, 16 quandoque in usus -erimus, integram lentim reperiemus. 12, 49, 5 de amphora -itur *oliva. al.*). 3, 7, 5 siqui pulli idonei sunt ad vendendum, -at (*item animalia ex saepto*: COLVM. 9 praef. *ut vivariis* clausa venatio ... velut e cella -retur). COLVM. 12, 45, 3 cum ad usum -untur ollae, *quibus uvae sunt conditae. al.* CALP. ecl. 5, 103 *frondes hieme* fenilibus ... -ere. MART. 1, 55, 10 de rubro -ere mella cado. *al.* β *vinum*: PLAVT. Mil. 829 -isti tu illi vinum? :: ¡non -psi¡ (*obi. subaudiendo ut*: 841 an umquam -psit antehac? 848 sq. numquam ... vidi -ere; verum hoc erat: mihi imperabat, ego -bam postea). VARRO rust. 1, 65 quod mustum conditur in dolium, ... non -endum, dum fervet. HOR. epod. 2, 47 *uxor* vina -ens dolio (carm. 3, 21, 8 languidiora. OV. fast. 5, 518 -it fumoso condita v. cado. *al., addas l. 41*). carm. 1, 36, 11 *ne sit* -tae modus amphorae (PORPH. Hor. carm. 3, 21, 7. *cf.* STAT. silv. 4, 8, 39 cadum sordentem -ere fumo). 3, 28, 2 -e reconditum ... Caecubum. *al.*

c *arma*: ACC. trag. 55 Orestes ... ferro -to adstituerat ([*v. app. crit.*]. LIV. 40, 4, 13 ferrum ... -it [*postea*: strictis ... gladiis]. IVV. 15, 73. TAC. ann. 15, 74, 1 ex quo *loco* Scaevinus ferrum -erat [*15, 53, 2* pugionem templo Salutis ... detraxerat]). HOR. carm. 3, 20, 10 (*in imag.*) sagittas -is (SEN. Herc. O. 550). PROP. 2, 9, 38 tela ..., pueri, -ite acuta (OV. met. 1, 468 e ... sagittifera -psit duo t. pharetra. SIL. 2, 134 in proelia. STAT. Theb. 12, 742. *in imag.*: Ps. PROSP. carm. de prov. 91 -e ... sanctis caelestia t. pharetris). OV. ars 3, 516 spicula de pharetra -it *Amor.* LIV. 42, 52, 11 arma ... habere ... Macedonas -ta ex regio apparatu (SVET. Otho 8, 2 ea *a.* cum in castris sub noctem -rentur. *in imag.*: CYPR. Fort. praef. 1 ut ... quasi a. ... pugnaturis fratribus de praeceptis dominicis -rentur). *al.*

d *instrumenta proponenda et quaecumque iudici aliisve inquirentibus documento sunt*: TAC. ann. 3, 16, 1 *esse* visum ... inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgaverit; sed ... *ei fuisse* destinatum -ere apud patres principemque arguere. APVL. apol. 6, 1 cum adversum me eas litteras -ret. 97, 2 tuas ... epistulas -rem, si *eqs.* (*postea*: testamentum ... proferri cuperem). *al. ibid.* met. 9, 9, 5 *equites* urgenti sermone comprimunt *sacerdotes,* -rent potius aureum cantharum *surreptum,* -rent auctoramentum illud sui sceleris. COD. Iust. 2, 1, 8 (*a. 225*) rationes -i (*postea*: exhiberi). SYMM. epist. 9, 10, 2 *exactores* nulla ... publicae ¡validitatis monumenta -entes¡ (utilitatis m. promittentes [-mittis *var. l.*] *trad.*). COD. Theod. 11, 39, 7 cum quid in iudicio -erint (*Interpr.* qui scripturam protulit). 15, 14, 8 codicillos *honorarios* atque epistulas et -ere iubemus et reddere.

B *laxius praevalet respectus*: **1** *proferendi in conspectum; -untur*: **a** *sidera eorumque lux sim.*: CIC. Arat. 461 effert sese clara Fides et -it pectora Cepheus. HOR. carm. saec. 10 Sol, curru nitido diem qui -is et celas (LACT. ira 13, 4 *sol* oriens diem -it ad laborem). OV. fast. 5,

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

379 -et sua sidera Chiron. GRATT. 59 *antequam* claro Plias se -erit ortu ([promis(s)erit *trad.*]. AVIEN. Arat. 363. 1102 Orion ... Eridanum ... trahens alio se litore -it [*gr. 589 παρατείνεται*]. 1274 toto ... corpore. *al.*). AVIEN. Arat. 1142 *Engonasin* pede tantum -itur uno (*gr. 619 φαείνεται*). 1260 Delphinum parvas -it Capricornus in auras. *al.* **b** *varia (cf. l. 35. 48): partes corporis*: SIL. 3, 542 horrida semiferi *indigenae* -unt e rupibus ora (*Liv. 21, 32, 8* apparuerunt ... montani). SIDON. epist. 3, 13, 7 (*describitur parasitus*) -it ... frontem, quae foedissimo gestu cutem plicat (*antea*: portat ... nasum; praetendit ... os). *insulae*: AVIEN. orb. terr. 648 pelagus sulcantibus ... insula se Grai Diomedis gurgite -it (*gr. 483 δήεις ... νῆσον, Prisc. 512* ostendit sese). 794 Ogyris ... salo -it caput.

2 *educendi, efferendi*: **a** *-untur animantes (eorumve corpus; obi. subaudiendo l. 21)*: α *qui egrediuntur, emittuntur: se -unt homines*: VERG. Aen. 2, 260 *Graeci* cavo se robore *equi* -unt. IVVENC. 4, 393 Lazare, ... foras te -e sepulcro (*Ioh. 11, 43* veni foras). 4, 573 tectis ... feris (foris *var. l.*) se -ere temptat *Petrus* (*Matth. 26, 71* exeunte). *-itur filius dei, spiritus sanctus*: PRVD. apoth. praef. 1, 11 spiritus ... in populos charisma suum diffundere -tus (*sec. Rom. 5, 5* datus est, *v. Bastiaensen, Studia Patrist. 28, 1993, 12 sq.; de adi.* promptus *cogitant alii*). apoth. 19 patris est specimen ... humanis ... oculis concurrere -tum (*cf. 23* infusum). Ps. AVG. serm. ed. Mai 76, 1 -entibus caelis delapsus est in viscera virginis deus dei filius. β *qui partu sim. eduntur*: TERT. anim. 27, 1 *corpus et animam* simul ... concipi ..., sicut et -i. CLAVD. DON. Aen. 10, 315 p. 334, 18 cum matris ... utero -retur exsectus *Lichas*. CYPR. GALL. gen. 799 senior *Esau* se -it ad auras, ... post ... nascitur *Iacob* (*Vulg. gen. 25, 25* egressus est). γ *qui effodiuntur*: AVG. conf. 9, 7, 16 *martyrum corpora* in thesauro secreti tui reconderas, unde opportune -res ad coercendam rabiem *Iustinae Arianae* (*postea*: prolata et effossa).

b *-untur res variae, maxime partes corporis*: α *erigendo, exserendo*: OV. met. 4, 242 *ut* possis defossos -ere vultus (*postea*: enectum pondere terrae tollere ... caput). CELS. 7, 12, 4 cum abunde super dentes eam *linguam* -ret. PLIN. paneg. 71, 2 *cum senatores gratulantes* velut adfixi curulibus suis manum tantum, et hanc cunctanter ..., -rent. β *excernendo, exsecando, sc. e corpore humano*: CELS. 2, 6, 8 cui ... in recenti morbo bilis atra vel infra vel supra se ostendit, cuive alterutro modo se -psit *in morbo diuturno* (*Hippocr. aphor. 2, 22 et 23 ὑπέλθῃ. cf. Cels. 4, 18, 1* bilis supra infraque erumpit). 7, 19, 2 *ut testiculus* digito ... inde (*e plaga*) -atur. 7, 22, 2 incidendum inguen est atque tunica -enda (7, 22, 5). 7, 26, 2[1] *calculus* vi -itur (MARCELL. med. 26, 114 calculos potio ... per urinam harenae modo -it). CYPR. GALL. lev. 88 quae *sanies* -itur alvo *in purgatione mulierum.* γ *quolibet modo*: SEN. Herc. O. 1566 *medio caelo,* gravis Titan ubi -it aestus *radiando* (*nisi ad 3*). COLVM. 9, 15, 9 insecandi sunt favi, deinde ... -endi. CLAVD. 26, 58 (*ἀδύνατον*) *ut* Zephyrus se -at ab Indis. CYPR. GALL. exod. 1256 (*ad exod. 33, 7*) *Moses* conposta sibi tentoria -it semotisque locat castris. num. 493 quod deserta siti regio non -ret ullos fontibus e gelidis rivos. ALC. AVIT. carm. 1, 124 puro quam *animam* fonte creator -at *inspirans primo homini* (*125* flatum profundit ab ore). IVL. HON. cosmogr. B 10 *fluvius* de obscuritate -itur (*antea*: cum ... sub humo sit currens).

3 *procreandi, efficiendi; fiunt: edulia*: HOR. sat. 2, 4, 47 sunt quorum ingenium nova tantum crustula -it (SCHOL. inveniendis ... crustulis). *fructus, germina sim.* (*cf.* GLOSS. -it: germinat): COLVM. 3, 12, 1 (*e Graecino*) *radices* tum demum se -unt, cum modico te[m]pore evocantur. 9, 13, 2 amara ulmi semina sua -unt (*v. app. crit.*). 10, 258 ⌞loti⌟ gemmantia lumina -unt (*nom., aliter vol. VII 2, 1683, 64*). IVVENC. 3, 660 non sit tibi, *arbor,* fructibus umquam copia -endis (*Matth. 21, 19 ne* fructus nascatur). AVG. serm. 340A, 10 coll. Morin p. 572, 19 *vitem* germen -ere. CYPR. GALL. num. 332 dives quae (*poma sim.*) -erat arvum. 472 *virga Aaronis* floruit atque nuces sicco iam stipite -psit (*num. 17, 8*). ALC. AVIT. carm. 1, 246 desudans ... balsama ramus perpetuum pingui -it de stipite fluxum. *al.* *Aeon*: TERT. adv. Val. 10, 3 pater ... Horon per Monogenem Nun ... -it in imagine sua (*Iren. gr. 1, 2, 4 προβάλλεται, lat.* praemittit). *animalia* (*a deo conditore*): CYPR. GALL. num. 536 (*respicitur 21, 6*) vipereas acies viroso ex fomite -psit *deus*. DRAC. laud. dei 1, 284 *sexto die* -itur omne genus pecudum. 1, 287 -itur anguis hians.

4 *offerendi* (*sc. munera deo*): PRVD. perist. 4, 17 (*singulae civitates Christo offerent sua dona, sc. martyres*) Carthago ... -et ossa *Cypriani* ..., Corduba Acisclum dabit. CYPR. GALL. lev. 93 sanctam si -at munus ad aram (num. 52 farinam ... ad altar. *cf. Vulg. lev. 15, 29 et num. 5, 15* offeret). Ios. 277 *Iosue* libamina -ens grata deo. SACR. Leon. 415 *oblatio* -atur.

II *translate; coloribus hic illic minus distinctis dicuntur -i, quae potius*: **A** *loquendo, scribendo, sonando proferuntur* (*cf.* GLOSS. -imus: dicimus. -psit: locutus est. *sim. al.; accedit obi. acc. passim [refl. p. 1882, 57], acc. c. inf. p. 1882, 48, enunt. secund. p. 1882, 43, adv.* ut *p. 1882, 10. 51*): **1** *generatim -untur*: **a** *argumenta, variae res de quibus agitur*: α *secreta, recondita sim., sc. detegenda, eruenda (exempla potiora)*: Ⓘ *vario usu*: PLAVT. Asin. 26 (*interpol.?*) ut non audeam ..., percontanti quin -am omnia (*24* eloqui). PLIN. nat. 2, 77 -i ... secreta naturae legesque. VAL. FL. 4, 624 *vaticinio* ultima ... -ere fata nefas. QVINT. inst. 6, 2, 25 ⟨prom⟩ere ..., quae latent et ... huius loci aperire penetralia. TERT. uxor. 2, 8 l. 5 ne ... dominica extraneis -ant *servi* (*ad I trahunt plerique*). CYPR. epist. 45, 2, 2 *non* facile -enda sunt et ... temere publicanda, quae ... scandalum moveant. ARNOB. nat. 1, 1 p. 1, 3 bacchari et velut quiddam -tum ex oraculo dicere (*cf. p. 1883, 35*). 5, 27 p. 283, 8 arcana mysteria. 7, 41 p. 394, 28 ista, quae dicta sunt, si ita, ut sunt -ta, humanum veniant ad auditum. HEGES. 1, 29, 10 Herodes continuo rettulit, quae iustae commotionis dolor -erat (*gr. I, 277 ὡς ὑπηγόρευε τὸ πάθος*). *al.* Ⓘⓘ *-untur, quae sunt mente concepta, pectore tecta*: CVRT. 9, 6, 26 olim rei agitatae in animo meo nunc -endae occasio oblata est. QVINT. inst. 2, 16, 15 nisi, quae concepissemus mente, -ere etiam loquendo possemus (*sim.* 8 prooem. 15). 8 prooem. 32 *verba,* quae sensum animi nostri optime -unt. 12, 10, 40 -ere animi voluntatem. PLIN. paneg. 66, 4 iubes, quae sentimus, -ere in medium: proferemus. APVL. Plat. 1, 14 p. 212 quae prudentia corde conceperit, ea ... -at oratio. IVVENC. 3, 166 (*ad Matth. 15, 18*) quae ... interno concepta e pectore -unt ora hominum (*item indicatur unde*: 3, 169 secreto cordis -untur noxia vitae consilia. SYMM. epist. 1, 45, 1 ex intimo pectoris fonte). Ps. AMBR. symb. p. 188 *ut euangelium,* quod corde concepimus, ore -amus (HIER. epist. 64, 2, 1. AVG. in psalm. 51, 11 lingua dolosa aliud in corde gestantium, aliud ore -entium. *al.; ceterum accedit abl. instr. l. 15 et e. g.* HIER. epist. 36, 1, 1 voce. AVG. serm. 16, 4 labiis). HIER. in Tit. 1, 2 p. 558[B] quod cogitat, in verba vix -it (*cf.* AVG. epist. 82, 27 aliud claudit in pectore, aliud -it in verbis). *al.*

β *obscura, difficilia, sc. explananda sim.* (*exempla potiora*): HOR. epist. 2, 1, 104 clienti -ere iura (PORPH. respondere ⟨de⟩ iure aliquid consulenti). LIV. 32, 20, 2 *animos* orationes ... turbaverant utrimque, quae difficilia essent, -endo. VELL. 2, 48, 5 harum ... rerum ordo cum iustis aliorum voluminibus -atur, tum ... nostris explicabitur. PLIN. nat. 29, 1 *argumentum* tantae ... difficultatis in -endo. ARNOB. nat. 2, 58 p. 132, 21 explicare ac -ere, ... mundus utrumne sit ingenitus an *eqs.* HIL. in Matth. 7, 8 rerum ... tam diversarum ratio -enda est. MART. CAP. 4, 333 quicquid nosset illa *Dialectica,* Latiari -ere ... facultate. 7, 729 artem -ere cupienti *Arithmeticae.* BOETH. cons. 3 carm. 2, 6 quibus ... legibus orbem provida *natura* servet ..., -ere cantu. *al.*

γ *quaelibet, sc. narranda, affirmanda*: Ⓘ *vario usu*: CIC. Att. 9, 18, 2 nunc certe -enda tibi sunt consilia. HOR. ars 144 *poeta* ex fumo dare lucem cogitat, ut speciosa dehinc miracula -at, Antiphaten Scyllamque. LIV. 30, 12, 8 nec, quae acta essent, -endo nec minis ... valuit (*item c. enunt. interrog.*: SEN. Herc. O. 741 -e, quid portes novi. VAL. FL. 4, 144. QVINT. inst. 7, 1, 3 quid ipse sim secutus. *al.; cf. e. g. l. 34*). PHAEDR. app. 20, 14 causas, ... quas longum est pro⟨mere⟩. VAL. FL. 6, 41 duces solasque, deae, mihi -ite gentes. TAC. ann. 6, 28, 1 ambigua, sed cognitu non absurda -ere libet. 11, 21, 1 falsa. 12, 65, 1 *Narcissus* -isse inter proximos ferebatur certam sibi perniciem *esse* (*item c. acc. c. inf.*: Ps. MAR. VICTORIN. ad Iust. 6 quod ingenitum percontaris, -is abolefieri. *cf. p. 1883, 53*). GELL. 13, 17, 2 exemplum. APVL. met. 5, 28, 7 -e ... nomen eius, quae puerum ... sollicitavit. 9, 23, 5 fabulam. TER. MAVR. 907 ut suo -am loco. CYPR. Demetr. 11 per prophetam divino spiritu ... veritas -itur (AVG. quaest. hept. 2, 1. *cf. l. 68*). hab. virg. 23 mandata caelestia. mortal. 14 fidem firmiter -imus *in persecutione.* ARNOB. nat. 1, 25 quid ... proloqui, quid effutire, quid -ere ... temptatis? AVG. c. Parm. 2, 2, 5 dolorem meum melius premo quam -o. COMM. apol. 51 *deus non* una contentus prophetica voce se -it[tit], sed multos adhibuit testes (*50* se praedixit). BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 186, 14 *categoricae propositiones* sine aliqua condicione positionis -untur, ut est 'dies est' (*syn.* proponuntur). *al.* ⓘⓘ *accedit abl. instr.* ore, verbis *sim.* (*cf. l. 15. 23 sqq. 38*): SALL. hist. frg. 3, 96 D fiducia augeri nostris coepit et -i lingua. CYPR. zel. 12 si id, quod ore -itur, factis ... impleatur (CLAVD. DON. Aen. 2, 655 p. 235, 21. *al.*). ARNOB. nat. 5, 41 suis unamquamque rem verbis et suis significationibus -ere (IVVENC. 2, 825 talia ... populo perplexis condita v. -bat [*Matth. 13, 34* locutus est Iesus in parabolis]. PAVL. NOL. carm. 26, 3 laetis ... -ere gaudia v. AVG. spir. et litt. 36, 64. *al.*). AVIEN. orb. terr. 820 maxima pars orbis narrabitur, inclita tellus -etur musis. CLAVD. rapt. Pros. 1, 3 profundae Iunonis thalamos ... -ere cantu (prodere *var. l.*). AVG. conf. 5, 6, 10 *si* uberi sermone -retur *veritas.* c. mend. 10, 23 p. 499, 6 cum loquendo -itur falsum. *al.* ⓘⓘⓘ *accedit praedic.*: NOVATIAN. trin. 12, 9 qui Christum hominem ... solent dicere, dum illum rebus ipsis coacti deum incipiunt -ere. 20, 3 si ... angelus deus -itur, multo magis ... Christus ... deus esse dicetur (*syn.* profertur, pronuntietur). 23, 2. 26, 1 non homo tantum asseritur, sed et deus -itur *Christus.* Ps. TERT. haer. 3 p. 219, 14 *Cerinthus* Iudaeorum deum non dominum, sed angelum -ens (*antea syn.*: contendens, perhibens).

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *opera vel verba, formulae, soni sim.*: α *usu communi*: CIC. carm. frg. 11, 48 quis non ... voces tristificas chartis -bat Etruscis? (*item e libris*: CYPR. Demetr. 3 de scripturis sanctis ... documenta. HIST. AVG. quatt. tyr. 7, 6 epistolam ⌞-am ex⌟ libris Flegontis ... proditam [⌞ ⌟ romam et *trad.*, ponam ex *Peter*]). LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 qui *animus tuus* semper aliquid ex se -at, quod alios delectet. PETRON. 101, 7 *Eumolpus* consilii egens iubet quemque suam sententiam -ere (FIRM. err. 28, 13 s. -itur, ... poena decernitur *a deo iudice. al.; cf. infra l. 42; e coni. dub. iam* LIV. 30, 4, 5). QVINT. inst. 12, 10, 53 *omnia,* cum dicimus -enda et cum scribimus ostendenda sunt (*sc. figurae, loci sim.*). FRONTO p. 57, 20 *verbum* quod praeter spem ... legentium -itur (CYPR. domin. orat. 3 *Christi* verba -amus. QVEROL. p. 9, 19. CLAVD. DON. Aen. 10, 555 p. 364, 8 [*syn.* effundere]. AVG. c. Faust. 22, 53. *al.*). APVL. apol. 8, 5 qui sese sciat ⟨o⟩rationem -turum (ARNOB. nat. 2, 24 p. 95, 6 FORTVN. rhet. 3, 20. *al.; cf. l. 41*). flor. 17, 18 qui pueris ... et senibus utile carmen -turus est (OPT. PORF. carm. 5, 22). TERT. patient. 14, 4 cum ille ... nihil ex ore -ret, nisi 'deo gratias'. adv. Prax. 17 p. 259, 13 hic mihi ⌞-tum⌟ sit responsum adversus id quod *eqs.* (⌞ ⌟ *nisi adi.*, promotum *trad.; cf. l. 46*). ARNOB. nat. 2, 11 p. 78, 8 qui sermonem candidule -psit (AMBR. Iob 2, 2, 4. AVG. doctr. christ. 4, 67 in populis. *al.*). CARM. de fig. 103 quod casu -imus uno (*sc. ὁμοιόπτωτον*). SACR. Leon. 242 -enda⟨m⟩ confessione⟨m⟩ sacratae tibi plebis institues (*aliter Mohlberg*). *al.* β *respicitur pronuntiatio syllabae, soni sim.*: GELL. 4, 7, 4 nisi tertia syllaba ... circumflexe -atur. 9, 6, 3 prima littera longa -imus *frequentativa quaedam* (*opp.* correpte dicimus). 12, 13, 8 *'cis, uls'* particulae ... parvo exiguoque sonitu obscurius -bantur (*pro 'citra, ultra'*). TER. MAVR. 93 -itur ore semicluso *sonus semivocalium.* 388 correpto sono -imus *dipthongos quasdam.* 479 syllabas primas ... ore raptim -ere. ARNOB. nat. 7, 9 p. 352, 8 (*loq. bos*) vox ista, quam -o (*antea*: exprimunt). HIER. epist. 30, 12 per dentes articulata vox -itur. AVG. in euang. Ioh. 119, 5 qui *sonus* lingua -itur. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 164 ut principia levi voce -antur, narratio vero ... maiore. *al.*

2 *speciatim in vita publica et re iudiciaria; -untur*: **a** *varia: quae a magistratu edicuntur* (*ab ordine civitatis confirmatur l. 38*): LIV. 3, 34, 1 (*3, 33, 8* ius populo ... reddebant *decemviri*) cum ⌞-tum⌟ hoc ius velut ex oraculo incorruptum pariter ab iis *decemviris* summi infimique ferrent (⌞ ⌟ *de adi. cogitatur vulgo*). AVR. VICT. Caes. 19, 2 edictum, quod varie inconditeque a praetoribus -batur, in ordinem *composuit Iulianus.* COD. Theod. 7, 2, 2 *si ordines urbium* non vera actis -endo ... quemquam abire *in militiam* permiserint. 11, 16, 8 tempore indictionis ex more -endae. *quae aguntur in senatu sim.*: TAC. hist. 2, 90, 1 *Vitellius* tamquam apud alterius civitatis senatum ... magnificam orationem de semet ipso -psit. 4, 4, 3 ubi ad Helvidium ... ventum, -psit sententiam (ann. 1, 8, 4. 12, 1, 2 [*in consilio principis*]. *ceterum cf. l. 7. 60*). ann. 2, 33, 1 erat ... frequens senatoribus, si quid e re publica crederent, loco sententiae -ere. 3, 36, 1 -tum est *in senatu,* quod multorum intimis questibus tegebatur. 3, 71, 2 responsum adversus ... flaminem Dialem -psit Caesar recitavitque decretum pontificum. COD. Theod. 12, 1, 49 pr. adsistente curia ac sub obtutibus iudicis -ente consensum. 12, 12, 13, 1 *ad concilium provincialium* ire ... vel procuratoribus destinatis sententiae suae -ere voluntatem. **b** *crimina*: TAC. ann. 1, 6, 3 iuxta periculoso (*abl. absol.*) ficta seu vera -ret *index.* 6, 7, 1 plurima adversum Cottam -erat. 6, 24, 1 (recitari ... *Drusi* factorum ... descripta ... iussit) potuisse avum ... in publicum -ere vix fides *est.* 15, 60, 3 *index* -psit, missum se ad aegrotum Senecam *eqs.* APVL. apol. 25, 1 frivola et inter se repugnantia. CYPR. Demetr. 13 ut facinoris veritas, quae indice voce non -itur, *inter tormenta* dolore corporis exprimatur. COD. Iust. 5, 5, 3, 2 (*a. 319*) *si qui* compertum facinus ⌞-ere⌟ noluerunt (⌞ ⌟ prodere *Cod. Theod. 12, 1, 6*). AVG. adv. Don. 34, 57 p. 160, 16 ut ... illa omnia vel loquendo vel legendo pro causa nostra -rent atque propalarent. *al.* **c** *sententia iudicis vel poena ab eo constituta*: APVL. met. 10, 6, 4 ut rite ... iudicio reddito ... civiliter sententia -retur (VLP. dig. 4, 8, 27, 4 [*antea*: sententia ... dicta]. COD. Theod. 1, 10, 3. *al.; cf. l. 42*). COD. Theod. 16, 2, 40 post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure -enda est. 16, 7, 3 pr. graviora ... extra ordinem -i in nefarios *reos* ... supplicia censemus. Iust. 1, 51, 4 (*a. 404*) ut conpetens in eo vindicta -atur. 3, 1, 13, 3 contra absentem -ere condemnationem.

B *ostenduntur, conspicua fiunt* (*sc. eo, quod deteguntur vel adhibentur*): **1** *qualitates animi, vires sim.*: PLAVT. Truc. 603 meos animos violentos meamque iram ex pectore iam -am. 714 -e venustatem amanti tuam. VERG. Aen. 5, 191 nunc ... -ite vires, nunc animos (CARM. Année Épigr. 1967 n. 587 [*si recte suppletur*]). LIV. 2, 58, 9 omni nequiquam acerbitate -ta *ad milites vexandos.* GRATT. 179 cum ... -enda ... virtus *est* (VAL. CEM. hom. 16, 5 virtus ... quae in parvis -itur [*cod. ed. Riberi,* promittitur *Migne*], facilius in maximis exhibetur). TAC. ann. 1, 69, 5 quae *odia* reconderet auctaque -ret *Tiberius.* 4, 57, 1 saevitiam ac libidinem cum factis -ret *Tiberius.* PANEG. 4, 3, 6 *uterque Caesar non* lente indicium -it boni. AVG. nupt. et concup. 1, 15, 17 tenebrosa iniquitas clara iniquitate in lucem -itur et occulta turpitudo manifesta crudelitate convincitur. *al.* **2** *varia* (*nonnulla ad IB1 trahere possis*): HOR. carm. 1, 34, 14 insignem attenuat deus, obscura -ens (PORPH. in claritatem ... producitur). MART. 8, 18, 1 si tua, Cerrini, -as epigrammata vulgo (*sim. libros publicando*: AVSON. 27, 5 [400 S.] l. 12 opuscula mea, quae -i studueras). QVINT. inst. 1, 1, 22 si quis ea, quae domi suae recte faceret *ad instituendum filium,* in publicum -it. 12, 6, 3 fructum studiorum viridem ... -i decet (*prima causa agenda*). IVVENC. 2, 480 nudata suis -untur cuncta latebris (*Matth. 10, 26* revelabitur). PRAEF. bibl. monarch. in Ioh. p. 486, 10 per multa signorum experimenta -ens Christum *decessit Iohannes* (*var. l.* conprobans). *in theatro* (*e coni. dub. pro* ponere VAL. MAX. 8, 7, 7): HOR. ars 183 non ... intus digna geri -es in scaenam.

C *ad usum proferuntur, alicunde arcessuntur* (*cf. IA et p. 1882, 21. 1883, 3*): CIC. de orat. 1, 59 *in causis quibusdam* est aliquid, quod ... ex obscuriore ... scientia sit -endum atque sumendum. 2, 131 ex quibus *locis* argumenta -untur (*sim.* top. 7 SVLP. VICT. rhet. 36 p. 334, 19). SEN. epist. 94, 53 felicitatem domo -ere (*opp.* longinqua bona). PLIN. paneg. 69, 5 si quid *est* usquam ... residuae claritatis, hoc amplexatur et refovet et in usum rei publicae -it. PANEG. 2, 16, 1 facilius inveneris, qui pecuniam ex aerario, quam qui ex animo fidem -erint. AVSON. 13, 72 (69 S.), 2 *pavo sexum mutavit*; nova res ..., quae de vera -itur historia.

D *efficiuntur, peraguntur* (*cf. A et B2*): SEN. Oed. 121 -it hinc (*oriente*) ortus aperitque lucem Phoebus (AVSON. app. A6 Od. 3 [447 S.], 2 sol Oceano radiatos -erat o. [*Hom. γ 1 ἀνόρουσε λιπὼν ... λίμνην*]). TAC. ann. 12, 59, 1 Claudius saevissima quaeque -ere adigebatur ... Agrippinae artibus. PLIN. epist. 1, 10, 10 iudicare, -ere et exercere iustitiam. TERT. nat. 1, 8, 2 *ut infantes* non auditu formarent loquellam, sed ⟨de⟩ suo -entes *eqs.* TER. MAVR. 1480 cum prima brevis, longa dein ...: hunc *pedem* -it iambus (*syn.* facit). CYPR. GALL. gen. 710 stabiles ... iam -ere gressus *infantem* (exod. 292 quocumque velint migrantes -ere g. *Iudaeos iubet Pharao* ['ponere g.*? cf. vol. VI 2329, 22' Heine in plagulis*]). PROSP. carm. de ingrat. 9 quem ... ipso de fine *haereseos* dolum nova -at origo. epigr. 40, 1 insolitum si quid labentia tempora -unt.

appendix structurarum potiorum, quibus indicatur: **1** *unde aliquid -atur*: **a** *per praepos.*: ex: PLAVT. Truc. 603 iram ex pectore. CIC. Q. Rosc. 29 *v. p. 1880, 13 sq.* Verr. II 3, 195 ex aerario (*al., v. p. 1879, 72. 1880, 18*). Cael. 52 ex armario. de orat. 1, 59 ex ... scientia. 2, 131 ex quibus *locis* argumenta -untur (*sim.* top. 7). LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1. OV. met. 1, 468 e ... pharetra. LIV. 42, 52, 11 arma ... ex regio apparatu. *al.* de: PLAVT. Asin. 181 de pleno. CIC. fin. 2, 22 de narthecio. OV. ars 3, 516 de pharetra. COLVM. 11, 3, 6 de tabulato. 12, 49, 5 de amphora. MART. 1, 55, 10 de ... cado. TERT. nat. 1, 8, 2 *l. 28.* CYPR. Demetr. 3 de scripturis. *al.* ab: CLAVD. 26, 58 *ut* Zephyrus se -at ab Indis. **b** *per abl. separ.*: PLAVT. Pseud. 355 argentum ... domo (SEN. epist. 94, 53). CIC. carm. frg. 11, 48 voces ... chartis ... Etruscis. VERG. Aen. 2, 260. HOR. epod. 2, 47 vina ... dolio. OV. fast. 5, 518 *p. 1880, 46* (*struct. ambigua ut p. 1879, 69 sq.*). CALP. ecl. 5, 103 *frondes* fenilibus. STAT. Theb. 12, 742 tela pharetra (Ps. PROSP. carm. de prov. 91). TAC. ann. 15, 54, 1 vagina pugionem. *al.* **c** *per adv.*: PLAVT. Pseud. 740 indidem. 1241 intus. CIC. fin. 3, 8 hinc (SEN. Oed. 121). HOR. ars 144 dehinc (*nisi est adv. temporis*). CELS. 7, 19, 2 inde. *al.*

2 *quo aliquid -atur: per praepos.*: HOR. ars 183 in scaenam (QVINT. inst. 1, 1, 22 in publicum [TAC. ann. 6, 24, 1]. PLIN. paneg. 66, 4 in medium. AVIEN. Arat. 1260 in auras. AVG. nupt. et concup. 1, 15, 17 in lucem. *al.*). CELS. 7, 12, 4 super dentes *linguam.* HIL. in psalm. 2, 18 *gladius* -endus ad singulos (*al., v. p. 1881, 25. 68*). *per adv.*: IVVENC. 4, 393 foras (*v. p. 1881, 15*).

3 *cui, apud quem, in quem -atur*: PLAVT. Epid. 303 huic argentum (*item c. dat.*: Mil. 829 illi vinum. Truc. 714 venustatem amanti. CIC. Verr. II 3, 195. HOR. epist. 2, 1, 104 clienti. VAL. FL. 4, 144 sociis. 6, 41. *al.*). TAC. hist. 2, 90, 1 apud ... senatum (ann. 3, 16, 1 a. patres). ann. 6, 7, 1 plurima adversum Cottam -erat (APVL. apol. 6, 1. *vix huc p. 1883, 46*). *al., v. p. 1880, 17. 1883, 63. 65.*

4 *quem ad finem aliquid -atur* (*negleximus enunt. fin.*): **a** *per praepos.*: ad: VARRO rust. 1, 57, 2 ad usum *triticum* (1, 64 VAL. MAX. 3, 7, 1d COLVM. 12, 45, 3). 1, 69, 1 far ... ad torrendum. LACT. ira 13, 4 *sol* diem -it ad laborem. VEG. mil. 2, 20, 6 ad sepulturam. *al.* in: COLVM. 2, 10, 16 in usus *lentem* (PLIN. paneg. 69, 5 in usum). SIL. 2, 134 in proelia telum. **b** *per inf.*: *v. p. 1881, 18. 20.*

p. p. p. **prōmptus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*sc. masc. p. 1888, 54. 1889, 63. 75, neutr. p. 1885, 54. 74. 1889, 15* [*vix addas* in -um, in -o *p. 1900, 74. 1901, 2*]). *scribitur* prompt- INSCR. Dessau 9489 (*saec. II²*). CIL VIII 9064 (*saec. III?*) *et passim in codd. ant., e. g.* VERG. georg. 2, 255 LIV. 44, 37, 10 FRONTO p. 218, 5; promt- *exhibent* CIL VIII 16556 (*saec. III? ibid.*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumtu; *cf. nomen proprium* 18065 c 12 *a. 162*) *et codd. saec. V/VI* SCHOL. Cic. Bob. p. 97, 15 (*al. ibid., sed* -o(m)pt- p. 136, 33. 159, 29). AMBR. in Luc. 7, 122 HEGES. 3, 3, 4. 3, 9, 1. *al. et saepius recc.*; prumt- *praebent tituli saec. VI/VII* CIL XII 5352 INSCR. Gall. Wuilleumier 296 INSCR. christ. Gall. XV 106. 162 *et codd. rec. saepius, e. g.* CYPR. Fort. 13 p. 347, 14. SEDVL. carm. pasch. 2, 20 (*ubi et* prumpt- *ut alibi in recc.*). *compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* Cic. (*de* CATONE *v. p. 1889, 68 et cf. e. g.* maxime -us *p. 1887, 8*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 438, 3 pronus. facilis. -us. proclivis. animatus. expeditus. paratus. voluntarius. GLOSS. -us: *πρόχειρος. προῦπτος. εὐπρόφορος, εὐπροαίρετος.* paratus. expeditus, praesens. -um: facile, manifestum. -ius: *προθυμότερον. al.* *legitur inde ab* ENN., RHET. Her., Cic. (*de* CATONE *v. p. 1889, 68*), *frequentatur maxime a* TAC.; *cf. p. 1879, 48 sq.* [*respondent quaedam sermoni docto tribuenda vel ab eo non aliena; cf. M.-L. 6776. St.*] [*dub. trad. pro* prominens *p. 1851, 34. 1852, 16.*]

prōmoveo, -mōvī, -mōtum, -ēre. *a* pro *et* movere. *notatur fort.* pr PAP. mil. Fink 34^{r} I 8 (*a. 115/7?*). LEX colleg. cornic. (CIL VIII 2557; *a. 203*) 32. NOT. Tir. 82, 90^{b} -tus. *formae stirpis perfecti breviores*: -morat HOR. epod. 11, 14 PHAEDR. 4, 26, 28, -mosset OV. am. 2, 9, 17 (*v. p. 1895, 67*). *de notione*: GLOSS. II 416, 20 *προαχθείς*: -tus, productus. 29 *προβιβάζω*: -o, proveho. 418, 35 *προκόπτω*: -o, proficio, procedo. *al., v. e. g. p. 1631, 2. 1894, 1. 1896, 9. 1897, 44. legitur inde a* TER., QVADRIG., CIC., LEGE *p. 1894, 57,* CAES., *saepe in* VET. LAT., *inscr. et apud* SYMM., AMM., *raro in poesi, sc. post* TER. *fere singulis vel binis locis apud* VERG., HOR., OV. *al.; abiit in serm. gr. p. 1897, 75. 1898, 10.* [*confunditur in codd. e. g. cum* per- STAT. Ach. 1, 444 MART. CAP. 8, 853 (*cf. vol. X 1, 1567, 36*), praemovere CVRT. 4, 1, 30 (*restit.* ZENO 1, 24, 2), provehere AVG. bapt. 2, 1, 2 p. 176, 22 STAT. eccl. ant. p. 173, 109. *al.,* promereri PONT. vita Cypr. 3, 1 AVG. c. Pelag. 3, 7, 19. *al., p. p. p.* -tus *cum* promptus CYPR. epist. 55, 8, 2. *al.* (*falso trad.* TERT. adv. Prax. 17 p. 259, 13). *loco dubio*: S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 37 *v. p. 1892, 18.*]

significatur actio porro vel foras movendi, sc. trans. i. q. provehere, producere sim. vel intrans. i. q. progredi, prodire sim. (*struct. notabiliores collegimus l. 66 sqq. p. 1896, 19 sqq.*): **I** *pertinet ad motum localem* (*per imag. quandam motus in descriptione orbis terrarum p. 1894, 51 sq. 1896, 2, argumenti p. 1894, 29*). *indicatur quo per praepos.* in *c. acc. p. 1894, 36 sqq. 50. 1895, 11. 15. al.* (*cf. locut. adv. p. 1895, 40. 41*), ad *p. 1894, 43. 63. 1895, 16. 20. al.,* extra *p. 1894, 33,* trans *p. 1895, 17,* ultra *p. 1895, 31 et sim. al., per acc. direct. p. 1894, 6. 1895, 28, adv. p. 1895, 27. 64. al.; unde per praepos.* ab *p. 1894, 21. 1895, 21. 53. al.,* de *p. 1894, 17. 45. 1895, 29,* ex *p. 1895, 15. 20. 62, per abl. separ. p. 1895, 12. 25. 50. al., adv. p. 1894, 6. 20. 1895, 15. al.*

A *de iis, qui (quae) sese movent* (*de ipso itinere p. 1894, 26*): **1** *vario modo* (*porro pergendo e. g. p. 1894, 1 sqq. 42 sq., proficiscendo sim e. g. p. 1894, 16 sqq. 23. 39, in conspectum veniendo p. 1894, 28*): **a** *intrans.* (*c. obi. int. p. 1894, 1. 4. 5. 23*): TER. Eun. 913 move ... ocius te ... :: moveo. :: video, sed nil -es (*cf.* DON. *ad l.* 2 -es: proficis [*ut ad IIIA pertineat? sed cf. ibid.* 1]. EVGRAPH. motum ... corporis video, sed itineris nulla progressio est. *item iocose disting.* movere: SEDAT. ad Ruric. epist. 8 equum ... moventem se ... et nihil penitus -entem). QVADRIG. hist. 60 aliquantisper pugnato nihil -et Poenus (*simul spectat ad IIIA. item in re militari*: LACT. mort. pers. 45, 5 *Maximinus dux* hinc -vit Heracleam. *al., cf. p. 1895, 34; in imag.*: VET. LAT. prov. 30, 27 [Ps. Aug. solut. 27] inregnabilis res est locusta et -et ab uno iussu ordinate [*gr. ἐκστρατεύει, Vulg.* egreditur]). CELS. 7, 26, 2^{N} leniter intus (*sc. in ano*) digiti obiciendi *sunt calculo in vesica orto,* ne valenter -endo convolnerent (-endu *vel* prove modo *codd.*). TERT. pall. 3, 3 *chamaeleon* molitur ⌊incessum⌋ stupens et -et (⌊ ⌋ *nisi ἀπὸ κοινοῦ, ut ad B1bδ pertineat, sed v. Bulhart, Tert.-Studien, 1957, 18 sq.; item de modo incedendi*: IVLIAN. in Ioel 2, 4 l. 144 lucustam saltibus magis quam gressibus -entem [*aliter de eadem l. 8*]). VET. LAT. exod. 14, 19 (Cypr. testim. 2, 5) -vit ... angelus dei, qui praecedebat exercitum filiorum Israhel (*gr. ἐξῆρεν, Rufin. Orig. in exod. 5, 4* levavit, *Vulg.* tollens se). 17, 1 (cod. 102) -vit omnis sinagoga filiorum Israhel de [a]eremo Sur (*gr. ἀπῆρεν, cod. 104* pr⟨ofec⟩ta ⟨e⟩st, *sim. Vulg.; item de Israhelitis errantibus in deserto*: num. 2, 9 [cod. 100] *qui in castris Iudae sunt,* cum virtute sua primi -bunt [*gr. ἐξαροῦσιν, Vulg.* egredientur]. deut. 10, 7 [cod. 104] inde -verunt in Galgad et a Galgad *eqs.* [*gr. ἀπῆραν, cod. 100* sustulerunt, *Vulg.* venerunt in G., de quo loco profecti]. *al.*). Luc. 5, 3 (cod. 14) ascendens *Christus* ... in unam navem ... rogavit eum *Simonem,* ut a terra -ret aliquantulum in altum (*ceterum cf. p. 1641, 64 sqq.; an subaudias* navem*?*). IVLIAN. epit. in psalm. 34, 13^{c} numquam a me -vit oratio mea, adhaesit mihi, ... in sinu meo deversata est (*gr. ἐχωρίσθη*). EVSEB. EMES. serm. 18, 20 cum ... -ret ⌊iter⌋ et agnosceretur montis cacumen *eqs.* (⌊ ⌋ *vix obi., ut ad p. 1895, 55 pertineat*). CARM. de resurr. 140 -ente deo, veniente iudice mundi, *sc. in die iudicii. al. in disserendo* (*sc. vigente imag.*): EVSEB. EMES. serm. 22, 2 (*complectitur serm. 21*) istinc -entes venimus ad naturam. 22, 3 -entes et transcendentes ... ad rationabilem *animam* pervenimus. **b** *refl. vel mediopass.* (*cf. p. 1896, 25*): LIV. 24, 10, 10 (*inter prodigia*) hastam Martis Praeneste sua sponte -tam *esse.* VITR. 10, 3, 7 cum ... extra finem centri *phalangarum* -entur *lora cum oneribus suspensis,* premunt eum locum, ad quem propius accesserunt (*syn.* labantur; progreditur). CELS. 8, 12, 1 maxilla in priorem partem propellitur; ... si utraque *parte,* totum mentum in exteriorem partem -etur (*cf. e. g. ibid. 3* procidit, *4* prolapsa est *nec non Hippocr. artic. 31 προπετέστεραι αἱ γένυες, sc. εἰσίν. item de membris luxatis*: 8, 18, 1 in palma ... ossa interdum suis sedibus -entur, modo in priorem partem, modo *eqs.* [*ibid.* moveri; recessit]. 8, 20, 2 femur in omnes quattuor partes -etur [*ibid.* prolapsum est; *cf. Hippocr. artic. 51 ἐκπίπτει*]). MELA 1, 42 ut ... ⟨e⟩a *pecora* pabulo ducta sunt, ita se ac tuguria sua -ent *nomades.* VAL. FL. 8, 130 se ... gaudens -et ad primas ... ratis ... ripas. STAT. Ach. 1, 444 fervent portus ... suasque hiemes classis -ta (per- *cod. unus*) suosque attollit fluctus. VET. LAT. Ier. 4, 7 (Hier. epist. 22, 21, 5) -vit se leo de cubili suo (*gr. ἀνέβη, Vulg.* ascendit). MART. CAP. 8, 853 non adversum mundum haec sidera *errantia* -eri (per- *var. l.*), sed celeritate mundi ... praeteriri (*cf. Plin. nat. 2, 32* contrarium mundo agere cursum).

2 *sese extendendo, diffundendo* (*cf. B2*): BELL. Afr. 14, 1 adversariorum equitatus sese extendere et in latitudinem -ere (porrigere *Schneider*) ... coeperunt. SOL. 56, 5 pelagus Azanium usque Aethiopum litora -etur. AVG. in psalm. 44, 15 passi sunt martyres, et inde multum processit, et -vit per omnes gentes regnum dei.

B *de iis, quae (qui) ab aliis moventur* (*-entur res l. 57 et passim, sed animantes l. 75 et sub 1bα; obi. subaudiendo l. 58. p. 1895, 6*): **1** *vario modo* (*sc. porro vel foras, in conspectum sim.*): **a** *generatim*: α *strictius -entur*: Ⓘ *res* (*incorp. l. 62*): LEX vic. Furf. (CIL I^{2} 756) 7 utei tangere, ... devehere, defigere, ... -ere, referre ⟨liceat⟩. CAES. civ. 2, 11, 1 oppidani saxa ... vectibus -ent. VERG. Aen. 10, 195 *dux quidam* ingentem remis Centaurum *navem* -et (*item -etur navis*: SIL. 3, 129 -ta ratis ... aptabat sensim ... carbasa vento. *cf. l. 24. 43 sq.*). LIV. 21, 5, 5 *ab Hannibale* in Vaccaeos -tum *est* bellum (*cf. Polyb. 3, 14, 1 ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς Οὐ.*). CELS. 7, 26, 3^{B} exiguus calculus ad ⌊plagam⌋ urina ... -etur et excidit (⌊ ⌋ *vesicae incisae; aliter*: QVINT. inst. 11, 2, 38 cum prior calculum -visset *Scaevola in tabula lusoria*). 7, 30, 3^{A} alvus acrius ducitur, quo magis ora *haemorrhoidum* -antur (*in eadem re*: 7, 30, 3^{D} si capitula simul non exciderunt, digito -enda *sunt*). COLVM. 2, 10, 13 *fasciculos fabae terendae* per ... spatium *areae* ... homines -ant pedibus. 9, 15, 6 spiritu admoto fumus ad apes -etur (-m(e)ourunt *SA*). 11, 1, 8 *opus* -endi onera portandique. MELA 1, 42 tuguria (*v. l. 42*). PLIN. nat. 19, 64 pensiles ... hortos -entibus in solem ... olitoribus (*opp.* revocantibus. *cf. Colum. 11, 3, 52* producantur). STAT. Theb. 4, 657 ad moenia *Thebana* currus -et *Liber.* CAEL. AVR. acut. 2, 40, 232 quo *adiutorio* (*sc. gestatione post cibum adhibita*) ... caro commoveatur sua ⌊-ta⌋ substantia, hoc est spiritu ac [est] nutrimento (⌊ ⌋ *ed. princ.,* prae- *edd. rec.; cf. ibid.* gestatio omni corpori suffundens materiam). *al.* Ⓘⓘ *anima-*

[Burch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tes eorumve partes corporis (*cf. l. 49 sqq.*): LVCAN. 6, 201 hunc *centurionem muro similem nil nisi* aries ... ⌊limine portae⌋ -at (⌊ ⌋ *dub., v. app. crit.*). PLIN. nat. 11, 63 *apibus aegris* ante fores in teporem solis -tis. VAL. FL. 2, 519 *belua marina* molem horrificam scopulosaque terga -et. QVINT. inst. 11, 3, 113 (*de gestu oratorio*) *manus* in sinistrum intra umerum -etur, ultra non decet (*plus valet ibid.* propellemus). CHIRON 13 paulatim -ere (*inf. pro imperat.*) cottidianis diebus (*sc. equos convalescentes; sim. ibid.* ut ... milia passus ... itineri [-ris *cod. Basil.*] -endum facias. 252 eum ... -es perminutatim [*cf. Veg. mulom. 2, 6, 7* exercebis]. *al. apud eundem*).

β *laxius -etur: aedificando* (*cf. etiam l. 64*): CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 in balneariis assa in alterum apodyteri angulum -vi. *eliciendo, prodendo*: HOR. epod. 11, 14 *Bacchus* fervidiore mero *mea* arcana -morat loco.

b *speciatim*: **α** *-entur copiae, castra sim., sc. fere a duce militari* (*sed aliter l. 31; cf. l. 67. p. 1894, 5*): CAES. Gall. 1, 48, 1 *Ariovistus* castra -vit et *alicubi* ... consedit (LIV. 9, 37, 2 e silvis. 10, 4, 5 c. inde in agrum Rusellanum -vit *dictator.* 28, 44, 10 ad Carthaginem. PLIN. nat. 25, 20 trans Rhenum. TAC. hist. 2, 39, 2 ad quartum *lapidem* a Bedriaco. AMM. 21, 5, 13 castris -tis et signis. *al.*). 7, 70, 5 paulum legiones Caesar ... -eri iubet (HIRT. Gall. 8, 16, 1 Caesar ... l. -et, turmas mittit ad insequendum *hostem*; ipse ... tardius procedit. LIV. 35, 23, 5 ex Bruttiis ad Tarentum). BELL. Afr. 59, 5 Numidas ... longius ... ab adversariorum ... copiis -bat *Scipio.* LIV. 2, 30, 12 *aggrediente hoste dux non* -vit aciem, *sed* ... defixis pilis stare suos iussit (38, 26, 8. *minus technice*: LVCAN. 7, 576 *Caesar* -et ipse acies, impellit terga suorum). 8, 38, 10 *in certamine ancipiti* signa *non sunt* -ta loco retrove recepta (10, 40, 12. 37, 38, 9 Romani processere in medium campi; Antiochus nihil -vit s. AMM. 16, 12, 8 unde Romana -ta sunt s. 21, 5, 13 *v. supra*). 44, 37, 11 loco *tuto* ..., quo phalanx ... -eri non posset. CVRT. 4, 1, 30 *Amyntas* potitus ... Pelusii Memphim copias -vit (prae- *var. l.*). STAT. Theb. 7, 255 mille sagittiferos ... de colle Tanagrae -et ... Dryas. QVINT. inst. 2, 13, 3 *ut imperator* derigat frontem, cornua utrimque -at. IVV. 2, 160 arma ... ultra litora Iuvernae -vimus. *al.* **β** *-entur machinae sim. in oppugnatione*: CAES. Gall. 2, 31, 2 Romanos ..., qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate -ere ... possent. 7, 27, 1 -ta turri (LIV. 23, 37, 4 *obsessi* ⌊-endo⌋ adiunctam muro viderunt turrem [⌊ ⌋ *sc. turrem; an ad p. 1894, 5?*]. 32, 17, 10 VEG. mil. 4, 20, 3). CVRT. 4, 3, 24 cum *propugnatores* tormento asseres -vissent (TAC. hist. 4, 30, 1 *turrim* propinquantem -ti contra validi asseres ... perfregere). TAC. ann. 15, 4, 3 -ere scalas et machinamenta. AMM. 20, 7, 10 arietes aegre -bantur. *al.* **γ** *-entur limites, termini sim.* (*ut vergat ad 2*): CAES. Anticat. frg. Plin. nat. 7, 117 (*cf. Tschiedel, Caesars 'Anticato', 1981, 69 sqq.; spectat ad Cic.*) quanto plus est ingenii Romani terminos in tantum -visse quam imperii (VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 in longius. SEN. dial. 6, 21, 5 [*in imag.*] fixus est cuique terminus *vitae* ... nec illum ulterius diligentia aut gratia -bit). SEN. nat. 3, 27, 10 (*describitur diluvium*) *mare* -et litus nec continetur suis finibus. COLVM. 3, 13, 13 tantum ... spatii linea -ta occupatur, quantum *eqs.* (*cf. 3, 13, 10* movenda). LVCAN. 1, 404 finis ... Hesperiae *est* -to limite Varus *flumen.* LEX de imp. Vesp. (CIL VI 930) 14 fines pomerii proferre -ere (*addasne l. 70?*). **δ** *-etur gradus, iter sim.* (*cf. p. 1894, 11; aliter p. 1896, 61*): PHAEDR. 4, 26, 28 *Simonides* -morat (-verat, premeret *var. ll.*) ... pedem triclinio (CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 65, 3 in gradiendo ... pes unus figendus est, ut alter -eri queat). CVRT. 3, 11, 6 *conlato pede pugnantes* tum demum ... -bant gradum, cum hostem prostraverant (STAT. Theb. 12, 541 paulum ... ab insessis ... Pelopeides aris -vere g. VLP. dig. 21, 1, 17, 9 [*e Cael. Sab.*] qui *servus* ad fugam g. unum alterumve -vit. SYMM. epist. 7, 36 ad nos). SYMM. epist. 1, 20, 1 (*in imag.*) iter ad capessendos magistratus saepe litteris -etur (*proprie*: 2, 34, 1 *non redis, sed* in Daunios i. -es nosque ... post tergum relinquis. 6, 36, 2 ad Formianum litus. 6, 59, 1 *stomachi inbecillitatem* esse inparem ... itineri -endo. AMM. 24, 6, 2 exercitus i. Cochen versus -vit. *aliter p. 1894, 26*). PRVD. ham. 736 (*angelus ad Loth*) nemo *retro respiciat* ..., ut semel e muris *Sodomae* gressum -verit (VITAE patr. Iurens. 10 *eremita* non ... ultra -ens g., non citra referens pedem. 80 [*in imag.*] -eri e paradisi limite g.).

2 *extendendo, augendo* (*cf. 1by et A2*): BELL. Afr. 56, 1 brachiis *munitionis* perfectis -tisque usque eo, ut *eqs.* (*aedificando ut*: LIV. 5, 7, 2 cum agger -tus ad urbem *obsessam esset.* SVET. Nero 16, 1 destinarat ... Ostia tenus moenia *urbis Romae* -ere). OV. am. 2, 9, 17 nisi *Roma* immensum vires -mosset in orbem (-visset, movisset, misisset *var. ll.*). Pont. 2, 2, 70 *Tiberius* -et Ausonium ... imperium. VAL. MAX. 7, 4, 1 finitimis ... triumphis alitam virtutem eius *imperii nostri* spes suas ulterius -ere (*vergit ad IIIB1a*). SEN. dial. 12, 10, 6 licet ... augeatis census, -atis fines (*nisi ad l. 47*). COLVM. 5, 6, 24 qui bonitati vini student, in summas arbores vitem -ent (*syn.* extendunt). MELA 2, 104 *Nilus* limum ... litori adnectens auget terras spatiumque augescentium in vicina vada -et (*cf.* PLIN. nat. 33, 76 longe terras in mare ... -vit Hispania. PLIN. epist. 8, 20, 7 *insulae in lacu natantes* in eundem locum adpulsae, qua steterunt, -ent terram). TAC. ann. 11, 24, 2 (*vigente imag.*) ipsam *Italiam* ad Alpes -tam *esse* (*sc. data civitate Romana*). *al.* *dicuntur -ere locum, qui putant eum latius extendi*: PLIN. nat. 3, 129 nonnulli *aliter computantes* in Flanaticum sinum Iapudiam -vere a tergo Histriae CXXX, dein Liburniam CL fecere.

II *pertinet ad tempus*: **A** *prolatandum, differendum, sc. usu trans.* (*cf. p. 1895, 43; vix est quod huc trahas* PAVL. FEST. p. 252, *v. p. 1843, 22*): TER. Andr. 711 (*Davus ad Charinum*) non satis habes, quod tibi diculam addo, quantum huic *Pamphilo* -o nuptias? (*cf. p. 1628, 43 sqq. 1687, 41 sqq. nec non* DON. *ad l.* 1 -o: differo. GLOSS.ᴸ III Abol. PR 32 protraho [*perperam ad l. 30 refert Goetz in indice*]). **B** *progrediens, sc. usu mediopass. vel intrans.*: APVL. met. 4, 22, 5 nocte -ta latrones expergiti castra commovent (*item abl. absol.*: 7, 7, 1. 9, 20, 1 iam ... n. -ta. *aliter*: VET. LAT. Rom. 13, 12 [Orig. in Matth. ser. 59 p. 136, 12; *in imag.*] nox -vit, dies autem adpropinquavit [*gr. προέκοψεν. alias vers. v. supra p. 406, 77 sqq.*]). EVSEB. EMES. serm. 18, 13 cum ... -verit aetas *infantis.* THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 8 p. 125, 4 tempore ... -ente (*gr. προβαίνοντος*).

III *pertinet ad effectum quendam (sc. fere prosperum, sed iniquum l. 68. p. 1898, 34, quemlibet p. 1898, 28), ut significetur fere i. q. proficere. indicatur, quo proficiatur, per praepos.* in *c. acc. l. 37. 50. 58. p. 1897, 54. al., c. abl. p. 1897, 57,* ad *l. 43. 63. 73. p. 1897, 48. al.,* inter *l. 51. p. 1897, 52 (aliter p. 1897, 15), per praedic. p. 1897, 59. 1898, 20 sq. (ceterum illustratur per enunt. consec. l. 63. p. 1897, 29. 34); unde per praepos.* ex *l. 32. p. 1897, 65,* de *l. 46. 49,* ab *p. 1897, 46.*

A *respicitur profectus ipsius -entis* (*fere intrans. vel c. obi. int. [cf. adv. l. 30. 35. 39. al.], refl. l. 32. 52. 67, mediopass. l. 46. 56. 61. 65. 73 sqq., pass. impers. l. 41. 45. 49*): **1** *profectus fit variis modis*: **a** *de hominibus* (*cf. p. 1894, 1. 5*): TER. Andr. 640 ingeram mala multa? atque aliquis dicat: 'nihil -veris' – multum: molestus certe ei fuero (DON. *ad l.* 2 etsi exsistat aliquis, qui mihi dicat 'quid profeceris?', respondeo 'multum'. SCHOL. p. 89, 1 proficies). Hec. 703 abibo hinc, praesens quando -o parum (*cf.* SCHOL. p. 147, 14 proficio in mea ratione parum). SEN. epist. 101, 1 *eques Romanus quidam* ex tenui principio se ipse -verat (*cf. 2* divitiis inminebat). FRONTO p. 49, 9 inveniebam te, *Marce,* multum supra aetatem, qua tu es, ... in eloquentia -visse (*cf. p. 1898, 45 nec non* GELL. 5, 10, 7 *cum quidam* in studio ... facundiae abunde -visset. APVL. apol. 5, 2 *eloquentiam* ego, si quid omnino -vi, potius spero quam praesto). APVL. met. 3, 21, 1 quod nihil ... in suos amores ceteris artibus (*sc. praeter magicam*) -ret *Pamphile.* 7, 25, 9 *culpa se vacare* adseverans nihil quicquam -bat *fur.* flor. 3, 4 si quis videbatur paulo largius in arte *tibiarum* -visse. PONT. vita Cypr. 3, 1 *inter neophytos Cyprianus* fuit primus ... exemplo, plus fide posse quam tempore -eri (-mereri *var. l.; cf. 3, 3* presbyterium vel sacerdotium statim *accepit*). SYMM. epist. 1, 23, 2 parvis nutrimentis, ... quamquam a morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem -emus (*sec. Demosth. Olynth. 3, 33 ἐκεῖν' οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν κτλ.*). AMM. 25, 9, 4 cum ... nihil -retur. *al.* *sec. fidem christ.* (*aliter l. 41*): TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 19 *ut homo* de bono dei ... ad optimum quoque eius ... -retur (*sc. de orbe terrarum ad caelum, ut subluceat vis localis; syn.* proficeret). RVFIN. Orig. in cant. praef. p. 79, 7 (*sublucente imag. iter facientis*) huic, qui divinae philosophiae studet, ... semper -endum *esse* ... de scientia inferiorum ad scientiam perfectorum. AVG. epist. 20, 2 quantum ... in deum -verimus. pecc. mer. 2, 9, 11 *iustus* in novitatem -vit inter filios dei. in psalm. 5, 18 proficientem ⌊se atque⌋ (*i.* a. se) -entem inter illa ipsa, quibus impediri se sentit (*cf. p. 1669, 27 sq.*). EVSEB. EMES. serm. 24, 23 cum declives fuerimus ad carnes, caro tantum vocamur; cum autem -verimus ad animam, 'animalis homo' (*I Cor. 2, 14*) dicimur. POMER. 2, 3, 1 qui verbo doctrinae salutaris audito nihil -entur ad salutem (-ent *var. l.; cf. p. 1898, 41*). *al.* **b** *de rebus*: TERT. virg. vel. 1, 10 iustitia (*comparata cum arbore, v. l. 73*) ... primo fuit in rudimentis ...; dehinc ... -vit in infantiam *eqs.* SYMM. epist. 2, 36, 4 si tu adesses, multum ... sanitas -ret (AVG. soliloq. 1, 9, 16 quantum s. mea -verit). AVG. c. Pelag. 3, 7, 19 possumus dicere perfectum esse viatorem, cuius bene -etur (promeretur *var. l.*) accessio, quamvis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta perventio (*syn.* procedit). IVLIAN. in Iob 33, 31 numquam ... ad hoc virtus tua -ere poterit, ut *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 72 cum non coacervata ... fuerit effusio *sanguinis,* sed augmentis quibusdam -ta (*nisi vi pass. ad B*). AVELL. 137, 13 orate ..., ut ... nostra actio laborans pro catholicae fidei stabilitate -at. SIDON. epist. 1, 5, 1 an secundum commune consilium sese ... coepta -ant, ... inquiris. EVSEB. EMES. serm. 22, 25 quid *conveniret* incipientibus morbis ..., quid autem -enti et iam posito in cessatione. ENNOD. epist. 4, 16, 1 p. 110, 15 *taciturnitas vestra* se non videt -visse, quod siluit.

2 *profectus fit naturaliter crescendo, maturando* (*cf. etiam p. 1898, 47*): TERT. anim. 19, 3 in ipsis *fruticibus* omnis paratura generis quiescit et partibus -ta grandescit. virg. vel. 1, 9 (*de arbore*) creaturam paulatim ad fructum -eri. AVG. epist. 140, 31 ubera feminarum ab ipso conceptu in ubertatem -eri (-ere *codd. plerique*).

[Burch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *respicitur profectus alterius*: **1** *c. obi. rei* (*supplendo e contextu l. 25*): **a** *augendae, roborandae, ad condicionem meliorem provehendae* (*c. abundantia quadam -entur ipsa incrementa* ORAT. imp. Claud.): HOR. carm. 4, 4, 33 fortes creantur fortibus ..., doctrina sed vim -et insitam rectique cultus pectora robora[n]t. SEN. contr. 2, 1, 17 census senatorium gradum ascendit, ... census in castris ordinem -et. CELS. 8, 11, 8 *oportet* ad usus ... suos id membrum *luxatum repositumque* -ere. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 14 L. Vestinum ..., cuius liberi fruantur ... primo sacerdotiorum gradu, postmodo cum annis -turi dignitatis suae incrementa. FIRM. math. 2, 11, 9 quibus *signis ortis* stellae singulae ad sui efficaciam -entur. OPTAT. 5, 7 p. 134,15 tincta vellera per colorem -antur in admirabilem dignitatem. ZENO 2, 6, 11 (*respicitur aedes sacra nuper aedificata*) hoc opus vivum carnaliter geritur, sed spiritaliter -etur. VVLG. iud. 9, 9 (*oliva recusat imperare arboribus; cf. 2a*) numquid possum deserere pinguedinem meam ... et venire, ut inter ligna -ar? (*syn. 9, 11* commovear). SIDON. epist. 1, 6, 4 faeculento patrimonium -visse compendio. PALLAD. hist. mon. I 58 p. 342[B] sanctorum vitas virorum ... lege ⌞-tis⌟que ⌞sensibus⌟ sequere (⌞⌟ *gr. p. 169, 3 B. προθύμως*). *al.* **b** *efficiendae, sc. pronomine vel adi. neutr.*: *accedit praepos.* ad (*fere c. gerund.*): FRONTO p. 48, 24 plus ... ad corrigendum -ent consilia quam iurgia. p. 109, 21 quantum ... isti dies -verint ad vires reficiendas. p. 238, 3 GELL. 10, 22, 24. 13, 24, 2 haec mera veritas *Catonis* ... plus ... -et ad exhortandam parsimoniam ... quam *eqs.* COD. Iust. 7, 14, 12 (*a. 294*) ad mutandum liberae statum commissum plagii nihil -et. IVLIAN. Aug. c. Iulian. 4, 2, 12 nihil ad innocentiam -et modestia rei (*redarguit* AVG. *ibid.* -et ... ad i. non consentire malo). *al.* *cetera exempla*: CYPR. Demetr. 9 cum nihil ... -ant *flagella dei* nec ad deum singulos ... convertant. epist. 34, 2, 2 salubria nostra ... consilia nihil -ent. LACT. inst. 3, 5, 8 quid ... -vit Arcesilas, nisi quod *eqs.*? IVST. 5, 10, 4 his vocibus *Thrasybuli* tantum -tum est, ut ... exercitus XXX tyrannos emigrare Eleusinam iuberet. AVELL. 137, 1 si quid adversum eos *haereticos* admonitio nostra -verit. SIDON. epist. 1, 9, 6 multa tibi, *Sidoni,* seria hoc ludo -buntur (*sc. panegyrico, quo habito Sidon. praefectus urbis creatus est*). ENNOD. dict. 28, 3 p. 506, 3 (*Dido acerbe*) *ut non* aliud pietate -verim, nisi ut merear non amari. *al.* **c** *peragendae, exsequendae*: SYMM. epist. 1, 17 suffragio tuo successuram *esse* facilitatem petitionibus -endis (*cf. e. g.* 2, 10 quaeso ..., ut eius ... orata -as. 5, 58 desiderata). 2, 26, 2 ut animus alacrior destinata -at, vestris adloquiis erigendus est (*cf.* 9, 151 placita [*Seeck*; incita *trad.*]. rel. 36, 1 ut prompto obsequio ... iussa -am). 6, 3 quaeso, ut in -endo negotio ... adhibeatis industriam (7, 82. 7, 127). 6, 64, 3 inpossibilia. *al. apud eundem.* COD. Theod. 15, 1, 2 (*respiciuntur opera publica*) misimus, qui ... referant, quae vel diligentia -ta viderint vel desidia corrupta culpaverint.

2 *c. obi. personae*: **a** *spectat ad cursum honorum* (*cuiuslibet ministri l. 58; cf.* GLOSS. -or: honore donor): **α** *militiae vel rei publicae* (*cf. l. 6. 9. 15*): Ⓘ *usu vario*: Ⓐ *per struct. indicatur dignitas collata vel status relictus*: CVRT. 6, 11, 1 *dux quidam* ab humili ordine ad eum gradum ... -tus (VEG. mil. 2, 21, 2 [*cf. l. 55. 57*]. *item per praepos.* ad: PLIN. epist. 7, 31, 3 ad amplissimas procurationes. 10, 3, 1. SVET. Vesp. 16, 2 procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia. ACT. Arv. a. 155 [CIL VI 2086] 64 *cuiusdam* publici ... -ti ad tabulas quaestorias transcribendas. AMM. 16, 11, 2 Barbatio ... -tus ad peditum magisterium [*v. et l. 61*]. *al.; cf. e. g. p. 1898, 19*). INSCR. Dessau 9485 (*a. 83*) inter praetorios. PLIN. epist. 10, 4, 2 ut illum in amplissimum ordinem -ret *Nerva* (*item per praepos.* in *c. acc.*: SVET. Otho 1, 2 *milites quosdam esse* -tos in ampliorem gradum a Claudio. CIL III 7334, 12 *quidam* ab eodem *divo Hadr.* -tus succes(sione) in leg(ionem) prim⟨a⟩m Italic(am). *cf. p. 1898, 27. 44; c. abl.*: COD. Theod. 6, 27, 9 in quo *gradu aliquis* -tus est). INSCR. Année Épigr. 1946 n. 127 (*Romae, saec. III/IV*) *quidam* exarc(h)us -tus dom(i)nicus (*item per praedic.*: CHART. lat. ant. III 202, 10 [*a. 341/2*] ⟨promo⟩vere me clementia praefectum alae ... vestra dignata est [*cf. p. 1892, 51*]. AMM. 17, 6, 2 Barbatio ... peditum -tus magister [*cf. l. 51*]. 22, 3, 1 [*syn.* provecto]. 26, 6, 7 Petronius ex praeposito ... -tus ... patricius. RVFIN. hist. 8, 14, 9 maleficos ... duces militum [*cf. gr. ἡγεμονίας ... δωρούμενος*]. *al.; cf. p. 1898, 20 sq.*). AMM. 20, 2, 5 Agilone ad eius *magistri peditum* locum ... -to ⌞ex⌟ Gentilium Scutariorum tribuno (*si* ⌞⌟ *pendet ex verbo, ut loco etiam minus certo l. 62*). CASSIOD. var. 3, 12, 2 Argolicum praefecturae urbanae dignitate -emus. Ⓑ *cetera exempla*: LVCAN. 6, 146 *miles gregarius quidam* sanguine multo -tus Latiam longo gerit ordine vitem (*sc. centurionis*). PLIN. paneg. 90, 6 habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva, ut nos ... -ere vellet (*sc. ad praefecturam aerarii Saturni*). HIST. AVG. Aur. 6, 7. Heliog. 20, 3 turpissimos ... homines. VEG. mil. 2, 3, 1 cum ... per gratiam -rentur milites, qui -eri consueverant per laborem. COD. Theod. 6, 32, 2 decernimus, ut ... alternis vicibus ... -antur *supernumerarii* (*syn.* progrediatur). *al.* *p. p. p.* -tus *fere pro subst. masc. de eo, qui in superiore gradu constitutus est* (*cf. p. 1898, 10 et* LYD. mag. 1, 48. *al. προμῶται*): COD. Theod. 8, 5, 2 qui contra hanc fecerit sanctionem -tus, regradationis humilitate plectetur (*opp.* munifex). 9, 21, 2, 3 (= Iust. 9, 24, 1, 3) miles aut -tus (in gradu *add. Cod. Iust.; ambobus opp.* privato). AMM. 21, 1, 4 nullo ... arbitrio eius *Constantii* -torum suscepto praeter Nebridium (*sc. a Iuliano*). *al.*

Ⓘⓘ *respiciuntur certae vexillationes equitum (ad rem cf. Grosse, Röm. Militärgesch., 1920, 15 sqq. 49 sqq.):* *in iunctura* equites -ti: CHART. lat. ant. III 205, 1 (*a. 293*) ⟨equit⟩ib(us) -tis d(ominorum) n(ostrorum) Diocletiani et Maximi⟨ani Aug(ustorum)⟩. *al., v. vol. V 2, 712, 57 sqq.* *inde p. p. p. nude positum adhibetur pro subst.* (*abiit in gr. προμῶτος, v. Daris, Less. lat. nel greco d'Egitto, ²1991, 96; exempla certiora, cf. p. 1897, 74*): LACT. mort. pers. 40, 5 -ti militari modo instructi, clibanarii, sagittarii prosequuntur *captivas.* AMM. 15, 4, 10 tres ... tribuni, Arintheus ... et Seniauchus, qui equestrem turmam Comitum tuebatur, et Bappo ducens -tos ⟨...⟩. 31, 13, 18 -torum tribunus Potentius.

β *ecclesiae* (*cf. p. 1896, 41*): CYPR. epist. 55, 8, 2 non iste ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia -tus ... ad sacerdotii sublime fastigium ... ascendit. HIL. coll. antiar. p. 129, 6 *haeretici quidam* non solum recepti sunt, sed etiam ad clericalem dignitatem -ti. CONC. Carth. a. 390 p. 12 l. 18 fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper -torum. a. 397 p. 33 l. 6 ut ... scripturis divinis instructi ... clerici -antur. STAT. eccl. ant. p. 173, 109 clericus invidens fratrum profectibus ... non -atur (*opp.* regradetur). SACR. Leon. 944 quem *famulum tuum* ad pontificalem gloriam -ere dignatus es, *domine* (INSCR. christ. Diehl 1780 papa n(ostro) Iohanne ... ex tit(ulo) s(an)c(t)i Clementis ad g. p. -to, *sc. a. 532* [*cf. Ferrua, Nuove correzioni, 1981, 42*]). EPIST. pontif. 668 Thiel frg. 10 p. 489 hos *acolythos vel subdiacones* in presbyteratum ... -ere. *al.*

b *vario usu spectat ad*: **α** *quemlibet effectum* (*minus perspicuum l. 36, iniquum l. 34*): TERT. nat. 1, 1, 3 (*sim.* apol. 1, 8) adolescentem numerum Christianorum ingemitis ...; nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni animos -etis. COD. Iust. 7, 72, 3 (*a. 238/44*) cum tantum postea quaesiit *debitor,* quod praesidem ad eius rei (*sc. conventionis*) licentiam debeat -ere. PETR. CHRYS. serm. 2, 4 (*ad Luc. 15, 19*) voluptas luxuriae ... ecce filium *prodigum* quo (quid, qui *var. ll.*) -vit! LIB. pontif. p. 96, 13 Valentinianus Augustus cum matre sua ... furore sancto -ti ... Bassum condemnaverunt (com-, moti *var. ll.*). *effectu minus perspicuo* (*nisi falso trad. editurve*): AVG. serm. 128, 9 audio te, *apostole,* dicentem '...' (*Rom. 8, 13*); quaero quo spiritu: meo, an dei? audio enim verba tua, et adhuc ambiguitate -or. **β** *condicionem meliorem*: CYPR. laps. 14 qui peccantem blandimentis ... palpat, ... delicta ... nutrit; at qui consiliis fortioribus redarguit ..., fratrem -et ad salutem. PHILO quaest. in gen. 4, 175 -to et perfecto per eruditionem et doctrinam viro. IVLIAN. epit. in psalm. 41, 7[a] nihil ad consolationem meam in istis sermonibus -bar (*cf. gr. ὠφέλουν*). PETR. CHRYS. serm. 102, 5 fides servos -et in amicos (*opp.* redigit). CASSIOD. hist. 10, 10, 2 *quidam peregre* eloquentia -tus atque pecuniis ditatus in suam reversus est civitatem (*cf. Sozom. 8, 10, 2 ἐπὶ τοῖς λόγοις ἐπῃνέθη*). *al.* *respicitur incrementum naturale* (*cf. A2*): ZENO 2, 12, 2 -ent suum membra *Mariae praegnatis* factorem et opus sui figura vestit artificem.

p. p. p. **prōmōtus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* **1** *adi. fere i. q. provectus, perfectioni vicinus*: AVG. mus. 1, 12, 23 quanto in eruditione -ior eris, tanto ... melius ... *hoc* cognosces. **2** *usu pro subst.: masc. v. l. 10. p. 1897, 74; neutr.: per plur.* -a *vertitur t. t. Stoicorum q. e. προηγμένα*: CIC. fin. 3, 52 *π.* ..., quae vel ita (*sc. 'producta', v. p. 1642, 65 sqq.*) appellemus ... vel -a et remota vel ... ⌞praeposita vel praecipua⌟ (*v. p. 778, 24 sqq. 472, 49 sqq.*). *vix recte trad. sing.* -um: *πρόχρεια* GLOSS. (*legendum vid.* promutuum, *v. Heraeus, Index graeco-lat., 1903, s. v.*).

deriv.: promotio, promotor, 2. promotus (*abl.* -ū).

cf. Onom. (Promotus). *Burch.*

prōmptāle, -is *n.* *a* promptus (promere), *cf.* peremptalis. *i. q. promptarium*: VET. LAT. Luc. 12, 3 (cod. 5) quod ad aurem dixistis in -bus, praedicabitur super tecta (*cod. 2* promptuariis, *cod. 3. al. et Vulg.* cubiculis, *cod. 17. al.* cellariis, *gr. ἐν τοῖς ταμείοις*). *Bl.*

⁂**prōmptārius** (prōmptuārius), -a, -um. *a* promptus (promere; *cf. p. 1899, 1*); *forma* -tuarius *a* 2. promptus (-ūs) *et sec.* sumptuarius. *de formis* -tarius *et* -tuarius (*hanc sonantiorem esse quam illam testari videtur lectione codicum corrupta* GLOSS.⌞ IV dub. Plac. P 36): -tarius *firmatur metro p. 1899, 9. 34. 40. 46 vel clausula p. 1899, 57 (estne restituenda etiam* PAVL. NOL. epist. 43, 3 p. 366, 6*?), exstat in* cod. 5 VET. LAT. Luc. 12, 24 *exhibeturque in codd. posterioribus e. g.* CATO agr. 11, 3 APVL. apol. 54, 8 SYMM. epist. 1, 95, 2; *multo frequentior est* -tuarius, *etiam in codd. ant. (e. g.* PAVL. dig. 33, 9, 4, 1 *et passim in codd.* VET. LAT. *infra allatis); ceterum scribitur* promt- VET. LAT. deut. 32, 25 (cod. 104). Matth. 24, 26 (cod. 2). *al.,* promunt- *p. 1900, 3,* prum(p)t- *in codd. rec. e. g.* PSALT. Rom. 143, 13 AMBR. hex. 6, 9, 68 GREG. TVR. Franc. 5 praef. p. 193, 14. *de notione*: *[Flieger]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Isid. orig. 15, 5, 6 -um dictum eo, quod inde necessaria victui promuntur (*cf. p. 1900, 20*). 15, 5, 7 cellarium est paucorum dierum, -um vero temporis longi est (*de penu? v. vol. X 1, 1124, 5 sq.*). *legitur adi. raro apud* Plavt. *al. (v. infra sub 1), subst. inde ab* Apvl., *saepe in* Vet. Lat. (*non in* Vvlg. *praeter l. 27*). [*falsa var. l. pro* promunturium *v. p. 1907, 15 (restit. l. 23. 28. 53; cf. p. 1900, 3*).]

i. q. pertinens ad res promptas, paratas (*ad animum promptum sub 1b*): **1** *adi.*: **a** *de rebus*: Plavt. Amph. 156 (*iocose de carcere*) inde cras quasi e -a cella depromar ad flagrum (*item in comparatione*: Amm. 19, 12, 13 *quidam* damnati sunt ... Paulo succentore fabularum crudelium quasi e -a c. fallaciarum. *proprie*: Apvl. apol. 54, 8 quod conditum cumque ... domi adservatur, id omne ... e c. -a in ... iudicium proferetur). Cato agr. 11, 3 (*inter res ad vineam necessarias*) armarium -um. **b** *de animantibus*: Gloss. II 250, 43 *αὐθαίρετος*: -us, ultronius, voluntarius, libens arbitrio (291, 59 *ἑκούσιος*: u., v., -us).

2 *neutr.* -um *pro subst. de loco, ubi conduntur quae prompta, parata esse debent, i. q. cellarium, receptaculum* (*gr. respondet ταμ(ι)εῖον. accedit gen. definitionis l. 47. 49. 56. 57. 68; fort. non de loco, sed de ipso penu sim. l. 2 et* Gloss. -um: praesentatum): **a** *strictius praevalet respectus rerum in -o conditarum* (*cf. l. 29 et* Schol. Hor. gloss. *Γ* carm. 3, 28, 7 horreo: penu, -o. Gloss. II 451, 25 *ταμιεῖον τὸ ἰδιωτικόν*: cellarium, haec cella proma, penuarium, penum, -um. Gloss.^{L} II Philox. pe 91 penaria cella et -um [promunturium *trad.*]: *ταμεῖον. al.*): **α** *proprie de receptaculo: penoris*: Apvl. met. 1, 23, 8 ex -o oleum unctui et lintea tersui ... profer[s]. Pavl. dig. 33, 9, 4, 1 quae in -o sint (*postea*: penus). Vet. Lat. deut. 28, 8 (cod. 100) inmittat ... benedictionem in omnibus -is tuis (*cod. 104* cellariis, *Vulg.* cellaria). psalm. 143, 13 (cod. 325. *al.* = Vvlg.) -a eorum plena (*cod. 300* cellaria, *cod. 303* promontoria; *explicat* Cassiod. in psalm. 143, 13 -a, quae cellaria vulgus appellat, haereticorum corda significant). Ezech. 28, 16 (cod. 175. *al.*) *v. p. 1909, 50.* Luc. 12, 24 (cod. 5) *avibus* non est neque -um neque apotheca (*Vulg.* cellarium). Lact. inst. 5, 5, 8 cum -a ... paterent omnibus (propria *var. l.; item in praestanda liberalitate*: Rvfin. Basil. hom. 3, 3 *populus* ex -is tuis pastus est. Pavl. Nol. carm. 18, 42 -a ditia laxant). Hil. in Matth. 4, 10 (*in imag.*) *apostoli velut sal insipidum* proiecti de ecclesiae -is. Ambr. sacr. 5, 2, 11 (*ad cant. 1, 4* induxit me rex in cubiculum suum) Graecus 'in -um suum' vel 'in cellarium suum' habet – ubi bona libamina, ... ubi epulae variae (*allegorice explicat* Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 108, 23 quod aliud cubiculum Christi et -um verbi dei ..., nisi ipse Christi arcanus et reconditus sensus?). Rvt. Nam. 2 frg. A 9 *praebent* -a Bacchum. Greg. Tvr. Franc. 5 praef. p. 193, 14 in -is vinum, triticum oleumque redundat. *et saepe apud eundem. al. ventorum* (*addas p. 1908, 44*): Vet. Lat. Iob 9, 9 (Physiol. rec. B 27) qui facit Virgiliam ... et -a austri (*Vulg.* interiora). IV Esdr. 5, 37 aperi mihi clausa -a et produc mihi inclusos in eis flatus. Ps. Philo antiq. 32, 7 venti sonum reddiderunt de -is suis. *librorum, litterarum*: Avson. 27, 19b (413 S.), 46 aliquid ... munusculi de largitate musici -i (*v. Mondin, 1995, ad l., qui confert* Theod. epist. ad Auson. l. 8 *scripta tua* de -o scriniorum tuorum ... libens imperties). Pavl. Nol. epist. 24, 1 p. 201, 12 quamquam tu ⌞in opertis⌟ litterarum -is accipias et super tecta ... studeas praedicare (⌞ ⌟ *temptaverimus coll. p. 1898, 62,* inop- *edd.*). *auri sim.*: Rvfin. Orig. in exod. 13, 2 p. 270, 26 unusquisque de -is et de scriniis suis profert *aurum* (*sim.* p. 271, 2). Cassiod. Ios. antiq. 18, 312 p. 540 eis *civitatibus* ⌞veluti poenu vel -o (promontorio *ed.*) munitissimo⌟ securius utebantur (⌞ ⌟ *gr. ὥσπερ ταμείῳ*). **β** *translate*: Apvl. Plat. 1, 14 p. 212 (*de ore hominis*) -um ... rectae rationis et suavissimae orationis (*quae seq. v. p. 1882, 19*). Symm. epist. 1, 95, 2 victorias ex mei oris -o senatus audivit (3, 74, 2 aliquid te ex nostri o. desiderare -o). 9, 72 ut ornatissimo linguae tuae -o numquam desit materia. Ambr. epist. 1, 5, 4 ibi (*ad Hebr. 9, 4* dolium ... habens manna) receptaculum ... spiritalis alimoniae et divinae -um cognitionis. hex. 6, 9, 68 os hominis ... *est* quoddam sermonis adytum, ... -um voluntatis. Macr. Sat. 1, 4, 1 cum omnes quasi vetustatis -um Albini memoriam laudavissent (*cf.* Boeth. in top. Cic. 1 p. 272, 42 de memoriae ... -is). Evcher. laud. her. 28 eremi habitaculum ... *esse* virtutis arcam, ... pietatis thesaurum, iustitiae -um. *al.*

b *laxius de quolibet cubiculo interiore* (Gloss. -a: cubicula interiora vel thesaurum. cubilia. *al.*): **α** *proprie*: Vet. Lat. gen. 43, 30 (Ambr. Ioseph 10, 57) ingressus in -um ploravit (*cod. 100 et Vulg.* cubiculum). exod. 8, 3 (Aug. loc. hept. 2, 40) *ranae* intrabunt ... in -a cubiculorum tuorum (*Vulg.* cubiculum lectuli). deut. 32, 25 (cod. 100. *al.*) de -is timor (*cod. 300* de cubiculis, *Vulg.* intus; *explicant*: Evcher. form. 7 p. 41, 13 -a: cordis receptacula. Verec. in cant. 2, 26 -a cellaria cognoscuntur, quae solent conscientiis coaptari, ubi timor ... infunditur). Is. 26, 20 (Hier. hom. Orig. in Ier. 9 p. 656^{C}. *al.*) intra in -a tua, ... abscondere pusillum (*cod. 330* secreta, *400. al.* recessus, *Vulg.* cubicula). Luc. 12, 3 (cod. 2) *v. p. 1898, 62.* Syagr. reg. 7 p. 150, 17 apium cellas aut -a formicarum (*syn.* antra, secreta *al.*). Orig. in Matth. ser. 10 p. 21, 6 *Christi discipuli* orant in occulto -o suo. *al. locis dubiis*: Vet. Lat. iud. 9, 46 (cod. 100) *incolae civitatis eversae* intraverunt in ⌞-um⌟ domus Bahel (⌞ ⌟ promuntuarium *cod., ut* 9, 49 succenderunt super eos -um in igne. *paulo aliter Vulg., gr. utrobique ὀχύρωμα* [*συνέλευσιν var. l.*], *pro quo 6, 2 [ibid.] ponitur* monitiones [*sc.* mun-]; *minus probabiliter latere putes* promunturium *coll. gr. ἄκραν hexaplae Origenis ad 9, 46 et scripturam infra p. 1907, 7 allatam*). **β** *transfertur ad: sedem animarum* (*mortuorum praeter l. 11. 13; cf. LXX prov. 7, 27 τὰ ταμιεῖα τοῦ θανάτου*): Vet. Lat. IV Esdr. 4, 41 in inferno -a animarum matrici adsimilata sunt (Ps. Philo antiq. 32, 13. Ambr. bon. mort. 10, 46 scriptura habitacula illa a. -a nuncupavit). 7, 32 *die iudicii* -a reddent, quae eis commendatae sunt animae (*Ambr. bon. mort. 10, 45* habitacula). *al. ibid.* Oros. comm. 2 l. 36 *Priscillianus docet animam* de quodam -o procedere. *intima pectoris* (*cf. p. 1899, 71; de sensu arcano p. 1899, 38*): Vet. Lat. IV Esdr. 5, 9 abscondetur tunc sensus et intellectus separabitur in -um suum. Clem. ad Cor. 21, 2 spiritus domini lucerna scrutans -a cordis ([*sec. prov. 20, 27, ubi Vulg.* secreta ventris]. Ambr. exhort. virg. 7, 50 in interiora vestri c. -a).

3 *fem.* -a *pro subst. de cella eiusque custode*: Gloss. -a: cella dicitur id est cellarium, unde necessaria promuntur ...; ceterum ipsa custos bene dicitur -a quomodo cellaria.

*?***4** *masc.* -us *pro subst.* (*sc.* locus*?*): Gloss. -us: ⌞ubi sunt omnia venalia⌟ (*eadem s. v.* promptum *Gloss.*^{L} *I Ansil.* pr *2429*). *Flieger.*

[prōmpticors *v. p. 1902, 52.*] **prōmptim** *v. p. 1891, 59.*

prōmptitūdo, -inis *f.* *a* promptus (promere). [*olim legebatur* Facvnd. defens. 3, 3, 3, *v. p. 1902, 56.*] *i. q. status promptus*: Conc.^{S} I 5 p. 371, 10 vita nostra destitui malumus quam ista pro fide -e (*gr. I 1, 7 p. 73, 22 τῆς ... προθυμίας, altera versio I 4 p. 73, 7* devotionem ... bellandi).

prōmpto, -āre. *a* promptus (promere). [*coni. l. 39 et* Orient. comm. 2, 301 linguam in convicia -ans (*Ellis, alii alia*; promtam *cod. unicus*).]

i. q. saepe promere: **1** *de promo*: Plavt. Bacch. 465 sq. illum *adulescentem* meum malum -are malim quam peculium. :: quidum? :: quia, malum si -et, in dies faciat minus (*sunt qui hunc locum et l. 39 a Plauto abiudicent; v. Zwierlein, Zur Kritik ... des Plaut. IV, 1992, 192 sq.*). Pseud. 628 *ego* res rationesque eri ... curo, argentum ..., quoi debet, dato. :: si ... -as (-es *Acidalius*) thensauros Iovis, tibi libellam argenti numquam credam. *absolute* (*ad indicandum munus promi*): Plavt. Mil. 846 (*si recte restituitur*) ut tibi, ⌞si -es⌟, alium subpromum pares (⌞ ⌟ *Leo,* qui -et *Ritschl-Goetz*; si promtis *vel* si proptis *codd.*, si prompsis *Ribbeck, alii alia*). **2** *de eo, qui verba edit*: Avg. pecc. mer. 1, 35, 66 p. 67, 6 *parvuli* in verba prorumpunt et animi sui motus ... linguae signis -are iam possunt (prom(i)tare, promere *codd.*, promptitare *ed. princ.*).

compos.: exprompto.

promptōsis *v.* proptosis. **prōmptuārius** *v.* promptarius.

prōmptulus, -a, -um. *adi. deminut. a* promptus (promere) *derivatum.* Gloss. V 511, 21 -us: paratus, expeditus (*cf.* IV 381, 23 †promusus: promtus, e. [promtulus *Hildebrand,* promptus *Mountford* Gloss.^{L} II Abav. pr 147]). *fere i. q. aliquantum promptus*: Hier. praef. Vulg. Dan. p. 9, 43 quidam e nostris satis -us ad loquendum. Ennod. carm. 1, 12, 10 *Cyprianus* sermone vincens ⌞-o⌟ (*Huemer*; promolo *in* primulo *mutatum cod.*, promulo *ed. princ.*).

1. prōmptus *v.* promo. *Bl.*

2. ※**prōmptus,** *sc. abl.* -ū (*acc.* -um *v. l. 74 sqq.*), *m.* *a* promere. *scribitur* (*sc. fere iunctura* in -u) *in inscr.* Edict. imp. Diocl. praef. 18 L. in -u (*frg. Strat.*) *vel* impropto (*frg. Delph. V*); *in codd. saec. V, VI vel VII* -ompt- Fronto p. 4, 1. Vet. Lat. II Cor. 10, 6 (cod. 75). *al.*, -umpt- Greg. Tvr. Franc. 6, 29 p. 296, 17, -omt- Vet. Lat. I Petr. 5, 2 (cod. 55). Hil. ad Const. 2, 2, 1. *al., etiam una voce* impromptu *e. g.* Marcell. dig. 41, 2, 19 pr.; *in codd. posterioribus etiam e. g.* -umt-, -opt-. *de notione* (*addas l. 75*): Pavl. Fest. p. 109 (*explicatur* in mundo, *v. vol. VIII 1632, 74*). Synon. Cic. p. 422, 22 dilucida. ... in -u posita. manifesta. Gloss. in -u: *ἐν ἑτοίμῳ.* in palam posito. in -u est: in propatulo vel in manifesto. Gloss. II 300, 1 *ἐν προχείρῳ*: ad manu⟨m⟩, ⌞-u⌟, impromptu (⌞ ⌟ *nisi est adi.* promptu⟨m⟩). Gloss.^{L} II Abav. in 236 in -u[m]: in praesentia. *legitur in versu apud* Plavt. (*? v. p. 1901, 16*), Enn., Acc. *singulis locis, apud* Lvcr. *novies, in* Aetna *bis, apud* Ov. *quater, in prosa oratione inde a* Q. Scaev. (*? v. p. 1901, 43*), Cic. (*rhet., philos.*), Varrone, Sall. [*in falsa var. l.* a -u *pro* a prospectu Qvint. inst. 11, 2, 10. *vix recte trad.* Cels. 8, 1, 14 uno flexu ... in -um dato (in pronum *Lindenus*). Chrysost. hom. III 830^{C} in -u est Christus (*Migne gr. 49, 404 ἐν τοῖς ταμείοις = Matth. 24, 26; legendumne* in promptu⟨ariis⟩, *ut Vet. Lat. ibid. cod. 2?*).]

i. q. status promptus, paratus, sc. fere eorum, quae alicui contingunt (*potius de statu ipsius agentis sub IB1 et II*): **I** *iunctura* **in -u** (*acc.* in -um *p. 1902, 21* [*eadem notione ac* in -u] *et* Gloss.^{L} II Philox. im 84 *ἀπόχειρον.* *[Krusel]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

εἰς πρόχειρον, *ceterum saepe in var. l., e. g.* ENN. *l. 20.* MARCELL. dig. 46, 3, 72, 1 [*cod. F*]. HIL. ad Const. 2, 2, 1; *cf. p. 1900, 65. 70. nota etiam var. l.* in -o, *e. g. p. 1900, 56 et* GREG. M. in Ezech. 1, 7, 7). *fere pro syn. accedunt vel vim locutionis acuunt adi., e. g.* facilis *l. 72. p. 1902, 21,* manifestus *l. 24. 54. al.,* paratus *l. 70. p. 1902, 2, locutiones cum praepos., e. g.* ante oculos LVCR. 3, 185 PELAG. in Rom. 3, 25 *et l. 71,* in conspectu *l. 71,* in facili SERV. georg. 2, 41 *et p. 1902, 15,* in propatulo Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 70, 9 *et p. 1902, 5; v. etiam l. 41. fere opp. adi., e. g.* difficilis *p. 1902, 18,* reconditus *l. 47,* repositus *l. 69, locutiones, e. g.* in secessu *p. 1902, 45,* in secreto AVG. serm. 37, 6. *iuncturis* in -u esse *pro subi.,* in -u habere *pro obi. accedunt struct. verbales (etiam c. pron. praepar.), sc. maxime acc. c. inf. l. 58. p. 1902, 25. 28, inf. nudus p. 1902, 16. 32, interrog. obliqua l. 55, p. 1902, 29,* ut *l. 59. 73. p. 1902, 23.*

A *usu communi iungitur fere pro praedicativo cum verbis, ut significetur aliquid promptum esse, haberi sim.:* **1** *iuncturae variae:* PLAVT. Pseud. 449 (*si recte legitur*) istaec insipientiast, ⌞iram in -u⌟ gerere (⌞ ⌟ *codd. plerique cum hiatu,* iram in propromptu *fortasse cod. A, sc. litteris nonnullis evanidis*; ⟨sic⟩ iram in -u *Camerarius,* iras in -u *Bugge. cf.* COLVM. 8, 11, 8 *pavones feminae* in -u gerunt ova, quibus iam partus adpropinquat). ENN. sat. 57 hoc erit tibi argumentum semper in -u situm *eqs.* (in -um *var. l.*). LVCR. 1, 879 *Anaxagoras putat* illud apparere unum, cuius sint plurima mixta et magis in -u ⌞primaque in fronte locata⌟ (*sim.* 4, 97). 2, 583 nil esse *eorum,* in -u quorum natura videtur, quod *eqs.* (3, 185. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 7 in -u et in facie). 2, 868 manufesta ..., in -u cognita quae sunt. 3, 106 in -u corpus *hominis* quod cernitur ([*opp.* ex ... parte latenti]. AETNA 160 [*textus incertus*] ora qua patula in -u cernis). CIC. off. 1, 126 *natura* formam nostram ... posuit in -u, ... *turpes partes corporis* abdidit (QVINT. inst. 9, 1, 13 a simplici atque in -u posito dicendi modo. AVG. anim. 4, 3, 4 tam in -u positae atque apertissimae veritati. *al.*). LIV. 22, 42, 6 tabernacula aperta et omnia cara in -u relicta *esse.* EDICT. imp. Diocl. praef. 18 L. cum in -u adsit perfugium declinandi periculi (*de tempore propinquo*: VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 cum iam ... Romani tempus vocationis in -u adesset). LACT. inst. 3, 8, 34 tam in -u id quod quaerimus iacet, ut *eqs.* AVG. gen. ad litt. 6, 16 p. 191, 2 inesse in natura quiddam latens, quo educantur in -u numeri occulti ... senectutis a iuventute (*nisi ad B2*). EPIPHAN. in euang. 18 p. 14, 1 in -u patet nobis *paenitentibus* regnum caelorum. MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 263 de re manifesta et in -u constituta (*gr. p. 38* ὡς περιφερομένην καὶ κατάδηλον οὖσαν). *al.*

2 in -u esse (situm esse *sim. v. sub 1; verbum subintellegendum est l. 72. al.; saepe c. dat. personae*): **a** *de iis, quae manifesta, aperta sunt* (*sive ostenduntur sive percipiuntur; locutioni accedunt verba fere syn. e. g.* apparere *l. 52. 58,* comparere TERT. nat. 2, 2, 14, patere *l. 46 et* PAVL. NOL. epist. 34, 5, *opp.* latere HEGES. 2, 6, 3): α *varia exempla*: Q. SCAEV. (*?*) Gell. 4, 1, 17 (*v. vol. X 1, 1123, 68 sqq.*) *penus* non in -u est. LVCR. 6, 941 nil esse in -u nisi mixtum corpus inani (*huc refert Bailey, comm. 1947, ad l., alii ad b*). CIC. de orat. 1, 23 cum illa, *sc. praecepta Graecorum,* pateant in -uque sint omnibus (*nisi ad b*). ac. 2, 10 (*opp.* reconditiora). div. 2, 124 (*opp.* interiora). off. 1, 6 quae quamquam ita sint in -u, ut res disputatione non egeat, tamen *eqs.* 1, 95. Ps. SALL. rep. 2, 12, 2 si hoc itinere uti decreveris, cetera in -u erunt (*nisi ad b*). AETNA 219 operis natura solique. OV. rem. 162 causa. FEST. p. 138 *quod* in -u sit omnibus, id est ostentum. SEN. epist. 67, 10 fortasse una *virtutum* in -u sit et maxime appareat patientia. *al.* β *accedunt struct. verbales*: LVCR. 2, 149 quam subito soleat sol ... convestire ... omnia luce, omnibus in -u manifestumque esse videmus (*cf. l. 57 sq.; item cum interrog. obliqua*: CIC. off. 2, 74 quarum *rerum* qualis comparatio fieri soleat ..., non est necesse dicere; est enim in -u [*cf. l. 59*]. LIV. 36, 5, 8 VELL. 2, 27, 5 LACT. epit. 46, 6. *al.*). 2, 246 hoc in -u manifestumque esse videmus (*seq. acc. c. inf., ut*: ARNOB. nat. 5, 4 [*iuxta* apparet]. *al.*). CIC. off. 2, 68 illud non sunt admonendi, est enim in -u, ut animadvertant *eqs.* (MARCELL. dig. 41, 2, 19 pr. in -u est, ut possidere desierit *emptor fundi*).

significatur quod in fronte aedis vel cuiuslibet aedificii situm structumve est (*vix cogites de adi. notionis q. e. ad -um pertinens l. 28. 37; disting.* porticus *l. 17. 37. 50. 56, opp.* posticum *l. 19*): **1** *strictius in fronte aedis sacrae*: **a** *templi sim. pagani: exempla varia* (*inscr. damus selectas*): CIL I² 1492, 4 (*Tibure, aet. fere Cic.; cf. add. p. 999: 'aedificia ... ad aedem Herculis Victoris pertinuerunt'*) IIIIVIR(i) porticus ... et exsedram et -on et porticum pone scaenam ... f(aciunda) c(uraverunt). VITR. 3, 2, 7 dipteros *aedes est* ... octastylos et -o et postico (*item opp. al., v. p. 228, 2 sq.; cf. 3, 2, 6* in fronte et p.). **4**, 3, 10 interiores cellarum -ique distributiones explicare. 4, 4, 1 quae *columnae* disiungant pteromatos et -i spatium. *ibid.* per quas *fores* itinera -o fiant. 4, 7, 2 quod *spatium* erit ante cellas in -o. 5, 1, 8 quae *antae* a -o procurrunt (*respicitur basilica Fanestris ut l. 39 sqq. et* 5, 1, 9 parietes -i). 7, 5, 5 in quo *episcaenio* tholi, -i, semifastigia omnisque tecti varius picturis fuerat ornatus. *al.* INSCR. Année Épigr. 1993 n. 1392 (*Thessalonicae, aet. Aug., cf. ibid. 1995 n. 1389*) Isi ... aedem reficiun(dam) et -um faciundum cur(avit) (*gr. ibid. τὸ προνάιον*). CONST. veteran. (CIL XVI 3; *a. 54*) 15 quae *tabula* fixa est in Capitolio in aede[m] Opis in -o latere dexteriore. ACT. Arv. a. 87 (CIL VI 2065) I 2 in Capitolio in pro⟨nao Iovis Optimi Maxi⟩mi (*restit. sec.* I 22 *ibid.*). INSCR. Alger. I 2082 (*aet. Hadr.*) *quidam fecit* aedem divorum ... cum crypta et -o *eqs.* (CIL VIII 12006, 5 [*a. 212*] a. c. -o et ara. XIV 61, 2 a. c. suo -o. *cf. l. 36 nec non* a. adiecto -o: CIL VIII 2630, 6 [*a. 158*]. XI 5805, 5). CIL VIII 12039, 6 (*a. 183/5*) pron(aum) cum ornament(is) temp(li) Merc(urii) (INSCR. Alger. I 2056, 6 -um c⟨um⟩ omnibus suis. Année Épigr. 1946 n. 106 [*Cuicul, saec. IV*] ⟨pr⟩onaum c. columnis). 10569, 2 cellam (ceil- *lapis*) cum prona⟨o⟩ (*a. 197 ut* 14394, 2). 4585 (*v. etiam supra p. 26, 58*) -um porticu⟨m⟩ (*asyndeton, vix pro adi.*). SERV. Aen. 1, 505 tectum templi et -i. *al. c. gen.* aedis (*cf. l. 31 sqq.*): VITR. 5, 1, 7 *in basilica Fanestri* mediae duae *columnae* ... non sunt positae, ne impediant aspectus -i a. Augusti (Aug- *praeferunt plerique, ut* a. *respiciat aediculam Augusto sacram,* aug- *Sontheimer, Vitr. und seine Zeit, Diss. Tübingen 1908, 108 aliique, ut locus ad 2 pertineat*; ang- *var. l.*). 5, 1, 9 (*eiusdem basilicae, ut l. 23*). ACT. Arv. a. 89 (CIL VI 2066) 8 in -o a. Concordiae (a. 91 [CIL VI 2068] I 25. *al. in his actis*). CIL XI 3614, 4 (*a. 114*) in -o a. Martis. *al.* **b** *ecclesiae christianae*: DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 44 (*enumerantur res diversis ecclesiae partibus impensae*) in -o, velum lineum purum I; et intra basilica *eqs.*

2 *laxius in fronte cuiuslibet aedificii* (*exempla certiora; de basilica Fanestri v. l. 39*): INSCR. Année Épigr. 1948 n. 111 (*Thamugadi, a. 213*) porticus vir(i)diari picturis exornatas, ianuis et -is ad easdem porticus apertis (*frgg. inscr. gemellarum edita sunt* CIL VIII 2369 sq. [*cf. ibid. p. 951*]. 17818). INSCR. Cemen. Laguerre 71, 4 (*saec. III*) *quidam* magister coll(egii) dendrophororum aram et pavimentum scholae et -i de suo fecit (*cf. ibid.* 73, 4 [*saec. III²?*] am⟨bitum?⟩ scamnoru⟨m cum? p⟩ronao). Tun. Merlin 622, 10 (*a. 339/50*) -um aquiducti. Alger. I 2101, 9 (*a. 364*) ⟨therm⟩as aestivas ... *quidam* perfecit; porticum quo⟨q⟩ue ingredientibus ab atri⟨o⟩, sed et -um eidem coh(a)erentem.

prōnē *v.* pronus. *Burch.*

prōnecto, -ere. *a* pro *et* nectere. *i. q. nectendo producere*: STAT. silv. 4, 3, 146 vidi, quam seriem ... aevi *futuri* -ant tibi *Parcae* ...; magnus te manet ordo saeculorum. *Bk.*

pronepōs (prōnepos), -ōtis *m.* [-s *respondet sec. formam et significationem voci vet. ind.* praṇapāt- (*Rigveda*), *ut utrique eadem origo esse possit.* pro-, *quod multi explicant per analogiam vocis q. e.* proavus (*quasi 'ante avum'*), *potuit etiam 'longe remotum' significare: Schwyzer, Zeitschr. vergl. Sprachf. 56, 1929, 18 adn. (= Kl. Schr., 1983, 880 adn.). Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 9, 5, 27 dictus -s quasi natus porro post. 29 quia prope nepotem. *scribitur in titulis cum apicibus* prónepóti CIL III 14147[1] (*a. 39*), prón CIL XIV 4340 (*a. 18*) *et* IX 3176, *ceterum* -nip- *p. 1911, 2; cf. l. 74. abbreviatur in titulis maxime* pron (CIL I² 1514. 2521. *et saepissime; cf.* pr·ñ CIL IX 5831 sq.) *vel* pronep (CIL XIV 4357 [*a. 138*]. II 4494 [*a. 139*]. *et saepe*), *ceterum* prone CONST. veteran. (CIL XVI 128) int. 3 (*a. 178*), *casibus obliquis* pronepot CIL V 6416, 1 (*a. 7/8*). *al.* NOT. Tir. 48, 73 -pus. 74[a] -lepos (*v. p. 1819, 44*). *de formis: nom. sing.* -pus *in titulis e. g. p. 1912, 2 et* CIL III 13392 (*saec. IV*), *etiam l. 74 et pro var. l. in codd.*

[Romero]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e. g. Evcher. instr. 2 p. 151, 11 Alc. Avit. carm. 1, 177. 4, 175; *nom. plur.* -nipotis *l. 72.* *de mensura*: prŏ- *testatur* Serv. gramm. IV 450, 21, *nom. sing.* prŏnepōs *adhibet* Ov. *ter; sed* prōnepŏs Sidon. carm. 11, 133 Alc. Avit. carm. 1, 177. 4, 175, *cf. formas cum apicibus p. 1910, 68 sq.* *de notione*: Pavl. dig. 38, 10, 10, **14** (*inter cognatos tertii gradus*) -s ... et proneptis quadrifariter intelleguntur: aut enim ex nepote ex filio aut ex nepote ex filia descendunt, aut ex nepte ex filio aut ex nepte ex filia propagantur. Hier. in Ezech. 6, 18 l. 92 (*spectat ad exod. 20, 5*) -em ..., hoc est quartam generationem. Isid. orig. 9, 5, 27 -s est, qui ex nepote conceptus natusque est. Gloss. -s: *ἀπόγονος. προέγγονος.* filius nepotis. nepos nepotis. privignus, steupsunu (*anglosax.*). *al.* *legitur in oratione soluta inde a* Cic., Vell., *saepe in sermone iuris et in titulis (inde ab aet. lib. rei p., v. maxime sub 1aβ), in poesi apud* Ov., Sidon., Alc. Avit. (*de* Enn. *v. l. 18*).

i. q. filius nepotis vel neptis (*laxius de utroque sexu sub 1b et 2b, de puella sub 1c; de -bus per adoptionem e. g. l. 28 sq. 51 sqq.*): **1** *cum respectu certorum proavorum*: **a** *strictius de masculis*: **α** *apud scriptores*: Cic. Phil. 13, 15 es M. Lepidus ... M. Lepidi pontificis maximi -s. Tusc. 3, 26 Iovis iste ... -s *est* (*i. Thyestes; vix recte* Ennio [trag. 359] *tribuit Vahlen post Bentleium. item de -bus Iovis* Ov. met. 13, 142 [*de Aiace*]. Lact. inst. 1, 23, 3 *bis; aliorum deorum* Ov. met. 10, 606 *patri meo* est Neptunus avus, -s ego regis aquarum. Ib. 405. Tert. nat. 2, 14, 10 *Asclepius* Iovis nepos, Saturni -s). phil. frg. *l. 27.* Att. 16, 14, 4 avi (qui *trad.*) tui -s scribit ad patris mei nepotem *eqs.* Vell. 2, 3, 1 P. Scipio Nasica ... *optimi viri* nepos, ... *censoris* filius, -s autem Cn. Scipionis. Sen. epist. 21, 4. Plin. nat. 7, 60 *quendam* cum *tot* liberis ..., nepotibus ..., -bus ..., neptibus ... immolasse. 7, 104. 7, 113 *Catonis censorii* -s ... Vticensis Cato (*de eodem*: Gell. 13, 20, 3 [*sim.* 14] quem ... Cicero [phil. frg. VI 13] -em fuisse dicit M. Catonis censorii. *al.*). Tac. ann. 1, 8, 1 *Augustus testamento* in spem secundam nepotes -esque ... scripserat. 1, 42, 1 Augusti -s *Caligula* (4, 8, 5 A. -es clarissimis maioribus genitos *Neronem et Drusum Caesares*). *al.* Plin. epist. 8, 18, 2 *v. p. 1912, 47.* Svet. Galba 2. Fronto p. 214, 15 seu proavus *Traianus* seu -s *L. Verus* virtute praestare videbitur. Scaev. dig. 28, 2, 29, 2 si me vivo nepos decedat, tunc qui ex eo -s *heres esto.* Avg. civ. 16, 3 p. 127, 12 sive sint filii, sive nepotes et -es et deinceps ... exorti *de stirpe Sem.* Sidon. carm. 11, 133 sint *vobis* nati sintque nepotes, cernat et in proavo sibimet quod -s optet. *al.*

β *in titulis*: Ⓘ *quibuslibet:* *in serie progenitorum*: CIL I² 1514 (*Corae*) L. Publili⟨o ...⟩ L(uci) pron(epoti) F⟨lacco⟩ IIIIviro. *ibid. iterum.* 2521 (*Ostiae*) A(ulus) Fabreinius A(uli) f(ilius) A(uli) pron(epos). X 6087 (*post a. 22 a. Chr.*) L. Munatius L(uci) f(ilius) L(uci) n(epos) L(uci) pron(epos) Plancus. II 3417 (*aet. Aug.*) regi Iubae ... regis Gau⟨dae⟩ -i regis Masiniss⟨ae⟩ -is nepoti. *sim. saepe; nota ordinem mutatum* CIL XI 6334 (*post a. 199*) M. Aufidio Frontoni -i ... Frontonis oratoris ... nepoti[s] ... Victorini ... Fronto consul filio dulcissimo. *extra seriem progenitorum*: CIL VI 1490 (*post a. 180*) *quidam cuidam* proavo ... -s ... consecravit, *sc. hunc titulum.* 1416 (*saec. III²*) Fest⟨um⟩ oratorem ... Postumius Varus ... -s sectator eius (*sim. de alio*: 1418 [*a. 295?*] -i et sectatori ... Festi orat(oris)). Ⓘⓘ *ad domum imperatoriam Romanam pertinentibus* (*paucissima selecta; in serie progenitorum praeter l. 55*): Elog. Inscr. Ital. XIII 3, 75b C. Octavius C(ai) f(ilius) C(ai) n(epos) C(ai) pr⟨on(epos)⟩, pater Augusti. CIL V 6416, 9 (*a. 7/8*) Druso Iulio Germanici f(ilio) Aug(usti) pronepot(i) Germanico. III 14147¹ (*a. 39; inverso ordine sollemni*) C(aio) Caesari ... divi Aug(usti) -i Ti(beri) Caesaris ... n(epoti) Germanici Caesaris f(ilio). Inscr. numm. imp. I² p. 111 n. 42 (*a. 39/40*) C. Caesar divi Aug(usti) pron(epos) Aug(ustus). CIL II 4719 (*a. 55; turbato ordine sollemni*) Nero Claudius divi Claudi f(ilius) Germanici Caesaris n(epos) divi Aug(usti) abn(epos) Ti(beri) Caesaris pron(epos). 4494 (*a. 139*) imp(eratori) Caes(ari) ... divi Nervae pronep(oti) ... Antonino ... Pio. III 14149²³ (*a. 161*) *M. Aurelius et L. Verus* divi Traiani ... -es. Inscr. Ital. X 5, 101 (*a. 189*) imp(eratori) Caesari ... divi Hadrian(i) pronep(oti) divi Traiani ... abnepoti divi Nervae adnepoti M. Aurelio Commodo. *et saepissime.*

b *laxius de progenie utriusque vel incerti sexus* (*sc. plur.; de nondum natis l. 64. 66. al.*): **α** *varia exempla*: Sen. dial. 12, 18, 7 cito tibi, *Helvia,* daturam -es Novatillam. 12, 18, 9 *patri tuo* tot nepotes -esque dando. Tac. ann. 5, 1, 2 sanguini Augusti ... adnexa communes -es habuit *Livia Augusta.* Plin. epist. 8, 10, 1 cupis ex nobis -es videre (*ad prosocerum, ut* 8, 10, 2. 3). paneg. 94, 5 (*ad Iovem Capitolinum*) oro ..., ut illum *Traianum* nepotibus nostris ac -bus serves. Tert. anim. 28, 1 multo antiquior Moyses ... Saturno ..., nedum -bus eius. CIL VIII 22774 in his prediis ... Ingenus ... et ... uxor eius et fili nepotes -esquae eorum vivant, senescant *eqs.* IX 6219 (= Inscr. Iud. Noy I 85; *saec. V/VI*) hic requiscent Andronicus ... et Rosa ... fili Boni, nepotis ... Sebbetii et -is Viti. **β** *translate -es Adae appellantur, qui eius mores imitantur, sc. peccatores*: Mar. Merc. Conc.ˢ I 5 p. 67, 43 hi ipsi -es eius et posteri esse inveniuntur (*sec. doctrinam Pelagii; respicitur Pelag. in Rom. 5, 15* suos posteros).

c *peculiariter de progenie feminina* (*addasne l. 44?*): CIL IX 648 (= Inscr. Iud. Noy I 86; *saec. VI¹*) *Faustina,* que fuet -us Faustini pat(ris), nepus Biti et Acelli.

2 *sine respectu certorum proavorum* (*frequentatur in sermone iuris*): **a** *strictius de masculis*: **α** *varia exempla*: Lex Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) qui senator est quive filius neposve ex filio -sve ex ⟨nepote⟩ filio nato cuius eorum est erit. Gaivs inst. 2, 129 omnes virilis sexus lib⟨erorum personas⟩, id est nepotes quoque et -es. *al.* Papin. frg. Vat. 224 numero liberorum -s patroni sine dubio continetur. Vlp. dig. 37, 8, 1, 7 si *sit* ... ex nepote ... -s. Pavl. dig. 38, 10, 10, 17 p. 360, 9 ⌞filius nepos -s abnepos adnepos⌟ trinepos (*sim. saepe ibid.*; ⌞ ⌟ *etiam* Serv. Aen. 8, 268). Cod. Iust. 4, 28, 6, 1 (*a. 245*) senatus consulti auxilium, licet filii familias meminit, ad nepotes et ad -es porrigitur. Novell. Theod. 22, 2, 12 si pater avus vel proavus filio nepoti -ive vel filiae nepti proneptive ... quicquam ... largiatur. Cod. Iust. 10, 32, 62, 1 (*a. 457/65*) praetermisso filio ... a nepote vel -e vel ulterius incipere *conventionem.* *al.* **β** *iuxta ponitur* proneptis *saepe inde a* S. C. Larin. 7, *v. l. 58 sqq.*

b *laxius de progenie utriusque vel incerti sexus* (*plur. praeter l. 26. 27*): Sen. benef. 4, 32, 1 propter futuram nepotum -umque ac longe sequentium posterorum indolem. dial. 6, 11, 5. Call. dig. 50, 16, 220 pr. (*inter* liberos, *v. vol. VII 2, 1301, 80*). Cod. Iust. 9, 41, 11 (*a. 290*) perfectissimorum virorum usque ad -es liberos plebeiorum poenis ... non subici. Avg. serm. 17, 7 invenis calices ab avis et proavis, in quibus bibunt nepotes et -es. Cod. Theod. 8, 18, 9, 5 de -bus sexus utriusque (Iust. 6, 61, 4 pr. [*a. 472*]. 5, 9, 7 [*a. 478*]. *cf.* cuiuscumque s.: Cod. Iust. 5, 27, 2 [*a. 405*]. 6, 26, 9 pr. -em [*postea*: -s vel proneptis]. Inst. Iust. 2, 16, 1. *al.*). Alc. Avit. carm. 1, 177 (*deus ad Adam*) progeniem sine fine dedi ...; -s ... viventes numeret proavos. Mvtian. Chrysost. hom. 4 p. 267 deduci ... matres *ad sepulturam* a filiabus et nepotibus et -bus (*gr. p. 44 μετεγγόνων*). Cod. Iust. 6, 42, 30 nisi hi ... sine filiis vel filiabus vel nepotibus vel -bus fuerint defuncti. *al.* *Romero.*

***proneptis,** -is *f.* [-s *iuxta* pronepos *ita ut* neptis *iuxta* nepos; *fortasse vox prisca non aliter ac* pronepos. *Fo.*] *abbreviatur* pronep CIL IX 2334, pronept Inscr. Année Épigr. 1990 n. 129. Not. Tir. 48, 76 -s. *de formis: abl. sing. non nisi* -te, *e. g.* Hist. Avg. Gord. 17, 4 Inst. Iust. 1, 12, 7, *gen. plur.* -tum Cod. Iust. 5, 9, 6, 3. *de notione* (*addas p. 1911, 5*): Gloss. -s: *προεγγόνη.* filia nepotis. neptis. [*restituitur pro* neptis Gaivs inst. 3, 7.]

i. q. filia nepotis vel neptis (*per adoptionem l. 44*): **1** *respiciuntur certi proavi*: CIL IX 2845 (*saec. I in.? sim. de eadem* 2846) vir Flaviae Consi filiae, Scapulae neptis, Barbi -is (*in eadem serie*: Inscr. Année Épigr. 1935 n. 26 [*post a. 149; seq.* abnepti]. CIL IX 2333 [*ordine inverso*] *et* 2334 [*post a. 210*]). Sen. apocol. 10, 4 (*loq. divus Augustus*) ut *Claudius* duas Iulias -es meas occideret (pronepotes *codd. vet., quod def. Roncali, ed. 1990, coll. e. g. Enn. ann. 55* Ilia ... nepos). Pers. 6, 53 si mihi ... -s nulla manet patrui. Plin. epist. 8, 18, 2 *quidam* prosecutus est nepotes ... legatis, prosecutus etiam -em (*var. l.* pronepotem *praeferunt edd. nonnulli*). Svet. Claud. 26, 1. Galba 3, 4 Mummiam Achaicam neptem Catuli -emque L. Mummi. Vlp. dig. 1, 6, 4 pronepos et -s et deinceps ceteri *in mea sunt potestate* (*de suis exempli causa, ut vergat ad 2b*). *al.*

2 *sine respectu certorum proavorum* (*sc. in sermone iuris*): **a** *varia exempla* (*praeter l. 55 iuxta ponuntur voces q. s.* filia *et* neptis): Lex Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) senatoris f. n.ve ex filio -sve ex nepote ... nata. Gaivs inst. 1, 172 in parente ..., qui f. n.ve aut -em alteri ... mancipio dedit. 3, 3 idem ... dicimus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia -is loco est. *al.* Cod. Iust. 5, 4, 3 (*a. 196*) libertum, qui ... patroni f. vel coniugem vel n. vel -em uxorem ducere ausus est. *al.* **b** *iuxta ponitur* pronepos (*eodem casu numeroque*): S. C. Larin. 7 ne quis senatoris filium filiam nepotem neptem p. -em ... in scaenam produceret. Gaivs inst. 1, 99 nepos, neptis, p., -s *inferiorem gradum obtinent* (*v. vol. VI 2, 2159, 6 sqq. et cf.* dig. 38, 10, 1, 5 tertio gradu sunt supra proavus proavia, infra p. -s [*sim.* Pavl. sent. 4, 11, 3. *al.*]). 3, 2 liberi, qui in potestate morientis fuerunt, veluti filius filiave, nepos neptisve ⟨ex filio⟩, p. -sve ex nepote filio nato prognatus prognatave. *al.* Pavl. dig. 38, 10, 10, 15 p. 356, 2 sq. abnepos abneptis: hi sunt p. -is filius filia ..., filii filiaeve p. -s *eqs.* (*sim.* 17 p. 360, 1 sq. trinepos trineptis ... *sunt* pronepotis -isve p. -s. *al. in eodem contextu*). Cod. Theod. 8, 18, 7 quidquid avus avia, proavus proavia nepoti nepti, p. -i ... contulerint. Cod. Iust. 6, 49, 6, 1 (*a. 489*) nepotibus vel neptibus, p. vel -bus suis ac deinceps (6, 42, 30 p. vel -em vel aliam d. posteritatem. *al.; cf. l. 49*). Inst. Iust. 3, 1, 15 lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes vel neptes vel p. et -es ... ad successionem avi vocat. *et saepe.* *Bl.*

[pronervicus *falsa var. l. pro* nervinus Ps. Cypr. cena 55.]

pronēus (*vel* -um) *v.* pronaus. **prōnis** *v.* pronus.

prōnitās, -ātis *f.* *a* pronus. *i. q. status pronus*: Physiogn. 48 *[Bk.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oris -s stultitiam ... tribuit (*antea*: nec nimis prominens nec nimis humile *os. cf. gr. p. 373, 5 τὸ ... προπετές*).

prōno, -āvī, -ātum, -āre. *a* pronus. *i. q. pronum facere*: SIDON. epist. 5, 17, 7 *quidam pila ludens* per catastropham saepe -tus (*sc. procumbens sim.*). 8, 11, 12 post facinus ... latrones ad pavimentum conversa defuncti *ab eis strangulati* ora -verant. *? refl. de remigibus* (*si recte restitui*): ANTH. 388ª, 11 (*celeuma*) aequora prora secet ..., ⌞-et se quisque⌟ lacertis pone trahens (*sc. remos*; ⌞ ⌟ promat seseque [*sc. prora*] *trad.*, promat se quisque *Garrod*).

pronoea, -ae (*acc.* -an *et* -am) *f.*, *πρόνοια*. *trad. litteris lat. praeter l. 12.* *i. q. providentia* (*sc. natura dei, quae in philosophia Stoicorum fere pro persona inducitur*; Chrysippi libros *περὶ προνοίας laudat Gell. 7, 1, 2. 7, 2, 3* [*cf. Lact. inst. 7, 23, 3* quos de providentia scripsit]): CIC. nat. deor. 1, 18 anum fatidicam Stoicorum -am, quam latine licet providentiam dicere (*item explicatur* 2, 73 -an. *cf.* 2, 58 *cum mens mundi* vel prudentia vel p. appellari recte possit, graece enim -a [*-α edd.*] dicitur). 1, 20 -a ... si vestra est ... eadem *ac Platonis deus opifex* (*postea*: sin alia est. *item per pron. poss. respiciuntur Stoici*: 1, 22 vestra. 2, 160 ut interdum -a nostra Epicurea fuisse videatur). MART. CAP. 1, 6 *Mantice* -ae maior est filiarum (-noeaes, -noes, -noae *var. ll.; cf. 2, 213* Zeno ducebat feminam providentem). *Bk.*

***prōnōmen,** -inis *n.* (*de iunctura* prō nōmine *v. l. 33*). *a* pro *et* nomen (*sec. gr. ἀντωνυμία*). NOT. Tir. 21, 78. *legitur fere in sermone gramm. inde a* VARRONE, PLIN. dub. serm., QVINT. (*in versibus apud* TER. MAVR. *solum*). [*restituit Hertz* GELL. 2, 3, 2 *ī* -n, *incertum an recte; falso trad.* SCHOL. Iuv. 5, 127 ut habeas tria [pro]nomina.]

I *usu sollemni est t. t. gramm., fere i. q. ἀντωνυμία* (*sic* CHAR. gramm. p. 470, 6 GLOSS.), *sc. significatur quaedam pars orationis, quae pro nomine poni censetur* (*ad rem v. Jeep, Zur Gesch. der Lehre von den Redetheilen, 1893, 173 sqq. Holtz, Donat et la tradition, 1981, 125 sqq.*). *de origine*: SERV. gramm. IV 409, 35 -n dictum est, quia ponitur pro nomine (*al.; cf. A2b et* AVG. gramm. V 507, 7 quia vicem fungitur nominis. *sim. al.*). *quaeritur, adhibendane sit iunctura* pro nomine (*cf. e. g.* pro consule): CLEDON. gramm. V 49, 2 quaerendum, utrum '-n' an 'p. n.' dicatur; magis '-n', sicut 'procurator'. EXPLAN. in Don. gramm. IV 499, 2.

A *illustratur ratio, quae intercedit inter -n et ceteras partes orationis*: **1** *de -e et articulo* (*cf. p. 1914, 30 sqq.*): **a** *-n est genus finitum articuli, sc. sec. doctrinam Stoicorum* (*cf. l. 75*): VARRO ling. 8, 45 (*inter quattuor* appellandi partes) dicta a quibusdam ... -a, ut 'hic, haec'; ... *dicuntur provocabula et -a* articuli; ... *-n est* finitum (*v. vol. II 695, 35 sqq., et cf. Dahlmann, comm. 1940, 121 sqq. ad l.*). PRISC. gramm. II 54, 12, *v. vol. II 695, 60.* 548, 7 *Stoici* articulum et -n unam partem orationis accipiebant. 548, 11 sq. finitum ... articulum dicebant ... Stoici, quod nunc -n vocamus finitum, quod et vera ratione solum -n est dicendum. III 492, 11 sq. **b** *cetera exempla*: PROB. inst. gramm. IV 133, 8 Plinius Secundus 'hic' tunc voluit dici -n, quando solum reperitur declinari ..., *aliter* articulum appellari (*de eadem voce cf.* DON. gramm. mai. 2, 5 p. 619, 8 -n vel articulus. MART. CAP. 3, 249 articulos, quos -a vocant. *al.*). DON. gramm. mai. 2, 11 p. 631, 12 -a ea putantur, quae, cum sola sint, vicem nominis complent, ut 'quis, iste, ille', articuli vero cum ... nominibus ... iunguntur, ut 'hic'. DIOM. gramm. I 331, 5 -n articulare subiunctivum ... 'is *eqs.*' (*al., v. e. g. vol. II 689, 51 sqq.*). CLEDON. gramm. V 53, 13 articulos Graeci in nominibus habent, nos in -bus. *al.*

2 *de -e et nomine*: **a** *varia exempla*: QVINT. inst. 1, 4, 19 paulatim a ... Stoicis auctus est numerus *partium orationis* ...; nominibus appellatio *adiecta est,* deinde -n *eqs.* DON. gramm. mai. 2, 11 p. 632, 3 'neuter, uter ...' sunt qui nomina, sunt qui -a existiment. SERV. gramm. IV 409, 36 *non* videntur -a ... esse nomina ...; nomina enim posita plenas faciunt elocutiones, (39) -a semiplenas *eqs.* CLEDON. gramm. V 49, 6 sq. nomina comparationes habent, -a personas; nam neque nomina personas possunt habere, neque -a comparationes (*sim.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 500, 2 sq.). 49, 21 -n *ita dicitur,* quia ⟨non⟩ fungitur officio nisi praemisso nomine; ideo haec pars *orationis* a Varrone succedanea dicitur, quia *eqs. al.* **b** *-n* pro nomine *poni dicitur* (*saepe in definitione*): PROB. inst. gramm. IV 131, 2 -n est pars orationis, quae posita p. n. minus quidem plene, idem tamen significat, ut puta 'ego, ipse, quis' (*sim.* DOSITH. gramm. 29, 1 *al.*). DON. gramm. mai. 2, 11 p. 629, 2 -n est pars orationis, quae p. n. posita tantundem paene significat personamque interdum recipit (*sim.* DIOM. gramm. I 329, 2. *al.*). PRISC. gramm. II 577, 2. *al.*

3 *de -e inter ceteras partes orationis recepto vel ab eis excluso* (*cf. l. 56*): PS. APVL. herm. 4 p. 267 adverbia ... et -a ... non magis partes orationis esse quam navium aplustria *eqs.* (*cf.* POMP. gramm. V 134, 10 *quidam* -n tollunt, quia partem nominis volunt esse). PROB. inst. gramm. IV 51, 18 partes orationis sunt octo: nomen, -n, participium *eqs.* (*sim.* DON. gramm. mai. 2, 1 p. 613, 3. *al.*). PRISC. gramm. II 54, 9 secundum Stoicos ... quinque sunt eius *orationis* partes: nomen, appellatio, verbum, -n sive articulus, coniunctio. *al.*

B *cetera exempla*: **1** *varia*: VARRO ling. 9, 94 similitudinum discernendarum causa nonnumquam ... -n assumitur, *ut 'hic lepus, hoc nemus'.* QVINT. inst. 1, 5, 26 (*de quodam discrimine vocum per accentum*) quod ... in adverbiis fere solis ac -bus vindicant *grammatici quidam.* 1, 5, 47 -n (idoneum *var. l.*) ... genus, numerum, casus habet, quae omnia recipiunt huiusmodi errorem (*de soloecismo, ut*: 1, 5, 48 *si ponatur* adverbium, ubi -n *esse debuerit.* 1, 5, 51 DIOM. gramm. I 454, 2. *al.*). 9, 3, 53 adverbia ... et -a variantur ([*seq. Verg. ecl. 1, 42 sqq.; locum suspectum habet Winterbottom*]. SERV. auct. Aen. 10, 670). 9, 4, 24 ut ... nomina adpositis et -bus essent priora (*sim. respicitur ordo verborum*: CLEDON. gramm. V 49, 25 EXPLAN. in Don. gramm. IV 499, 19). 11, 3, 87 *manus* non in demonstrandis ... personis ... -um optinent vicem? VEL. gramm. VII 69, 26 sq. *'quit'* verbum est ..., at per d -n neutri generis; similiter 'quot' per t adverbium ... est, cui contrarium est 'quod' per d, -n *eqs.* (*item respicitur ratio scribendi*: p. 70, 4. 18. CAPER gramm. VII 95, 10. 96, 9. TER. MAVR. 709. 1665. *al.*). CAPER gramm. VII 102, 8 'mi' masculini est generis -n. Char. gramm. p. 253, 12 *'alias'* (*Ter. Andr. 529*) neque -n est neque adverbium temporis (*haec a Capro abiudicat G. Keil, de Flavio Capro gramm., diss. 1889, 262 adn. 1*). PROB. inst. gramm. IV 131, 6 -i accidunt genus, figura, numerus, casus, persona, qualitas, accentus (*sim. enumerantur accidentia -um*: DON. gramm. mai. 2, 11 p. 629, 3. *al.; cf. l. 7*). 132, 38 'sibi' -n defectivum (*al., v. vol. V 1, 290, 51. 54. item de -bus declinandis*: DON. gramm. mai. 2, 11 p. 631, 7 sunt -a, quae non per omnes casus declinantur. VLT. SYLL. gramm. IV 234, 29 triptota [*cf.* CLEDON. gramm. V 51, 17 quasi monoptota. PRISC. gramm. III 2, 10 hexaptota]. *al.*). SERV. auct. Aen. 1, 77 *dativo* casu omnia vel nomina vel -a vel participia in ultima syllaba produci debent (*sim. de -um mensura*: AVG. in euang. Ioh. 115, 4 l. 3 MART. CAP. 3, 270. *al.*). *al.* *significatur articulus, quem habet lingua gr., non habet lat.*: HIL. in psalm. 143, 2 (*spectat ad tit.* psalmus David) *latinitas* nominibus -a non est solita praeponere. *ibid.* per utriusque -is propriam significationem *discernit graecitas,* utrum David scripti psalmi auctor an causa sit (*sc. vel τοῦ Δαυίδ vel τῷ Δ. scribens*). trin. 11, 17 l. 28 *et* 32. *al. apud eundem.*

2 *illustrantur -um qualitates, figurae sim.*: **a** *singulae vel paucae* (*cf. passim exempla sub b allata*): **α** *de -bus* finitis, infinitis *sim.* (*ad rem v. vol. VII 1, 1428, 6 sqq.*): PLIN. dub. serm. frg. gramm. suppl. 135, 5 sq. (*eodem spectat* Cledon. gramm. V 49, 31) errare *quosdam* ..., ut dicerent personas -bus accidere, cum dicere debuissent, f. -a non recipere quasi aliunde personas. PROB. inst. gramm. IV 131, 25 qualitas -um in quattuor formas dividitur: finita, minus quam f., inf., possessiva (132, 8 'ipse' -n m. q. f. DON. *l. 66. al.*). 27 f. -a sunt, quae notant certum numerum, certam personam (*sc.* 'ego, tu, ille'). 133, 18 'qui' vel 'quis' -n inf. DON. gramm. mai. 2, 11 p. 629, 5 qualitas -um duplex est, aut enim f. sunt -a, aut inf.: f. sunt, quae recipiunt personas, ut 'ego, tu, ille', inf. sunt, quae non recipiunt personas, ut 'quis, quae, quod' (*seq. l. 74*). CHAR. gramm. p. 354, 8 finitiva -a. SERV. gramm. IV 410, 6 inf. ... -a varias habent species; nam licet omnia *eqs.* (*v. vol. VII 1, 1428, 30 sqq.*). *al.*

β *de quibuslibet -bus*: ① *accedunt adi.*: additivum, appositivum *v. vol. II 305, 38 sqq.* compositum: DON. gramm. mai. 2, 11 p. 630, 10 ut 'quisquis' (*opp.* simplex [*e. g. 'quis'*], *ut* CHAR. gramm. p. 204, 10. *al.*). SERV. auct. Aen. 3, 598 'sese' -n c. PRISC. gramm. III 124, 19 'idem'. *al.* coniugatum *v. vol. IV 326, 29.* demonstrativum: VLT. SYLL. gramm. IV 235, 3 -a finita atque d. 'hic, haec, hoc'. PRISC. gramm. II 578, 20. *al.* generale: POMP. gramm. V 203, 2 *'quis'.* impositivum *v. vol. VII 1, 667, 17.* interrogativum *v. vol. VII 1, 2268, 5 sq.* (*addas* PRISC. gramm. III 501, 12). personale *v. vol. X 1, 1730, 64.* possessivum: PLIN. dub. serm. frg. Prob. inst. gramm. IV 137, 11. PROB. inst. gramm. IV 136, 21 'meus'. PRISC. gramm. II 588, 16 (*gr. Apollon. Dysc. pron. ed. Schneider p. 104, 21 αἱ κτητικαὶ ἀντωνυμίαι*). *al.* praepositivum: CHAR. gramm. p. 355, 27 (*de soloecismis*) ordo immutatur -bus, cum p. pro coniunctivis ponuntur. PRISC. gramm. III 14, 7 (*opp.* subiunctiva, *ut* 112, 6 [*gr. Apollon. Dysc. synt. ed. Uhlig p. 9, 3 προτατικὰ ἄρθρα*]). primigenium *v. p. 1247, 38 sqq.* (*cf.* primitivum *p. 1258, 29 sq.*, principale *p. 1295, 74 sq.*). relativum *l. 67 et* PRISC. gramm. II 578, 20 'is, sui'. *al.* simplex *v. l. 51.* subiunctivum (*addas l. 62*): DON. Ter. Ad. 452, 2 'is' pro 'ipse', s. -n ⟨pro⟩ minus quam finito (finitum *trad.*). DIOM. gramm. I 331, 5 -n articulare s. vel relativum ... 'is' *eqs. al. sim.* ② *varia*: DOSITH. gramm. 29, 7 sunt ... -a ad aliquid, ut 'meus, tuus' (CHAR. gramm. p. 204, 7. *al.*). AVG. gramm. V 509, 12 qualitatis (*sim. c. gen.*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 547, 25 ordinis. *al.*). POMP. gramm. V 205, 17 sunt ... aliqua -a, quae inchoant elocutionem, aliqua, quae subnectunt elocutionem.

b *complures, sc. in enumeratione*: DON. gramm. mai. 2, 11 p. 629, 8 (*antea l. 44 sqq.*) sunt etiam -a minus quam finita, ut 'ipse, iste'; sunt praepositiva *eqs.* (*postea enumerantur -a* subiunctiva, gentis, ordinis, numeri,

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad aliquid finita *sive* possessiva, ad aliquid infinita, qualitatis, quantitatis, demonstrativa, relativa, magis demonstrativa). DIOM. gramm. I 329, 22 -a quaedam, ut nomina, aut gentem significant, ut 'cuias ...', aut numerum *eqs.* (*postea*: ordinem ..., qualitatem ..., quantitatem). Ps. ASPER gramm. V 550, 28 significatio -um in octo partes divisa est, aut enim personam significant *eqs.*

3 *de -um vi et significatione* (*huc trahere possis nonnulla sub 2, e. g. l. 2*): CHALC. comm. 325 certa -is appellatione. *ibid.* haec ... -a sunt essentiae signa *eqs.* (*sc. 'hoc, illud'. postea*: praesumimus ... uti demonstratione -um eorum, quae sunt essentiae, cum qualitati accommodatis -bus utendum potius sit). DON. Ter. Andr. 263, 1 ('ei') -n hoc vim qualitatis habet et est 'tali, tam bono' (271, 1 magna vis est in -bus [*sim.* Eun. 797, 3 Ad. 697, 2. 934, 1]. SERV. Aen. 2, 657 -a habent v. suam, nonnumquam et emphasin. *al.*). 330, 1 ('ego, Charine') sententiae, quae a -bus incipiunt, ... vera promittunt (*eodem spectat* 582, 1). Hec. 500, 2 ('sibi me') magno pondere legendum utrumque -n (CLAVD. DON. Aen. 1, 35 p. 18, 4. *al.*). DOSITH. gramm. 34, 1 ex his -bus aliquot sunt, quae adverbialiter ... intelleguntur (*item* CHAR. gramm. p. 203, 8 EXC. Bob. gramm. I 561, 9). HIL. trin. 6, 23 (*ad Matth. 3, 17* hic est filius meus) -a ... obtinent in se nominum virtutem. SERV. auct. ecl. 4, 43 sunt quaedam -a, quae addita nominibus faciunt dignitatem, ut ... 'Turnus ego' (*Verg. Aen. 11, 441. cf.* DIFF. ed. Beck p. 65, 27 'ipse' -n dignitatis est, 'iste' abiectionis). CLAVD. DON. Aen. 1, 35 p. 18, 10 intellectus ... -um (1, 45 p. 21, 26). BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 15, 2 -a nec non adverbia in nominis loco ponenda sunt, idcirco quod aliquid significant definitum, ubi nulla est vel passionis significatio vel actionis. *al.*

II *usu novato i. q. appellatio honorifica, quae pro nomine sollemni usurpatur vel ei accedit* (*fortasse per confusionem praeverbiorum cum* praenomen; *in* HIST. AVG. *edd. ubique* praenomen *restituerunt, sed v. Venturi, Boll. di Stud. Lat. 3, 1973, 43 sq.*; pro nomine *legendum est* Ps. TERT. haer. 8 p. 225, 6 [-e *Engelbrecht*]. CIL VI 6813 [*cf. Delehaye, Arch. lat. med. aevi 3, 1927, 28 sq.*]): IREN. 2, 35, 3 'dominus virtutum' et ... 'fabricator' ... unius eiusdemque *dei* nuncupationes et -a *sunt.* HIST. AVG. Opil. 3, 5 *Gordiani* -n tantum Antoninorum habuerunt (Diad. 6, 3 A. -bus honorandos. 6, 5 Marcus ... non -n Antonini sed nomen accepit [*sim.* 6, 6]. *cf.* Heliog. 34, 6 non nomen *Antoninorum* in illis *Gordianis* primum fuit, sed -n). Diad. 6, 4. Alex. 11, 2 si Antonini nomen repudiasti, Magni -n suscipe. FAST. Vind. II chron. I p. 275, 33 Octavianus -n 'Augustum' nomen accepit (*sic; cf. Fast. Vind. I* Augustus n. acc.). REGVLA mag. 2, 2 *abbas* ipsius *Christi* vocatur -e (*respicitur Rom. 8, 15* abba, pater. *item* BENED. reg. 2, 2 [praen- *var. l.*]).

deriv.: pronominalis, pronominativus, pronomino. *Balling.*

prōnōminālis, -e. *a* pronomen. *i. q. ad pronomen pertinens*: PRISC. gramm. III 149, 7 cognita nomina -em saepe exigunt constructionem (*gr. Apollon. Dysc. synt. ed. Uhlig p. 155, 2 τὴν ἀντωνυμικὴν σύνταξιν*). VIRG. gramm. epist. 4, 8, 4 est ... adverbium ablativi cassus -is simile, ut 'illo' ..., sic et 'quo'.

prōnōminātio, -ōnis *f.* *a* pro *et* nominare *sec. gr. ἀντονομασία.* *t. t. rhet. i. q. ἀντονομασία, sc. tropus quidam, quo pro nomine proprio aliud nomen ponitur* (*ad rem v. e. g. Martin, Antike Rhet., 1974, 263*): RHET. Her. 4, 31, 42 -o est, quae sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine non potest (prodest *Hansel*) appellari. DIOM. gramm. I 458, 31 antonomasia est -o *eqs.* (*v. vol. II 190, 83*).

prōnōminātīvus, -a, -um. *potius a* pronomen *quam a* pronominare. *i. q. ad pronomen pertinens*: PRISC. gramm. III 130, 1 cum a propriis *nominibus* ... -ae redditiones fiunt: 'quis est Trypho?' 'ego' vel 'ille' (*gr. Apollon. Dysc. synt. ed. Uhlig p. 102, 5 τὰ ἀντωνυμικὰ ἀνθυπάγεται*).

prōnōmino, -āre. *a* pronomen *formatum sec.* nominare, *quo vertatur gr. ἀντονομάζειν.* *i. q. (nomen) per pronomen significare*: PRISC. gramm. III 141, 21 per quam *relationem* praedicta nomina per recordationem -antur, id est per pronomen significantur (*gr. Apollon. Dysc. synt. ed. Uhlig p. 134, 2 ἀντονομάζεται*).

cf. pronominativus.

pronos- *v.* prognos-. *Bl.*

***prōnuba,** -ae *f.* [*si vocem* in-nuba *'non(dum) nupta' conferre licet,* pro-nubam *patet esse mulierem '(iam) ante nuptam', quae munere quodam fungens nuptiis interest (cf. p. 1916, 1); posteriores videntur esse* Iuno -a *et* pronubus, -um. *Fo.*] *a* nubere *derivatum esse indicat* EVTYCH. gramm. V 454, 17. *gen. plur.* -bum *p. 1916, 17.* -nŭb- *testantur* SERV. gramm. IV 450, 5 (*antea*: nūbere). *al. et usus poetarum* (*cf. etiam Wackernagel, Kl. Schr. II 1282*). [*restituitur* APVL. met. 8, 12, 6 *pro* praen-, *quod in falsa var. l. occurrit* SEN. Med. 37 Oed. 644 Tro. 1133.]

i. quae pro nubente curam agit, ministra nuptiarum, paranympha (*ad rem v. Weinstock, RE XXIII 1, 750 sqq.; gen. indicat nuptias sim. p. 1916, 28 [cf. p. 1916, 69], nuptam p. 1916, 33. respiciuntur sive nuptiae sollemnes sive aliae coniunctiones iis comparandae*): **1** *de mulieribus*: **a** *explicationes*: SERV. auct. Aen. 4, 166 Varro -am dicit, quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est; ideoque auspices deliguntur ad nuptias. FEST. p. 242 -ae adhibentur nuptis, quae semel nupserunt *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 7, 315 p. 50, 28 -ae dicuntur, quae sunt in obsequio nubentis. GLOSS.^{L} IV Plac. p 10 -a est, quae nupti⟨i⟩s praeest, quaeque nubentem viro coniungit (*inde sim.* ISID. orig. 9, 7, 8, *qui addit*: ipsa est et paranympha). GLOSS. *παράνυμφος. προμνήστρια. γαμοστόλος. νυμφαγωγός.* quae sponsam alio ducit aut nuptiis interest. *al.* **b** *exempla usum illustrantia*: SEN. Tro. 1133 thalami more praecedunt faces et -a illi *Polyxenae* Tyndaris. TERT. castit. 13 l. 6 ut virginibus legitime nubentibus univira -a adhibeatur. DON. Ter. Eun. 593, 2 verbum 'collocarunt' ... ascribitur -is (probonis *trad.*). HIST. AVG. Heliog. 10, 5 *imperator viro cuidam* nubsit ... ⟨it⟩a, ut ... -am haberet ([-em *trad.*]. HIER. epist. 123, 17, 1. 130, 5, 3. *cf. l. 29*). PRVD. c. Symm. 1, 256 -a iam gravidae *Liviae* fulcrum et geniale parantur (*multi post* -a *interpungunt, cf. vol. VI 2, 1808, 17, sed v. Blomgren, Eranos 38, 1940, 109 sqq.*). ENNOD. dict. 26, 4 p. 503, 14 (*Menelaus ironice post Troiam exustam*) talibus utere, adulter *Paris,* hymenaeis; his te Alecto ⌞-um⌟ sectatur insignibus (*i. taedis*; ⌞ ⌟ *gen. plur., cf. Dubois, La latinité d'Ennod., 1903, 230; vix acc. sing. masc. maritum significans*). *al.*

2 *de deabus*: **a** *Iunone*: SERV. auct. Aen. 4, 59 ('cui vincla iugalia curae') hanc Varro -am dicit. VERG. Aen. 4, 166 speluncam Dido dux et Troianus eandem deveniunt; prima et Tellus et -a Iuno dant signum ([SERV. quae nubentibus praeest]. OV. epist. 6, 43 *nuptiis nostris* -a I. adfuit et ... Hymen. met. 6, 428. 9, 762 CARM. c. pag. 87. *al. apud poetas*). MART. CAP. 2, 147 deorum -a. *al.* **b** *aliis*: VERG. Aen. 7, 319 sanguine ... dotabere, virgo, et Bellona manet te -a. OV. epist. 2, 117 -a Tisiphone thalamis ululavit in illis (*item de Furiis sim.*: SEN. Oed. 644 Erinyn -am [*plur. var. l.*] thalami [LVCAN. 8, 90]. APVL. met. 8, 12, 6 ultrices habebis -as). CLAVD. rapt. Pros. 2, 362 -a ... Nox (*cf. l. 34*). ANTH. 941, 88 dea -a ..., sancta Fides (*cf. l. 40*).

3 *transfertur ad res* (*sc. per prosopopoeiam; non respiciuntur nuptiae sollemnes nisi l. 34. 36; quos locos una cum l. 39 etiam ad l. 44 sqq. referre possis*): Ps. CYPR. singul. cler. 39 *castitas est* -a sanctitatis et repudium turpitudinis. CLAVD. 8, 644 cum tibi protulerit ... nox -a taedas. carm. min. 29, 38 -a fit natura deis (*Marti et Veneri, quorum coeunt imagines propter vim magnetis*). SIDON. carm. 2, 502 hos thalamos, Ricimer, virtus tibi -a poscit. DRAC. Orest. 451 -a flamma fuit *Euadnes in rogum mariti se proicientis* (*cf. l. 48*). ENNOD. carm. 1, 4, 11 (*in epithalamio; describitur ver*) lex (lux *coni. Vogel*) iungit -a taedas; aura poli ut sponsum germina cuncta facit. *-a est* fides, *sc. in nuptiis spiritalibus*: PACIAN. bapt. 6, 3 (*cf. 6, 1 sq. Christus* hanc *animam* spiritui suo coniunxit ...; et hae sunt nuptiae domini). PETR. CHRYS. serm. 148, 3 ubi init deitas cum ... integritate *Mariae* consortium, ubi est ... f. -a (-i *var. l.*).

inde **prōnubus,** -a, -um *et* **prōnubus,** -ī *m.* **1** *adi., i. q. ad pronubam eiusve officium vel ad nuptias pertinens* (*de rebus praeter l. 51; v. etiam l. 32*): **a** *respiciuntur nuptiae sollemnes*: CIRIS 439 non mihi ... -a ... castos accendet pinus, *i. taeda,* honores ([odores *var. l.*]. SEN. Med. 37. *cf.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 131 -a flamma). TERT. apol. 6, 4 anulo (*cf. l. 71*). CLAVD. carm. min. 31, 54 *utinam puellam* coniugiis ... -a dextra daret. RVST. HELP. benef. 89 convivia. **b** *cetera exempla*: TERT. nat. 1, 2, 9 canes -i (*i. incestum adiuvantes; ad rem v. e. g. Min. Fel. 9, 6*). PACIAN. epist. 3, 3, 2 cunabula -ae pacis (*respiciuntur nuptiae Christi et ecclesiae*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 *in paradiso* temperies maritalis (*v. vol. VIII 399, 71*) ... auras gravidat ..., luxuriatur in frondibus ... fecunditas -a.

2 *subst. masc. (vix neutr. l. 69), i. q. minister nuptiarum, paranymphus* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. AV 103 auspex: -us, *παράνυμφος. vix addas l. 17*): **a** *respiciuntur nuptiae sollemnes*: VET. LAT. gen. 21, 22 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 32, 23) dixit Abimelech et Ochozath -us eius (*gr. νυμφαγωγός, deest in Vulg.; laxius in titulo honorifico de comite regis, ut loco sim.* 26, 26 [*ibid.* p. 42, 13; *gr. ut supra, cod. 91. al.* paranymphus, *Vulg.* amicus]). VVLG. iud. 14, 20 uxor ... eius accepit maritum unum de amicis eius *Samson* et -is. PAVL. NOL. carm. 25, 152 suis nubentibus adstat Iesus -us (*spectat ad Ioh. 2, 1 sqq.*). LVX. anth. 337, 2 *quidam* omnibus ... sponsis -us esse cupit (*cf. tit.* de paranympho). **b** *respiciuntur nuptiae spiritales*: FVLG. aet. mund. p. 170, 24 sacer -us *Gabriel* (*spectat ad Luc. 1, 26 sqq.*). QVODV. prom. 2, 15, 29 Paulus (*spectat ad II Cor. 11, 2*). *de rebus*: Ps. ORIG. tract. 12, 15 *Christus ecclesiae* anulum fidei qua nuptiarum spiritalium -um (-am *trad.*) consignavit. GREG. ILIB. in cant. 1, 8 *osculum Christi* per anulum fidei adest impletum, quod quasi ⌞-o⌟ nuptiarum caelestium accepit ecclesia (⌞ ⌟ *Vega,* -um *Wilmart,* pro novo *al. trad.; loco corrupto suspicari possis anulum -um esse, ut Schulz-Flügel, ed. 1994, 147, coll.* Ps. ORIG. *supra*).

deriv.: pronubo. *Banta.*

prōnubo, -āre. *a* pronuba. *i. q. pronubam esse, munere pronubae fungi* (*non nisi abl. absol.* -ante [*substitutumne pro abl. subst.* pronu- *[Bk.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ba?]): HIER. vita Malchi 6 duco in speluncam ... novam coniugem *vi mihi impositam* et -ante nobis tristitia (moestitia *Migne*) uterque detestamur alterum (*huc referam* GLOSS. -ante: adsistente). EPIST. Bachiar. 1 p. 294, 5 tibi ... angelo -ante dum Christus nupsit, tum inimicus occubuit (*comparatur Tob. 6, 14 sqq.*).

prōnubus *v.* pronuba.

remillo: repando et **prōnulō** GLOSS. (*scrib. etiam* pronullo. *refertur ad Fest. p. 277; sed additamentum Apul. met. 10, 21 comparat editor* GLOSS.^{L} III Abol. RE 30). *a* pronus (*deminutive*).

[prōnumerārius *perperam laudabatur e* NOT. dign. occ. 43, 8, *v. Seeck, Hermes 9, 1875, 235 sq.*]

[prōnumero *falso pro* per- *affertur e* SIDON. epist. 2, 10, 2.] *Bk.*

prōnuntiābilis, -e. *a* pronuntiare. GLOSS.^{L} II Philox. PR 349 -e: *ῥητόν. t. t. philosophiae i. q. ἀξιωματικός* (*cf. p. 1919, 58*): PS. APVL. herm. 1 p. 265 quae *species orationis* -is appellatur, absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam vocat Sergius effatum, Varro proloquium *eqs.* (*sim.* 7 p. 272).

prōnuntiātio, -ōnis *f.* *a* pronuntiare. GLOSS.^{L} II Philox. PR 351 -at⟨i⟩o: *ἀπόφασις, ἀπόκρισις.* 354 -a⟨tio⟩: *προφορά, ὑπόκρισις.* GLOSS. II 242, 22 *ἀπόφασις*: sententia, interlocutio, -o, promulgatio. *legitur saepe apud rhet. et gramm. inde a* RHET. Her. (*maxime apud* QVINT.), *ceterum raro inde a* CIC., CAES., VITR., *saepius apud* TERT., *nusquam in versu; plur. apud* VITR. *p. 1920, 11 et hic illic inde a* TERT., *e. g. p. 1919, 66. 71.*

i. q. actus vel effectus pronuntiandi (*accedit saepius gen. subi. vel obi. [nota l. 44], explicat. p. 1919, 62. 67 [vice versa p. 1918, 11], praepos.* contra *l. 50,* de *p. 1920, 25*): **I** *secundum ius, auctoritatem publicam vel sacram*: **A** *in re iudiciaria* (*e suppl. dubio* LEX repetund. [CIL I^2 583] 53): **1** *pronuntiatur sententia iudicis* (*ad rem cf. p. 1921, 56; in imag. l. 33*): CIC. Cluent. 56 Oppianico re et existimatione iam, lege et -e nondum condemnato. SEN. contr. 7, 8, 7 iudex, quam tulit de reo tabellam revocare non potest; quaesitor non mutabit -em suam. VAL. MAX. 7, 2, 4 *iudex* iudicium -e sua finire *noluit.* PETRON. 80, 7 fulminatus *ego* hac -e (*antea*: commisi ... iudici litem, *i. puero amato. item in imag.*: BOETH. trin. 6, 29 quae *quaestio* utrum recte decursa sit an minime, vestrae statuet -is auctoritas). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 21 si huic -i (*v. p. 1922, 20*) non optemperaverint, sciant *eqs.* QVINT. decl. 260, 5 quaedam sunt, iudices, ad quorum -em oculi sufficiant. 311, 6 fingite ..., iudices, ... *addictum* -e vestra liberum fieri (349, 5). PS. QVINT. decl. 15, 14. 17, 8 -is auctoritas (*syn.* sententia. *cf. l. 34*). TERT. pudic. 14 p. 249, 25 quod *iudex* -e deciderit. MARCIAN. dig. 40, 5, 51, 8 *servus manumissus* post -em pervenit ad libertatem. MOD. dig. 42, 1, 1 res iudicata dicitur, quae finem controversiarum -e iudicis accipit. COD. Theod. 4, 18, 2 nisi cognitor ... iuridica -e signaverit victori causae restitui debere expensas. AVELL. 13, 1 contumacis -o (*sc. eius, qui contumax iudicatus est*). CONC. Carth. a. 411, 1, 10 l. 63 (*loq. Marcellinus tribunus et notarius*) ut ... -um mearum series ... digestis in publico voluminibus explicetur. *al.* *de vi sententiae* (*cf. IIIB*): QVINT. decl. 314, 11 paribus sententiis absolutus est *reus parricidii*; hoc in alio genere causae dubium est, in parricidio vero ... diversam habuit -em. **2** *pronuntiat reus*: QVINT. decl. 314, 6 ego ... confessionem existimo qualemcumque contra se -em.

B *in rebus publicis et militaribus*: CAES. civ. 2, 25, 7 (*antea*: pronuntiari ... iubet *eqs.*) qua -e facta ... omnes ..., quo imperatum est, transeunt. VAL. MAX. 4, 8, 5 iterata ... -e praeconis. COD. Iust. 12, 19, 14, 1 qui liberam proficiscendi licentiam -e commeatus indepti fuerint.

C *in iure privato*: GAIVS dig. 45, 1, 74 (*de genere stipulationis*) certum est, quod ex ipsa -e apparet, quid quale quantumque sit. SCAEV. dig. 27, 1, 37 pr. (*qui testamento tutor datus fuerat, apud praetorem falso argumento se excusat*) non ... esse excusatum propter vitium -is.

D *in religione iud. et christ.*: **1** *pronuntiat deus eiusve prophetae, apostoli, sc. in sacris script.*: VET. LAT. deut. 32, 2 (cod. 300. *al.*) exspectetur sicut pluvia -o mea (*gr. ἀπόφθεγμα, cod. 100* eloquium, *Vulg.* doctrina). TERT. anim. 32, 10 sic et divina -o sapit, pecudibus adaequans hominem natura, non substantia (bapt. 2, 3 FAVSTIN. trin. 1, 11). 35, 5 ut metempsychosi patrocinetur -o domini: '...' ([*Matth. 17, 12*]. bapt. 12, 1 PS. CYPR. ad Novat. 8, 1 LVCIF. Athan. 2, 26 l. 20. *al.*). castit. 6 l. 12 eiusdem dei utraque -o et dispositio est. idol. 4, 4 tota illa -o *Isaiae.* adv. Marc. 1, 2 p. 292, 17 *capitulum* dominicae -is ([*respicitur Luc. 6, 43*]. 4, 39 p. 556, 16 consonantia propheticarum et d. -um. praescr. 4 l. 1 memores simus tam d. -um quam apostolicarum litterarum. *al. apud eundem*). 4, 39 p. 555, 17 conveniunt ... et domini -es et prophetarum (*cf. l. 68*). orat. 22 p. 194, 5 manifesta -o est (*I Cor. 11, 4*): 'omnis' inquit 'mulier adorans ... intecto capite dedecorat caput suum'. adv. Prax. 29 p. 285, 10 adi⟨e⟩cit *Paulus* (*I Cor. 15, 3*) 'secundum scripturas', ut duritiam -is *eius* scripturarum auctoritate molliret. PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1558 testimoniorum numerositate et aperta -e confisus. CONC.^{S} II 3, 1 p. 213, 24 secundum -em divinarum scripturarum (*gr. I 1, 7 p. 98, 15 τὴν διαγόρευσιν, cf. I 5 p. 98, 18* praedicationem, *IV 1 p. 71, 6* declarationem). *al.* *respicitur iudicium aeternum*: TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 538, 21 cum ⌊utriusque⌋ -is diversitas competat creatori (⌊ ⌋ *sc. poenae et salutis*). CASSIOD. in psalm. 108, 7 l. 95 peccatores iustissima -e damnantur. **2** *pronuntiat ecclesia, sc. episcopi sim.*: EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1142^{A} quid ab universis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali -e decernimus. 321 Aug. epist. 181, 1 *ut sedis* huius auctoritate, iusta quae fuerit -o *episcoporum Africae,* firmaretur. *ibid.* 2 -is iustae firmata decretalibus *ecclesia.* 340 Arel. 6 quam *auctoritatem metropolitani* tibi apostolicae sedis -e firmavimus. 349 Migne 20, 758^{A} *ne* posset ... praesentatus episcopali iudicio -is congruae feriri sententia.

II *secundum praecepta artis rhet. et gramm. (musicae sub E); respicitur*: **A** *actio oratoris* (*philosophi l. 33; ad rem v. infra et* PS. IVL. RVF. schem. dian. 8 p. 61, 34 *ὑπόκρισις* ... latine dicitur -o. *cf. e. g. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 353 sqq.*): RHET. Her. 1, 2, 3 oportet ... esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, -em (*in eadem enumeratione partium*: CIC. inv. 1, 9. QVINT. inst. 3, 3, 1 -e sive actione. FORTVN. rhet. 1, 1. *al.; cf. p. 1928, 16*). *ibid.* -o est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate (*sim. definitur*: CIC. inv. 1, 9 -o est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. FORTVN. rhet. 1, 1. *al.*). 3, 11, 19 -em multi maxime utilem oratori dixerunt esse (*cf. e. g.* QVINT. inst. 11, 3, 6 Demosthenes ... -i palmam dedit). *ibid.* dividitur ... -o in vocis figuram et in corporis motum (*cf. l. 19 sq. 35 et* QVINT. inst. 3, 3, 3 indecora vel voce vel gestu -o. *al.*). 3, 15, 27 -em bonam id perficere, ut res ex animo agi videatur. *al.* SEN. contr. 3 praef. 3 -o, quae histrionem posset producere, *inerat Severo Cassio.* VAL. MAX. 8, 10 tit. quantum momentum sit in -e et apto motu corporis (*item distinguuntur* 8, 10 pr.; *sim.* PLIN. epist. 2, 3, 9 altius ... in animo sedent, quae -o, vultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. PS. IVL. RVF. schem. dian. 8 p. 61, 27 cum adversarium gestu et -e extollimus vel abicimus. *al.; cf. l. 48. p. 1919, 13*). 8, 10, 1 *servus* occulte eburnea fistula -is eius *C. Gracchi contionantis* modos formabat aut ... excitando aut ... revocando. SEN. epist. 40, 2 cuius *philosophi* -o ... debet esse composita (*non concitata; v. p. 1181, 43 sq.*). QVINT. inst. 11, 3, 1 -o a plerisque actio dicitur; ... *Cicero* duas eius *actionis* partis facit, quae sunt eaedem -is, vocem atque motum (*v. l. 18 et* MART. CAP. 5, 540). 11, 3, 40 ornata est -o, cui suffragatur vox facilis *eqs.* 11, 3, 154 tria ... praestare debet -o: concilet, persuadeat, moveat. 11, 3, 174 satis apparet accommodandam sententiis ipsis -em. *al.* PLIN. epist. 2, 14, 12 pudet referre, quae quam fracta -e dicantur. 2, 19, 4 recitantium ... praecipua -is adiumenta, oculi manus, praepediuntur. paneg. 67, 1 hunc parentis publici sensum cum ex oratione eius tum -e ipsa perspexisse videor. SVET. Cal. 53, 1 *ei* suppetebant -o quoque et vox, ut neque eodem loci ... consisteret et exaudiretur a procul stantibus. TERT. adv. Hermog. 27, 2 tu supercilia capitis nutu digiti accommodato altius tollens '...' inquis ...; at ego sine ullo lenocinio -is simpliciter respondebo. *al.* *cum acumine de -e diligentiore, pleniore sim.* (*cf. p. 1919, 3*): QVINT. inst. 2, 15, 22 (*definitio quaedam rhetoricae*) *vis eloquendi* cum ... quodam corporis habitu et eorum, quae dicet, -e. FORTVN. rhet. 3, 20 omnibus verbis -em accommodabo? ... necessariis.

B *lectio, actio recitantis* (*sibi legentis* VITR.; *-o pars est lectionis adhibeturque ad eam explicandam, v. vol. VII 2, 1082, 57 sqq.; definitur* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 188, 17 -o quid est? scriptorum secundum personas accommodata distinctione similitudo, ut puta cum ... iuvenis protervitas ... ostendenda est [*sim.* DIOM. gramm. I 436, 19. *al.*]): VITR. 5 praef. 1 *aliter ac in opere de architectura* versuum -o prolectando sensus legentium perducit sine offensa ad ... terminationem. QVINT. inst. 8, 6, 54 -e intellegitur *ironia* (*de qua v. vol. VII 2, 382, 2 sqq. 12. 14 sqq. al.*). APVL. apol. 82, 8 si, quae simulationis causa dicta sunt, adseverantis -e quam exprobrantis legantur. TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 371, 13 sonus -is ... non dubitativum sed comminativum exprimens sensum. 5, 11 p. 612, 27 quosdam sensus ambiguitatem pati posse de sono -is aut de modo distinctionis (*cf.* AVG. doctr. christ. 3, 14 *ambiguitas* ad -em pertinens. *sim. al.*). PORPH. Hor. epod. 9, 13 ('spadonibus servire') adiuvandum hoc -e, ut ... indignatio ... exprimatur (sat. 1, 1, 95 DON. Ter. Ad. 46, 3. *vice versa*: DON. Ter. Hec. 504, 3 *'nobis'* aut abundat aut significatu adiuvat -em). epist. 1, 19, 42 cum pondere -is adferre *nugas* (*cf.* SACERD. gramm. VI 458, 14 verbi repetitio cum impetu -is [*sim. al.*]. DON. Ter. Andr. 867 cum ingenti -e. Hec. 431, 4 cum sua -e [CLAVD. DON. Aen. 1, 190 p. 42, 32]. *v. et p. 1919, 4*). DON. Ter. Andr. 327, 5 'dabo ...' -e levandum est; plus enim dixit *eqs.* Eun. 171, 1 '...' hic duplex -o est: vel per interrogationem vel per invidiosam exprobrationem. Phorm. 937 -e hoc quadam suspenditur (*cf.* -em suspendere: SERV. Aen. 7, 278. AVG. c. Faust. 21, 2 p. 569, 26 '...'; suspendunt -em ac tunc inferunt: '...'. *sim.* DIOM. gramm. I 428, 5 -is terminus ... suspenditur *per subdistinctionem*). HIL. in psalm. 138, 43 illud *EPEIΣ* in -e distinguitur, ut aut 'dicis' intellegatur aut 'contentio'. AVSON. 27, 5a (400 S.), 24 nisi haec a

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis missa ipse lecturus esses, etiam de -e rideres. SERV. Aen. 6, 861 hunc librum tanta -e Augusto ... esse recitatum, ut *eqs. al.* *cum acumine* (*cf. p. 1918, 46*): PORPH. Hor. sat. 1, 3, 2 subdistinguendum 'cantare' et sic inferendum 'rogati' cum -e, quia significat 'etiam rogati' (epist. 2, 1, 117. DON. Ter. Andr. 102, 1 cum -e 'placuit'. Eun. 188, 2 cum -e et gestu. CLEDON. gramm. V 24, 13 lege cum -e. *al.; cf. p. 1918, 65 sqq.*). AVG. in psalm. 9, 30 sensus iste -em quaerit, *ne obscuretur.*

C *actio scaenica* (*per comparationem oratoris apud* QVINT.; *cf. p. 1918, 26, aliter p. 1920, 11*): QVINT. inst. 6, 1, 26 ut scaenicis actoribus eadem vox eademque -o plus ad movendos adfectus sub persona valet. 6, 2, 35 sola -o ... accendit affectibus *actorem.* 11, 3, 5 tantum -o potest, ut iram, lacrimas, sollicitudinem adferat. SACERD. gramm. VI 519, 17 velociori -e *comoediae.* DON. de com. 5, 3 comoedia ... in gestu et -e consistit.

D *usus loquendi, latinitas*: **1** *metonymice: de singulis dictionibus, formis*: VAL. MAX. 7, 4 pr. cuius *militaris calliditatis* opera, quia appellatione latina vix apte exprimi possunt, graeca -e strategemata dicantur (SCHOL. Stat. Theb. 5, 738 *Opheltes* postea Archemorus nominatus est g. -e sermonis). PROB. inst. gramm. IV 85, 11 *fem.* 'militaria' secundum Sallusti -em facere prohibetur (*cf. 85, 5* dixit Sallustius 'homo militaris'). CHAR. gramm. p. 60, 10 nomina ... simili -e, intellectu dissonantia, velut decorus, sonorus (*eadem oppositione*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 492, 30 nomina -e singularia, i. pluralia, ut plebs. 492, 35). SERV. ecl. 7, 9 'ades' alii pro imperativo accipiunt, cuius -o similis est indicativo. MART. CAP. 3, 323 apparet geminam esse -em (*sc. 'scibo' et 'sciam'*). *de quolibet enuntiato*: DOSITH. gramm. 14, 1 oratio est ore emissa et per dictiones ordinata -o (*gr. ἐκφώνησις. item fere* CHAR. gramm. p. 193, 4. *al.*). *de sono litterarum*: PRISC. gramm. II 6, 25 elementa proprie dicuntur ipsae -es, notae autem earum litterae (*cf.* PS. PRISC. gramm. III 519, 14 elementa litterarum sunt ipsae -es). 7, 7 sunt ... figurae litterarum ... viginti tres, ipsae vero -es multo ampliores. 9, 2 potestas *litterae est* ... ipsa -o. **2** *de actione pronuntiandi verba, syllabas, litteras* (*e suppl. dubio* LIV. 22, 13, 6): FORTVN. gramm. VI 279, 11 quae (*sc. l, m, n, r*) ... in -e ... liquescant ..., ut positione longam facere non possint (CHAR. gramm. p. 5, 13 AVDAX gramm. VII 326, 11). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 29 non parum temporis in mora -is occupabunt *tres consonantes.* 193, 28 cum duo verba quasi in unum -e colligimus (*per hyphen ut*: DOSITH. gramm. 4, 5 [*gr. ἐκφωνήσει*]. DIOM. gramm. I 435, 2 in una -e. *al.*). DON. gramm. mai. 3, 1 p. 653, 5 barbarismus fit duobus modis, -e et scripto (*cf.* 654, 11 *barbarismum per adspirationem factum* quidam scripto, quidam -i iudicant adscribendum. CHAR. gramm. p. 350, 25 dictio vel -e vel scriptura aliqua sui parte vitiosa. *sim. al.*). CHAR. gramm. p. 356, 27 cacenphaton est ... unius verbi obscena -o (*item* DIOM. gramm. I 450, 34. 451, 1. *cf. vol. V 2, 620, 62*). HIER. in Ier. 4, 2, 4 'abanim' ... pro qualitate loci et diversitate -is et 'organum' ... vocatur et 'lapides'. CLEDON. gramm. V 33, 22 *quaedam disyllaba* in -e accentus ad ultimam transferunt. 52, 28 -o illud discernit (*sc. 'hic' adverbium aut pronomen. cf.* POMP. gramm. V 208, 2 *neutr. et masc. 'idem'* temporibus et -e discernitur). POMP. gramm. V 286, 31 *'ti' syllaba* non debet ... a -e accipere *sibilum.* CASSIOD. inst. 2, 1, 2 p. 95, 6 accentus est vitio carens vocis artificiosa -o. *al.*

E *musica*: CHALC. comm. 44 p. 92, 17 (*suppletur sec.* FAV. EVL. 22, 2) *systemata* ipsa constant ex certo ⟨con⟩tractu ˻-is˼, quae dicuntur diastemata (˻ ˼ *sc. -is soni acutioris graviorisque, cf. Cens. 10, 3*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 14 musici ... per circuitum longius extentae -is tam longis longiores *syllabas* quam rursus per correptionem breviores brevibus proferunt. MART. CAP. 9, 973 *περίπλεα tempora sunt,* quae ... se ... ipsa tardiore -e suspendunt.

III *exempla cetera*: **A** *notione communi significatur*: **1** *id quod pronuntiatur, sententia, dictum*: **a** *ἀξίωμα* (*fere sec. artem logicam*): CIC. fat. 26 quid est, cur non omnis -o aut vera aut falsa sit? ARNOB. nat. 3, 40 *a Nigidio aliisque* nihil concinens dicitur, nihil una -e finitur nec est aliquid fidum, quo insistere mens possit. DON. Ter. Eun. 178, 1 completae sententiae -em, quod *ἀξίωμα* nominabatur. PS. AVG. quaest. test. 91, 11 istud (*sc. Ioh. 1, 1 sq.*) et rationi convenit et -o integra est. **b** *responsum medici vel mathematici* (*cf. p. 1926, 26. 43*): PS. QVINT. decl. 8, 3 de tam perdita *medicorum* -e non querimur. FIRM. math. 2, 15, 6 ut omnem substantiam fati verissimis -bus explicemus. 8, 1, 9 cum sciverimus totum hoc nobis decreti -e promissum. 8, 18, 1 apotelesma fideli ... -e proferri. **c** *varia*: TERT. praescr. 10 l. 19 et Valentinus proponit 'quaerite et invenietis'; ... et Apelles hac me -e pulsabit. test. anim. 5 p. 141, 11 *num* credendum est ante litteraturam ... mutos ab huiusmodi -bus homines vixisse? nemo deum ... loquebatur? PS. TERT. haer. 4 p. 221, 21 novitate quadam -is vult *Heracleon* videri alias sentire *ac Valentinus.* VET. LAT. Marc. 12, 15 (cod. 1) *Iesus* sciens eorum *Pharisaeorum* fictam -em (sictam -em *trad.; gr. ὑπόκρισιν, cod. 3. al.* simulationem, *5. al. et Vulg.* versutiam). ARNOB. nat. 5, 37 'in nemore ... flores Proserpina lectitabat ⟨virago⟩'; integrum adhuc istud est et recta -e prolatum (*sc. non allegorice*). PEREGR. Aeth. 43, 5 orationes ... tales -es habent, ut et diei et loco conveniunt (*sim.* 47, 5). CLAVD. DON. Aen. 3, 530 p. 335, 20 confirmatio ... et plenissima -o, qua additur '...'. 3, 540 p. 336, 6 -e ... duplici atque diversa utramque -*em* fecit incertam (EVGRAPH. Ter. Haut. 8 duplex hic -o est: 'qui scripserit et cuia graeca sit'). RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 6 -em iniquitatis, id est confessionem peccati (*ad p. 1927, 38 ut* CASSIOD. in psalm. 37, 19 l. 353 ecce -o sancti viri, ecce vera confessio. *ibid.* l. 355). GLOSS. III 381, 8 -es praeceptoris (*gr. ὑποκρίσεις καθηγητοῦ*). *al.*

2 *actio pronuntiandi*: VITR. 5 praef. 4 *poetae comici* intercapedinibus (*i. canticis chori*) levant actorum -es (*cf. p. 1926, 53*). VLP. dig. 50, 16, 195 pr. -o sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur. TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 551, 17 ipsam vim et vocis et -is et distinctionis exceperant *coram audientes Iesum.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 7, 4 (*3* quem ... creditis, deum profiteri ... voce non vultis) date ... vos nobis credulitatem ..., et -em vobis nos concedemus vocis (*Migne gr. 36, 437*^{D} *τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν*). CEREAL. 14 p. 764^{A} loquebantur apostoli quemadmodum dabat eis -o, spiritus dabat apostolis quemadmodum loquebantur (*cf. act. 2, 4*). RVSTIC. Conc.^{S} II 3, 1 p. 93, 2 (*sim.* rec. ant.) ex memoria recitavit tenorem epistulae ...; post -em praedictae epistulae *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 113, 14 τὸ ἀπαγγεῖλαι*). DIFF. ed. Beck p. 46, 31 (*sim.* ed. Uhlfelder 250) consilium cogitatio est, sententia consilii -o.

B *vi aucta fere i. q. notio, significatio* (*cf. p. 1917, 46*): ZENO 1, 59, 1 simplex ... vocabulum *est Isaac,* sed multiplex -o. MACR. exc. gramm. p. 24, 5 *indicativus* habet absolutissimam ac perfectam de re, quae agitur, -em (*sim.* gramm. V 611, 2). PRISC. gramm. III 135, 12 nomina infinita ..., si generalem habent -em, ... geminantur, *ut e. g. 'quisquis'* (rhet. 3, 11 p. 553, 27 [*gr. p. 8, 16 ἀποφάνσει*]).

compos.: cf. adpronuntiatio.

***prōnuntiātīvus,** -a, -um. *a* pronuntiare (*cf. e. g.* DIOM. gramm. I 338, 25 *modus* -us, quo pronuntiamus).

t. t. gramm. (philos. l. 45); respicitur: **1** *modus verbi*: **a** modus -us: SACERD. gramm. VI 432, 18 modi verborum sunt quinque: -us, quem quidam indicativum vel finitivum dicunt. *al.* (*v. e. g. vol. VII 1, 1144, 40 sq.*). **b** *solum ponitur* (*hic illic* modus *intellegi possit, omnibus locis* verbum): DON. Ter. Phorm. 247 -um pro coniunctivo (posuit *add. Schoell, sed item sine verbo*: 681, 4 SERV. auct. Aen. 3, 666. 11, 142). 341, 4 ('ille ringitur, tu rideas') -o coniunctivum miscuit. CHAR. gramm. p. 354, 11 -um pro subiunctivo ponitur (SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 463 -um pro adiunctivo posuit). SCHOL. Hor. epod. 1, 32 ('paravero') est -um futuri temporis.

2 *genus sententiarum* (*cf. p. 1919, 58*; GLOSS. -um: *ἀποφαντικόν*): DON. Ter. Hec. 660, 1 ('quam ob rem redducam?') firmior conclusio facta est per interrogationem, quam si esset -a. PS. AVG. categ. 8, 55 genus *ἀποφαντικόν,* id est -um (*postea*: ipsum ... -um, quod diximus *ἀποφαντικόν,* aut falsum est aut verum). ISID. orig. 2, 21, 15 sententiarum species multae: aliae enim sunt indicativae, aliae sunt -ae (*vix distingui expectes, latet confusio Isid. vel codicum*).

*?***3** *usus loquendi*: CHAR. gramm. p. 237, 6 usu -o (*loco corrupto*).

adv. **prōnuntiātīvē.** *i. modo pronuntiativo* (*spectat ad 2 supra*): DON. Ter. Ad. 26, 4 ('Storax non rediit') hoc alii interrogative, alii -e proferunt; sed magis -e dicendum. Phorm. 57, 6 (*57, 4* et pronuntiantis et interrogantis potest esse) -e magis quam percontative efferendum est. SCHOL. Pers. 3, 52 aut interrogative aut -e legendum (*postea*: magis -e). ORIG. in Matth. ser. 118 p. 251, 12 sq. (*opp.* dubitanter).

prōnuntiātor, -ōris *m.* *a* pronuntiare. *de origine v. l. 72. significatur qui pronuntiat*: **1** *tractando, praedicando*: CIC. Brut. 287 Thucydides ... rerum gestarum -r sincerus et grandis etiam fuit; ... forense ... non tractavit genus. VET. LAT. act. 17, 18 (cod. 51. *al.*) *Athenienses* dicebant: 'novorum daemoniorum videtur -r esse *Paulus*' (*gr. καταγγελεύς, cod. 5. al. et Vulg.* adnuntiator). AVG. c. adv. leg. 1, 15, 23 -r doctus (*opp.* calumniator indoctus). de mend. 10, 17 p. 437, 1 licet ... narratori aut -i rerum temporalium ad aedificandam religionem ... pertinentium occultare *quaedam.* in psalm. 118, serm. 32, 5 ('pronuntiabit lingua mea eloquia tua') -r eloquiorum dei (*cf. 4* vult docere). **2** *recitando, declamando*: FRONTO p. 14, 15 meae ... orationi M. Caesar actor contigit et -r tuaque ... voce audientibus placui. AVG. epist. 101, 3 *intervalla silentiorum dimensa* sentiri nequeunt, nisi auditorem -r informet. de serm. dom. 2, 2, 5 sunt ... hypocritae simulatores tamquam -es personarum alienarum sicut in theatricis fabulis. CASSIOD. hist. 9, 38, 25 lectores et psalmi -es (*Socrat. 5, 22, 49 ἀναγνῶσται καὶ ὑποβολεῖς. item de clericis*: ISID. orig. 7, 12, 25 *lectores* etiam et -es vocantur, quod porro adnuntiant).

prōnuntiātum *v.* pronuntio.

prōnuntiātus, *sc. dat., abl.* -ū *m.* *a* pronuntiare. *i. q. actus pronuntiandi: respicitur sonus*: GELL. 4, 17, 8 *prima syllaba vocis*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'subiicit' redditur positione longa proptereaque et numerus in versu et ratio in -u manet. 15, 3, 2 quo fieret vox -u adituque lenior. POMP. gramm. V 284, 29 sq. omnis barbarismus fit modis duobus, aut -u aut scriptu: -u, si addas litteram *eqs.* (*eadem oppositione*: 285, 5. 286, 2 illud quaeritur, ... cui rei dabitur hic barbarismus, scriptu aut -u. 286, 4). *respicitur res*: IVLIAN. in Os. 13, 9 l. 151 ('dabo tibi regem ... et auferam') sub futuri temporis -u utrumque *regem* significavit.

prōnuntio, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* nuntiare (*cf.* VARRO ling. 6, 58). *scribitur* -non- *in* LEGIBVS repetund. (CIL I² 583) 42. 47. 54 *incertisque ibid.* 595, 1. 596, 7; -nunci- VET. LAT. psalm. 70, 15 *et* 17. *al.* (cod. 303). CONC. Aurel. a. 538 p. 120, 159 (*cod. C saec. VI/VII*). *al.* NOT. Tir. 25, 94. *de notione* (*v. et l. 60. p. 1926, 55. 1927, 48*): SYNON. Cic. p. 429, 18 iudicat. decernit. statuit. interloquitur. -at. fert sententiam. DIFF. ed. Beck p. 50, 10 decernit magistratus, -at iudex. GLOSS. II 242, 24 *ἀποφαίνομαι*: -o, decerno, sententiam dico. 301, 14 *ἐξαγγέλλω,* enuntio, -o. GLOSS.^{L} II Philox. PR 350 -at: *ἀποφαίνεται, προαγγέλλει.* 352 -o: *προαγγέλλω.* III Abol. PR 63 -at: sententiam dat. *legitur in oratione soluta inde a* LEGIBVS repetund. *al.,* ASELL., RHET. Her., CIC. (*vocem non exhibent* BELLA Alex., Afr., Hisp. [*sed frequentat* CAES.], SALL., VELL., PETRON. *al.*), *in versu non nisi* COMM. apol. 393. [*confunditur in codd. e. g. cum* denuntiare CIC. Phil. 4, 10 (*v. etiam p. 1925, 3*), praenuntiare VIR. ill. 51, 4 (*restituitur p. 1925, 13; ceterum v. p. 738, 54 sqq.*), renuntiare HIL. in Matth. 16, 1 (*cf. p. 1923, 70*).]

i. q. nuntiando proferre, propalam declarare, rite enuntiare sim. (*sc. verbis praeter l. 49 et IIB; accedere possunt colores secundarii, maxime decernendi sub IA1a et 2, iubendi, constituendi sub IB1 et 2 et e. g. p. 1924, 58. 1925, 17, promittendi e. g. p. 1924, 15. 65, appellandi sim. [iuxta acc. praedic., v. l. 32]; illustratur vis praeverbii per adv.* palam *l. 74. p. 1922, 36. 1924, 3. 61. al.,* aperte *p. 1925, 40. 1929, 46. al.; -antur futura p. 1925, 7. 53. 1926, 38. 1929, 54. al., ut hic illic de confusione cum* praenuntiare *cogites, maxime p. 1925, 41. 59. 1929, 57*). *indiculus structurarum: accedit acc. obi. passim* (*c. praedic. p. 1922, 56. 1923, 72. 1924, 41. 1925, 63. 1926, 20. al., subaudiendo vel pro eo positis aliis struct. p. 1924, 43. 1925, 63. 1926, 45*), de *c. abl. p. 1922, 35. 1923, 11. 1926, 36. al. (alias praepos. v. maxime l. 51. p. 1922, 42), adv.* ita, ut *sim. pro obi. e. g. p. 1922, 9. 1924, 2 (cf. l. 64. p. 1922, 2. 19. al.), oratio recta p. 1922, 18. 74. 1924, 37 et saepe; pro obi. ponuntur struct. verbales: inf. et acc. c. inf. passim* (*e. g. p. 1922, 1. 1923, 45 sq. 1924, 52; c. gerund. p. 1922, 7 et e. g.* LIV. 45, 32, 2. SENT. procos. Sard. [CIL X 7852] 6; *praepos.* de *et inf. p. 1925, 59*), *enunt. secund., sc. interrog. p. 1922, 33. 1923, 34 sq. 1924, 3. 28 sqq. 1927, 72 sqq. al., fin. p. 1922, 29. 1924, 10. 36. 49. al.* (*sine coniunctione p. 1924, 9 et* APVL. met. 10, 7, 1; *cf. p. 1922, 21*), quia *p. 1925, 42 et* AMBR. fug. saec. 8, 50, quod *p. 1923, 17. 1925, 17 et* LACT. epit. 32, 5 AMM. 17, 5, 8. *al.,* quoniam *p. 1925, 32 et* ORIG. in Matth. ser. 112 p. 233, 31; *absolute adhibetur variis coloribus imprimis l. 61. p. 1925, 60. 1926, 29. 53. 1928, 8. 12. 48. indicatur, cui -etur, per dat. p. 1922, 28. 1923, 53. 1927, 27 et saepius, cf.* ad *p. 1924, 44 et e. g.* TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 18.

I *de eis, qui fere legitime, auctoritate publica vel sacra muniti edicunt* (*signis indicant p. 1923, 11 sqq. 28. 37. al.; de rebus l. 57. p. 1923, 10. 1925, 40. al.; per imag. de privatis sub A2; cf. Kunkel-Wittmann, Staatsordnung und Staatspraxis, 1995, 181 sq.; indicatur, ubi vel unde -etur, per praepos.* apud *p. 1923, 7. 1924, 13,* de *l. 74,* in *c. abl. l. 63. p. 1922, 22. 1923, 53. al.,* pro *l. 63. p. 1924, 35*): **A** *in re iudiciaria sim.* (*ad rem cf. Wesener, RE Suppl. IX 1241 sqq.; de iuris dictione ecclesiae v. sub D2c; accedit abl.* sententia *l. 63. 71. p. 1922, 5. 1923, 21,* iudicato *p. 1923, 39, cf.* de [ex] sententia *l. 69. p. 1922, 8. 29*): **1** *proprie*: **a** *-at magistratus vel iudex, arbiter* (*aequitas, praeiudicium p. 1922, 23. 48; respicitur fere sententia prolata, sed iudicium dandum l. 75; distinguitur praetor sim. -ans ab iudicantibus e. g. p. 1922, 4. 17. 28 sq.; ad notionem cf.* VLP. dig. 50, 16, 46 pr. promiscue ... et '-asse' et 'statuisse' solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi): **α** *-are aliquid* (de *aliquo p. 1922, 35*) *vel absolute* (*e. g. p. 1922, 32. 45. 53, pass. impers. p. 1922, 12 sqq.*): ① *usu vario*: LEX repetund. (CIL I² 583) 42 *praetor* ⟨c⟩oram ⟨iudici⟩bus in contione pro rostris sententia ita -ato fec⟨isse ...⟩ (*suppleas* videri*? cf. enim* CIC. Verr. II 5, 14 f. v. -at. ac. 2, 146 quae ... iudices cognovissent, ut ea non ... esse ... facta, sed ut v. -rentur. ORAT. imp. Claud. [Chart. lat. ant. X 418] 3, 8. *cf. p. 1922, 5. 1923, 13. al.*). 47 *si pars se non posse iudicare* deixerit, praetor ... ita pronon⟨tiato: 'amplius' *eqs.*⟩ (*[si recte suppl. Lintott, 1992]*. CIC. Verr. II 1, 26 poterat ... 'a.' -ari. Brut. 86 cum consules re audita 'a.' de consili sententia -vissent. *cf. p. 1922, 35*). 54 ex qua sorti -arit (*uniuscuiusque sententiam*). LEX agr. (CIL I² 585) 39 *magistratus* id sententia ⟨-ato, quod eius⟩ rei ioudicandae maxsume verum esse commperrit. CIC. Verr. II 1, 75 quod -tum est, non per Neronem *pro consule* iudicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur; condemnatur enim ... Philodamas. 2, 94 palam de sella ac tribunali -at, si quis ... Sthenium ... reum facere vellet, sese eius nomen recepturum (*item c. [acc. c.] inf. passim, e. g. l. 8. p. 1921, 64 sqq.* CIC. off. 3, 66 iudex ita -vit ... damnum praestari oportere [*antea*: sententiam dixit]. LIV. 4, 15, 1 *dictator in contione* Maelium iure caesum -vit. SEN. contr. 9, 2, 10 iudicaverunt equites ..., praetor *te* damnatum -vit. SENT. centur. [Chart. lat. ant. V 280] 10 sent⟨en⟩tia⟨m dixit, qua⟩ sententia -vit videri sibi *eqs.* PLIN. nat. 9, 121 *iudex sponsionis* victum ... Antonium -vit. APVL. met. 10, 28, 5 *praeses ream* bestiis obiciendam -vit). 2, 100 decem tribunos plebis hoc statuisse idque de omnium sententia -tum esse, non videri *eqs.* Caecin. 69 si aliter -tum est, ac Mucio *iuris consulto* placuit (*antea*: iudicatum est. *item pass. agente non indicato*: 79 quibus quidque verbis actum -tumque sit. CAEL. Cic. fam. 8, 2, 1 certe, inquam, absolutus est; ⟨me praesente clare⟩ [repraesentare *codd.*] -tum est. SEN. contr. 1, 3, 2 lata est sententia, -tum est, damnata es. 2, 3, 12 quasi iam -tum sit [*antea*: inter res iudicatas]. *al.*). fin. 2, 36 cum sententiam -ant *iudices* (CAES. Gall. 6, 44, 2 de Accone ... graviore s. -ta ... supplicium sumpsit. VAL. MAX. 8, 2, 3. SVET. Dom. 11, 2 tristiorem. *cf. p. 1923, 33*). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 3 *praetor* leges ignorans -vit, quid singuli ordines iudicassent, et ad extremum ... 'non redigam *pecuniam*' (*pendet or. recta ut p. 1921, 68.* VAL. MAX. 5, 8, 3 *Manlius permittente senatu domi iudicans* auditis testibus ita -vit: '...'. SENT. procos. Sard. [CIL X 7852] 4 Helvius ... caussa cognita -vit: '...'. VLP. dig. 42, 1, 59, 2 *qui* ita -ant 'usurae ... praestentur' [ut pr. *F*^{1}]. *al.*). LIV. 3, 36, 8 iudicia domi conflabant *decemviri,* -bant in foro. VAL. MAX. 7, 7, 4 si ipsa aequitas hac de re cognosceret, potuitne iustius aut gravius -are? EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050) 20 cetera ... statuat -etque, ipsi *inquirenti* permitto. SEN. benef. 3, 10, 3 (*in comparatione*) his *beneficiis non redditis* quae -bitur poena? (QVINT. decl. 365, 1 [*cf.* 365, 8 si duo *iudices* ignominiam -rent, duo exilium, duo mortem. *al. ibid.*]). dial. 3, 19, 2. 9, 3, 4 (*cum contemptu quodam*) praetor adeuntibus adsessoris verba -at. ASCON. Mil. p. 36, 1 Domitius *quaesitor* ex sententia iudicum -vit, ut ex servorum ... numero accusator quot vellet, ederet (PAVL. dig. 34, 2, 35, 1 praetor ita -vit, ut materia *auri* praestetur. *cf. l. 21*). QVINT. inst. 5, 13, 5 apud eos ... iudices, qui nulla certa -andi forma tenentur. decl. 300, 2 *iudici* -are licet, utrum voluerit (*item c. enunt. interrog.*: 330, 5. VLP. dig. 41, 2, 35 ut prius -et iudex, uter possideat. *cf. l. 17*). *al.* ⑪ *per praepos. indicantur partes vel causa*: de: CIC. Verr. II 1, 74 ut de Philodamo 'amplius' -retur. LIV. 40, 24, 2 nihil ... palam gravius -tum de eo *Demetrio* (VAL. MAX. 9, 12, 7. MARCIAN. dig. 20, 1, 16, 4 de ... fructibus). SEN. contr. 7, 1, 23. 9, 2, 4 ad arbitrium meretricis de reis -asti. QVINT. inst. 5, 2, 1 cum de eadem causa -tum est (*al.* EDICT. imp. Carac. [Inscr. Maroc. Gascou 100] 7 de quibus *c.* -tum est provocatione non secuta). *al.* PLIN. epist. 6, 31, 12 se ... de calumnia -turum *esse* (PAPIN. dig. 48, 1, 10). *al. praepos. aliae*: QVINT. inst. 4, 1, 18 *quibusdam iudicibus est* ambitus adversus amicos aut pro iis, quibuscum simultates gerant, -andi (decl. 313, 7 SCAEV. dig. 45, 1, 122, 6. PAPIN. dig. 49, 1, 23, 2 de bonis. *al.; cf. etiam p. 1923, 37 sq.*). 4, 2, 66 ut secundum id -et *iudex,* quod sciet narrare te noluisse (PLIN. epist. 5, 1, 4 s. matrem. MAVRIC. dig. 49, 14, 15, 4 s. possessorem. VLP. dig. 4, 3, 24 s. libertatem. *al.*). decl. 246, 1 eventus proximae causae satis videri potest etiam in hanc ... -asse (TERT. nat. 1, 3, 2 ut ita -retur in nos: 'illum homicidam ... ad bestias dari placet'. *cf. p. 1923, 40*). 266, 8 si merito damnatus sum, si quid tale, quale contra me -tum est, feci (306, 30. SVET. rhet. 30, 1 ab iis, c. quos -bat, ... e tribunali detractus est. GAIVS inst. 4, 166 c. eum de possessione. PAVL. dig. 40, 12, 24, 3 c. libertatem. *al.*). 300, 3 ut -are pro te necesse esset (HERMOG. dig. 40, 1, 24 pr. pro libertate. *al.; cf. l. 43*). COD. Theod. 4, 11, 2 super huiusmodi actionibus.

β *-are aliquem* (*praeter l. 68; praevalet struct. pass.*): ① *notione communi, sc. accedente praedicativo* (*part. vel gerund. ad acc. c. inf. traximus, e. g. l. 3 sq. 7 supra*): APVL. met. 3, 1, 3 qui *iudex* me trinae caedis cruore perlitum ... innocentem -are poterit. MARCELL. dig. 40, 14, 1 si libertus ... ingenuus -tus esse dicetur (SCAEV. dig. 12, 6, 67 pr. *al.*). VLP. dig. 9, 4, 42 pr. si *is* ... servus fuerit -tus, ... si liber (PAVL. dig. 15, 1, 52 pr. *al.*). COD. Theod. 9, 12, 2 dominum non placet morte servi reum homicidii -ari (AMM. 19, 12, 10 ut *Parnasius* -retur capitis reus. *al.*). *al.* (*apud iuris consultos*). ② *abiit in notionem damnandi* (*breviloquentia quadam, cf. enim l. 7. 49*): TERT. apol. 46, 4 *philosophi* in principes latrant ... et facilius statuis ... remunerantur, quam ad bestias -antur (PASS. Perp. 6, 6 nos universos ⟨-at et damnat⟩ ad b. [⟨⟩ *gr. καταχρίνει*]. *per argumentum a contrario pro obi. est res*: TERT. resurr. 16, 4 nec calicem *venefici* damnari ... nec gladium *homicidae* ad b. -ari).

b *-ant partes et testes aliquid pertinens ad causam* (*cf. p. 1923, 15. 28. 1927, 51*): RHET. Her. 2, 7, 10 quae falso in quaestione *per tortorem habita* -rentur. CIC. S. Rosc. 129 quae ... mihi ipsi ... intolerabilia videntur, ... ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore -o: ... haec a Chrysogono ... quaero, primum *eqs.* Cluent. 73 Cannutio *patrono* ... placuit repente -are 'dixerunt' (-ari *var. l., ut spectet ad B3*). CAES. Gall. 7, 20, 8 *Vercingetorix a suis proditionis insimulatus* 'haec ut intellegatis', inquit 'a me sincere -ari,

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

audite Romanos milites'. 7, 20, 10 *servi* iam ante edocti, quae interrogati -rent. SEN. contr. 2, 3, 7 (*loq. reus*) non -bo ante supremum *diem* (*in eadem re*: 2, 3, 10 audacter, quid sis facturus, -a). QVINT. inst. 5, 11, 44 testis et quaestio ... de ipsa re, quae in iudicio est, -ant (re- *var. l.*). decl. 365, 4 'plures *iudices*', inquit *reus,* 'me mori noluerunt'; quid igitur velint, -es oportet. APVL. apol. 94, 7 mea voce -bo *litteras proconsulis.* NEMES. Cypr. epist. 77, 2, 1 quid nos ... apud praesidem dicere deberemus, prior apud acta proconsulis -asti (*cf. e. g. Pass. Cypr. rec. I p. 12, 7*).

2 *imagine iudicis sententiam dicentis fere servata transfertur ad quemlibet decernentem* (*exempla potiora; -ant res l. 23. 33. 37. al.*): **a** *accedit praepos.* de: de se (de causa sua *l. 15*) -are, *sc. actione quadam*: CIC. Pis. 97 (*antea*: sententiae damnationis tuae) cum ea *folia laureae* abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te 'fecisse videri' -visti (*cf. p. 1921, 64*). QVINT. inst. 5, 6, 3 *ostendit litigator,* qui nullo deferente iurare sit paratus, ... *se* ipsum velle de causa sua -are. AMBR. paenit. 1, 2, 7 (*antea*: se sua damnat sententia) non vindicando *ius* ... ipsa de se -at *haeresis,* quod ... ius sibi vindicare non debeat sacerdotale (HEGES. 2, 1, 2 p. 130, 9 praereptorem ... imperii de se ipso -asse, q. non mereretur ... in regnum substitui). RVFIN. Orig. in Rom. 1, 22 l. 63 de se ... -at quis, cum de his, quae ipse committit, alium punit. *exempla cetera*: CIC. fin. 2, 37 *ratio* omnium *virtutum* sententiā -bit ... de voluptate, nihil esse ei loci ..., ut *eqs.* SEN. benef. 1, 10, 3 idem semper de nobis -are debebimus, malos esse nos. epist. 26, 6 mors de te -tura est (*utrum fortis sis necne*). 70, 11 non possis ... de re in universum -are, ... occupanda sit *mors* an exspectanda (QVINT. inst. 11, 2, 44). 124, 4 ut de bono -et sensus (*antea*: datur ... sententia). PLIN. nat. 7, 131 *gens Thraciae varios* calculos ... pro experimento cuiusque diei in urnam condit ... atque ita de quoque -at. QVINT. inst. 7, 1, 53 propter te damnatus est pater: videbaris enim de causa -asse (*eo quod eum non defendisti*). 10, 1, 26 circumspecto iudicio de tantis viris -andum est, ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intellegunt. decl. 314, 2 de cuius personae dignitate haec ipsa res satis -at. PLIN. epist. 3, 15, 5 de universitate *libri. al.* **b** *vario usu*: CIC. fin. 2, 37 (*36* sensibus ... iudicari voluptatem bonum esse) aequam ... -bit sententiam ratio. SEN. benef. 6, 6, 1 beneficium ... me arbitro utitur; licet mihi ... -are, utrum plus debeatur mihi an debeam. epist. 65, 10 fer ... iudex sententiam et -a, quis *philosophus* tibi videatur veri simillimum dicere, non quis verissimum dicat. PLIN. nat. 17, 54 usus adversus utrumque -at *auctorem vel praeceptum.* TERT. nat. 1, 4, 7 vicit Apollinem veritas, ut ipse adversus se -ret. paenit. 5, 8 *qui post paenitentiam iterum peccat,* videtur ... iudicato -asse eum meliorem, cuius se rursus esse maluerit. 9, 5 ut in peccatorem ipsa *exomologesis* -ans pro dei indignatione fungatur (*sc. castigando*). *al.*

B *in rebus publicis et militaribus -ant*: **1** *magistratus, senatores, sacerdotes sim.* (*sive constituendo sim., e. g. l. 45. 60. 71, sive mera vi proferendi, enuntiandi, e. g. l. 50. 60. 68*): **a** *vario usu*: CIC. Verr. II 3, 18 de consili sententia -arunt se *decumas* lege Hieronica venditurus (5, 53 de c. s. Mamertinis se frumentum non imperare -at. Balb. 11 Cn. Pompei decretum ... de c. s. -tum. *cf. l. 56. p. 1921, 69*). 3, 51 *ea quae edixisti,* si rei publicae causa faceres, in vendundo *decumas* essent -ta *nec postea.* 5, 56. dom. 140 quemadmodum iste *pontifex domum Ciceronis dedicans* praeposteris verbis ... omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, et -arit et fecerit. Phil. 1, 24 leges, quas ipse *Caesar* nobis inspectantibus recitavit, -vit, tulit. VARRO ling. 6, 5 (*e lege Plaetoria*) quo *tempore* praetor in comitio supremam -vit populo (*cf. p. 1924, 47*). LIV. 3, 69, 6 cum consules in contione -assent tempus non esse *eqs.* (33, 47, 2 *Hannibal praetor aliquid* -vit i. c. *cf. p. 1924, 11*). 4, 26, 9 *tribuni* pro ... collegio -ant placere (*cf.* 38, 60, 3 *tribunus* ex sua collegarumque ... sententia -vit *eqs.*). 8, 23, 14 consulti augures vitiosum videri dictatorem -verunt. *al.* ASCON. Mil. p. 38, 27 *senatores* hoc unum verbum -ant: 'divide' (*sc. sententiam*). LEX Irnit. 5 A 5 quod ... maior pars decurionum ... censuerit, -ato *duovir.* SVET. Iul. 26, 2 munus populo epulumque -vit. 84, 2 Antonius per praeconem -vit senatus consultum (VIR. ill. 51, 4). Aug. 40, 1 -vit non teneri ea *poena theatrali equites quosdam. al.* **b** *-are* sententiam (*de consule ad senatum referente*): CIC. fam. 1, 2, 1 cum *in senatu* sententia prima Bibuli -ta esset (10, 12, 3 CAEL. Cic. fam. 8, 13, 2). 10, 12, 3 sententiae, quae secunda -ta erat, cum ... adsentiretur senatus. CAES. civ. 1, 2, 5 (*antea: Calidius* censebat, ut *eqs.*) Lentulus *consul* s. Calidii -turum se omnino negavit. **c** *-are aliquem*: LIV. 32, 25, 2 mos erat *apud Argivos* comitiorum die primo velut ominis causa praetores -are Iovem Apollinemque (*cf. 4* nomen recitatum est). LEX de Germ. tab. Heb. 46 *is, qui praeest, candidatum* ⟨pro⟩nuntiandum curet *sub nomine Germanici* (⟨re⟩nunt- *supplent alii*). LACT. mort. pers. 19, 4 *Diocletianus* -at Severum et Maximinum Caesares (*sim. c. praedic.*: AMM. 26, 4, 3 *Valentinianus* Valentem ... Augustum -vit. *al.; cf. p. 1924, 22. 41*).

2 *duces militares* (*-ant milites p. 1924, 20; praevalet color statuendi, iubendi*): VARRO *v. p. 838, 66.* CAES. civ. 3, 53, 5 quem *centurionem* Caesar ... ab octavis ordinibus ad primum pilum se traducere -vit. 3, 94, 3 ut ipse in cohortandis militibus -verat. *al.* NEP. Ages. 3, 4 vidit, si quo esset iter facturus, palam -asset ..., *hostes non* dubitaturos aliud eum facturum ac -asset. LIV. 2, 20, 12 *dictator fertur* -asse militi praemia (*cf.* 45, 40, 5 hac ipsa summa ⟨pro⟩nuntiata. SVET. Cal. 46 -to ... militi donativo centenis viritim denariis. *al.*). 10, 40, 5 consul ... auspicium egregium esse et deis auctoribus rem gesturos -at. 24, 14, 10 Gracchus proelio in posterum diem -to contionem dimisit (*sim.* DICT. 4, 16). 30, 32, 1 in castra ut est ventum, -ant ambo (*sc. Hannibal et Scipio*), arma expedirent milites ... ad supremum certamen. *al.* CVRT. 4, 13, 20 *ante pugnam* cibum ut caperent, ipse -at *Parmenio. al.* FRONTIN. strat. 1, 11, 6 *Epaminondas ante pugnam* -vit in contione destinatum Lacedaemoniis ... omnes ... interficere. *al.* TAC. hist. 1, 18, 2 apud ... contionem imperatoria brevitate adoptari a se Pisonem ... -at *Galba.* CHART. lat. ant. VII 337 I 6 (*saec. III[1]; suppletur sec.* 344 I 1) *quidam decurio* ˹ad missa˺ -vit ⟨'quod imperatum fuerit faciemus⟩ et ad omnem tesseram parati eirimus' (*al. ibid.*; ˹ admissa *edd., sed coll. Comm. apol. 77* stat miles ad m. *eqs. [v. Salvatore, 1977, ad l.; vix recte vol. VIII 1136, 3] cogitaverimus de decurione praeeunte sacramentum ad missa, i. ad mandata, quibus milites ad sua munera mittebantur [cf. Bruckner-Marichal ad l.]. sim.* ad mittenda PAP. mil. Fink 52 frg. b 2 *et* 14). *al.* *-ant milites aliquem imperatorem salutantes*: PS. AVR. VICT. epit. 42, 15 *Iulianus* a militibus Gallicanis Augustus -atur. AMM. 26, 2, 2 *Valentinianus* rector -atur imperii.

3 *praecones sim.* (*Mercurius* APVL. met. 6, 8, 4. 6, 23, 1; *huc traximus formas pass. -ante non indicato, e. g. l. 35 sqq.*): CIC. Verr. II 2, 75 praeco dixisse -at (*sc. partes in iudicio ut*: QVINT. inst. 1, 5, 43. PS. ASCON. Verr. p. 223, 21 quod ... ab utraque parte oratione consumpta ... praeco soleret -are 'dixerunt'. *cf. p. 1922, 74*). 3, 40 si praeco decumas -vit (*antea*: praedicasset). 4, 51 *Haluntinis nobilis quidam eorum* -at, quid sibi imperatum esset *a Verre* (*item tamquam praeco -at alius*: CAES. civ. 3, 19, 2 mittit P. Vatinium legatum ..., qui ... crebro magna voce -ret, liceretne *eqs.* SVET. Nero 13, 2 *Tiridatis* verba ... interpretata praetorio viro multitudini -ante. *al.*). 5, 38 *praeco* te ... centuriis illo *praeturae* honore adfici -vit (*antea*: cum esses praetor renuntiatus). fam. 5, 12, 8 cum ... nomina *victorum* magna voce -arint *praecones.* CAES. Gall. 5, 31, 4 *in consilio* superat sententia Sabini; -atur prima luce ituros. 6, 3, 6 hac re pro suggestu -ta. LIV. 4, 59, 7 *in oppido expugnato est* -tum ..., ne quis praeter armatos violaretur. 26, 16, 3 iussu proconsulis praeconem ita -asse: '...'. 30, 10, 2 omisso opere *est* -tum iter. 45, 6, 7 iussu Cn. Octavi -tum est per praeconem regios pueros ... incolumitatem ... servaturos (CVRT. 4, 4, 14 his per praecones -tis. *cf. p. 1923, 60*). *al.* FAST. mag. Ost. a. 30 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 187) *quidam* II-vir -tus (*item aliquis renuntiatur magistratus creatus* [*cf. l. 32*]: SVET. Iul. 41, 2 ut ... de ... numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, -rentur [*subaudiendo praedic.*]. Dom. 10, 4 quod eum ... destinatum perperam praeco non consulem ad populum, sed imperatorem -asset). ASCON. Corn. p. 48, 8 ubi ... praeco ... verba legis recitare populo coepit, ... praeconem -are passus non est *tribunus plebis.* PLIN. nat. 7, 212 accenso consulum id -ante (*sc. meridiem; sim. ibid.* supremam *horam* -vit [*cf. p. 1923, 53*]). *al.* -ari iubere (*cf.* iussu *l. 37. 38*): CAES. Gall. 5, 33, 3 *duces* iusserunt -ari, ut impedimenta relinquerent *milites eqs.* (*item c. enunt. fin.*: 5, 34, 1 tota acie -ari iusserunt, ne quis ab loco discederet. 5, 34, 3 ut procul tela coniciant). 5, 51, 2 *hostes* praeconibus ... circùmmissis -ari iubent ... sine periculo licere *transire* (*item c. [acc. c.] inf.*: civ. 2, 25, 6 se in hostium habiturum loco, qui non *eqs.* CVRT. 3, 5, 16. *al.*). LIV. 2, 59, 6 iter in insequentem diem -ari cum iussisset *Appius* (CVRT. 4, 8, 16. *al.; cf. l. 38*). LEX de Germ. tab. Heb. 24 *is, qui praeerit,* ⟨sortitio⟩nem -ari iubeat. LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 54.

C *in iure privato pertinet ad: emptionem, venditionem*: CIC. Quinct. 50 qui *magistri bonorum* qua lege et qua condicione pereat *debitor* -ent. off. 3, 66 cum in vendendo rem eam (*sc. vitium*) scisset *venditor* et non -asset. EDICT. aed. cur. dig. 21, 1, 1, 1 *venditores* certiores faciant emptores, quid morbi vitiive cuique *mancipio* sit ...; eademque omnia ... palam recte -anto (*ibid.* ea omnia in venditione -anto). AFRIC. dig. 40, 7, 15, 1 *venditor* condicionem -vit et traditioni legem dixit, ut *eqs.* (SCAEV. dig. 21, 2, 69, 2. 5). SCAEV. dig. 21, 2, 69, 6 in fundo vendito cum modus -tus deest (*cf.* PAVL. dig. 19, 1, 42 *si* de modo ... -verit). *al.* *promissionem praemii* (*praeter l. 67 respicitur ambitus, cf. Mommsen, Strafrecht 869*): CIC. Cluent. 78 suppressam esse ab eo *Staieno* pecuniam, quam pro reo -asset. Planc. 45 decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, -asse, divisisse. Att. 1, 16, 13 novi est in lege hoc, ut qui nummos in tribu -arit, si non dederit, impune sit ...; dixi hanc legem P. Clodium iam ante servasse: -are enim solitum esse et non dare (SEN. epist. 118, 3. SVET. Iul. 19, 1 per centurias). ad Q. fr. 2, 15, 4 vel HS centies ... in praerogativa -are. *varia*: FEST. p. 173 nu⟨n⟩cupata pecunia est, ut ait Cincius ..., nomina⟨ta⟩ certa, nominibus propriis -ta. VITR. 2, 8, 8 *arbitri communium parietum* sententiam -ant (*syntaxi turbata*). IAVOL. dig. 28, 1, 25 (*e Labeone*)

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si constaret voluisse plures eum, qui testamentum fecisset, heredes -are. VLP. dig. 43, 24, 5 pr. (*ex Aristone*) *eum quoque clam facere opus,* qui ... tam sero -at, ut *eqs.* (denuntiat *recc. cod. et syn. ibid.*). PAVL. dig. 32, 90 licet nomen -tum non sit *in legando.*

D *in religione*: **1** *paganorum; -ant numina, oracula, harioli* (*cf. p. 1924, 23. 1926, 24; sacerdotes publicos Romanos v. p. 1923, 49. 57*): **a** *declarando, praenuntiando* (*respiciuntur res futurae praeter l. 13*): CIC. div. 2, 117 ut ea *futura* non modo cernat ..., sed etiam numero versuque -et *mens* (*respicitur Pythia*). SVET. Iul. 61 cum haruspices *equum* imperium orbis terrae significare domino -assent. APVL. met. 9, 8, 3 merito ... arva ... florentia -ari *oraculo* (*antea*: responderi). EPIST. Alex. p. 213, 7 utrāque ... Solis elocutio linguā -at futura. ARNOB. nat. 7, 41 p. 396, 13 *Iuppiter* laesum ... illo se questus est et -vit in praesule (*v. p. 947, 65 sqq.*; praenuntiavit *trad.*). HIST. AVG. Aurelian. 44, 5 *Constantii* puto posteros ad eam gloriam, quae a Dryadibus -ta sit, pervenire (*antea*: respondisse). PROB. Verg. ecl. 6, 42 Prometheus Iovem a concubitu deterruit -ans, quod ... nasceretur, qui ipsis diis fortior futurus esset. *al.* **b** *iubendo, disponendo*: APVL. met. 11, 26, 4 mirabar, quid rei temptaret *numen,* quid -ret futurum. 11, 30, 1 divini somnii suada maiestas, quod usus foret, -vit. AVSON. app. A 6 II. 8 (428 S.), 3 facto deorum concilio Iuppiter pro potestate -at, ... ut *eqs.*

2 *Iudaeorum et Christianorum*: **a** *-at deus, sacra scriptura, angelus sim.* (*saepe apud* TERT.): TERT. anim. 11, 3 ipso deo -ante: 'spiritus ex me prodivit' (*Is. 57, 16*). carn. 14 l. 29 cum de ipso *Christo* sit -tum '...' (*psalm. 8, 6. item pass. non indicato -ante*: adv. Iud. 9, 6 ut *id* figurate -tum videatur. monog. 9, 7 adv. Prax. 11 p. 243, 8 PS. MAX. TAVR. serm. app. 2 p. 847[B]). *ibid.* l. 43 erat dominus coram et ex sua auctoritate -ans 'ego autem dico vobis' ([*Matth. 5, 34*]. adv. Marc. 4, 15 p. 464, 9 Christum sic 'vae' -asse, non quasi ex sententia sua proprie, sed *eqs.*). adv. Marc. 4, 9 p. 440, 14 se *Christum* eum esse, qui per Hieremiam -arat: '...' (4, 12 p. 456, 5 per eundem ... propheten. 4, 18 p. 480, 21. IREN. 3, 10, 4 l. 134 manifeste -ans spiritus sanctus per David audientibus eum, quoniam erunt, qui contemnant *deum. al.*). adv. Prax. 27 p. 282, 19 quem *Iesum* tunc angelus ... dei filium -vit. pudic. 21 p. 269, 26 quid, si pseudopropheticus spiritus -vit? VET. LAT. psalm. 147, 8 (*vel* 19; cod. 303. *al.*) *deus* -ans verbum suum Iacob (*gr. ἀπαγγέλλων, Vulg.* adnuntiat). CYPR. hab. virg. 13 hoc deus culpat ..., hinc a cultu vero ... descivisse -at *filias Sion.* OPTAT. 5, 3 p. 124, 10 (*respic. Ioh. 13, 5 sqq.*) si taceret ... Petrus ..., *Christus* nihil -verat de sacramento baptismatis. *al.* *act. de libris sacris*: TERT. adv. Hermog. 21, 2 etsi non aperte scriptura -vit ex nihilo facta omnia (adv. Prax. 13 p. 248, 8. VET. LAT. Gal. 3, 8 [cod. 75. *al.*] providens ... s. ... -vit Abrahae, quia benedicuntur omnes gentes [*gr. προευηγγελίσατο, Vulg.* prae-]. IREN. 3, 21, 5. *al.*). adv. Marc. 2, 18 p. 359, 25 si lex aliquid cibis detrahit et inmunda -at animalia. pudic. 19 p. 262, 31 cum de fidelibus -arit *apocalypsis*: '...'. *al.*

b *-ant prophetae, apostoli*: TERT. carn. 23 l. 2 agnoscimus adimpleri propheticam vocem Simeonis super ... infantem dominum -tam '...'. *ibid.* l. 31 apostolus (*Gal. 4, 4*) ... ex muliere editum filium dei -vit. castit. 3 l. 44 *id apostolum* non ex domini persona, sed ex sua -asse (*antea affertur I Cor. 7, 10* denuntio. *cf.* HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 16 *propheta* sub dei voce -at: '...'). idol. 18, 5 *Christus* aspectu inglorius, sicut et Esaias -verat (*cf. Is. 53, 2*). adv. Marc. 4, 28 p. 518, 18 benedictionem -bat *Balaam.* 5, 8 p. 600, 20 qui ... futura -arint (*cf.* LACT. epit. 40, 5 quod futurum ... Solomon ... -verat his verbis: '...'. RVFIN. Adamant. 1, 10 p. 12, 12 Esaias ... futura haec -bat dicens: '...' [*gr. ἔλεγεν*]). HIL. in Matth. 2, 2 paenitentiam ... regno caelorum propinquante -at *Iohannes.* OPTAT. 3, 8 p. 92, 20 *Paulus* -at se nihil esse, nisi caritatem habuerit (*I Cor. 13, 2*). CHROMAT. in Matth. 42, 4 dominici verbi virtutem ... sanctus David -verat in psalmo dicendo: '...'. COMM. apol. 393 si false de ipsis *Iudaeis* -ant *prophetae* perdere terram (*cf. 245* praedictum fuerat). *al.* *absolute*: ACT. Pauli Cor. III rec. L 29 dum non vult *Ionas* -are in Ninivem (*gr. κηρύξῃ, rec. M. al.* praedicaret).

c *-ant sacerdotes, episcopi sim.* (*lectores v. p. 1927, 12*): **α** *cum praedicativo* (*subaudiendo p. 1926, 2. 4, fort. et l. 74* [*nisi est gen. pro praedic.*]): TERT. ieiun. 1 p. 275, 10 *novitatem a Montanistis introductam* aut haeresin iudicandam ... aut pseudoprophetiam -andam *esse.* pudic. 20 p. 268, 16 immundam eam *domum* -vit *sacerdos* (*sec. lev. 14, 44. cf.* VVLG. lev. 13, 37 confidenter eum *aegrum sacerdos* -et mundum). CYPR. epist. 74, 2, 3 *si haeretici* antichristi nominantur, si vitandi et perversi et a semet ipsis damnati -antur. HIL. coll. antiar. p. 122, 7 coepiscopos nostros ... innocentes et puros -vimus ([*gr. ibid. ἀπεφηνάμεθα*]. OPTAT. 1, 24 p. 27, 9 Caecilianus omnium ... sententiis i. est -tus [*sim.* 1, 26 p. 29, 2]). syn. 35 eos blasphemos -at *synodus.* AVG. gest. Pelag. praef. 1 Pelagius ab episcopis quattuordecim ... catholicus est -tus (*cf.* 35, 60 Pelagius ... communionis ecclesiasticae ... -tus est [*sec. synodi sententiam ibid.*: communionis e. eum esse ... confitemur]). *al.* *respicitur ordinatio clericorum*: CONC.[S] II 2, 2 p. 100, 8 nullum debere absolute ordinare presbyterum ..., nisi specialiter ecclesiae civitatis ..., qui ordinandus est, -etur (*cf. ibid. e. g. 35, 1* fuerit declaratus, *107, 16* praedicetur, *gr. II 1, 2 p. 159, 28 εἰ μὴ ... ἐν ἐκκλησίᾳ ... ἐπικηρύττοιτο*). 100, 29 non licere clericum in duarum urbium simul -ari ecclesiis (*cf. ibid. e. g. 89, 16* ordinari, *gr. II 1, 2 p. 160, 14 καταλέγεσθαι*). **β** *vario usu*: CYPR. epist. 34, 4, 1 (*antea: ut* quid mihi videatur, rescribam) expensa ... moderatione libranda et -anda res est, quae in posterum ... constituat exemplum. 45, 4, 1 quid *de causa Felicissimi* senserint et quid -verint *collegae nostri.* 66, 5, 2 subveniat Puppianus et sententiam dicat ...; dignare, *Puppiane,* -are de nobis et episcopatum nostrum cognitionis tuae vigore firmare. HIL. syn. 81 de homousio ... tractantes primum idcirco respuendum -astis, quia *eqs.* OPTAT. 1, 26 p. 28, 7 *Carthaginem missi sunt duo episcopi,* ut -rent, ubi esset catholica. VVLG. deut. 27, 14 -bunt Levitae dicentque ad omnes viros Israhel excelsa voce '...' et respondebit omnis populus et dicet amen. AVG. epist. 144, 3 p. 265, 22 credere, quod -verunt ecclesiastici cognitores.

B *laxius, sc. vario respectu, de quolibet ramo vel parte arboris*: **1** *proprie*: STAT. silv. 2, 3, 39 primaevam ... platanum, cui ⌊longa -o⌋ ... et iturus in aethera vertex (⌊ ⌋ *sc. longa futura esset*). GELL. 10, 15, 13 (*e Fabio Pictore*) ⌊-es e vitibus altius praetentas (-tentus, -tentos, tentis *var. ll.*)⌋ non succedit *flamen Dialis* (⌊ ⌋ *cf. Plut. quaest. Rom. 112 ἀναδενδράδος ἄνωθεν διατεταμένης*). **2** *in imag. vel comparatione*: VET. LAT. psalm. 79, 12 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.; *de populo Israhel*) vineam ex Aegypto transtulisti ...; extendisti ⌊palmites⌋ eius usque ad mare et usque ad flumen ⌊-es⌋ eius (⌊ ⌋ *gr. κλήματα ... παραφυάδας*). Ezech. 31, 3 (cod. 176) *Assur est quasi* cypressus ... ⌊bonus -bus⌋ et statura altus (⌊ ⌋ *gr. παραφυάσι, Hier. in Zach. 11, 1* bonus ramis et condensus umbraculo, *sim. Vulg.*). VVLG. Ier. 5, 10 auferte -es eius *gentis,* quia non sunt domini. MVTIAN. Chrysost. hom. 31 p. 431 (*ad deut. 29, 18* radix germinans fel et amaritudinem) quae *laesio* poterit ex illius -e pullulare (*gr. p. 213 ἐξ αὐτοῦ* [*i. inde*] *tantum*). *al.*

II *usu deflexo respicitur propagatio*: **A** *animantium* (*cf. in imag. supra l. 42. 45. al.*): **1** *generatim*: **a** *notione sollemni de progenie* (*tam de singulis quam de pluribus*): **α** *strictius de progenie, quae orta est*: ① *e genere, stirpe sim.*: GRACCH. or. frg. Schol. Bob. p. 81, 23 ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua -o generis nostri reliqua esset (COD. Theod. 16, 7, 6). Ov. met. 11, 312 alipedis de stirpe dei (*i. Mercurii*) versuta -o nascitur Autolycus. HOMER. 625 nobilis est domus *Aiacis* et fama generosa -o (*nisi abundanter de ipsa domo, sed cf. 622* proles generosa). VAL. FL. 5, 125 est vera -o sanguinis, est ollis *Amazonibus*

[Burch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genitor deus (*sc. Mars*). 6, 547 iam certa -o Aeoliae ... domus (*cf. 6, 542* Aeolii proles ... Phrixi). Ⓘⓘ *e parentibus* (*in imag.* PRVD.): PORC. LIC. carm. frg. 6, 1 custodes ovium ⌞teneraeque⌟ -is, agnum ([*i. agnorum*; ⌞ ⌟ vendere *trad., cf. app. crit.*]. *item respiciuntur animalia*: LVCR. 4, 997 catulorum blanda -o. STAT. Theb. 6, 327. SYMPH. 37, 2 [*mula*] generi non apta -o. *al.*). OV. met. 2, 38 (*Phaeton ad Solem*) pignora da, genitor, per quae tua vera -o credar (*cf. 34* progenies). SEN. Phoen. 334 (*Oedipus acerbe ad filios*) o -o clara (cara *var. l.*). LVCAN. 6, 589 Pompei ignava -o, *sc. Sex. Pompeius* (*cf. 6, 594* Magni ... proles). SIL. 13, 749 (*umbra Hamilcaris loq.*) o vera -o, *Hannibal.* IVVENC. 3, 26 (*sec. Matth. 13, 55*) nonne hic *Iesus* est fabri suboles, cui nomen Ioseph? non Maria est genetrix, non fratrum nota -o? ZENO 1, 59, 3 divinae ordinationis -o, *sc. Isaac.* PRVD. ham. 569 (*in imag. de peccatis*). *al.* *de Fortuna Primigenia* (*de notione v. quae p. 1246, 26 sqq. monuimus*): CARM. epigr. (Dicti studiosus: Scritti ... offerti a S. Mariotti, 1990, 122; *Praeneste, a. 170*) Fortuna, dearum prima -o.

Ⓘⓘⓘ *e quibuslibet maioribus vel generis conditore*: LVCR. 1, 42 Memmi clara -o (*cf. 1, 26* Memmiadae). VARRO AT. carm. frg. 1, 1 (*si recte suppl. Keil*) ecce venit Danai multis ⟨celebrata -o⟩, *Nauplius* (*cf. Apollon. Rhod. 1, 133 γενέθλη*). OV. fast. 3, 157 (*de Caesare*) ille deus tantaeque -is auctor. MANIL. 1, 795 Claudi magna -o. PERS. 2, 72 magni Messalae lippa -o. PLIN. nat. 7, 62 aliorum eius *Catonis* liberum -o Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani. SIL. 2, 8 (*v. l. 28*). *al.*

β *laxius de progenie illa*: Ⓘ *quae e natione vel patria originem trahit* (*cf. l. 1*): VERG. Aen. 6, 870 nimium vobis Romana -o visa potens, superi (12, 827 SVLPICIA sat. 50 CORIPP. Ioh. 7, 42. *item de populo e. g.* SOL. 2, 11 Gallorum veterum -em Vmbros esse M. Antonius refert [*inde* SERV. auct. Aen. 12, 753 ISID. orig. 9, 2, 87]). OV. am. 3, 6, 65 (*54* Ilia ab ... Laomedonte genus) Troiana -o. SIL. 2, 8 Publicola, ingentis Volesi Spartana -o (*cf. 2, 3* Fabius, Tirynthia proles). HIST. AVG. Alex. 38, 4 (vers.) Syrum (*i. Syrorum*) ... -o. Ⓘⓘ *quae modo peculiari generata est*: OV. met. 1, 160 et illa -o *Terrae* contemptrix superum (*sicut Gigantes, quorum ex sanguine orta erat*). Ⓘⓘⓘ *quae simul vivit, ad eandem aetatem, generationem pertinet*: STAT. silv. 4, 4, 81 virum ventura -o (SIDON. carm. 2, 24). Ⓘⓥ *quae spiritaliter alicunde orta est*: IVVENC. 2, 631 (*sec. Matth. 12, 34* progenies viperarum) veneniferi serpentis saeva -o. HIL. in Matth. 2, 3 ut, qui fideles sunt, Abrahae -o per fidem sint (*opp.* diaboli progeniem). PAVL. NOL. carm. 26, 282 quorum *patrum* generosa -o es; nam patriarcharum, Felix, et filius aeque stirpis apostolicae es. *al.* Ⓥ *quae ad universitatem hominum pertinet*: PAVL. NOL. carm. 6, 297 quantum ... potest humana -o (AVG. serm. 293, 12 CARM. de resurr. 333. *al.*). AVG. civ. 15, 21 p. 104, 13 donec illud genus atque universa -o diluvio deleretur. ARATOR act. 2, 102 terrena -o. *al.*

b *notione secundaria*: **α** *de actione propagandi* (*cf. l. 49*): LVCR. 5, 1027 *sine cultu civili non* potuisset adhuc perducere saecla -o. PRVD. c. Symm. 2, 224 duplex ... sexus gignere amat subolem generisque -e gaudet. **β** *de ordine generationum, de genere, stirpe*: NEP. Att. 18, 2 *in volumine* sic familiarum *Romanarum* originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum -es possimus cognoscere. INSCR. numm. imp. IV 1 p. 222 n. 67 (*a. 202*) -o imperi (p. 269 n. 362. p. 309 n. 578A. IV 2 p. 97 n. 323 [*fere a. 225*]. *imperator uxorque dextras inter se iungunt, ut vix comparari liceat p. 1941, 6. al.*). SYMM. or. 7, 4 -o generis, quanto longius recedit a novis, tanto altius tendit ad nobiles (AMBROSIAST. in II Cor. 11, 18 fides est, quae salvat, non -o g. Abrahae. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 73 p. 432 regii g. [*cf. gr. τοῖς ἐν εὐγενείᾳ βασιλικῇ γεγονόσιν*]). *al.*

2 *speciatim respicitur peccatum originale et ratio, qua posteris traditur* (*sive de propagatione sive de origine, unde peccatum contrahitur*): AVG. anim. 1, 18, 30 p. 331, 11 ut ... filii ... anima ex patre per matrem -is transfusione traheretur (*cf.* -o animarum: *ibid.* p. 331, 15 illi, qui defendunt a. -em. gen. ad litt. 10, 11 p. 308, 3 [*l. 9 sq.* si non ex Adam etiam anima sicut caro propagata est]. *al.*). in euang. Ioh. 49, 12 (*explicatur Ioh. 11, 17* quattuor dies *sec. Rom. 5, 12*) ecce habes unum diem mortis, quod homo trahit de mortis -e (gen. ad litt. 9, 6 p. 274, 23 Enoch et Helias in Adam mortui m.que -em in carne gestantes. *al.*). 79, 2 *non* de peccati -e virgo pepererat *Christum* (pecc. mer. 2, 28, 45 *fideles* filios mortaliter generant cum ea -e p., qua *eqs.*). *al. apud* AVG.

B *rerum, sc. de eo, quod alicunde derivatum est sim.*: VARRO ling. 8, 1 ut -o omnis natura secunda *est* – quod prius illud rectum, unde ea –, sic declinata *sunt secunda* (*nisi adhuc sublucente imag. ad IA2*). 8, 10 in his rebus, quae sunt nomina, quod discrimina vocis plura, -es plures *sunt* (*distinguuntur* copulae, *i. σύνδεσμοι, indeclinabiles*). 8, 24 (*de libris VIII–X et XI–XIII*) prioris tris *libros faciam* de earum declinationum (*sc. quae fiunt per ἀναλογίαν et ἀνωμαλίαν*) disciplina, posteriores de eius disciplinae -bus. TERT. anim. 2, 6 quot -es quaestionum, quot implicationes expeditionum, *si philosophi de anima agunt.*

deriv.: propagino.

2. ⁂**propāgo** (prō- *v. l. 12*), -āvī, -ātum, -āre. [*verbum derivatum est, ni fallor, a* *propingere, *quod periit, sed etiam subesse videtur substantivis q. s.* propāg-es, -men (*?*), -o; *cf.* ēducāre : (ē)dūcere (*Leumann, Gramm. 1977, 549*), indāgāre : agere, inigere. *vi originaria significat 'arbores mergis pangendis producere', v.* pangere plantas *sim. vol. X 1, 208, 61 sqq.; cf. Ernout-Meillet, Dict. ⁴1959, 479a. Fo.*] *a* pages *derivat* NON., *v. vol. X 1, 84, 73.* *scribitur* -pac- DECRET. decur. Paest. (CIL X 478; *a. 344*) 18. CIL VIII 15253, 6. NOT. Tir. 38, 3 -at. *inter verba I^ae coniug. enumerat* CHAR. gramm. p. 474, 4; *vix agnoscas formam heteroclit. l. 18.* *de mensura* (*cf. p. 1942, 1 sqq.*): prŏ- PACVV. trag. 233. TRAG. inc. 101 (*? v. p. 1945, 13 nec non l. 12*). LVCR. 1, 20 (*in fine hexametri ut* 1, 280. 2, 173. 2, 997 SIL. 2, 52. *al.*). 5, 856 TER. MAVR. 1448. *al.*; prō- TRAG. inc. 103 LVCR. 1, 195. 5, 850. CE 436, 12 (*saec. II²*). OPT. PORF. carm. 15, 6. 26, 12. *de notione*: NON. p. 64, 30 -are genus: iuge, longe mittere. SYNON. Cic. p. 414, 10 adstruit. amplificat. exaggerat. adnectit. ... -at. maiorat. p. 448, 35 vallat. ... auget. -at. amplificat. extendit. dilatat. GLOSS. II 306, 35 *ἐπεκτείνω*: -o, porrigo, protelo. 419, 17 *προμοσχεύω ἄμπελον*: -o. IV 420, 48 -it: prodit ac prodat. V 556, 34 (*cf.* SERV. Aen. 4, 231) prodere: protendere, -are, decipere. GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 2068 sq. -atur (-fug- *cod.*): prolongatur. distribuitur. 2519 sq. -ant: multiplicant. pr(a)etendunt. 2521 -are: augere. *sim. al.* *legitur inde a ?*NAEV. (*v. infra p. 1945, 12*), CATONE, PACVV., CIC., *saepe apud* AVG. [*in codd. confunditur cum* prorogare LIV. 38, 60, 5 PLIN. nat. 34, 17. *al.* (*falsa var. l.* LACT. inst. 2, 12, 21 AMBR. paenit. 2, 9, 90. *al.*), propugnare TRAG. inc. 101 (*cf. etiam p. 1946, 40*); *e coni. dub. pro* propalare *v. p. 1948, 44.*]

fere i. q. pangendo producere (*sive procreando sive extendendo; fere c. acc. obi. [suppl. ex enunt. relat. l. 38. p. 1946, 42, ceterum l. 41. p. 1945, 9. 1946, 21. al.; refl. l. 45 sq. p. 1945, 26. 47] vel pass.; mediopass. p. 1946, 8. 73, vix intrans. p. 1946, 39*): **I** *usu originario spectat ad generationem, continuationem generis*: **A** *arborum, plantarum*: **1** *proprie*: **a** *strictius de iis, quae -antur per propaginem in terram depressam* (*refl. l. 45 sq.*): CATO agr. 32, 1 vites -es ⟨per⟩ sulcos ([*Hauler,* ⟨in⟩ s. *Iucundus,* sulco *Turnebus*]. 33, 2. 40, 1 seminariis ... locum verti, v. -ari. 133, 4 vitem in quasillum -ato terraque bene operito. COLVM. arb. 7, 3 APVL. flor. 6, 8. *al.*). 51 ficum, oleam *aliasque arbores* ... a capite -ari eximique serique eodem modo oportet (*sim.* 133, 2. *huc spectat* PLIN. nat. 17, 96). 52, 1 ⌞quae diligentius -ari voles⌟, in aullas ... -ari oportet (⌞ ⌟ *item* 52 tit. *et* capp. 61). 52, 2 hoc modo, quod genus *arborum* vis, -bis. VARRO rust. 1, 34, 2 (*sim.* IND. capp. p. 5, 7) vites putare ... et -are et serere poma. COLVM. 3, 13, 5 quos *malleolos vitis* ... crudo solo ... -ent *quidam* (4, 15, 1. *cf.* 3, 16, 2 quorum ex numero ⌞-are possit⌟ in locum demortuae vitis, quinque malleoli pangendi sunt [⌞ ⌟ *sc. agricola*; -ari p. *Gesner*]). 4, 2, 2 veteres vineas mergis -are potius quam totas sternere (arb. capp. 8 de resecanda vetere v. et -anda. PAVL. dig. 25, 1, 12). *al.* PLIN. nat. 1, 21, 34 habrotonum ...; adonium: genera II ipsa se -antia (*respicitur* 21, 60 *habrotonum* sponte provenit, cacumine suo se -at [*cf. e. g. Theophr. hist. plant. 6, 7, 3 προμοσχευόμενον*]). 19, 159. **b** *laxius: de seminibus arboris*: CATO agr. 151, 1 semen cupressi quando (quo modo *var. l.*) legi, seri -arique oporteat (*cf. Goujard ad l.*). IND. capp. Varro rust. p. 5, 22 (*ad Varronem rust. 1, 40, 1 sqq.*) quae sint genera seminum et quem ad modum -ari debeant. *de surculo -to per insitionem*: VARRO rust. 1, 40, 6 *ramulum,* cum comprendit, unde -tum est, ab altera arbore praecidit *insitor.*

2 *in imagine*: CIC. div. 2, 149 ut religio -anda ... est, ... sic superstitionis stirpes omnes eiciendae (elig- *Gruter,* elid- *Manutius*). off. 2, 43 vera gloria radices agit atque etiam -atur. GELL. 16, 13, 8 *coloniae non* suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi -tae sunt. TERT. nat. 1, 12, 13 hic (*sc. crux*) erit nucleus et granum primordiale, ex quibus apud vos, *gentiles,* ⟨si⟩mulacrorum silvae -antur. ZENO 1, 33, 4 deo credentibus populis, qui omni⟨a⟩ inmortalitatis semine -antur in saecula. *al.*

B *animantium*: **1** *generatim producitur*: **a** *more sollemni*: **α** *generando*: Ⓘ *-ari dicitur genus, proles sim.* (*act. vel pass.*): TRAG. inc. 103 (*verba Iphigeniae? cf. p. 1945, 12*) Atreus, qui nostrum ⌞porro -at genus⌟ ([p. pagens, -at g. *var. ll.*]. LVCR. 1, 195 secreta cibo natura animantum -are g. *non* possit. SEN. dial. 12, 13, 3. APVL. met. 11, 2, 1 humano g. -to, *sc. per Amorem.* TERT. anim. 27, 8. CENS. 4, 9 g. hominum. *al.*). LVCR. 1, 20 (*ad Venerem*) efficis, ut cupide generatim saecla -ent *animantes* (2, 173. CENS. 4, 2 homines singulos ex parentum seminibus procreatos successione prolis multa s. -are. *cf.* LVCR. 5, 850 -ando ... procudere saecla. *aliter p. 1947, 19*). 2, 997 *suppeditante pabulo animantes* dulcem ducunt vitam prolemque -ant (AVG. civ. 7, 30 p. 313, 21. *al. apud eundem; cf.* LVCR. 5, 856 -ando procudere prolem). CIC. Phil. 1, 13 *L. Brutus* ad similem virtutem et simile factum stirpem iam prope in quingentesimum annum -vit (PANEG. 7, 2, 5 stirpe⟨m⟩ rei publicae -atis [*si locus vexatus ita restituendus est*]). TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 7, 2

[Burch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

progeniem. VAL. MAX. 2, 7, 6 *occidisti, Postumi, filium,* quem ad generis penetraliumque sacrorum successionem -andam genueras (LACT. opif. 13, 2. INTERPR. Paul. sent. 4, 10, 8 ultra quos *septem gradus cognationis* ... successio *non* potest amplius -ari [*ad Paul. sent. 4, 11, 8* vita succedentibus prorogari *non* potest]). 5, 4 pr. felicibus auspiciis -tae suboles ([*ibid.* genuisse, generare]. LACT. inst. 1, 8, 5. *al.; cf. l. 11*). APVL. met. 5, 11, 6 (*Cupido ad Psychen praegnatem*) familiam nostram ... -bimus. AMM. 14, 6, 17 *natura* vias -andae posteritatis ostendit. AVG. adult. coniug. 2, 12, 12 p. 395, 23 quaedam -andi necessitas. *al.* *praestando causam, ut generetur*: CIC. Marcell. 23 tibi, C. Caesar, uni ... *sunt* comprimendae libidines, -anda suboles. Ⅱ *-ari dicuntur singuli homines, qui ab aliquo descendunt* (*non nisi pass.*): TRAG. inc. 101 (*ad Naevii Iphig. refert Ribbeck*) Iove ⟨-tus⟩ est ... Tantalus (*ita Quint. inst. 9, 3, 57,* propugnatus *Diom. gramm. I 448, 27,* patre prognatus *Ribbeck; ad idem frg. pertinet p. 1944, 63*). GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 qui quaeve ex fratre et sorore -antur (*syn.* progenerantur, nascuntur). 38, 10, 3 pr. PAVL. dig. 38, 10, 10, 14 (*syn.* descendunt). AVG. loc. hept. 1, 107 (*ad gen. 29, 5*) filium ... dici et avi et proavi et ultra maioris alicuius eum, qui ex illo -atur, usitatissimae locutionis est. pecc. mer. 2, 25, 41 (*syn.* nasci). *al.*

β *summittendo, alendo* (*sc. in re pecuaria*): COLVM. 3, 9, 5 -ta subole generosi armenti (3, 10, 17 opilionem laudabimus ex ea matre subolem -antem, quae geminos enixa sit [*syn.* summittentem]. 9, 3, 4 s. *apium*).

b *modo peculiari -antur*: **α** *Christus dei filius*: ZENO 1, 17, 1 sapientia sapientiam, omnipotentia omnipotentiam -at (*cf.* 1, 56, 1 sapientia ... eructuat verbum, omnipotentia se -at). **β** *qui alicunde spiritalem originem ducunt*: AVG. bapt. 2, 7, 11 p. 186, 7 *alioquin* iam tunc (*sc. aet. Cypriani*) periit ecclesia, non erat unde -remini. 7, 25, 49 p. 358, 18 ex illa unitate *catholica* -ti sumus. civ. 8, 2 p. 322, 8 ut successores ... -ret *Thales.* *al.*

2 *speciatim spectat ad peccatum originale, quod inde ab Adam per generationes traditur*: AVG. gen. ad litt. 10, 14 p. 313, 5 cum membris terrenis ... maximeque de peccati carne -tis. nupt. et concup. 1, 21, 23 unde ab eis *bonis nuptialibus* potuerit peccatum in parvulos -ari. in psalm. 101, serm. 1, 5 ab illo *Adam* -ta miseria est. *al. apud eundem.*

II *usu deflexo*: **A** *vi extendendi, augendi* (*quae extendendo, diffundendo efficiuntur v. sub B*): **1** *praevalente respectu temporis*: **a** *generatim -antur*: **α** *spatia temporis, status sim., sc. protrahendo, continuando* (*aliter sub B1b; indicatur quousque per praepos.* in, ad *l. 44. 47. 56. al., ceterum accedit dat. l. 51. 53, adv.* longius *l. 43; refl. l. 47*): PACVV. trag. 233 vitam -ans *quidam* (CIC. inv. 1, 2 homines *prisci* ... sibi victu fero v. -bant. fin. 5, 32 *Philocteta* -bat ... v. aucupio. MIN. FEL. 37, 2 LACT. inst. 3, 10, 6. AMM. 27, 4, 14 longius. *al.*). CIC. dom. 87 *Q. Metelli* laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas (*sc. exilium*) -vit. prov. 17 quo *anno* interiecto civium calamitas ... -atur. Phil. 12, 13 non pacem facere, sed differre bellum, nec solum -are bellum, sed *eqs.* PLIN. nat. 7, 188 vanitas *humana* in futurum (*i. post mortem*) etiam se -at. 34, 17 in ... foris statuae ornamentum esse coepere -arique (prorog- *var. l.*) memoria hominum (SOL. 24, 5 vetustatis m. AMM. 23, 1, 2 *Iulianus* imperii ... sui memoriam magnitudine operum gestiens -are. *al.; aliter p. 1946, 2*). SVET. Aug. 23, 1 praesidibus provinciarum -vit (prorog- *codd. rec.*) imperium (*aliter p. 1946, 17*). Cal. 29, 2 praetorium virum ... -ari (prorog- *codd. rec.*) sibi commeatum saepius desiderantem. PANEG. 5, 8, 2 ad -andos ⟨annos⟩ ... principum ... iuratur (SYMM. epist. 7, 1 *dilata praetura* -tos tibi a. vitae atque honoris interpretare: longiora enim fiunt, quae differuntur). SYMM. epist. 2, 64, 2 -to in aevum ... Theodosii principatu. MACR. Sat. 1, 10, 23 Saturnalia uno tantum die ⟨a⟩ solita celebrari, sed post in triduum -ta (prorog- *cod. unus*). *al.* **β** *eventus, actiones sim., sc. differendo*: CE 436, 12 (*saec. II²*) nobis *superstitibus* porro alia est ... dicta dies leti, quam -are ... visum *est Parcis.* PAVL. dig. 4, 8, 32, 16 (*e Sex. Pedio*) ne -entur arbitria aut in alios *arbitros* ... transferantur (*postea*: differatur). CONC.^{S} II 2, 2 p. 92, 20 ordinationis tempus amplius -ari (prorogari *cod. unus; antea*: differunt ordinationes facere. *aliae vers.* [*e. g. p. 40, 2* dilationis tempus protrahi] *artius sequuntur gr. II 1, 2 p. 162, 31 ἐπιταθῆναι τὸν τῆς ἀναβολῆς χρόνον*).

b *speciatim -antur quae produntur per generationes, traduntur posteris* (*saepe prodendo memoriae; aliter, sc. tradendo generatione, sub IB2, palam faciendo sub 2b. posteritas indicatur per dat. l. 70. 72. 74. al., praepos.* in *l. 71. 75 sq. al.*): CIC. Sest. 102 haec ... monumentis annalium mandantur, posteritati -antur. PLIN. nat. 35, 4 imaginum ... pictura, qua maxime similes in aevum -bantur figurae (*cf. 2* posteris tradere). SIL. 2, 52 Rhoeteius ... aeternum ⟨imperitet populus⟩ saeclisque -et regna ([imperet et populis *trad.; si recte, item ad 2 spectat*]. AVG. civ. 16, 10 p. 140, 7 Ninus ... latissimum ... r. ... suis posteris -vit). TAC. ann. 11, 15, 1 primores ... Etruriae ... retinuisse scientiam *haruspicinam* et in familias -asse. FLOR. epit. 3, 17, 2 *trib. pl. mortuus* hereditarium in posteros suos bellum (*sc. inter ordines*) -ret. TERT. nat. 2, 11, 1 *deorum* ⟨memoria -ta est⟩ (*Borleffs*; m. -te *cod. A,* memoriae -tae *Reifferscheid*). SYMM. epist. 8, 43 familiae tuae -ta coniunctio (*cf. antea*: familiaritatis hereditas). HIST. AVG. Prob. 24, 8 *his vitis absolutis* Carum incipiemus -are. CLAVD. DON. Aen. 9, 215 p. 216, 11 o pietas *matris Euryali* in longam -anda memoriam! *al.*

2 *praevalente respectu loci* (*mediopass.* -ari *e. g. l. 27 [?]. 36. 52; cum praepos. indicantibus quo ubive l. 18. 21. 29. 32. 47. al. [cf. adv. l. 14. 40. 48. al., abl. l. 51, dat. l. 52], unde l. 35. 52*): **a** *usu vario -antur*: **α** *fines, imperium sim.* (*exempla potiora*): CIC. Mur. 22 *vir militaris* exercitatus est in -andis finibus (Phil. 13, 14 f. imperi [rep. 3, 24 illa laus in ... imperatorum incisa monumentis: 'f. i. -vit'. NEP. Ham. 2, 5]. SEN. epist. 89, 20 quousque f. possessionum -bitis? [*syn.* porrigetis]. LACT. inst. 6, 6, 19 f. -are ..., augere imperium. *al.*). LIV. 36, 1, 3 eo *gerendo* bello terminos populi Romani -ari (TAC. ann. 12, 23, 2 t. urbis -are [*antea*: pomerium urbis auxit]). 38, 60, 5 qui *Scipio* ... imperium populi Romani -verit (prorog- *var. l.*) in ultimos terrarum fines (SEN. dial. 12, 9, 7. SVET. Nero 18, 1 augendi -andique i. ... voluntate. TERT. *l. 23.* CIL VI 1033, 5 [*a. 203; in arcu Sept. Sev.*] ob ... i. ... populi Romani -tum. *al.; aliter p. 1945, 52*). PLIN. nat. 2, 175 cum *aliquis* ad mensuram avaritiae suae -verit, *sc. rura.* 5, 115 terras -at *flumen limosum.* TERT. apol. 25, 14 omne regnum vel imperium ... victoriis -atur. OROS. hist. 1, 4, 1 Ninus rex Assyriorum primus ... -andae dominationis libidine arma foras extulit (*cf. Iust. I, 1, 7* magnitudinem quaesitae dominationis). **β** *variae res tam corp. quam incorp.* (*incremento naturali l. 27, cf. l. 36*): VARRO rust. 1, 45, 3 *radices* tectae terrae tepore -antur, supra terram aere frigidiore ⟨s⟩t⟨r⟩inguntur (*ibid.* crescunt *et* procedunt, *cf. Theophr. caus. plant. 1, 12, 3 προσαύξεται*; ⟨⟩ *Pontedera, aliter alii*). 3, 3, 10 in quam luxuriam *nostra aetas* -vit leporaria (*cf. 3, 3, 8* magnum ... saeptum). VELL. 1, 14, 1 civitates -tas (civitatem -tam *Lipsius*) auctumque Romanum nomen. PLIN. nat. 4, 102 notitiam eius *Britanniae* Romanis armis *adhuc* non ultra vicinitatem silvae Calidoniae -antibus. FRONTIN. strat. 1, 6, 4 *Boii arborum seriem evertentes* -ta pariter supra Romanos ruina magnam manum eliserunt. TERT. scorp. 1 p. 144, 7 (*definitio*) cauda *scorpionis* erit, quodcumque de postumo corporis -atur et verberat. CYPR. ad Donat. 5 (*sim.* idol. 7; *de exorcismo*) *immundos spiritus,* ut recedant, duris verberibus urguere ..., incremento ⟨poenae -antis⟩ extendere (⟨⟩ *sc. quae fit per eculeum, cf. e. g. 10* eculeus extendens; *vix recte vi intrans. poena crescens intellegitur vulgo.* p. -antes, propugnates *var. ll.*). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5, 4 late -tum videtur esse delictum *lapsorum.* SYMM. epist. 4, 28, 3 nihil argumenti (largementi(s) *sim. trad.*) suppetit ad -anda, quae scribimus (*cf. antea*: prolixas epistulas petis). 7, 28 *non* in multam seriem -are litteras valui, quarum brevitas inculpabilis est. HIST. AVG. Claud. 3, 6 gentes Flavias -vit (*i. templum gentis Flaviae, cf. vol. VI 2, 1867, 64*). *al.* **γ** *homines eorumve coetus* (*aliter l. 30. 44*): LIV. 34, 58, 13 *coloniae conditae sunt* stirpis augendae causa gentisque ... per orbem terrarum -andae. CVRT. 10, 3, 12 cum stirpem generis mei latius -are cuperem, uxorem Darei filiam duxi *eqs.* HIL. c. Aux. 4 *ecclesia* fugat sacerdotes, quae fugatis est sacerdotibus -ta (AMBR. paenit. 1, 1, 1 *moderatio* sola est, quae ... ecclesiam -verit. SACR. Leon. 820 toto orbe. *al.*). AMM. 22, 8, 19 *Amazonum* progenies longe ... -ta. AVG. in psalm. 95, 1 de qua *ecclesia Milevitana* ceteris eum *episcopum* dominus -vit. *al.*

b *-antur quae vulgantur, passim nota fiunt* (*ponitur persona pro eius fama sim.* MARCELL.): SYMM. epist. 5, 9, 1 iudicium meum ... habitum *postea* -vi opere largiore (*antea*: oratiunculas ... editas a nobis). HIST. AVG. Diad. 2, 10 (*verba edicti*) puellas Antoninianas, quae tam grati nominis gloriam -rent (*cf.* SACR. Leon. 779 quamvis ... sanctorum tuorum – -ante te, domine – toto orbe clara sit gloria). CONST. Sirmond. 1 olim promulgatae legis ordinem ... rursus ... -amus. SACR. Leon. 699 per cuncta mundi spatia martyrum tuorum facis victorias -ari. MARCELL. chron. II p. 65, 398, 19 tanta ... opinione ubique merito -tus *Ioh. Chrysostomus.* *al.*

3 *quolibet respectu* (*sc. gradus, numeri vel minus perspicuo*): VARRO ling. 9, 62 quocumque progressa est natura cum usu vocabuli, similiter pro portione -ta est analogia. TAC. ann. 15, 59, 5 hic *maritus* patientia, illa *adultera* impudicitia Pisonis infamiam -vere. GELL. 2, 24, 15 edicto ... a trecentis sestertiis adusque duo sestertia (*sc. milia*) sumptus cenarum -tus est. APVL. met. 4, 26, 6 iam spem futuram liberorum votis anxiis -bat *mater sponsae.* HIST. AVG. Heliog. 15, 4 insidias in dies Caesaris -bat. COD. Theod. 8, 12, 9 cum observationem iuris contrahere potius quam -are debeamus. *al.*

B *vi efficiendi, procreandi* (*accedente dat. fere i. q. praestare p. 1947, 7. 19 sq. al., mediopassive fere i. q. oriri p. 1947, 2. 8. al.*): **1** *quolibet modo*: **a** *-antur varia*: CIC. Verr. II 5, 180 cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et -ari vellet *Cato virtute, non genere*

[Burch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

commendatus. top. 69 *comparatione fit,* ut ... anteponantur ... bona ..., ex quibus plura bona -entur (*cf. Arist. top. 117a7* ἔπεται). LVCR. 1, 280 *venti similiter ac flumina rapida* fluunt ... stragemque -ant (*cf. 1, 288* dat). TER. MAVR. 1448 solvit ... spondeus imam *syllabam,* cum -at dactylum (*syn.* ex sese creat, edet). PANEG. 4, 2, 3 -bimus optabilis boni seriem (*postea*: omnia ... continuatos fructus ferunt). IVVENC. 1, 167 (*angelus ad pastores*) genitus puer est ..., qui populis lucem mox laetitiamque -et. RVFIN. hist. 2, 13, 1 cum ... per dies singulos religionis -rentur augumenta. 5, 21, 1 *sub Commodo* pax ecclesiis per omnem terram -batur (*gr.* εἰρήνης ... διαλαβούσης ἐκκλησίας). AVG. civ. 18, 35 p. 308, 14 Malachias prophetans ecclesiam, quam per Christum cernimus -tam (c. Cresc. 3, 79, 91 illis primis *e.* apostolico labore -tis. 4, 1, 1 [*iuxta* fundavit]). COD. Theod. 2, 1, 3 debet ad eum *delinquentem* ultio severitatis congruae -ari (*syn.* ex(s)erantur). MVTIAN. Chrysost. hom. 31 p. 432 (*cf. p. 1942, 65*) amaritudinis ... radix vel fons vel propositum numquam potest aliquid dulce -are (*syn.* facere, *utrique resp. gr. p. 213* ἐνεγκεῖν). *al.* **b** *-atur spatium temporis quodammodo definitum, longa memoria sim.* (*aliter sub A1*): CIC. Catil. 2, 11 si meus consulatus ... *Catilinam* sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa saecula -arit rei publicae (PANEG. 8, 3, 2 quanta ..., invictissimi principes, et vobis et rei publicae s. -ati⟨s⟩? OPT. PORF. carm. 15, 6 *Constantinum* genuit Constantius ..., aurea Romanis -ans s. nato). 3, 26 eandem ... diem intellego ... -tam esse et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei (SEN. dial. 11, 18, 2 *tumuli caduci* non -ant longam d. ...; immortalis est ingenii memoria). PLIN. nat. 15, 49 cum *nova malorum genera* conditoribus suis aeternam -verint memoriam.

2 *derivando sim.*: VARRO ling. 8, 3 -tum ⌊'legi' a 'lego'⌋ declinatum est (⌊ ⌋ *Dahlmann, 1940, aliter alii*; legium *trad.*). 9, 74 reprehenditur analogia, ... a cado duo reliqua quod non sint -ta, *sc. *cadicula *cadicilla, ut ab anu anicula anicilla.* CHAR. gramm. p. 381, 15 appellationes ... -tae e verbis. AVG. c. Cresc. 2, 1, 2 p. 361, 13 mihi a nescio quibus -tum sonabat hoc nomen (*sc. 'Donatistae' a Donato, cf. ibid. p. 360, 26* nomina derivare vel declinare). COD. Theod. 4, 4, 3, 2 nostra ..., quae sunt ex antiquioribus -ta, ... decreta.

homoeoprophora: LVCR. 5, 850 ut -ando possint procudere saecla (5, 856 potuisse -ando p. prolem). AVG. civ. 7, 30 p. 313, 21 -andae prolis (*al. apud eundem; addas l. 36*). *al.*

deriv.: propagatio, propagator (-trix); *cf.* propagmen. *Burch.*

?prōpāla, -ae *f.* [*fort. a* 1. propalare *retrograde; cf. alia exempla apud Leumann, Gramm. 1977, 268. Fo.*] *i. q. actio vel effectus propalandi, sc. non nisi meton. de virga vitis propalanda* (*si agnoscenda est vox*): COLVM. arb. 7, 2 virgam cum a matre in terram deprimere voles, scrobem quoquoversus quattuor pedum facito, ita ⟨ut⟩ -a non laedatur alterius radicibus (*vulgo coni.* propago, *cf. p. 1948, 46 sqq.*). *Bk.*

※prōpalam *adv.* *a* pro *et* palam. NOT. Tir. 54, 31. prŏ- *e coni. dub. in pentametro* CE 2040, 6 (*saec. V med.; sed v.* INSCR. christ. urb. Rom. 15764, 6). GLOSS. ἐμφανέστατα. valde publice. GLOSS.ᴸ Corp. P 582 valde palam. *legitur in versibus apud* PLAVT., TER. MAVR. (*v. etiam l. 46*), *in prosa oratione inde a* CIC. (*semel*), LIV. (*25ies*), *sc. maxime apud rerum scriptores* (*e. g.* TAC. *septies,* SVET. *duodecies*). [*restit. pro* prolatam LIV. 23, 14, 8. 24, 1, 8. *e coni. dub. l. 46 et* PLAVT. Aul. 283 dicam ⟨pro⟩palam (*Bothe,* ⟨tibi⟩ palam *Ussing*).]

fere i. q. palam (*praeverbium additum videtur vi locali* [*cf.* pro tribunali, pro contione *sim.*]). *alternat in contextu cum* palam *p. 1948, 39; fere pro syn. accedunt* aperte *l. 70 et* PANEG. 3, 2, 2 (*cf.* apertus *l. 71 et* LIV. 31, 24, 8), in manifesto *p. 1948, 32, cf. e. g.* in foro *p. 1948, 22,* in vulgus *p. 1948, 21,* interdiu *p. 1948, 17 et* LIV. 28, 24, 8; *opp. e. g.* clam *p. 1948, 7* (*cf.* clandestinus TAC. ann. 4, 27, 1), occulte *p. 1948, 8* (*cf.* in occulto *sim. p. 1948, 17. 22 sqq. al.*), secreto *p. 1948, 26* (*cf. p. 1948, 24*), inter paucos *p. 1948, 20,* furto *l. 74* (*cf. l. 65*), fraude *p. 1948, 3, ceterum in contextu occurrit e. g.* tacitus *p. 1948, 26 et* LIV. 24, 1, 8. 34, 33, 14.

1 *spectat ad verba*: **a** *usu communi*: **α** *respiciuntur actiones variae* (*sc. quae fere publice, coram omnibus vel pluribus fiunt, saepe ita, ut praevaleat respectus non celandi; de motu mundi p. 1948, 9*): PLAVT. Epid. 12 minus iam furtificus sum quam antehac. :: quid ita? :: rapio -m (*inde* AMM. 15, 13, 3). Persa 446 facito mulier ad me transeat per hortum ..., at ne -m. CIC. de orat. 1, 161 non ... proposito argento neque tabulis et signis -m collocatis (*opp.* reconditis). LIV. 3, 37, 8 iuventus nobilis ... -m licentiam suam malle quam omnium libertatem. 24, 38, 3 cui *fraudi* quoniam parum succedit, aperte ac -m claves portarum reposcunt *Hennenses.* 39, 8, 4 vates, nec is, qui aperta religione -m ... disciplinam profitendo animos errore imbueret, sed occultorum ... antistes sacrorum. 42, 52, 16 Romanos ... -m Macedoniam in servitutem petere (AMM. 31, 12, 8). 44, 6, 13 montes ... repetendi erant; quod, ut furto fefellerant, ita -m, tenentibus ... cacumina hostibus, non poterant. *al.* SEN. dial. 7, 23, 2 si nihil quisquam apud illum invenerit *iniuria partum* ..., audaciter et -m erit dives. CVRT. 5, 10, 7 -m comprehendi Dareus non poterat, ... itaque quod vi non poterant, fraude adsequi temptant (*sim.* TAC. hist. 4, 39, 4 -m opprimi Antonius nequibat). TAC. ann. 2, 39, 4 *falsus Agrippa Postumus* adire municipia obscuro diei neque -m aspici. 15, 7, 1 bellum ... -m sumptum *est* a Parthis. *al.* SVET. Nero 22, 1 ad omnis ... circenses e secessu commeabat, primo clam, deinde -m. Vesp. 16, 1 negotiationes ... vel privato pudendas -m exercuit. *al.* APVL. apol. 62, 4 occulte fabricatum esse dixistis ..., quod Saturninus ... -m exsculpsit. mund. 30 p. 357 machinam omnem *mundi* ... speciesque innumeras modo -m, saepe contectas (cons- *trad.*) ab uno ... principio agitari (*gr. 399a33 sqq.* ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, μυρίας ἰδέας ἀναφαίνουσα, *sc.* ἡ φύσις). VET. LAT. Col. 2, 15 (cod. 75) *Christus* potestates traduxit ⌊libere -m (-lum *cod.*)⌋ triumphans illos in semet ipso (⌊ ⌋ *gr.* ἐν παρρησίᾳ, *Vulg.* palam [confidenter palam *codd. plerique*]; *cf. Frede, ed. Beuron. p. 285 sqq. ad l.*). EVTR. 9, 27, 1 Herculius ... -m ferus, *sc. fuit.* *al.* **β** -m *loqui sim.*: LIV. 7, 12, 13 *milites* haec interdiu -m ... iactare (45, 31, 7 [*opp.* ex occulto]). 10, 20, 4 -m duces loqui extemplo eundum in Samnium esse (SVET. Aug. 64, 2 ut ... vetaret ... *filiam* loqui aut agere quicquam nisi -m et quod in diurnos commentarios referretur). 22, 12, 12 *magister equitum Fabium* primo inter paucos, dein -m in vulgus pro cunctatore segnem ... compellabat. 26, 35, 7 haec non in occulto, sed -m in foro atque oculis ipsorum consulum ... fremebant. *et saepius.* TAC. ann. 6, 7, 3 (*opp.* per occultum). 12, 46, 3 ille -m incerta ... respondens secretis nuntiis monet *eqs.* SVET. Nero 15, 1 *non* in commune quicquam neque -m deliberabat, sed ... *consiliariorum* sententias tacitus ac secreto legens *eqs. al.* APVL. apol. 71, 7 hunc ille timorem mussitabat, a⟨d⟩versari -m non audebat. AMM. 20, 2, 1. *al.*

b *praedicative* -m esse *vel* fieri, *i. q. manifestum, omnibus notum esse, fieri*: PLAVT. Mil. 1348 (*servus de dolo suo*) timeo ne hoc tandem -m (pro alla *vel* p. illa *codd.*) fiat nimis. VET. LAT. Ioh. 7, 4 (cod. 4) nemo ... aliquid faciens in occulto quaerit -m esse (*gr.* ἐν παρρησίᾳ, *cod. 3. al.* = *Vulg.* in palam). Rom. 2, 28 (Hesych. in lev. 1, 1) non ... qui in manifesto Iudaeus nec ea, quae -m in carne est, circumcisio, sed quae in occulto (*gr.* ἐν τῷ φανερῷ, *Ambrosiast.* palam, *Vulg.* in manifesto). AMBROSIAST. I Tim. 5, 24, 1 ('manifesta') quorum peccata -m sunt. *cum (acc. c.) inf.*: TER. MAVR. 442 ut videre -m est. 709 q *litteram* numquam revelli -m est pronomini (*sim. structura* 2327).

2 *spectat ad appositionem vel praedicativum*: LIV. 5, 29, 10 haec -m contionabundus ... augebat iras hominum *Camillus* (*cf. 8* palam). 28, 20, 11 his *Hispanis* Cerdubelus -m deditionis auctor ... praeerat. AMM. 27, 7, 4 Valentinianus, homo -m ferus.

deriv.: 2. propalo. *Burch.*

1. prōpālo, -ātum, -āre. *a* pro *et* 2. palare (*verbum falso tradi pro* propagare *putant multi, sed videtur eadem ratione a* 2. propalo *distinguendum esse ac* 1. *et* 2. depalo).

i. q. producere palando (*sc. per palos*): **1** *in cultura vitium* (*cf. ?*propala *p. 1947, 41*): COLVM. arb. 7, 4 ex eo sulco, *quo vitem totam demiseris,* quasi ramos fossarum facies, per quos, uti quaeque virga postulavit, -etur (propag- *post alios Goujard, Rev. Phil. 58, 1984, 219 sq.; vix recte deponens a* pro *et* palari *agnoscitur vol. X 1, 159, 13, cf. enim Colum. arb. 7, 1* mater prosternitur atque in pluris palos per suas virgas dividitur). **2** *c. respectu palorum terminalium (cf.* depalare *vol. V 1, 561, 8 sq. X 1, 175, 57) vergit in vim q. e. extendere, prolatare* (*notionem testatur* GLOSS. -are: extendere [*v. etiam l. 59*]): EVSEB. EMES. serm. 24, 25 *aliquis regem desiderans,* cum debeat magis desiderium suum ad eum qui quaeritur -are, stupens valvas regias ... resideat ad ea quae prima occurrerant, fraudatur regis visione. GREG. TVR. Franc. 9, 21 morbum usque ad ... vicum Octavum nomine fuisse ... -tum (propag- *Bonnet, Le latin de Grég. de Tours, 1890, 266 adn. 1*). *vi temporali* (*cf.* GLOSS. -are: ἀναχρονίσαι [*v. varias coni. ibid.*]): GREG. TVR. Franc. 4, 35 rogabant regem, ut saltim una dominica praeteriret, ut hic non benediceretur *episcopus*; quod si -retur, mille aureos regi darent (*ad* 2. propalo *traxit Bonnet loc. cit.*).

*deriv.: ?*propala. *Bk.*

2. ※prōpalo, -āvī, -ātum, -āre. *a* propalam. *affertur inter verba I^ae coniug.* DIOM. gramm. I 364, 18 -o, -vi. *de notione*: GLOSS. -at: manifestat vel divulgat. -tum: omnibus notum factum. manifestatum. GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 1819 proderet: -ret. *al.* *legitur inde a* VET. LAT., BARNAB. [*confunditur* -tus *cum* prolatus VVLG. Hebr. 9, 8 AVG. conf. 9, 7, 16. *al.; falsa var. l. pro* propellere CIC. Tusc. 4, 9; *per confusionem praeverbiorum usurpatur* praepalare (*q. v.; cf. var. lect. p. 1949, 39*).]

i. q. palam facere (*accedit acc. obi. passim [c. praedicat. p. 1949, 18. 26, praepos.* de *p. 1949, 4. 56], mediopass. vel refl. v. sub 1b, pendet acc. c. inf. p. 1949, 10, enunt. interrog. p. 1949, 35. 38. 58* [*cf. p. 1949, 25*]): **1** *variis modis*: **a** *-antur res*: **α** *generatim, sc. incorporaliter, respiciuntur quaelibet detegenda, manifestanda* (*divinitus p. 1949, 1. 5. al.*):

[Nikitinski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VET. LAT. Hebr. 9, 8 (cod. 89. *al.* = VVLG.) nondum -tam esse sanctorum viam (*gr.* πεφανερῶσθαι). EPIST. imp. Constantii (Inscr. Ephes. Wankel 41) 22 ingenii sui virus adversum commodum ⟨rei public⟩ae ... non ausus est -are. AVG. epist. 78, 2 ut, quod homines invenire non possunt, de quolibet eorum *reorum* divino iudicio -etur. gen. ad litt. 5, 19 p.163, 8 *quod absconditum erat in deo,* apparet, cum efficitur atque -atur. virg. 47, 47 latent ista (*i. vires animi*) ..., temtata panduntur, experientia -antur. CONSENT. Aug. epist. Divjak 11, 2, 7 cum ... dissimulatione iam contegi res omnibus -ta non posset. CASSIAN. conl. 17, 24, 1 continentiae ... -are virtutem. PRAEDEST. 3, 27 p.668^{C} baptismatis ... gratiam exinaniri ab hominibus perfidis, nuper coepit innotescere, nuper coepit catholicis -ari. SALV. gub. 7, 78 ne oculos civitatis scelera -ta polluerent. PS. VEN. FORT. vita Med. 1, 1 *vita Medardi* per universum orbem virtutum -atur insignibus. *al.* **β** *speciatim respiciuntur: corporea varia, quae in conspectum feruntur* (*cf. l. 12*): AVG. conf. 9, 7, 16 *ossa* -ta (prolata *var. l.*) et effossa. de serm. dom. 1, 23, 79 (*ad Matth. 5, 45* solem ... oriri facit) solem ... oculis -tum (prolatum *var. l.*). GILD. Brit. 12 chron. III p.32, 18 *renovatas* basilicas ... velut victricia signa passim -ant. *scripta, quae eduntur*: SIDON. epist. 4, 3, 2 volumen illud, quod ... super statu animae ... -visti (8, 1, 2). 9, 11, 7 libellari opere confecto animus ... quae -are dissimulat, excolere detrectat. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p.26, 1 pagina ista -atur eiusdemque auctor occultatur.

b *-antur animantes (natura l. 26); usu mediopass. vel refl. respiciuntur qui se ostendunt: ut videantur, cognoscantur*: AVG. in psalm. 87, 8 'non egrediebar' ... id est ... non ostendebam, quis essem, non -bar, non manifestabar. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 1, 3 homines nudos natura suscepit et -atur noverca, non mater. PS. THOM. apoc. l. 79 tunc ⌊-bitur⌋ angelus ..., et exibunt cum illo omnes angeli (⌊ ⌋ proclamavit *cod. P*). *ut capiantur*: COMM. instr. 2, 9, 14 (*in persecutione minus fortes non pugnent, sed lateant*) rex infamis erit, si quis se -at hosti (*postea*: qui occurrit tradere sese).

2 *dicendo vel scribendo* (*cum variis coloribus, e. g. explicandi l. 34. 38. 52, proclamandi l. 42. 45, detegendi l. 40. 44, prodendi l. 37*): BARNAB. 1, 7 -vit ... dominus per prophetas, quae praeterierunt (*gr.* ἐγνώρισεν). 16, 5 sicut incipiebat civitas ... Iudaeorum tradi, -vit (*sc. dominus sec. 16, 2? vix intrans., quamquam gr. respondet pass.* ἐφανερώθη). ORIGO Rom. chron. I p.144, 9 *Titus Tatius* virginem Vestalem ... defodit, eo quod secreta Romuli ei -are noluisset. POTAM. subst. 2 quid sit substantia, ... -emus. FAVSTIN. trin. praef. si ... sectae impia tergiversatio -etur (praep- *cod. C ut loco seq.*). 1, 2 ut ... -etur impietas. ASTER. ad Renat. l. 398 iuvat conscios delictorum apertissime -are. TRACT. Pelag. 4, 16, 3 p.96 quia ... divini consilii decretum -verit (*postea*: publicandum). AVG. adv. Don. 34, 57 p.160, 16 ut ... omnia loquendo vel legendo pro causa nostra promerent atque -rent. serm. 29A, 3 ut secretum facinoris -etur *confessione.* PS. AVG. serm. 186, 1 Moyses ... mandata dei populo -vit. SEV. MINOR. l. 157 Theodorus ... somnium ... Iudaeis his sermonibus -vit. OROS. hist. 6, 5, 10 qui contra interdictum iam -tae et publicatae veritatis ... colunt deos *paganos.* HESYCH. in lev. 18, 24 p.1017^{C} legem ... per Moysen -tam. CASSIAN. conl. 10, 9, 3 si ea, quae ... *priori* disputationi subtraxeram, -aro (-vero *var. l.*). PS. VIGIL. THAPS. trin. 6, 6 rec. I omnipotentem deum ad omnipotentem substantiam -vi (*antea*: declaravi, indicavi). VICT. VIT. 3, 18 *cuiusdam* scripturae eis episcopis -are tenorem. OP. imperf. in Matth. 1 p.633 si -vero filiis Israel *peccatum Mariae,* lapidabunt eam (*opp.* celavero; *cf. Matth. 1, 19 supra p. 749, 67*). CASSIOD. Ios. antiq. 19, 44 p.551 secreto prodito et insidiis -tis (*gr.* ἐκπύστου ἐπιβουλεύματος γενομένου). GREG. TVR. Andr. 38 quae de virtutibus ... Andreae ... praesumpsi -are. vit. patr. praef. prolixiora ... in hoc ... libro ... praesumpsimus -are. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p.26, 11 ut in paucis eius *Cyrilli* nequitiam, qualis sit ..., -emus. VEN. FORT. vita Albin. 5, 10 ad quod perspicacissime -andum vita vel gesta ... Albini deducantur ad medium. *al.*

deriv.: cf. 4. palo. *Nikitinski.*

[prōpalus *falsa var. l.* AETNA 530 (*adi. ab adv.* propalam *formatum vix recte defendit Sudhaus, 1898, ad l.*).**]**

prōpando, -passum (-pānsum; *cf. vol. X 1, 193, 14 sqq.*), -ere. *a* pro *et* pandere. [*e coni. dub.* ACC. trag. 255 *crines* ⌊propessi iacent⌋ (*Ribbeck* [*ad formam cf. vol. V 1, 1389, 63 sq.*], propexi i. *Commelinus,* processuacent *trad.*).] *i. q. pandendo porrigere*: APVL. met. 6, 15, 1 -nsis utrimque pinnis affuit ... aquila (Socr. prol. 4 p.109 -ssis u. p. praelabitur *corvus. cf. Ov. am. 3, 2, 45* passis ... p.).

propappus, -ī *m., πρόπαππος.* GLOSS.^{L} V Aa A 1326 atavus: -us (pappus *var. l., cf. ibid.* II Philox. AT 1 a.: *πρόπαππος*). 1327 atatavus: -us (*editor confert* GLOSS. Comm. philol. Ienens. 11, 1914, 38 n. 603 sq. atuus: pappus. atatzavus: -us).

proparasceuē, *abl.* -ē *f., προπαρασκευή. editur litt. gr. praeter* FORTVN. rhet. 2, 15. 20. *t. t. rhet. fere i. q. praeparatio sim.:*

1 *definitiones*: IVL. RVF. rhet. 32 p.46, 9 *προϋπεργασία* vel *-ή,* praemunitio (*v. p. 728, 62*). FORTVN. rhet. 2, 15 -e sive praeparatio (*v. p. 751, 46*). 2, 20 ananeosis a -e quo differt? quo -e, id est praeparatio *eqs.* (*v. p. 751, 48*). **2** *exempla cetera*: FORTVN. rhet. 2, 12 et alias *partes orationis* quidam tradiderunt; quas? *προέκθεσιν, -ήν eqs.* DON. Ter. Eun. 495, 1 vide *-ὴν* futurae litis (*cf.* 620 hic *-ὴ* est virginis agnoscendae).

proparoxytonus, -a, -um, *προπαροξύτονος. t. t. gramm. i. q. accentum habens in syllaba, quae est a fine tertia*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 527, 19 Simoentis, Thermodontis -a (-oxitano(s) *codd.*) sunt, si ad Graecos respicias, ... paroxytona autem, si ad nostram redigas regulam (*cf. 527, 24* tertiam ab ultima acuere. *similia respondent* 528, 23).

adv. **προπαροξυτόνως,** *i. q. ratione verborum proparoxytonorum, trad. litt. gr.* MACR. exc. gramm. V 614, 34.

propassio, -ōnis *f. a* pro *et* passio *sec. gr. προπάθεια.* [*falso trad. pro* professio AMM. 21, 16, 5.]

i. q. προπάθεια (*cf. Hier. in Ezech. 18, 1 l. 97* primos ... stimulos cogitationum, quas Graeci *προπαθείας* vocant [*sim. tract. in psalm. II p. 377 l. 408* cogitationum exordiis, quas *eqs.*]. *v. etiam* antepassio *vol. II 152, 77*): HIER. in Matth. 5, 28 (*inde* ISID. diff. 1, 431) ⌊inter *πάθος* et *προπάθειαν,* id est inter passionem et -em⌋, hoc interest, quod passio reputatur in vitio, -o ... non tenetur in crimine (⌊ ⌋ *cf.* GLOSS. pathus et propatheian: passio et -o [-batio *trad.*]). *ibid.* qui viderit mulierem et anima eius fuerit titillata, hic -e percussus est; si vero consenserit ... de -e transivit ad passionem. 26, 37 quod supra diximus de passione et -e. *ibid.* ('coepit contristari') quod dominus ..., ne passio in animo illius dominaretur, per -em coeperit contristari.

prōpateo, -ēre. *a* pro *et* patere. *i. q. patere, sc. prominendo sim.* (*nisi praeverbium abundanter positum putes*): PHYSIOGN. 37 si ... ⌊-ant⌋ oculi cum risu et errent, perpetratam iniquitatem esse declarant (⌊ ⌋ pateant *var. l.; cf. gr. I p. 336, 1* εἰ ... ἀναπεπταμένους ... ἔχοιεν).

propater, -tris *m. a* pro *et* pater *sec. gr. προπάτωρ.* [*falsa var. l. pro* propator IREN. 2, 17, 5.]

1 *per sing. respicitur unus e maioribus: ? auctor generis humani* (*si vera est lectio*): HIER. tract. in psalm. I p.121 l.64 Adam ille -r noster (pro patre, protopater *var. ll., sed etiam* propagator [*cf. falsam var. l.* pro patoris Adam *pro* propagatoris A. *Hier. adv. Pelag. 3, 18 l. 11*]). *proavus*: EXC. barb. p.234, 25 Cronus ... -r eius *Pici* (*antea*: Picus ... Cronu pronepos). **2** *per plur. significantur conciliorum patres priores*: GEST. Melet. 1, 3 lex est patrum et -um ... constituta *de ordinatione clericorum.*

[propatheia, *sc. vox gr., v. l. 22.***]** **[propatin** *v.* protopathin.**]**

[prōpatior *falso trad.* SCHOL. Iuv. 2, 50 ('morbo pallet utroque') inguina lambentis et ⌊-entis⌋ (stuprum patientis *Wessner*).**]**

propatōr, -oris *m., προπάτωρ. plur. non exstat; forma gr. (praeter nom. -r ambiguum) acc.* -a IREN. 1, 14, 2 (*litteris gr.* TERT. *l. 49*). [*falsa var. l. pro* propagator HIER. adv. Pelag. 3, 18 l. 11.]

nomen aeonis gnosticorum, qui est pater ante alios patres, primus pater: TERT. adv. Val. 7, 3 *Valentiniani deum* hunc substantialiter quidem *Αἰῶνα Τέλειον* appellant, personaliter vero ⌊-*α* et *Προαρχήν*⌋ (*v. app. crit.*), etiam Bython (*item iuxtaponitur* proarche *supra p. 1441, 21*). 36, 1 *non gradatim, sed* semel octoiugem istam *aeonum* ex -e (parte *vel* patre *trad.*) et Ennoea eius excusam *esse* (*sim.* IREN. 1, 12, 3). PS. TERT. haer. 4 p.221, 4 Christum ... missum ab illo -e, qui est Bythos (*item explicatur l. 50 et* IREN. 4, 35, 4). *ibid.* p.221, 20 desiderium videndi -is. IREN. 1, 2, 1 -em ... cognosci solo dicunt ei, qui ex eo natus est, Monogeni, hoc est No (*sim.* PS. HIER. indic. de haer. 18). 1, 12, 3 quando cogitavit aliquid emittere -r, hoc pater vocatus est (2, 13, 1 quemadmodum ... emissus est Nus a -e? *al. ibid.*). 2, 7, 2 circa Nun -is (2, 17, 7. 9). 2, 12, 2 si ... non dicent emissam esse *Ennoeam* ..., sed adunatam -i. *al. apud* IREN.

propatruus (prō-*?*), -ī *m. a* pro *et* patruus, *cf.* proavus. *cognationis appellatio*: GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 quinto gradu ... ex transverso ... *est* -us ..., id est proavi frater (FRG. de grad. cogn. 7. INST. Iust. 3, 6, 5 [*vertit Theophil.* μείζων θεῖος πρὸς πατρός]. GLOSS. *notione coartata*: PAVL. sent. 4, 11, 5 -us ..., proavi paterni frater [*cf. l. 63. 69 et Bush supra p. 1442, 64*]). 38, 10, 3 pr. -i ... filius, filia (*item* PAVL. sent. 4, 11, 6 FRG. de grad. cogn. 8). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 p.357, 6 (*syn. ibid. p. 357, 5* patruo maiore). 38, 10, 10, 18 p.361, 6 avi aviaeve -us. CIL VIII 8935 (*saec. III*) statuas equestres -i sui ... restituerunt *Cornelii quidam.* ISID. orig. 9, 6, 24 patrui mei avus mihi -us est (*cf. l. 64*). *ibid.* stemma 1 *et* 2 *et* 3. *loco corrupto*: GLOSS.^{L} V Abba PRO 65 -us: frater aviae (proaviae *var. l.*). *Bk.*

propatulus, -a, -um. *a* pro *et* patulus. NOT. Tir. 96, 68. *de notione*: FEST. p.229 -um late patens atque apertum. GLOSS. in -o: *ἐκ τοῦ προφανοῦς.* est in aperto; patula enim et -a dicuntur loca diffusa et dilatata. in publico, manifeste (*vel* -to). II 226, 48 *ἀνεφγώς*: apertus, pa-

[Nikitinski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tulus, -us. 424, 25 *προφανής*: -us, perspicua. *sim. al.* *legitur inde a* CIC., VARRONE, *nusquam in versu.*

i. q. die quodam, qui prope aderit, brevi tempore, proxime (*ad tempus posterum remotius spectat l. 45; fere pro syn. accedunt* brevi *l. 14,* paucis post diebus *l. 35*): **1** *iuxta verbum*: **a** *formis futuri temporis* (*gerund. l. 24*): **α** *exempla varia*: PLAVT. Asin. 817 *uxorem tuam* tu -m ... effliges scio. Persa 295 te hodie ... defigam in terram colaphis. :: ... te cruci ipsum affigent -m alii. TER. Haut. 868 ne tu -m ... istius obsaturabere (SCHOL. Ter. p. 124, 7 proximo tempore). Ad. 888 hoc verum est et ipsa re experiere -m. CIC. Phil. 13, 45 sensimus hoc nuper falso nuntio; vero -m sentiemus (IVST. 22, 3, 5 [*antea*: brevi]. *cf. l. 46*). off. 3, 121 praesens tecum -m, ut spero, ... loquar. fam. 3, 10, 11 te ..., ut spero, -m censorem audiemus. *al.* SALL. Catil. 32, 2 sese -m cum magno exercitu ad urbem adcessurum. 56, 4. LIV. 2, 31, 9 optabitis mediusfidius -m, ut mei similes Romana plebes patronos habeat. 22, 25, 14 *se* -m effecturum, ut sciant homines *eqs.* 30, 42, 7 bellum quaerere regem et, si pergat, -m inventurum. *al.* FRONTIN. strat. 3, 5, 3 FRONTO p. 170, 16. EPIST. leg. pr. pr. (CIL XIII 3162) 2, 14 (*saec. III'*) semestris, *sc. tribunatus,* ... epistulam, ubi -m vacare coeperi⟨t⟩, mittam. AMM. 19, 11, 2 (*de motu barbarorum*) quae superbius incitanda -m imperator dilato negotio credens (*item iuxta gerund.*: 20, 4, 1 IVLIAN. in Ioel 3, 1 l. 10. 3, 4 l. 107 ut ... longe post venturis fidem faciant, quae -m denuntiat exhibenda *propheta.* SIDON. epist. 2, 10, 5 -m coniunx domum ... ducenda). RVFIN. hist. 2, 10, 8 eum -m moriturum *esse* (*gr. μετ' ὀλίγον*). *al.* **β** -m (ad)fore *sim.*: TER. Haut. 160 illum tibi salvom affuturum esse hic confido -m (SCHOL. Ter. Bemb. cito. *cf.* adfore: LIV. 30, 7, 10 AMM. 24, 5, 7. 29, 2, 23). CIC. Att. 8, 1, 3 -m video ... locupletium urbem refertam fore (fam. 16, 9, 2 -m te valentem f. LIV. 10, 45, 5. 44, 15, 7). LIV. 3, 13, 4 de quo futurum -m iudicium, eum indemnatum ... non debere violari (7, 30, 8. 32, 26, 7 *ludi* -m futuri erant. LACT. mort. pers. 46, 1). **γ** -m videbo *sim.*: CIC. div. 1, 47 *Indus quidam moriturus Alexandro* 'optime' inquit '-m te videbo' (*postea*: paucis post diebus Alexander est mortuus). Att. 3, 9, 3 -m nos videbis (*in fine epistulae, ut*: fam. 15, 11, 2 -m te, ut spero, videbo. ad Brut. 20, 3. *al.* FRONTO p. 81, 13). LIV. 1, 41, 5 *se* confidere -m ipsum *regem vulneratum* eos visuros. 1, 46, 8 (*verba Tulliae*) domi se -m visuram regnum fuisse, quod apud patrem videat (*sim.* 6, 34, 10).

b *formis variis* (*sed futura respicientibus*): PLAVT. Persa 837 absque me foret ..., hic faceret te prostibilem -m. CIC. Att. 2, 1, 11 prognostica mea ... -m exspecta (DECRET. decur. inc. [CIL V 5127 = Année Épigr. 1984 n. 435; *aet. Neronis?*] 2 cum ... praefectus cohortis ... -m successorem exspectet). LIV. 1, 48, 7 quibus *Penatibus* iratis malo regni *Tarquinii Superbi* principio similes -m exitus sequerentur (*XXV annis post*). 30, 44, 11 vereor, ne -m sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrimasse. AMM. 30, 1, 4 mittere -m alterum Armeniae regem (31, 12, 14 nobiles quosdam ... ad se -m obsides mitti).

2 *subaudiendo verbo* (*sc. disserendi sim.*): CIC. Att. 7, 5, 4 sed haec -m coram (14, 17[a] [= fam. 9, 14], 8 sed his de rebus c. plura -m, ut spero. fam. 12, 1, 2 verum haec -m et multa alia c.).

?**propedila** PS. APVL. herb. interpol. 2 adn. 32 *v. p. 1494, 53.*

?**prōpedo** *v.* propedat. *Burch.*

prōpello, -pulī, -pulsum, -ere. *a* pro *et* pellere. *perf.* propepul- *in var. l.* LIV. 7, 24, 5. *prima syllaba corripitur* LVCR. 4, 194. 6, 1026 (*longa est e. g.* 3, 160 *ut apud alios*). *de notione* (*v. et p. 1418, 9*): PAVL. FEST. p. 235 protelare: longe -ere. GLOSS. -untur: *ἀπωθοῦνται, ἐκβάλλονται.* -erat: expellerat. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., RHET. Her. (*v. p. 1968, 5*), CIC., LVCR., CAES., *sc. paucis locis praeter* SIL. (*23ies*), *sed apud scriptores plerosque* (*exceptis imprimis* VERG., MART., PLIN. *min.*). [*confunditur in codd. saepius c.* proferre (*sc. in stirpe perf.*) *e. g.* CIC. Sull. 64 HOR. carm. 4, 4, 6 (*restit.* VELL. 2, 128, 4), *ceterum e. g. c.* depellere HOR. sat. 1, 2, 6.]

i. q. pellere foras, e medio sim. vel prorsus, protinus (*notionibus praeverbii saepe parum distinctis*). *accedit passim acc. obi. (mediopass. p. 1969, 72 sq., cum obi. quod efficitur p. 1969, 19. 68, cum praedic. p. 1969, 45. 1970, 67; pro obi. est enunt. secund. p. 1970, 71; obi. suppl. vel absolute l. 75. p. 1969, 5; saepe indicatur et quo -atur (vel quem ad finem), sc. per praepos.* ad *vel* in *saepe, e. g. p. 1968, 18. 20. 69. 1970, 46. 53,* extra *p. 1968, 40. 71, dat. p. 1968, 19, adv.* foras *p. 1968, 34. 38,* introrsum (*fere contra vim praeverbii*) *p. 1970, 20,* sursum *p. 1970, 4, supin. p. 1968, 68. 72, et unde per abl. p. 1968, 31 sq. 73. 1969, 53. al., per praepos.* ab, ex, de *p. 1968, 5. 33. 46. 59. 1969, 13. 1970, 57 et saepe, per adv. p. 1968, 55.*

I *proprie et in imagine* (*impulsu corporeo passim, sed iussu sim. p. 1968, 13 sq. 23. 40. al.*): **A** *pro obi. sunt animantes* (*intellegendi sunt e. g. l. 16. 59. 69*): **1** *homines* (*daemones, animus*): **a** *generatim*: **α** *vario respectu*: Ⓘ *potius depellendi, amovendi vel prosternendi* (*cf. l. 65 sq.*): PLAVT. Rud. 672 *leno* scelestus sacerdotem ... reppulit, -ulit ... indignis modis nosque ... vi deripuit. RHET. Her. 4, 52, 65 iste mulierem ⟨-ulit⟩ ab se lamentantem (⟨ ⟩ *Marx,* (re)populit, reppulit *sim. trad.*). PHAEDR. app. 10, 13 *Pompeius* id dedecus castrorum (*i. militem*) -i iubet *e praetorio* (*cf. 20* eici). SIL. 11, 80 *nuntium quendam* haud verbis, haud voce, sed acri -lsum dextra ... praecipitem ... actum *esse.* TAC. hist. 3, 81, 1 nec deerant qui *oratorem molestum* -rent proculcarentque, ni *eqs.* APVL. met. 5, 10, 5 *Psyche iussit vento* -i et efflari ... nos *sorores.* CE 1059, 4 (*saec. II?*) *puerum* ignarum rector -ulit orbe rota⟨e⟩. LACT. epit. 28, 3 Aristippus ... de numero philosophorum deque coetu hominum -endus est. IVVENC. 2, 419 -lsus fugit de pectore daemon (*v. Vulg. Matth. 9, 33* eiecto daemone. *cf.* VITAE patr. Iurens. 54 cum ... eum *diabolum* invocatione Christi nominis -isset). CLAVD. DON. Aen. 6, 410 p. 562, 1 ('*Charon* animas ... deturbat') deturbare est terroribus -ere ac removere. *al.* Ⓘⓘ *potius impellendi, admovendi*: PROP. 2, 29, 11 *Cupidines me vinxerunt*; alter iubet in medium -ere *me.* SIL. 17, 291 fluctus obvia ... adversis -unt agmina castris (*dat.; pro abl. accipiunt alii statuentes aliquid antea excidisse*). TAC. hist. 3, 85 *Vitellium vinctum* ad Gemonias ... -ulere. VET. LAT. act. 19, 33 (cod. 5. *al., sim.* VVLG.) de ipsa turba distraxerunt Alexandrum -entibus eum Iudaeis (*gr. προβαλόντων, cod. 50* proponentibus). SVLP. SEV. chron. 2, 5, 3 in ignem. *al.* *voce, iussu sim.*: SIL. 7, 530 *Hannibal* -it ... agmina voce. 15, 559 *dea Italia visa est ducem* paventem attrahere et fractis turmas -ere portis. STAT. Theb. 7, 237 acies.

Ⓘⓘⓘ *arcendi* (*cf. p. 1970, 37. 55*): CLAVD. DON. Aen. 1, 30 p. 16, 21 ('arcebat longe Latio') -ere cupiebat Troianos a terris Italiae.

β *respiciuntur qui -untur e sede sua, domo, patria vel sim.*: Ⓘ *quilibet*: LVCIL. 259 (*nisi ad II*) *nobiles* peccare impune rati sunt posse et ⟨nobilitate⟩ facul -ere iniquos (⟨ ⟩ *abl. instr., sed de gen. cogitant alii*). NEP. Phoc. 3, 2 populus ... duces adversariae factionis ... patria -ulit. PAVL. dig. 45, 1, 132 pr. si ... domo eum *filium* -erit. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 149, 5 merito ei *animae* dici: 'exi (*1, 8*)', per quod videatur quasi de interioribus foras -i. AVELL. 1, 3 Felix ... de urbe -itur. *al.* *ex vita*: RVFIN. hist. 2, 10, 7 -or ... et deturbor ex vita (*cf. gr. καταστρέφειν ἐπιτάττομαι τὸν βίον*). Ⓘⓘ *haeretici, peccatores* (*sc. ex ecclesia, civitate sim.*): HIER. in Tit. 3, 10 p. 598[A] fornicator, adulter ... per sacerdotes de ecclesia -untur. AVG. c. Cresc. 4, 58, 70 quod *sec. Cresconium* nos foras essemus -lsi, vestri autem in ecclesia ... remanserunt. SVLP. SEV. chron. 2, 47, 6 *haeretici* extra omnes terras -i iubebantur *edicto.* COD. Theod. 16, 5, 19 *clerici haeretici* ex funestis conciliabulis ... omni modo -antur. CONC. Tolet. a. 400 ed. Rodríguez p. 334 l. 135 si quis ... acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus -atur (*ibid. l. 28* repellatur). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 175, 8. *al.*

γ *respiciuntur qui -untur in praecipitium, in aquam*: OV. met. 8, 594 *Hippodamas* in ... profundum -ulit e scopulo periturae corpora natae. SIL. 10, 212 in praeceps magna -lsus mole ruentum ... hauritur aquis *Curio.* SVET. Aug. 79, 1 *ut* in praecipitium -ret *Augustum.* VET. LAT. II Macc. 13, 6 (rec. V, *sim. al.*) *e turri* deici iussit sacrilegum omnibus eum -entibus ad interitum (*gr. προσωθοῦσιν, rec. P* impellunt). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 132, 2 (*in imag.*) *ecclesiam* a via veritatis scaevae praedicationis inpulsu in devia abrupta -is. *al.*

b *speciatim -untur, qui vi militari fugantur, sternuntur*: CAES. Gall. 4, 25, 1 fundis, sagittis, tormentis hostes -i ac summoveri iussit (7, 80, 6 eos *h.* SEN. contr. 7, 4, 5. HOMER. 796 inde, *sc. a classe,* adversis -unt viribus h. FRONTIN. strat. 2, 4, 1 [*si recte coni.*]. TAC. hist. 4, 29, 3 -ere umbone, pilo sequi, *sc. h. al.*). civ. 1, 55, 1 ut *equites* venientibus resistant atque eos -ant. *al.* BELL. Hisp. 26, 3 adversarios ... -lsos. 40, 5 cum ex castello Didius ad -endum processisset cum copiis. LIV. 7, 24, 5 -istis a castris, ... praecipites egistis. 41, 18, 11 alteram *partem copiarum* (CVRT. 6, 1, 1). VAL. MAX. 3, 2, 8 ne acies nostra iam inclinata -retur (CVRT. 3, 10, 6 umbonibus). TAC. hist. 2, 43, 2 -lsa quintanorum impetu ... legio. *al.* *de singulis pugnantibus*: CAES. Gall. 5, 44, 11 gladio comminus rem gerit Vorenus atque uno interfecto reliquos paulum -it. VAL. FL. 4, 311 *Pollux Amycum* labentem -ulit ... ac super insistens *dixit eqs.* SIL. 17, 467 clipei -lsum *hostem* pondere toto ... prosternit *Hannibal.*

2 *animalia*: **a** *respiciuntur pecora, quae mittuntur in pascua sim.*: VARRO rust. 2, 2, 10 *pastores* sole exorto ⟨potum⟩ -unt (⟨ ⟩ puto *trad.; item obi. non indicato*: 2, 2, 12 -unt in pabulum). CVLEX 45 -ulit e stabulis ad pabula laeta capellas pastor. LIV. 2, 11, 3 *ut* pecus ... in urbem compelleretur neque quisquam extra portas -ere auderet (10, 4, 7. 25, 8, 6 quae *p.* pastum -lsa essent. *al.* CVRT. 8, 1, 4). VITR. 10, 2, 15 -lsis ovibus.

b *vario respectu: depellendi*: HOR. carm. 4, 4, 6 patrius vigor nido laborum -ulit inscium *pullum aquilae.* PHAEDR. 4, 19, 12 -lsi ... fustibus vadunt foras *canes.* AMM. 19, 7, 7 elephantis vi magna -lsis. *promo-*

[Otlink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vendi, incitandi: PLIN. nat. 10, 53 *anseres progredientes* stipatione naturali -unt eos *primos fessos*. STAT. Theb. 11, 443 *Adrastus fugiens* -it Ariona *equum*. APVL. met. 6, 25, 4 *latrones* me plagis multis obtundentes -entesque. *al.*

B *pro obi. sunt res* (*subaudiendae l. 30, absolute l. 35*): **1** *notione communi*: **a** *vario usu -untur*: **α** *quaelibet res*: Ⓘ *quae vi naturali amoventur vel promoventur* (*coartantur l. 11, -endo efficiuntur l. 19*): LVCR. 4, 194 parvola causa est procul a tergo quae provehat atque -at *simulacra*. 4, 286 *imago speculo reiecta* alium prae se -ens aera volvit. 5, 486 radii solis cogebant ... terram verberibus ... ⟨in artum⟩ (partem *trad.*), in medio ut -lsa suo condensa coiret. 6, 1026 fit uti ... aer a tergo quasi provehat atque -at *anulum* (*respicitur magnes lapis ut*: 6, 1028 fit uti -at ... ferrum *aer*). SEN. nat. 7, 6, 2 *potest spiritus* -ere *aera* ex humili, donec ... refluat rursus. 7, 7, 3 si illos *cometas* aquilo -ret (*item de ventis*: PLIN. nat. 16, 5 *quercus* -lsae flatibus *in mari natant*. GELL. 2, 22, 24 ut nubes non procul -at *ventus*, sed ut ad sese vocet. *al.*). PLIN. nat. 9, 14 *orca* saginam persequitur in litus fluctibus -lsam (*item de mari*: SOL. 23, 14 *oceanus* mixtus mediterraneis sinibus, quos ad usque orientem -it). SIL. 17, 95 fumos volucri -unt lumine flammae. *al.*

Ⓘ *quae animantium vi vel opera potius*: Ⓐ *prosternuntur*: CAES. civ. 3, 46, 3 *Pompeiani* crates ... pro munitione obiectas -erunt (*item -untur munitiones*: SEN. Herc. O. 162 *Hercules* muros Oechaliae corpore -ulit. SIL. 7, 101 -ite vallum pectoribus. 9, 217 -lso munimine valli. *hyperbolice -itur oppidum munitum*: VAL. FL. 6, 385 *murus* procubuit ... atque ingentem -ulit urbem [*cf. Langen, comm. 1896, ad l.*; protulit *var. l.*, prodidit *Gronovius*]). PROP. 3, 8, 3 cum furibunda mero mensam -is (*an ad l. 31 trahas?*). OV. met. 8, 340 sternitur incursu *apri* nemus et -lsa fragorem silva dat (LVCAN. 3, 444). SIL. 16, 407 *auriga* opposuit currum atque eversum -ulit axem *adversarii*. SVET. Tib. 19 quotiens lucubrante se subito ac nullo -ente decideret lumen et extingueretur. Ⓑ *promoventur*: VITR. 10, 8, 6 pinnae *hydrauli* manibus tactae -unt et reducunt ... regulas. SIL. 5, 53 ocius ... -i signa iubebat *Flaminius* (*cf. p. 1968, 24*). TAC. hist. 4, 23, 3 struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis -ere. CLAVD. MAM. anim. 1, 15 p. 61, 7 fortius ... manus multae, quam singulae vel retinent vel sustinent vel -unt. Ⓒ *amoventur*: SEN. dial. 3, 11, 2 (*in imag.*) *ira*, ut aliquando -ulit stravitque obvia, ita saepius sibi exitio est. EPIST. imp. Hadr. dig. 47, 21, 2 qui terminos finium causa positos -erunt (abstulerunt *coll. Mos. 13, 3, 2*). VEG. mil. 4, 20, 1 trabes obponunt machinae venienti eamque a muri vicinitate -unt. Ⓓ *iaciuntur, immittuntur e loco superiore sim.*: CVRT. 3, 4, 11 obrui potuisse vel saxis confitebatur, si fuissent, qui ⟨in⟩ subeuntes -rent. 5, 3, 21 cum tantae molis onera -rent barbari (*antea*: saxa per montium prona devolvunt). TAC. hist. 3, 29, 1 ipsam ... ballistam in *oppugnatores* subeuntes -ulere. QVEROL. p. 4, 9 ornam Queroli in domum ... per fenestram -ulit (*sim.* p. 49, 8). *c. praedic.*: SIL. 16, 570 vicinam metae qui -ulit hastam. Ⓔ *deformantur*: PLIN. nat. 33, 128 polita crassitudine *speculi* paulumque -lsa (*sc. ut concavum fiat*).

β *naves, vela*: Ⓘ *remis sim.*: CIC. Tusc. 4, 9 (*in imag.*) quaerebam ..., utrum panderem vela orationis statim, an eam ante paululum dialecticorum remis -rem. PROP. 3, 21, 11 socii, -ite in aequora navem. OV. epist. 6, 67 caerula -lsae subducitur unda carinae (SIL. 17, 155 *Carthaginienses* -lsā sulcant vada salsa c.). SEN. Phaedr. 182 gravatam navita adversa ratem -it unda (VAL. FL. 1, 494. SIL. 6, 351 navali -lsa ratis). LVCAN. 9, 319 remis actum ⟨mare⟩ -ulit omne classis onus (⟨...⟩ *vix pro obi., ut spectet ad l. 64*). SIL. 14, 624 -lsa invadit piscator caerula cumba. 17, 49 -lsis puppibus (17, 202 celsas e litore p. -it). Ⓘⓘ *ventis*: OV. epist. 21, 42 quam *navem* ... in altum -it Boreas (trist. 1, 10, 33 *n.* -lsa ... fortibus Austris). LVCAN. 3, 1 -ulit ... classem velis cedentibus Auster incumbens. 5, 430 -ere lintea ventus incipit. SIL. 15, 163 -it carbasa flatus (SIDON. carm. 2, 537 [*in imag.*]). HIL. trin. 1, 37 *ut* fidei ... vela flatu spiritus tui inpleas, nosque in cursum praedicationis initae -as (*in imag. ut*: SIDON. 7, 14). *al.*

γ *aquae, fluvii, sc. quae -untur*: Ⓘ *ab animantibus amoventibus: remigando* (*cf. l. 54; e coni. dub.* TRAG. inc. 4): PROP. 3, 22, 11 tuo Colchum -as remige Phasim. *obluctando*: HOMER. 920 *Achilles* pectore vasto -it fluctus. STAT. Theb. 1, 43 hostilem -ens caedibus amnem ... Hippomedon. Ⓘⓘ *ipso fluvio: qui promovetur, profluit*: LVCAN. 7, 789 *Caesar* cernit ⟨-lsa cruore flumina⟩ (*sc. profuso cruore effecto, cf. enim 7, 292* fluvios spectare cruoris, *7, 637* Romanus [*i. sanguinis R.*] ... torrens. *aquas cruore incitatas intellegunt alii*). SIL. 4, 639 intumuit Trebia et ... ferox totum -it gurgite fontem *suum*. STAT. silv. 1, 5, 48 argento, *sc. fistulis argenteis*, felix -itur unda argentoque cadit (*mediopass. ut*: AMM. 22, 15, 11 *Nilus* -itur e paludibus ad usque cataractas). *qui mare repellit*: AVIEN. orb. terr. 928 *flumen Oxus* Caspia -it fluctu freta. AVSON. Mos. 427 (*ad Rhenum Mosellamque*) mare purpureum gemino -ite tractu. Ⓘⓘⓘ *ventis incitantibus* (*flatu equi l. 2*): SIL. 12, 187 -lsum ... Borea scopulis impingitur aequor. STAT. silv. 1, 1, 21 ingenti -it Strymona flatu *equus Martis*. GELL. 2, 30, 5 -lsae in adversum aquae. 2, 30, 9 ab austris ... -i sursum atque subici *fluctus*. AVIEN. Arat. 403 flamina caeli -unt pelagus. ISID. nat. 43, 2. Ⓘⓥ *loco effundente*: STAT. Theb. 7, 348 -entem ... Lilaean Cephisi glaciale caput.

b *in corpore animantium -untur*: **α** *corpus eiusve membra* (*pondus l. 23*): Ⓘ *quae promoventur*: LVCR. 3, 160 cum *anima* animi ⟨vi⟩ percussa est, exim corpus -it et icit (*cf.* 3, 162 -ere membra ... videtur *natura animi atque animae*. TERT. anim. 6, 3 solida -ere [*antea*: anima movet corpus]). QVINT. inst. 11, 3, 113 cum aversantes in laevam partem velut -emus manum. Ⓘⓘ *quae e sede sua protruduntur, fortiter urgentur* (*reprimuntur l. 19*): CELS. 6, 6, 8^{G} ⟨in⟩flammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede -at (SCRIB. LARG. 27 *tumor* ⟨a loco⟩ ... videtur -ere o. [⟨...⟩ loco MARCELL. med. 8, 6]. ORIBAS. eup. 4, 3 add. La p. 529 o. foris -untur). 8, 8, 1^{B} manu plana -endus in posteriorem partem umerus est (*cf.* 8, 20, 8 coxam -ere [*opp.* retro cogere]). 8, 12, 1 maxilla in priorem partem -itur. 8, 14, 3 ab exteriore si -lsum est *os*, plerumque iterum redit. MARCELL. med. 31, 17 extalem prominentem ... pollice -i introrsum oportet. *partu exprimuntur*: HIL. trin. 6, 35 homo ex homine -itur *partu*. ?Ⓘⓘⓘ *singulariter -itur pondus corporis naturale, sc. abicitur, exinanitur* (*de habitu avari inedia consumpti*): ANTH. 649, 39 defossum in ventrem -lso pondere tergum frangitur.

β *umores (spiritus l. 35) corporis et res externae*: Ⓘ *quae a cute sim. amoventur, excutiuntur*: CELS. 7, 5, 2^{B} *sagitta corpori infixa* -enda est, donec ab altera *parte* adprehendi et extrahi possit (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 10, 715 p. 382, 9 *aper* hastas excutit et -it). COLVM. 2, 2, 28 *fovendis boum collis* in priorem partem iugum -at *bubulcus*. *-untur maculae leprae*: VITAE patr. Iurens. 49 *leprosi* -erant dirae calamitatis exuvias. Ⓘⓘ *quae evomuntur, egeruntur*: SIL. 7, 608 extremo fluxit -lsus murmure sanguis. 14, 551 mox sua ponto singultante anima -lsa refunditur unda, *quam hauserunt submersi*. AVG. nupt. et concup. 2, 31, 53 ut eum *humorem* -ant, exprimant *viscera*. CASSIAN. conl. 2, 23, 1 *excrementa* egeri atque ab ipsa naturae lege -i. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 5 p. 363^{C} *in ridendo spiritus* per oris aditum protinus a natura -itur (*gr.* ἐξωθεῖσθαι).

2 *notione deflexa repellendi, arcendi* (*cf. IIB*): PROP. 2, 29, 39 opposita -ens savia dextra prosilit *puella*. SEN. nat. 6, 1, 6 nimborum vim effusam et sine fine cadentes aquas tecta -unt. epist. 90, 17 calorem solis aestivi umbra crassiore -ere (*cf. imag.*: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 183, 20 ardorem tenuiter ... legis umbra -it [*opp.* avertit penitus]).

II *translate, c. respectu*: **A** *incitandi*: CIC. Sull. 64 si paulo ... longius ... L. Caecilium pietas et fraternus amor -isset (-tul- *var. l.; item non indicatur ad quid*: AVG. gen. ad litt. 9, 14 p. 285, 21 *anima* irrationalis ... viso aliquo tacta -itur [*antea*: visis movetur]. quaest. hept. 2, 18 quibus *causis* animus -itur). VELL. 2, 128, 4 exempli imitatio ... ad levanda (iuv- *codd.*) ... onera principis Seianum -ulit (-tul- *codd.; item c. gerund.*: TAC. ann. 6, 3, 2 qua *seditione quidam* rudes animos ... ad corrumpendum militiae morem -ret. *c. nominibus*: CVRT. 6, 4, 11 amore *vitae* ... ad ultima esse -lsum *Nabarzanem*. TAC. ann. 11, 2, 2 qui terrore carceris ad voluntariam mortem -rent *Messalinam. al.*). VAL. MAX. 9, 9, 1 *populus* errore -lsus est, ut caput Helvi ... circa rogum Caesaris fixum iaculo ferret. AVG. civ. 4, 5 p. 151, 10 metus eos in maiora facinora -bat (in psalm. 67, 20 l. 11 inflammantibus ... cupiditatibus agitati in flagitia et facinora -untur. *al.*). **B** *avertendi, impediendi* (*repulsu corporali sub IB2*): SALL. Catil. 6, 5 pericula virtute -erant (LIV. 40, 11, 10 p. vitae -ere [-cell- *trad.*] a me potes puniendo eos. CLAVD. DON. Aen. 10, 70 p. 302, 6 p. virtute -ere. *al.*). HOR. sat. 1, 2, 6 inopi dare nolit amico, frigus quo duramque famem -ere possit (depellere *var. l.*). COLVM. 7, 12, 2 *eliguntur canes* -endis iniuriis hominum ac ferarum. QVINT. inst. 8, 5, 24 (*inter sententias nimias*) bella umbone -it. PS. CIC. exil. 1 inimicorum impetum propulsare ac -ere. VET. LAT. psalm. 139, 5 (cod. 136) qui cogitaverunt -ere gressus me⟨o⟩s (*gr.* ὑποσκελίσαι, *Vulg.* subplantare). ARNOB. nat. 2, 58 *cur deus mala* ab rebus *non* -at humanis? (CLAVD. DON. Aen. 7, 125 p. 21, 15 praeterita m.). SER. med. capp. 10 elephantiasi -endae (*cf. ibid.* 11 cutis et faciei vitiis -endis). AMM. 16, 12, 32 -emus fortitudine ... illisa nostris partibus probra. RVFIN. hist. 3, 25, 7 *scripta haereticorum* ut aliena ... -enda *sunt* (*gr.* παραιτητέον). AVG. conf. 11, 11, 13 omne praeteritum *tempus* -i ex futuro et omne futurum ex praeterito consequi. IVLIAN. in Os. 4, 5 l. 126 ab auribus tuis salutares monitus -isti. AVELL. 42, 5 providere et -ere, ⟨ne accidat⟩ (*v. app. crit.*). *al.* **C** *differendi*: FRONTO p. 194, 14 quis segeti torridae messem procrastinat ..., quis vindemiam maturam ... ⟨-it⟩? (*Adnot. Fronto p. 194, 20* differt).

deriv.: propulso, propulsor, propulsus.

compos.: ?impropulsus (*Inscr. Hung. V 1114*). *Ottink.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad vol. X 2

quibus accedunt addenda quaedam selecta
(plura latent in schedis nostris novissimis, quae continuo augentur)

porta. *p. 9, 18 ante* LVCAN. *inseras*: SEN. Oed. 130.
πορταρήσιος, *e lat.* *portarēnsis (*cf. e. g. καστρήσιος e* castrensis), *v. Wb. der griech. Papyrusurkunden, Suppl. 3, 2000, 434.*
portātor. *p. 10, 55 inseras*: PASS. Ignat. Colbert. 5, 1 Christi -r (*2, 6* tu ... in temetipso Christum baiulas?).
portātrīx. *ita legendum p. 10, 61. 80.*
porthmeus. *p. 23, 70 inseras*: CARM. de Alcest. 82 nigro velamine -s (potneus *trad.*).
1. porticulus. *p. 24, 21 legas: deminutive* (*cf. masc.* porticus *l. 67 sqq.*).
portio. *ad p. 31, 54 trahere possis* VARRO ling. 8, 57 (*e coni., v. p. 2077, 38 sqq.*); *cf. etiam p. 2077, 23. p. 32, 59 sqq. inseras locos quosdam* MART. CAP. *sec. p. 2077, 19 sq. p. 36, 21 inseras*: COLVM. 6, 30, 5 per exiguas -es cibi (potione(s) *sim. var. ll.*). *p. 40, 49 addas compos.* 1. proportionalis.
portiōnālis. *p. 40, 74 addas*: IVLIAN. epit. in psalm. 147, 19.
porto. *p. 48, 29 legas*: famuli *Picum quaerentes.*
alumna **portōnāriōrum** ann(orum) (sedecim) CIL II² 7, 344 (*saec. II ex.*). *de portitoribus navigio quodam itinerantes transvehentibus cogitat Stylow ad l.; latetne* pontonarius *a* ponto *sec.* portare *variatum?*
portulāca. *p. 58, 25 legas: M.-L. 6662. 6679. p. 58, 77 pro* admiscendum est *legas: admiscendum est. p. 58, 78 legas: 275, 5.*
pōsca. *p. 70, 11 addas: compos.: ?*expōsco, -ātum (*in var. l. dub.* VEG. mulom. 1, 38, 8; *v. Ortoleva, Wien. Stud. 113, 2000, 265 sq.*).
pōscārius. *p. 70, 13 inseras*: PLIN. phys. Sang. p. 225 l. 14 de ascopa poscari⟨a⟩ vel utre.
1. posco. *p. 78, 6 inseras*: CYPR. GALL. num. 515. *p. 78, 61 inseras*: LVX. anth. 305, 3 Fridamal (*i. eius praedium*) ..., quem sponte -unt aequoreae volucres (*sc. velut deum, ut subluceat notio sub B illustrata?*).
positor. *p. 91, 23 addas*: SERM. Bibl. Cas. II 83 ⌊legis (legem *trad.*) -em⌋ in utero portans *Maria virgo* (⌊ ⌋ *Migne gr. 65, 720*^{C} *τὸν νομοθέτην*).
2. positus. *p. 92, 36 inseras*: SEV. MALAC. euang. 9, 130 membrorum -us.
possessio. *p. 99, 48 legas: oratorum.*
possideo. *p. 112, 71 inseras*: AMM. 16, 7, 8. *p. 125, 59 addas: cf. Onom.*
possum. *p. 125, 73 legas: ad it. de forma* potis(s)it (*p. 126, 8*) *v. quae monuimus p. 336, 52 sqq. p. 137, 79 sq. legas* volet *et* prandet. *p. 144, 67 legas: absolute usurpatorum. p. 151, 84 addas*: AVG. serm. 32, 26 (*loq. Golias*) ⌊quis mihi -est⌋, quis mihi audet? (⌊ ⌋ *ibid. iterum*). *p. 154, 34 legas*: nisi.
post. *p. 163, 75 legas*: GALLIC.
postautumnus (-um?), -ī *m.* (*n.?*). *a* post *et* 1. autumnus (*sec. gr. μετόπωρον, quod infra respondet*). *i. q. tempus anni, quod sequitur autumnum*: HIPPOCR. num. sept. 4, 9 (cod. G) *tempora anni sunt septem*: seminatio, hiems ..., ⌊autumnus, -u⟨s⟩⌋ (cod. A autumnum, -um). 4, 15 non valde generat ... plantatio ⌊in -o⌋ (*ed.*; cod. G -um, *A* autumnum *syntaxi turbata*).
postcrās. *p. 185, 77 legas*: Vulcanalia.
posteā. *p. 186, 50 ante* VELL. *inseras*: 64, 3 -a principes.
posteāc. *p. 192, 30 legas*: Claud.
2. postero. *p. 201, 16 addas vi temporali* PS. HIER. epist. 6, 3 p. 79^{B} omnia quasi per nos genita ... -amus (*cod. Sangall.*; omnium *naturam* quasi per nos genitam ... reputamus *ed. Migne*).
posterus. *p. 203, 23 legas: item. p. 207, 50 legas*: 6, 1051. *p. 208, 13 sqq. deleas locum* VET. LAT. Phil. 3, 13, *quem inseras p. 210, 78* (*per imag. loci de tempore*). *p. 210, 73 pro* sago *legas: sago. p. 214, 25 legas*: ad -um perveneris.
posthāc. *p. 225, 20 legas*: ... agere.
1. postīcus. *p. 228, 11 post locum* ARNOB. *inseras*: PLIN. phys. Sang. p. 230 l. 10 super -um (pist- *cod.*) inpone *remedium. p. 228, 27 addas*: INSCR. Année Épigr. 1994 n. 1900 (*e Mauretania; in coemeterio*) felix -a guntharum.
iunctura **postillā quam** *sec.* posteaquam. *ita legendum p. 230, 17.*
postis. *p. 233, 26 addas alterum Thebaidos locum*: 8, 10 necdum illum *Amphiaraum* ... furvo Proserpina -e notarat (*cf. p. 231, 43*). *p. 234, 13 legas*: Mart⟨e q⟩ueto. *p. 234, 21 legas*: patente.
postmodum. *p. 238, 8 legas*: faciant. *p. 238, 10 sq. legas*: resistent contra ea, quae -m superposita incumbant.
postrīdiānus. *p. 253, 10 inseras*: AVG. epist. 80, 1 (*v. p. 1228, 49 sqq.*).
postrīdiē. *p. 254, 81 legas*: XIII 2.
postulo. *p. 266, 70 sq. legas: ostendendam.*
postumātus. *p. 274, 80 legas*: sed -um, ogdoadem ante omnia.
1. pōtātus. *p. 277, 53 addas*: SERM. Arian. 19 (Rech. Aug. 26, 1992, 167) mensura potatu⟨u⟩m ...; incontinentia ... -uum (putatum *trad.*).
potēns. *p. 281, 48 legas*: d. fortis et -s. *p. 281, 51 pro* quam daemones *legas: quam daemones.*
potentiālis (potentialiter). *p. 300, 5 inseras*: LEX Visig. 1, 2, 6 p. 42, 4 obviandum *est* hostibus -r ac fidenter.
potestās. *p. 319, 7 legas*: 97, 13. *p. 319, 13 legas: Eteocles. p. 320, 9 legas*: -es.
pothus. *p. 322, 14 legas*: 1, 21, 39.
potis. *p. 357, 43 fort. addas compos.* praepos.
prāb- *v.* prav-. *addendum p. 371, 30.*
prae. *p. 372, 23 legas: 373, 1 sqq. p. 379, 57 addas: cf. testimonium notionis q. e.* sine *p. 372, 28. p. 379, 58 ita suppleas: deriv.*: praeter; *cf.* pridem. *compos. infra sequuntur, v. etiam* pridie, primitiae.
?praearo *v. vol. X 1, 1189, 39.*
praebeo. *p. 382, 30 legas: a* *probenda. *p. 387, 67 post locum* LVCIL. *inseras*: (*cf.* GLOSS. *p. 742, 27*).
praebibo. *p. 391, 41 inseras*: 5, 10, 120.
⊠praecantātio (*ita legendum p. 393, 14*). *p. 393, 48 addas*: VIRT. Ioh. 3 l. 77 consolationibus velut quibusdam -bus ... exterritos ... animos mitigabat.
[praecārus]. *p. 395, 4 addas: v. etiam p. 485, 61.*
praecēdo. *p. 401, 28 inseras*: ITIN. Alex. 16, 40 si -entium memor sit.
praecello. *p. 407, 61 deleas locum* SCHOL., *de quo v. p. 494, 60 sqq.*
praecenturio. *de hoc lemmate cf. p. 1514, 74 sqq.*
1. praeceps. *ad p. 414, 30 trahas iam* BELL. Afr. 83, 3 -es fugiunt (principes *trad.*). *p. 419, 48 post locum* VELL. *inseras*: (*ita Sterk mutato ordine verborum; alii delent* in vitia, a vitiis).
praeceptio. *p. 421, 14 sq. deleas locum* CIC. frg. *coll. vol. X 1, 1203, 60.*
praeceptor. *p. 423, 24 ita corrigas*: p. 130, 8 (*trad. in falsa var. l. ut* PAVL. NOL. *p. 424, 14 sq. legas* grammaticos *et* ars 2, 497. *p. 425, 26 inseras: v. quae p. 790, 27 sqq. monuimus.*
praecha. *post p. 428, 49 addas*: praedia *Gatti dubitanter.*
praecīnct- (*pro* -cinct-) *scribendum p. 434, 79 sq. 435, 15. 38 sq. 48 sq.*
praecingo. *p. 435, 63 legas*: -nxī, -cīnctum.
praecino. *p. 439, 7 post* 2, 53 *inseras*: (-cin- *var. l.*). *p. 439, 9 pro* 2, 28 p. 97, 4 *legas*: 2, 1 p. 66, 19 (= 1. 15 *ed. Rosellini*). *p. 439, 10 post* 4, 3 *inseras*: [-cinerunt *Tischendorf,* -cinuerunt *Kim*].
praecipuus (praecipue). *p. 478, 60 legas: ca. 50 / fere 500.*
praeclueo. *p. 494, 59 inseras*: CARM. Année Épigr. 1995 n. 1793, 6 (*saec. I ex./II*) *coniunx* pulchra visu, -ens prudentia.
praecognitor. *p. 500, 80 inseras*: AVG. serm. 29B, 1 coll. Dolbeau 1996 p. 23 (*in lusu verborum*) homini cognitori moreris, si confiteris; deo -i moreris, si non confiteris.
praecolo. *p. 502, 73 addas*: **3** *ante alios colendos, sc. praeferendo*: IVLIAN. epit. in psalm. 134, 4 quod *deus vos* ... singulari cura -ret.
praecōnius. *p. 507, 59 inseras*: INSCR. Année Épigr. 1998 n. 508 (*Lorii; saec. I*^{1}).
praecōnizo. *p. 508, 6 addas: e coni. dub.* VIRG. gramm. epit. 4, 9 -o (*Polara, alii alia*; praeceriso *trad.*).
praecordia. *p. 510, 59 legas: Althaea.*
praecurro. *p. 518, 2 legas*: prior *l. 28. 37.*
praediātōrius. *p. 540, 84 inseras*: LEX Irnit. 7 B 41 sq.
1. praedico (praedicatus). *p. 561, 57 addas*: CASSIOD. var. 11, 1, 17 philosophos valde -os.
2. praedīco. *glossa p. 567, 31 sq. laudata ponatur in fine parentheseos, sc. p. 567, 35. p. 568, 78 inseras*: GREG. ILIB. in cant. 1, 2 rec. alt. carmen in (pro *rec. pr.*) Christo et ecclesia ... -tum.
praedictōrius. *p. 571, 14 legas*: 58, 1903 p. 59, 71.
praediolum. *p. 571, 46 inseras*: INSCR. Année Épigr. 1985 n. 58 (*Romae; ante saec. III*) -um Fl(aviae) ... Restitutae.
praedīvīnus. *p. 577, 43 pro* 583 *legas*: 587.
praedium. *p. 579, 75 legas*: 4, 22.
praedūrēsco. *p. 592, 50 addas: cf. var. l.* pr(a)edu⟨r⟩uerit CHIRON 234 (*cod. Basil.; Monac. v. p. 593, 42*).
praeeo. *p. 596, 40 ante* HIER. *inseras*: HEGES. 5, 2, 2 [*in imag.*] deploratione -ire ... funus quoddam paternae sollemnitatis, *sc. post destructionem templi. p. 596, 64 legas*: 8, 29 (*e Varrone*).
praefātiuncula. *p. 603, 17 inseras*: in Is. 13 praef. l. 21 G.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praefectio. *p. 604, 4 inseras: falso trad.* GLOSS. I p. 42 *pro* praesectio.
praefectōrius. *p. 604, 29 fort. inseras*: INSCR. Année Épigr. 1982 n. 408 (*Mediolani; saec. IV²*) viro pr(a)ef(ectorio).
praefero. *p. 610, 52 post* -rt *inseras*: (*cf. p. 944, 17*). *p. 618, 17 deleas*: praelativus.
praeficio. *p. 620, 35 legas*: -ctust.
praefīgo. *p. 634 in marg. inf. legas: [Scotti].*
praefōrm- (*pro* -form-) *scribendum p. 652, 47. 73. 81.*
praefrīgidus. *p. 654, 36 addas*: PS. AVG. sent. 16 vers. 45 calet ignis et aridus est; ... ⌊-a⌋ et humida ... unda (⌊ ⌋ post f. *var. l.*).
praefringo. *p. 655, 2 inseras*: ITIN. Alex. 9, 22 ei *Alexandro* h. -ta est.
praegno. *p. 663, 49 addas compos.* compraegno.
praeiacto. *p. 671, 25 addas*: SERM. Rech. Aug. 31, 1999 p. 201 l. 18.
praeli- *v. etiam* preli- *vel* proeli-. *ita legendum p. 689, 37.*
1. praeligo. *ad p. 691, 78 sqq. fort. trahere malis* GERM. *vol. X 1, 1516, 18.*
praelūdo. *p. 697, 8 legas: vix recte post ed. Rovill., 1566.*
1. praelum *v.* prelum. *ita legendum p. 697, 21, deinde inserendum*: **2. praelum,** *vox veriloquii causa ficta, v. p. 1649, 21.*
[praemālo, -malle *olim legebatur* APVL. met. 3, 23, 2 (malle *trad.*).**]**
praemarcidus, -a, -um. *a* prae *et* marcidus. *i. q. valde marcidus* (*in imag.*): PALLAD. hist. mon. I prol. 1, 5 p. 246[med.] abstinentiae palmas (*i. merita sim.*) repentino elationis ... momento -as.
praemiālis. *p. 701, 63 inseras*: INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1798 (*e Byzacena; a. 402/8*) ludos scenicos -es edidit *curator rei publicae.*
praemineo. *p. 702, 50 legas*: praeēmineo.
praemitto. *p. 708, 68 sq. pro* INSCR. – 127 *legas*: CIL I² 3197. *p. 709, 80 legas*: emisit [*postea*: -ssa].
praemium. *p. 713, 12 legas*: 15, 23. *p. 720, 29 legas: selecta.*
praenuntio. *p. 741, 2 legas*: 4, 26, 1.
praeobtūrātio. *p. 742, 31 inseras*: CHIRON 210 qu(a)e passio doloris enfragina dicitur, quem (*sic*) latine -em vocamus (*cod. Basil. man. alt.,* per- *man. pr.*; obdurationem *cod. Monac., ed. Oder*).
praeoccupo. *p. 745, 2 legas: fallimur.*
praeopto. *p. 746, 71 legas: Kluge p. 62.*
praeparo. *p. 755, 78 pro* -is *legas*: -tis.
praependeo. *p. 763, 36 fort. addas* CAEL. AVR. *p. 1974, 23.*
praepes. *p. 764, 69 inseras*: CARM. Zeitschr. Pap. Epigr. 100, 1994, 414 (*saec. II*) *catellam* raptam mihi -e fato.
praepōno. *ad p. 771, 35 sqq. trahas etiam* SEN. epist. 124, 4. *p. 774, 35 addas: cf.* PRISC. gramm. III 219, 22. *p. 775, 36 legas*: Baiuar.
praeripio. *post p. 791, 22 inserenda linea, quam totam excidisse dolemus*: fronte revolsus et matri -tus amor (*sc. hippomanes ut*
praerogo. *p. 799, 31 inseras*: OSTRAC. Bu Njem Marichal 68, 5 (*saec. III med.*).
praesāgimen *v.* praesagmen. *addendum p. 810, 11.*
praesāg(i)men (*ita legendum p. 813, 12*). *p. 813, 17 addas: vocem testatur* VIRG. gramm. epist. 1, 4, 1.
***?praesevērus** v. vol. X 1, 1707, 49.*
praesidātus. *p. 877, 47 post* 674 *inseras: nec non in var. l.* ACT. Phileae 8. *p. 877, 74 addas*: ACT. Phileae 8 ago gratiam regibus et -ui *pro martyrio* (pr(a)esidibus *var. l.; gr. τῇ ἡγεμ⟨ον⟩ί⟨ᾳ⟩*).
praesidiārius. *p. 883, 37 legas: 888, 4.*
praesīgnātor. *p. 892, 65 legas*: GLOSS. I p. 42.
praesīgnis. *p. 893, 42 inseras*: EPITAPH. Franc. (Zeitschr. Pap. Epigr. 63, 1986, 97) 2, 24 *vir* -is honore.
praespicio. *p. 897, 3 addas*: SYNON. Gloss. I p. 28 n. 6 cerne, aspice, vide, -e *eqs.*
praestātor. *p. 903, 6 addas*: Ignat. Colbert. 7, 3 hymnum diximus deo -i bonorum (praestori *sim. trad.; Migne gr. 5, 988[B] τὸν δοτῆρα*).
1. *et* **2. praesto** *ad eandem originem revocat Beikircher, Glotta 70, 1992, 88 sqq.*
2. praesto. *p. 915 in rubrica legas*: 2. PRAESTO.
praestrepo. *p. 935, 67 addas*: CONC. Tolet. a. 589 Canon. Hisp. V p. 131 l. 930 *ne* populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus ... invigilent, ... religiosorum officiis -entes (per- *var. l.*).
praestringo. *p. 941, 16 legas*: -xere (per- *trad.*) nostros. *post p. 943, 33 inseras: compos.* : impraestrictus.
praesul. *p. 947, 67 legas: infra s. v.* praesultator.
praesūmptīvus. *p. 974, 54 addas*: PASS. Theod. (BHL 8090) 13 *puella,* conpesce -am audaciam.
praesūmptor (praesumptrix). *p. 976, 48 addas*: PASS. Theod. (BHL 8090) 13 non ... irasci adversus iuvenculam presumtricem.
πρ(α)ετακτᾶτωρ. *ita legendum p. 977, 17.*
praeterquam. *p. 1038, 40 legas*: ⌊-m q.⌋.
praetervolo. *p. 1043, 22 inseras*: CLAVD. (*?*) carm. frg. Blänsdorf p. 393, 3 salit piscis, Progne -at (*postea*: hirundo). *quem locum addas etiam p. 1042, 73.*
praetor. *p. 1055, 36 legas: 1995. p. 1060, 29 inseras*: HEMINA hist. 21 (*v. p. 1824, 64*).
praetōrius. *p. 1071, 21 sq. deleas: ad – videtur. p. 1071, 23 legas: sed recte.*
praevehor. *p. 1098, 9 sq. legas*: -tus litora classe.
praevenio. *p. 1105, 20 legas*: -entes (praeviantes *var. l.*).
praevio. *p. 1115, 2 inseras: var. l.* -antes *praefert Rosellini loco* IVL. VAL. *p. 1105, 20 allato.*
praevīsor. *p. 1115, 26 legas: i. qui praevidet: p. 1115, 29 addas: vates*: SYNON. Gloss. I p. 52 n. 136 propheta ..., pr(a)esagus, pr(a)esciens ..., -r.
prānsor. *p. 1128, 7 inseras*: TAB. Vindol. III 617, 2 (*loco manco*) dimis(s)is deinde -bus festinabitis Coris.
prātellum, -ī *n.* *a* pratum *deminutive.* *i. q. pratum parvum*: TEST. Remig. l. 69 partem meam de prato ... et ... -a, quae tenui, ad te revocabis.
prātum. *p. 1135, 22 inseras*: pratellum.
precor. *p. 1155, 41 inseras*: ENN. frg. var. 105 (*v. vol. X 1, 2284, 55 sq.*).
2. premo. *p. 1185, 52 legas*: 70, 8.
prēnso. *p. 1185, 73 ante* STAT. *inseras*: CATO agr. 80 (*v. p. 914, 1 sq.*).
pressōrius. *p. 1196, 13 addas*: PLIN. phys. Sang. p. 196 l. 13 (*scribitur* -ssur-).
pretium. *p. 1204, 66 inseras*: PAP. Corp. 193, 6 (*circa a. 151*) *πρέτιουμ. p. 1214, 66 inseras*: LVCAN. 9, 281 cervicis.
prība- *v.* priva-. *addendum post p. 1223, 50.*
prīmaevus. *p. 1233, 48 legas: 3, 7, 30.*
prīmicērius. *p. 1244, 33 ita suppleas: legitur in titulo saec. III in. (infra p. 2802, 29 laudato) et inde a saec. IV ex.* *p. 1244, 40 inseras*: **a** *in collegio*: CIL VI 1080, 13 (*saec. III in.; cf.* Année Épigr. 1996 n. 90) sua p(ecunia) p(osuit) primiceri⟨us⟩ *corporis piscatorum et urinatorum. quo loco inserto legas nunc* **b** (*pro* **a**) *p. 1244, 40 et* **c** (*pro* **b**) *p. 1245, 11.*
prīmitīvus. *p. 1258, 7 legas: 1257, 75.*
πρῑμοσαγιττᾶριοι. *p. 1274, 29 legas*: prior *p. 1358, 68.*
πρῑμοσκουτᾶριοι. *p. 1274, 32 legas*: prior *p. 1358, 66.*
prīmulus. *post p. 1274, 68 inseras: cf. Onom.*
[prīmumvērnālis NOT. Tir. 69, 17[b] (*add. codd. duo saec. IX*).**]**
princeps. *p. 1285, 33 ante* CIL *legas*: 14. 19. 24. *p. 1290, 12 in fine legas: 1279, 10.*
principātus. *p. 1300, 39 legas: n.* principātum.
prior (primus). *p. 1355, 9 ante* HYG. *inseras: al.*
pristis. *p. 1383, 42 inseras: compos.* : pistriger.
prīvātim. *p. 1385, 71 legas*: p. 42, 28.
prīvātus. *p. 1394, 9 legas*: enim ea publica.
priusquam. *p. 1415, 72 legas: v. quae exposui Mus. Helv. 56, 1999, 113 sqq.*
prīvus. *p. 1417, 8 addas: e coni. dub.* LIV. perioch. 89, 4. *p. 1417, 53 sq. legas: v. Beikircher, Mus. Helv. 56, 1999, 110 sqq.*
1. prō. *p. 1429, 47 legas: trad., sed v. p. 1824, 63 sqq.*). *p. 1437, 28: totam lineam scribas litteris inclinatis.*
proagnātus, -ī. *a* pro *et* agnasci (agnatus); *v.* GLOSS. *p. 1761, 73.*
probātor. *p. 1456, 28 post* INSCR. *inseras*: Année Épigr. 2002 n. 975 [*in latere aereo e Gallia Narb.; saec. II²*].
probrum. *p. 1483, 5 sq. legas: 1482, 73.*
procācia. *p. 1490, 45 inseras*: SERM. Rech. Aug. 31, 1999 p. 190 l. 62 filiorum -am hereditatis dispendio castigamus.
procācitās. *p. 1490, 62 sq. pro* petulantiā *legas*: petulantia.
procanonion, -ī *n., προκανόνιον.* *i. q. laterculus quidam ab astrologis in computationibus adhibitus*: PRAEC. canon. Ptol. 25. *al. in eodem opere* (*v. indicem ed., p. 167*).
procatar(c)ticus. *p. 1491, 72 addas*: COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 37 ethiologica ... partitur in his, quae de foris contingunt, quod appellant Gr(a)eci -a, id est ... exacerbatio ex sole (*disting.* proegumina *et* sinectica, *cf. l. 67*).
procāx. *ita legendum p. 1492, 9.*
2. prōcīnctus. *p. 1530 in rubrica legas*: 2. PROCINCTVS.
prōcōnsul. *p. 1542, 29 post* CIC. *inseras*: (*de* HEMINA *v. infra p. 1824, 65*). *p. 1542, 60 legas*: Ⓘ *nota. p. 1542, 69 legas*: Ⓘ *compendia.*
prōdeo. *p. 1595, 35 legas*: (prōeo *v. l. 36*).
⟨pro⟩diorthōsis SCHEM. dian. l. 9 (*cf. vol. IV 1028, 29. 34 et Schindel, Abh. Gött. Ak. 3, 243, 2001, 98*).
prōdo. *p. 1623, 13 ante* STAT. *inseras*: SIL. 6, 384.
prōdūco. *p. 1639, 23 legas*: memoria.
proēgūmenos. *p. 1645, 39 addas*: COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 37 (*v. p. 2802, 62*).
profānus. *p. 1663, 36 legas*: FIRM. math. 7, 1, 1.
1. profectio. *p. 1666, 62 pro* III *legas*: IV.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

professiōnārius. *ita legendum p. 1692, 19.*
profiteor (professus). *p. 1722, 53 inseras: compar.* -ior *trad. loco vix sano* SERM. Rech. Aug. 31, 1999 p. 186 l. 56.
prōfluo. *p. 1729, 38 inseras*: DIDASC. apost. 62, 11. *quem locum deleas p. 1727, 69 sqq.*
*?***promartyrium** *v. p. 2289, 60.*
promeridiānus. *p. 1848, 67 inseras*: serm. 272B, 9 (Rev. Ét. Aug. 44, 1998, 202 l. 163).
prōmpto. *p. 1900, 31 addas: e coni. dub.* PLAVT. Truc. 951.
prōnus. *p. 1930, 34 legas*: CIC. (*quinquies in philos.*). *p. 1935, 5 inseras*: rep. 3, 1 (*si ad verbum rettulit* Aug. c. Iulian. 4, 12, 60) animo ... -o ad libidines (ARNOB. nat. 4, 23 ad libidinem. *al.*).
2. propāgo. *p. 1946, 45 legas: 1847, 64.*
prōpello. *p. 1970, 51 legas*: -rent *Poppaeam. al.*
prōpend(e)o. *p. 1976, 30 legas*: ⁜**prōpēnsē.**
prōpendulus. *p. 1977 in rubrica legas*: PROPENDVLVS.
prōpēnsio. *p. 1977, 8 inseras*: (*trad. loco obscuro* VINDIC. nat. hum. l. 187 [-pins- *cod.*; per- *epit. alt. 37*]).
prōpetrāre. *ita legendum p. 1990, 61.*
1. prōpōla. *p. 2057, 8 et 9 legas: προπώλης.*
prōpōno. *p. 2066, 20 post* VITR. *inseras*: 1, 1, 2. *p. 2074, 55 legas*: [*a. 468*]. *al.*
proprius. *p. 2104, 74 sq.*: possessiva – p. 2106, 66 *scribas litteris inclinatis.*
propudiōsus. *p. 2134, 46 legas*: 271 (*ancillae ornatae*).
prōpugnāculum. *post p. 2137, 16 inseras: deriv.: cf.* pugnaculum.
prōra. *p. 2146, 39 legas: per synecdochen significatur.*
prosphōnēsis. *p. 2218, 5 legas*: -ī *f.*, *προσφώνησις.*
prostheticus (-tet-), -a, -um, *προσθετικός.* *is, qui apponit, addit* (*non nisi de numero summam aliquam excedente*): PRAEC. canon. Ptol. 62 p. 84, 23. 74 p. 94, 8.
1. prōsum. *post p. 2251, 17 inseras: cf. Onom.* (Profuturus, -a).
prōvincia. *p. 2332, 56 legas: sim. l. 75 et* ISID.
1. prūna. *p. 2386, 65 legas: ἀνθρακιὰν.*
prūrīginōsus. *p. 2389, 73 addas*: PLIN. phys. Sang. p. 187 l. 10 *caput* -um (*scrib.* pro-).
prūrīgo. *p. 2390, 14 legas: v. l. 37.*
psallo. *p. 2395, 45 legas: l. 47. 49.*
pseudochrīstus. *p. 2410, 68 inseras*: PS. AVG. serm. 155, 10 propter -os et propter falsos prophetas.
2. psittacium. *p. 2419, 14 inseras*: PS. APVL. herb. app. 4 l. 3 (sept-, sypt- *fere trad.; Fischer per litteras*).
pūbertās. *post p. 2433, 38 inseras: deriv.: cf.* pubertus.
pūblicus. *p. 2448, 74*: hominum – p. 2462, 16 *scribas litteris inclinatis.* *p. 2449, 48 ante* **δ** *inseras: neutr. plur. τὰ πούπλικα pro subst.*: OSTRAC. Krok. I 70 (*aet. Trai.*). *al.*
pucīnus. *p. 2473, 15 pro* puti- *legas*: pusi-.
puellus. *p. 2504, 44 inseras*: CARM. inscr. Moes. Sup. I 49, 4 (*saec. III*) ora pue⟨lli sparsa ge⟩nas lanugin⟨e barbae⟩ (*si recte restit.*).
pūgio. *p. 2537, 51 ante* ISID. *inseras*: SCHOL. Iuv. *p. 2740, 58.*
pugno. *p. 2552, 16 legas: latinitatem* (*cf. vol. V 1, 1197, 52 sqq.*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae